MONUMENTA VATICANA

RES GESTAS BOHEMICAS ILLUSTRANTIA

SUMPTIBUS COMITIORUM REGNI BOHEMIAE
EDIDERUNT AD RECENSENDOS HISTORIAE BOHEMICAE
FONTES DELEGATI.

TOMUS I.

ACTA CLEMENTIS VI.

1342 — 1352

PRAGAE 1903.

TYPIS GREGERIANIS.

ACTA

CLEMENTIS VI.

PONTIFICIS ROMANI.

1342–1352.

OPERA

LADISLAI KLICMAN.

PRAGAE 1903.

TYPIS GREGERIANIS.

Anno 1887 VI. idus ianuarias regni Bohemiae comitia in eo convenerunt, ut omnis materia in archivis Romanorum pontificum latens, quoad res gestas spectat bohemicas, per viros historiae patriae peritos quam accuratissime indagaretur. Inde ab anno 1894 cura materiae archivo Vaticano iam depromptae in lucem proferendae viris commissa est eruditis, qui recensendis historiae patriae fontibus deputati existunt et nunc tomum hunc primum Clementis papae VI. regestorum, quoad res spectant Bohemicas, omnibus historiae patriae studiosis tradere gaudent. Iam et successorum praedicti papae regesta usque ad finem saeculi XIV. simili modo excerpta sunt, ita ut tomum hunc alios mox secuturos esse recte sperare possimus. Regni Bohemiae comitiis, quae hoc opus ab initio usque hodie favoribus et magnis pecuniarum subsidiis munificentissime suppedidarunt, ab universis historiae patriae cultoribus gratiae debentur quam maximae.

PRAEFATIO.

Monumentorum Bohemiae Vaticanorum volumen primum, quod nunc primum publici iuris facimus, ex Clementis VI., pontificis Romani (1342—1352), actis ea continet excerpta, quae ad res Bohemiae spectant aut aliquatenus Bohemiam attingunt. Quod Bohemiae nomen quid valeat, facile intelliges, si, qui fuerint fines regni Bohemiae Johanne Lucemburgensi rege, in animum revocaveris. Itaque hac editione non solum ea, quae ad Bohemiae regnum, quantum nunc est, Bohemiam dico cum Moravia et Silesiae parte Austriaca, sed etiam ad Silesiam Borussiae et ad Lusatiam pertinent, referenda putavi. Cum autem ea fuisset cum Johannis tum Caroli, egregii eius filii, condicio, ut et magna domi forisque auctoritate valerent et plurimis cum hominibus commercium et usus iis esset, fieri non potuit, quin extra terminos nobis propositos nonnunquam egrederemur; itaque omnes Johannis et Caroli precantium libellos et litteras, quae ad eos referebantur, putavimus recipiendas, iis tantum omissis, quae, cum Caroli aetate scripta essent, nihil aut ad Bohemiam aut ipsum imperatorem pertinere videbantur. Quam rationem liberiorem illam quidem idcirco amplexi sumus, quod constat plerosque, quorum causa Joannes vel Carolus supplices libellos ad pontificem miserunt, aut in aula regia versatos aut cum primoribus eius viris familiaritate coniunctos fuisse, et quod persuasum habemus, hunc usum multis saepe post annis cognosci posse. Sunt sane, quorum mentionem in hoc libro supervacaneam esse putaveris; hi tamen, quem postea locum in rebus illius aetatis gestis obtinuerint, ex sequentibus Monumentorum voluminibus planius cognosces.

Registra pontificia, quo uno summae auctoritatis fonte in hoc libro conscribendo usi sumus, aetate Clementis VI. duas magnas habent partes: registra supplicationum et registra litterarum pontificis. In registris supplicationum supplices libelli ad sedem apostolicam missi sunt relati breviterque adnotatum, quid ad eos esset decretum. Quorum series primum a Clementis VI. aetate incipit, de qua viginti duo priora volumina excussimus.

Litterarum registra continent apographa decretorum, quae aut supplicationum ratione habita aut ultro et sponte a sede apostolica edita erant. Haec maximam

partem in registris secretis, quae vocantur, illa in una atque altera magna serie parallela, quae registra Aveniensia et Vaticana vocantur, inveniuntur deposita.

Registra Aveniensia, in charta scripta, archetypa sunt. Quae hodie in tomos numeris decurrentibus et totius seriei et singulorum pontificatus annorum ratione habita signatos dividuntur. Nec tamen haec divisio neque librorum conglutinatio primitus, sed XVIII. demum saeculo facta sunt. Namque initio registra in quaternos, id est fasciculos foliorum bifariorum, quorum numerus variabatur, erant distributa. Hi quaterni ex eo, quod continebant, varie denominabantur. Erant quaterni de praebendis vacantibus, de praebendis vacaturis, de canonicatu sub expectatione praebendae, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione, quaterni de indultis, privilegiis et dispensationibus, quaterni de absolutione in mortis articulo, quaterni diversarum formarum, quaterni omnium formarum, alii. Nec tamen in denominandis quaternis aut in rebus in iis distribuendis registratorum cancellariae apostolicae idem semper usus fuit. Si plures eiusdem generis erant quaterni, ad singulos pontificatus annos suis designabantur numeris. Singulis quaternis adiungebatur, quae dicitur rubrica, index vel tabula litterarum in iis perscriptarum. Bibliopegorum neglegentia factum est, ut nonnulli indices et quaterni in tomos, in quos non debuerant, ligarentur. Itaque multi quaterni pontificatus Joannis XXII. et Benedicti XII. in Clementis VI. registris reperiuntur, suntque Clementis VI. tomi, qui Clementi VII. falso tribuebantur. Quidam quaterni iam putredine valde corrupti sunt, alii deperisse videntur, nisi forte in aliorum pontificum tabulis in lucem prodituri sunt. Ad hanc editionem registrorum Aveniensium tomis sub numeris LVI. – CXXI. et aliis praeterea tomis quatuor, seriei Vaticanae sub numeris CCXV.—CCXVIII. falso insertis, usi sumus.

Registra Vaticana sunt apographa Aveniensium, in membrana venuste et luculente scripta. Nec tamen ea est utriusque seriei condicio, ut altera cum altera plane congruat. Non enim omnia, quae in Aveniensibus leguntur, in Vaticana transcripta sunt, quod non tantum in extremos quorundam quaternorum numeros valet, constat enim accurata collatione, quam editor fecit, nonnunquam totos quaternos esse omissos. Quae cum ita sint, in serie Aveniensi plus aliquanto rerum inscriptarum reperimus. Hac de causa, et quia haec series registra originaliter inscripta continet, hoc potissimum fundamento nostram editionem niti voluimus. Quod si ex serie Vaticana, diligenter et ea quidem pervestigata, non nihil in hanc editionem receptum est, id eo consilio fecimus, ut ea, quae ex registris Aveniensibus deperdita sunt, supplerentur.

Tabularum pontificalium specialis quaedam pars registra secreta sunt, quibus ea, quae a sede apostolica sponte et ultro decreta sunt, referuntur. Quae et ipsa in membrana, sed minoribus quam registra supra memorata tabellis, scripta sunt. Singulis Clementis pontificatus annis, excepto primo, singuli respondent tomi, quorum summa in serie Vaticana numeris CXXXVII.—CXLVI. continetur. Registrorum Vaticanorum, in quibus apographa vel exemplaria seriei Aveniensis sunt, tomis LXVIII., numeris CXLVII.—CCXIV signatis, usi sumus.

Re in universum considerata registra apostolica Clementis VI pontificatus satis integra ad nos pervenisse non negaveris. Quod si in singulis seriebus quaedam lacunae sunt, possunt plerumque ex seriebus parallelis suppleri, neque abest spes fore, ut ea, quae adhuc desunt, pauca illa quidem totius corporis ratione habita, in tomis registrorum aliorum pontificum reperiantur.

In singulis huius tomi capitibus edendis normam religiose secuti sumus ab Historica quae vocatur Coamissione praescriptam, quae tamen, dum liber typis describebatur, ab eadem pro necessitate aut supplebatur aut immutabatur. De forma huius editionis haec admoneo: Singulis capitibus sive ad verbum sive carptim descriptis in fronte praemissum est regestum quam brevissimum, quo et argumentum enarratur et, si opus est, litterae, quae formam integram continent, significantur. Subiungitur dextrorsum dies, quo datae litterae sunt, nostro usu transcriptus, sinistrorsum taxatio. Sequitur textus ipse vel excerptum, utrumque iisdem verbis eademque scribendi ratione, quae in registris leguntur, relatum, nisi quod *v* et *u* litterae ita transcribuntur, ut nunc pronuntiamus, et pro *y* littera, nisi ex etymologiae legibus debet conservari, *i* scribitur. Verba, locutiones, formulae, quae saepius repetuntur, abbreviata sunt. Quae compendia quid significent, in extrema praefatione reperies. In adnotationibus textui subiunctis primum indicatur, unde singula exempla deprompta sint. *A.* littera significat registra Avenionsia, *V.* registra Vaticana, *S.* registra supplicationum; in numeris, qui sequuntur, fractis numerus, qui supra est, nota Romana scriptus, annum pontificatus, numerus autem inferior, nota Arabica scriptus, numerum decurrentem tomi eius anni denotat. Nota Arabica adiuncta, uncis inclusa, numerum tomi in tota serie decurrentem indicat. Sequitur indicatio folii, in qua numerus purus paginam rectam, numerus commate dextrorsum supra ascripto paginam versam denotat. In litteris ex registris Avenionsibus depromptis etiam genus et numerus quaterni refertur una cum tomo, folio et numero apographi, quod est in registris Vaticanis. Tum libri vel commentationes enumerantur, in quibus eae litterae aut editae aut indicatae sunt. Quas tamen enumerationes non eas volo existimari, quae omnes publicationes complectantur, eas praecipue, quae in externis terris editae sint, cum praesertim huius generis typographa maximam partem ex regestis constent, variis modis ad varium usum factis. Sequitur, ut de duplici annotationum genere dicam. Quarum alterum, litteris notatum, varias lectiones, alterum numeris appositis rerum explicationes maxime necessarias continent.

Litterae ipsae triplici modo referuntur: aut verbum ex verbo, aut per excerpta, aut per regesta. Ad verbum relatae sunt litterae maioris momenti, vel eae, quarum archetypa conservata sunt, vel etiam eae, quae, cum minoris momenti sint et per excerptum solum vel regestum edi debuerint, eo quod tum primum certam formam prae se ferunt et omnium subsequentium exempla sunt, fieri non potuit, quin verbum ex verbo referrentur. Litterae, quarum archetypa conservata sunt, his ipsis adhibitis neque ex registrorum apographis fideliter sunt relatae. Hic tamen lectorem volo praemonitum me non potuisse de omnibus archetypis

edendis cogitare, quia ad eas res solas in archivis perquirendas tempus et facultas defuit. Itaque ex diplomatario Musaei regni Bohemiae apographa, quae ibi sunt deposita, adhibui et cum archetypis, quae sunt Pragae, denuo contuli; alia exempla, cum praesto non fuissent, quia alibi asservantur, solis apographis Musaei adhibitis prelo subiecta sunt.

Excerpta ex iis potissimum litteris dedimus, quae ad Bohemica pertinent, nec tamen dignae sunt, quae ad verbum describantur, ut imprimis varia provisionum genera. Ex his principales tantum locos servavimus, formulae partim compendiis abbreviatae partim omissae sunt. In regesto, quod excerpto praecedit, indicantur litterae, ubi tota formula typis descripta legitur.

Regestorum ea, quae totarum litterarum loco ponuntur, non aequabiliter composita sunt, quia, dum typis describebantur, saepius secundum vota a viris expressa, qui a Commissione Historica ad textum huius libri examinandum designati sunt, in varium modum immutanda erant. In iis cum alia tum nomina executorum, enumerationes beneficiorum, si de hominibus exteris agitur, varias lectiones nominum et hominum et locorum, nisi eae litterae ad ipsam Bohemiam pertinent, omittenda putavimus. „Incipit" quod fertur consilio omisi, cum cognovissem aetate Clementis VI. huius formulae usum non certis quibusdam litterarum generibus circumscriptum et definitum esse ac minime in provisionibus solis valuisse. Contra, quoad fieri potuit, in regesto formulam indicavimus.

Index huic volumini adiunctus sola hominum et locorum nomina continet. In locorum nominibus forma, qua nunc utimur, primo loco posita est. Nec sane miraberis in hac publicatione permulta esse nomina externa, si modo memoria tenebis, quam multi fuerint homines exterarum gentium, quibuscum Joannes et Carolus principes commercium et usum haberent. Quorum nominum accurata definitio summae difficultatis erat. Quod si qua dubitatio de vera nominis definiendi ratione mihi orta erat, ut par fuit, indicavi. Ac fieri potest, ut necessariis adminiculis destitutus in nonnullis erraverim, qua de re lectorem benigne iudicaturum esse meo mihi iure sperare videor. Levior fit error, quem forsitan commiserim, eo, quod omnes varias lectiones cum litteris, ubi reperiuntur, nomine quo pertinent, adscripto, suo loco indicavi, quo viris doctis summa facultas omnia rite cognoscendi ac diiudicandi data est. Ad vocem principalem accedit appellatio bohemica vel externa, quae illi respondet, tum nomen terrae et provinciae, ubi vicus vel oppidum vel urbs sita est, denique sequuntur variae lectiones uncis inclusae. In oppidis vel urbibus, quae dioeceseos sedes sunt, omnia, quae ad hanc dioecesim pertinent, collecta sunt, si quidem, quod in litteris apostolicis usu venit, dioecesis nominatim commemoratur.

Nominibus locorum subiuncta sunt nomina hominum, quae praeter nomen vel nomina baptismatis etiam nomen loci continent. Nomina hominum, solo baptismatis nomine appellatorum, sub hac ipsa voce leguntur. Si nomen hominis constat ex proprio nomine baptismatis et baptismatis nomine patris in genitivo, genitivus paterni nominis vocis principalis locum tenet. Sin autem nomen ex

ioculari quadam appellatione vel familiarum cognomine, ut nunc mos est, provenit, hoc nomen vox principalis est. Cetera nomina omnia, quae ad eundem hominem pertinent, ipsa etiam in indicem relata ad vocem principalem revocantur. Nomina principum sub earum terrarum nominibus, unde summae dignitatis titulum traxerunt, indicantur, una exceptione apud Carolum facta, cuius nomen omnium sub uno aspectu ponendorum causa sub voce Bohemiae retulimus. Papae, qui Avenione sedem habuerunt, voci Avenionis, Romani Romae inserti sunt. Sub eadem Avenionis voce cardinales sanctae Romanae ecclesiae invenies. Episcopi sub nomine dioeceseos, vel si eorum ante dignitatem episcopalem acceptam mentio fit, etiam sub cognomine familiae indicantur. Singularem operam hominibus cognoscendis, quoad fieri potuit, iis subsidiis, quae hic tomus obtulerat, adiuti navavimus.

Quod si qua sunt, ubi erravimus, habes indicationes copiosissime apparatas, unde ad veram rei cognitionem certissime pervenire potes.

Textus mense Decembri anni 1896 typis describi coeptus mense Julio anni 1898 prelum reliquit. Inde composui indicem, quem non ante quam mense Octobri 1900 prelo subicere potui. Describebatur per varias intermissiones, editoris morbo et aliis causis adductas, usque in mensem Maium anni 1902.

In libro edendo multis subsidiis liberaliter adiutus maximam gratiam debeo summo consilio, a quo res terrae regni Bohemiae administrantur, imprimis Illustrissimo principi Georgio de Lobkowicz, mareschallo regni, Carolo Adamek a consilio regni, viris de patria et eius historia indaganda optime meritis, Adolpho Bachmann et Jaroslavio Goll, philosophiae doctoribus, Universitatis Pragensis professoribus, viris clarissimis, qui a collegio virorum doctorum, cui Monumenta historiae regni Bohemiae curae sunt, designati textum huius libri, antequam ederetur et dum typis describebatur, susceperunt cognoscendum et examinandum.

Scripsi Pragae XIV. kal. Julii anno MCMII°.

Dr. Ladislaus Klicman.
c. r. archivarius.

ABBREVIATURAE TEXTUS.

A. = registra Avenionensia.
a. = anno.
A. d. = Avenionensis diocesis.
a. d. = aliam disposicionem
a. non o. = aliis non obstantibus.
a. r. i. d. = [cum] acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto.
a. [ap.] t. [tibi] a. [auct.] = apostolica tibi auctoritate.
ap. = apud.

b. *m.* = bone memorie.

Ch. *f.* = [in] Christo filius, -i, etc.
Ch. f. n. = [in] Christo filius noster, filii nostri, etc.
c. *in Ch. f.* = carissimus in Christo filius, carissimi in Ch. filii, etc.
c. *[ch.] in Ch. f. n.* = carissimus [charissimus] in Christo filius noster, carissimi in Ch. filii nostri, etc.
c. *f. n.* = carissimus filius noster, carissimi filii nostri, etc.
c. *o. i.* = cum omnibus iuribus.
c. *p. i. c.* = cum plenitudine iuris canonici.
c. r. [vel] d. = communiter vel divisim.
cl. a. = clausula anteferri.
cl. m. = clare memorie.
cl. o. = clausulis oportunis.

D. = Datum.
D. ut s. = Datum ut supra.
d. a. = donacioni apostolice.
d. f. = dilectus filius, dilecti filii, etc.
d. f. n. = dilectus filius noster, dilecti filii nostri, etc.
d. f. n. v. = dilectus filius nobilis vir, dilecti filii nobilis viri, etc.
d. in Ch. f. = dilecta in Christo filia, dilecte in Ch. filie, etc. [raro etiam: dilectus in Ch. filius, dilecti in Ch. filii, etc.].
d. in Ch. f. n. m. = dilecta in Ch. filia nobilis mulier [per omnes casus].
d. Jh. Ch. = [in] domino Jhesu Christo.
d. v. = discrecioni vestre.
dd. ff. = dilecti filii, dilectorum filiorum, etc.
dd. ff. nn. = dilecti filii nostri, dilectorum filiorum nostrorum, etc.
dd. in Ch. ff. = dilecte in Christo filie, dilectarum in Ch. filiarum, etc.

e. = [cum] executoribus.
e. m. = [In] eodem modo.
Ed. = Editum.

f. = folium.
f. = filius, -i, etc.
f. n. = filius noster, filii nostri, etc.
f. r. = felicis recordacionis.
f. r. m. = [ad] futuram rei memoriam.
f. v. = filius vester, filia vestra, filii vestri, filie vestre, etc.
f. v. d. = filius vester dilectus, filii vestri dilecti, etc.
ff. nn. = filii nostri, filiorum nostrorum, etc.
ff. vv. = filii vestri, filiorum vestrorum, etc.

g. *[gr.] f. s. [sp.]* = graciam facere specialem.

id. = idus, idibus.

Kal. = kalendas, kalendis.

m. i. = meritorum intuitu.
m. t. i. = meritorum tuorum intuitu.
m. t. o. = meritorum tuorum obtentu.

n., num. = numerus, -i, etc.
n. = nota.
n. m. = nobilis mulier, nobilis mulieris, etc.
n. v. = nobilis vir, nobilis viri, etc.
non. = nonas, nonis.

o. i. = [cum] omnibus iuribus.

p. i. = premissorum intuitu.
p. i. c. = [cum] plenitudine iuris canonici.
p. i. m. t. = premissorum intuitu meritorum tuorum.
p. m. = pie memorie.
p. m. i. = premissorum meritorum intuitu.
p. m. o. = premissorum meritorum obtentu.
p. m. s. i. = premissorum meritorum suorum intuitu.
p. m. t. = premissorum meritorum tuorum.
p. m. t. i. = premissorum meritorum tuorum intuitu.
p. m. t. o. = premissorum meritorum tuorum obtentu.
p. n. a. = pontificatus nostri anno.
p., p., r. = [ad] provisionem, presentacionem, reservacionem.
p. r. m. = [ad] perpetuam rei memoriam.
p. s. = pertinenciis suis.
p. t. i. m. = premissorum tuorum intuitu meritorum.
p. t. m. i. = premissorum tuorum meritorum intuitu.
p. t. m. o. = premissorum tuorum meritorum obtentu.
pres. = presentacionem.
prov. = provisionem.

q. a. d. = quamvis aliam disposicionem.
q. s. a. t. l. = quod sine alia transeant leccione.
q. t. = quod transeant.
q. t. absque a. l. = quod transeant absque alia leccione.
q. t. s. a. l. = quod transeant sine alia leccione.
qu. = quaternus.

r. p. = reverendus pater, reverendi patris, etc.
r. et p. = redditus et proventus.
Reg. = Registratum.

S. = registra Supplicacionum.
S. = Sanctitas, Sanctitatis, etc.
S. V. = Sanctitas Vestra, Sanctitatis Vestre, etc.
s. = salutem.
s. etc. = salutem etc.
s. et a. b. = salutem et apostolicam benediccionem.
s. a. l. = sine alia leccione.
s. s. d. = servus servorum dei.
s. t. d. = secundum taxacionem decime.

t. s. a. l. = transeant sine alia leccione.

V. = registra Vaticana.
v. in Ch. p. = venerabilis in Christo pater, v. in Ch. patris, etc.
v. f. = vester filius, vestri filii, etc.
v. f. = venerabilis frater, venerabilis fratris, etc.
v. f. n. = venerabilis frater noster, venerabilis fratris nostri, etc.
vv. ff. = venerabiles fratres, venerabilium fratrum, etc.
vv. ff. nn. = venerabiles fratres nostri, venerabilium fratrum nostrorum, etc.

TITULI NONNULLORUM OPERUM, QUI IN NOTIS MAGIS ABBREVIATI SUNT:

CDM. = Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae. Bd. VII. Abth. 3. (1334—1349), Brünn 1864. Bd. VIII. (1350—1355), Brünn 1874. Hg. von Vincenz Brandl.

Dobner MHB = Dobner Gelasius, Monumenta historica Bohemiae. Tomus I—VI. Pragae 1764—85.

Huber = Die Regesten des Kaiserreiches unter Kaiser Karl IV (1346—78), hg. von Alfons Huber (Regesta imperii VIII). Innsbruck 1877. Ergänzungsheft I. Innsbruck 1889.

Palacký, Popis = Fr. Palacký, Popis království Českého. Praha 1848.

Pelzel, K. Karl IV. Tom. I. Ukb. = Pelzel, Fr. M., Kaiser Karl der Vierte, König in Böhmen, I. Theil (1316—55) nebst einem Urkundenbuche. Prag 1780.

RBM. = Regesta diplomatica necnon epistolaria Bohemiae et Moraviae. Pars III (1311—33) Pragae 1890. Pars IV. (1333—46) Pragae 1892. Ed. Josephus Emler.

G. Schmidt, Päpstl. Ukk. u. Regg. I = Päbstliche Urkunden und Regesten aus den Jahren 1295—1352, die Gebiete der heutigen Provinz Sachsen und deren Umlande betreffend. Bearbeitet von Dr. Gustav Schmidt. Halle 1886.

Theiner MH. = Theiner Augustinus, Vetera monumenta historiam Hungariae sacram illustrantia. T. I, II (1216—1526). Romae 1859—60.

Theiner MP. = Theiner Augustinus, Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia. Tomus I (1217—1409). Romae 1860.

Vat. Akten = Vaticanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Baiern. Hg. von Sigmund Riezler. München 1890.

Werunsky, Excerpta = Excerpta ex registris Clementis VI et Innocentii VI, summorum pontificum, historiam S. R. imperii sub regimine Karoli IV illustrantia. Ed. Dr. Emil Werunsky. Innsbruck 1885.

ZVGA. Schlesiens = Zeitschrift des Vereines für Geschichte und Alterthümer Schlesiens.

1. *Clemens papa VI notificat electionem et coronationem suam Philippo, regi Franciae, et simili modo Johanni, regi Bohemiae.*

De curia. *Avinione, 1342 Maii 21.*

Clemens episcopus, s. s. d., carissimo in Ch. f. Philippo, regi Francie illustri, s. et a. b. In precelso throno divini culminis sapiencie altitudo, sublimitas potencie ac prudencie plenitudo consistunt, et qualiter disposicione superna detur esse rebus, mutentur et varientur creaturarum condiciones et status aliasque graciarum munera ineffabili providencia dispensentur, humani non capiunt intellectus. Supernus namque conditor in omnipotencia sua mirabilis dixit et facta sunt, et que ipse voluit, sunt creata, et perfectam habens tanquam ille, qui cuncta palmo concludit, ad singula potestatem, quandoque facit fortem ex debili et nonnunquam ponit humiles in sublimi, ac sacrosanctam ecclesiam catholicam, quam sibi caritatis inseparabilis dulcedine copulavit, salubriter dirigit ac gubernat. Nuper siquidem f. r. Benedicto papa XII, predecessore nostro, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto vv. ff. nn. episcopi, presbyteri et diaconi sancte Romane ecclesie cardinales, de quorum numero tunc eramus, pro futuri substitucione Romani pontificis convenientes in unum, sancti spiritus ut moris est gracia invocata, quasi per inspiracionem ipsius in nos, sicut divine clemencie placuit, vota sua concorditer direxerunt, nos ad conscendendam speculam apostolici culminis et subeundum gravissimam tocius orbis regiminis sarcinam eligentes. Verum cum ad tante dignitatis apicem obstuperemus assumi, eo quod impotencie nostre humeri ad tantum onus non sufficerent subportandum, tandem sperantes in illo, qui reddit suave iugum suum et onus leve illa portantibus pacienter, ad ipsorum fratrum instanciam votis acquievimus eorundem et colla nostra submisimus humiliter iugo apostolice servitutis et subsequenter benediccionis et coronacionis nostre solempnia iuxta morem in personis felicis memorie Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, hactenus observatum suscepimus, ad graciarum fontem, de cuius accipiunt plenitudine [a]) universi, pastoris videlicet eterni clemenciam, in humilitatis spiritu recurrentes, ut ipse non iuxta nostrorum meritorum exigenciam, sed secundum sue superhabundanciam pietatis debilitati nostre sic tribuat roboris fulcimentum, quod susceptum onus ad laudem sui nominis, ecclesie universalis honorem et statum, salutem et tranquillitatem fidelium

ipso cooperante deferre ac in populis solicitudini nostre creditis quarumlibet dissensionum ex eis amputata materia ministrare bonum pacis, ad que nostra summe aspirat intencio, valeamus. Adicit quoque in hoc et aliis spei nostre suffragium tui specialiter et aliorum catholicorum consideracio principum, quos speramus sic ab illo, per quem reges regnant et potentes in suis regiminibus exercent iusticiam, dirigi, quod ipsis per vias rectas nos iuvantibus grex dominicus cure nostre commissus committentis virtute preambula ad eterna gaudia perducatur. Et quia, fili carissime, sicut nosti, inter alios reges et principes, dum nos minor status haberet, ad personam et regnum tua semper gessimus precipue dileccionis affectum et erga te velut speciale ipsius ecclesie brachium paterne dileccionis plenitudinem non solum continuare intendimus, sed augere tibique et tuis subditis pacis et prosperitatis commoda indefesse solicitudinis studio procurare: serenitatem regiam rogamus in domino et hortamur, quatenus deum timens, in cuius manu cor tuum est et in eius arbitrio vita tua, ipsius studeas custodire mandata, iusticiam colere ac diligere in omnibus equitatem, sciens, quod ad hoc te hominibus nature tue participibus pretulit dominus deus tuus, et nichilominus in devocione sancte ecclesie, matris tue, ad cuius defensionem[b]) accepisti principaliter a domino gladii potestatem, necnon exaltacione catholice fidei, ecclesiarum defensione ac conservacione ecclesiastice libertatis tua sublimitas semper crescat, ut ex hoc tibi augeatur in presenti gracia et gloria in futuro, illam de nobis spem certam et fiduciam habiturus, quod tuam et regni tui prosperitatem paterno zelantes affectu regalem magnificenciam oportunis curabimus, quantum cum deo poterimus, fulcire favoribus ac dignis graciis et honoribus prevenire. Datum Auinione XII kal. Junii p. n. a. primo.

In e. m.: . . . . De curia.
ix. Carissimo in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, salutem. In precelso trono etc. ut in prima usque perducatur. Quocirca rogamus celsitudinem regiam et obsecramus in d. Jh. Ch., quatenus deum timens etc. usque in finem. Datum ut supra.

Clementis VI. A I 16 (V 214) f. 1–1′ et 2 n. 1 et 9, quaternus litterarum coronationis = V 152 f. 1–1′ n. 1 et 9. — [a]) suppletum in margine ab alia manu A. [b]) defensione A., corr. ab editore.

2. *Johanni dicto Ruffo providetur de beneficio vacaturo cum vel sine cura ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1342 Maii 22.*

D. f. Johanni dicto Ruffo, clerico Wratislauiensis diocesis, s. etc. Exigunt tue merita probitatis, super quibus apud nos fidedigno testimonio commendaris, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Hinc est, quod nos, volentes tibi premissorum meritorum intuitu necnon consideracione d. f. n. Johannis, sancti Angeli diaconi cardinalis, pro te, familiari suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis,[1]) graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius

fructus, redditus et proventus, si cum cura, quadraginta, si vero sine cura fuerit vigintiquinque marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem v. f. n. . . episcopi et dd. ff. capituli Wratislauiensis communiter vel divisim pertinens, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, *[clausula ,acceptationis' ut in n. 6.]*, conferendum tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus, *[clausulae ,inhibitionis' et ,decreti' ut in n. 6.]*; *[,non obstantibus, si aliqui super provisionibus — mencio specialis' mutatis mutandis ut in n. 6.]* Nulli ergo etc. nostre reservacionis, inhibicionis et constitucionis infringere etc. D. Auinione XI kal. Junii a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Esinensi et dd. ff. . . abbati monasterii sancte Marie in Harenis extra muros Wratislauienses ac . . preposito ecclesie Lubucensis s. Exigunt dilecti filii etc. usque mencio specialis. Quocirca mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios predictum beneficium per nos ut premittitur reservatum, si tempore reservacionis nostre huiusmodi vacabat vel extunc vacavit, aut cum illud vacare contigerit, prefato Johanni post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel dictum procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem dicti beneficii ac iurium et pertinenciarum ipsius et defendentes inductum *[,sibique — responderi' ut in n. 6.]*, non obstantibus omnibus supradictis, *[,seu si eisdem episcopo — mencionem' ut in n. 6.]*, contradictores auctoritate nostra etc. D. ut s.

Clementis VI A I 10 (65) f. 129 n. 654. de beneficiis vacaturis qu. 25 = V. 154 f. 399 n. 654. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV. 295. — [1] supplicatio ista non est reperta.

3. *Laurentius Hartlieb supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1342 Maii 23.

Supplicat S. V. humilis et devotus clericus et servitor vester Laurencius Hartlip Wratislauiensis, iurisperitus, procurator devoti f. v. d. Johannis, regis Boemie, nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi specialem graciam facientes de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, ad presens in curia S. V. vacantibus per promocionem domini Predzlai in episcopum dicte Wratislauiensis ecclesie,[1] ibidem canonici prebendati, et munus consecracionis apud sedem apostolicam de mandato f. r. Benedicti pape XII, predecessoris vestri, impensum eidem, cum plenitudine iuris canonici eidem dignemini providere graciose et cum aliis clausulis oportunis et non obstante, quod idem Laurencius super canonicatu et prebenda ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis noscitur litigare, quos et omne ius sibi competens in ipsis est paratus dimittere, si V. placuerit S., cum executoribus etc.

Fiat R. sed quod non sit de cetero contra illam ecclesiam. Et q. t. s. a. l. Fiat R. Datum ut supra, [Auinione][a]) X kal. Junii [a. primo].[a])

Clementis VI S I/1 (1) f. 8. — [a]) suppletum ab editore. — [1]) cl. 1341 Maii 5 (Gams p. 264) cfr. Werunsky, Gesch. K. Karl IV, I, 302—309.

4. *Laurentio Hartlieb providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus.*

.X X.

Avinione, 1342 Maii 23.

D. f. Laurentio Hartlip, canonico Wratislauiensi, s. etc. Grata et accepta dudum per te nobis impensa obsequia litterarumque sciencia[a]) et alia tibi, sicut fidedigno testimonio percepimus, suffragancia merita probitatis nos excitant et inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos v. f. n. Predzlaus, episcopus Wratislauiensis, olim eiusdem ecclesie Wratislauiensis canonicus prebendatus, tempore promocionis de ipso per f. r. Benedictum papam XII, predecessorem nostrum, ad eandem Wratislauiensem ecclesiam tunc vacantem facte[b]) obtinebat, per huiusmodi promocionem[c]) et consecracionis munus, de mandato ipsius predecessoris, tunc eodem predecessore in humanis agente, apud sedem apostolicam impensum eidem,[1]) vacaverint et vacare noscantur ad presens: nos attendentes, quod nullus preter nos hac vice de ipsis canonicatu et prebenda, de quibus idem predecessor non ordinavit, disponere possit pro eo, quod idem predecessor diu ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni sue specialiter reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac deinde dicto predecessore, sicut domino placuit, rebus humanis exempto nos, qui fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, a cuius quidem[d]) nostre promocionis exordiis unus mensis nondum elapsus existit, omnes huiusmodi canonicatus et prebendas ac beneficia supradicta cum similis interposicione decreti collacioni et disposicioni nostre duximus similiter reservanda, ac volentes tibi, clerico et servitori nostro iurisperito, premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus, *[clausula ‚decreti‘ ut in n. 6.]; [‚non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus — prestes‘ ut in n. 6.]*, seu[e]) quod sicut asseris super canonicatu et prebenda ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis nosceris litigare. Volumus autem, quod, postquam vigore presentis gracie dictorum canonicatus et prebende dicte ecclesie Wratislauiensis fueris possessionem pacificam assecutus, si eosdem canonicatum et prebendam dicte ecclesie sancte Crucis interim evincere te contingat, illos, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere,

alioquin omni iuri, si quod tibi in illis competit, cedere tenearis, quodque de cetero[1]) contra dictam ecclesiam Wratislauiensem nullatenus te opponas. Nulli ergo nostre collacionis, provisionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione X kal. Junii a. primo.

In e. m. dd. ff. . . decano Olomucensis et . . archidiacono de Constantino, Constanciensis, ac Gerardo de Magnaco, canonico Nannetensis ecclesiarum s. etc. Grata et accepta dudum per d. f. Laurencium etc. usque se opponat. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Laurencium vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinenciarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, amoto ab eis quolibet detentore, ac facientes ipsum Laurencium vel procuratorem suum pro eo ad dictam prebendam in dicta Wratislauiensi ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, */‚sibique — responderi‘ ut in n. 6./* non obstantibus omnibus supradictis, */‚seu si eisdem episcopo — mencionem‘ ut in n. 6./* contradictores auctoritate nostra etc. D. ut s.

Clementis VI A I 1 (56) f. 157, de beneficiis vacantibus qu. 1 — V. 147 f. 71' n. 125. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 295. — a) corr. ex ‚litterarum consciencia‘ A. b) ‚factam‘ A., corr. ab editore. c) corr. ex ‚promocionis‘ A. d) corr. ex ‚cuiusqui‘; sequitur ‚pro‘, sed cancellatum A. e) corr. ex ‚sed‘ A. f) corr. in margine ex ‚cetro‘ A. — [1]) vide n. 3 n. 1.

5. *Hermannus Hermanni de Libochovicz supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Maii 23.

Supplicat S. V. humilis familiaris et scriptor vester Hermannus Hermanni de Lubochouicz, clericus Pragensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes de canonicatu et prebenda ecclesie Wissegradensis prope Pragam, prefate diocesis, si vacat ad presens, vel cum in ipsa ecclesia vacaverit, eidem de benignitate sedis apostolice dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. Datum ut supra, [Auinione][a]) X kal. Junii [a. primo].[a])

Clementis VI S I/1 (1) f. 7'. — [a]) suppletum ab editore.

6. *Hermanno Hermanni de Libochovicz providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae.*

I/X I/X. *Avinione, 1342 Maii 23.*

D. f. Hermano Hermani de Lubochouitz, canonico ecclesie Vissegradensis prope Pragam, familiari nostro, s. etc. Tue merita probitatis laudabiliter nota nobis merito nos inducunt, ut personam tuam affectu favorabili prosequentes tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi premissorum tuorum meritorum obtentu graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Wissegradensis prope Pragam cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum[a]) vacaverit, quam per te vel procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum infra unius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori de illius vacacione constiterit, duxeris acceptandam,[b]) conferendam tibi post acceptacionem[c]) huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus, districcius inhibentes v. f. n. episcopo Pragensi et dd. ff. preposito, decano et capitulo ipsius ecclesie seu illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum collacio, provisio seu quevis alia disposicio pertinet communiter vel divisim, ne de illa interim eciam ante acceptacionem[d]) huiusmodi, nisi postquam eis constiterit, quod tu vel procurator predictus illam nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari;[e]) non obstantibus de certo canonicorum numero et quibuslibet aliis ipsius ecclesie statutis et consuetudinibus contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque[f]) firmitate alia roboratis, aut si aliqui[g]) apostolica[h]) vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti, vel [ut][i]) recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis vel prebendas expectantibus in eadem te in ipsius prebende assecucione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem prebendarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem episcopo, preposito, decano et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aliisque beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem,[l]) provisionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac[m]) de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat,[n]) per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis, aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absencia tua per procuratorem idoneum et, cum ad ecclesiam ipsam

accesseris, corporaliter illud prestes. Nulli ergo etc. nostre collacionis, provisionis, reservacionis, inhibicionis et constitucionis infringere etc. D. Auinione X kal. Junii a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Frisingensi et dd. ff. . . abbati monasterii Breunouiensis, Pragensis diocesis, ac . . preposito ecclesie Pragensis s. etc. Merita probitatis etc. usque illud prestet.) Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Hermannum vel procuratorem suum eius nomine exnunc auctoritate nostra in dicta ecclesia Wissegradensi recipi facientes in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, huiusmodi prebendam per nos ut premittitur reservatam, si tempore huiusmodi nostre reservacionis in dicta ecclesia vacabat vel extunc vacavit, aut quamprimum illam inibi vacare contigerit, prefato Hermanno post acceptacionem [p]) huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate predicta conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem huiusmodi prebende ac iurium et pertinenciarum eius et defendentes inductum sibique facientes de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, [q]) iuribus et obvencionibus universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem episcopo, preposito, decano et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac [r]) de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra etc. D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 166′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6 = V. 148 f. 220′ n. 370. — [a]) corr. ex ‚tum' A. [b]) ‚aceptandam' A. [c]) ‚aceptacionem' A. [d]) ‚acepta cionem' A. [e]) ‚atemptari' A. [f]) corr. ex ‚quaque' A. [g]) corr. ex ‚aliqua' A. [h]) suppl. in margine A. [i]) deest in A., suppletum ab editore. [l]) sequitur ‚vel', sed cancellatum A. [m]) corr. ex ‚ad' A. [n]) ‚existit' A., corr. ab editore. [o]) corr. ex ‚prested' A. [p]) ‚aceptacionem' A. [q]) corr. ex ‚pertinenciis' A. [r]) corr. ex ‚ad' A. —

7. Conrado [a]) Nicolai de Budweis, [b]) clerico et familiari Johannis, episcopi Portuensis, providetur ad supplicationem ipsius episcopi [1]) de canonicatu ecclesiae sancti Andreae Coloniensis sub expectatione praebendae. D. Auinione X kal. Junii a. primo. Forma ut in n. 6.

.X X. *Avinione, 1342 Maii 23.*

Clementis VI. A I/14 (69) f. 584 n. 897, de praebendis vacaturis qu. 45 = V. 156 f. 127 n. 897. — [a]) ‚Corrado' A. [b]) ‚Budwoys' A. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

8. *Thobias quondam Janconis de Postupenicz supplicat, quatenus sibi de custodia ecclesiae Pragensis provideatur.*

Avinione, 1342 Junii 1.

Supplicat S. V. Thobias quondam Janconis de Wsceponicz, scolasticus Wyssegradensis, Pragensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes proprio motu de custodia ecclesie Pragensis, vacante apud sedem apostolicam per provisionem f. r. ac predecessoris S. V. B[enedicti] pape XII [a]) et consecracionem domini Hermanni, episcopi Warmiensis, [1]) olim custodis ecclesie Pragensis, dignemini eidem Thobie de prefata custodia, sic vel quovis modo alio vacante, parato dimittere obedienciam in Radoues [2]) Pragensis ecclesie, postquam predicte custodie possessionem pacificam fuerit assecutus, misericorditer providere; non obstante collacione episcopi Pragensis, quod ipsam custodiam cuidam Felklino, procuratori suo, licet de iure non posset, tamen de facto dicitur contulisse, et ipsius Felklini temeraria occupacione, seu eciam quod ipse Thobias scolastriam Wyssegradensis ecclesie atque canonicatus in dictis ecclesiis obtinet et prebendas, et cum aliis omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione kal. Junii a. primo.

Clementis VI S I 1 (1) f. 25'. — a) ‚predecessorem S. V. B. papam XII' S., corr. ab editore. — [1]) prov. 1337 Dec. 3, consecr. 1338 Apr. 19 (Gams p. 358). [2]) secundum Tomek ‚Radovesice'. Huius nominis in circuitu Litomericensi 2, in Bydžoviensi 1, item in Curimensi 1 villas citat Palacký in ‚Popis', p. 542; ubi autem illa obedientia capituli Pragensis reperiatur, ignotum existit. Vide Tomek, Dějepis Prahy, III. 35, 54—55 et in nota 85, 59 et V. 123.

---

9. *Thobiae quondam Janconis de Postupenicz providetur de custodia in ecclesia Pragensi vacante.*

.X X.

Avinione, 1342 Junii 1.

D. f. Thobie quondam Jankonis de Wstponicz, custodi ecclesie Pragensis, s. etc. Exigunt [a]) tue merita probitatis, super quibus apud nos laudabile tibi testimonium perhibetur, ut ad personam tuam apostolice provisionis dexteram extendamus. Cum itaque custodia ecclesie Pragensis, que sicut asseris nec dignitas nec personatus, sed simplex officium existit, quam olim v. f. n. Hermannus, episcopus Warmiensis, tunc custos eiusdem ecclesie, tempore promocionis facte de ipso per f. r. Benedictum papam XII ad Warmiensem ecclesiam tunc pastore carentem obtinebat, per promocionem huiusmodi et munus consecracionis de mandato eiusdem predecessoris apud sedem apostolicam impensum eidem [1]) apud eandem sedem vacavisse et adhuc vacare noscatur: nos attendentes, quod de ipsa custodia, de qua sic vacante idem predecessor minime ordinavit, nullus preter nos hac vice disponere potest pro eo, quod idem predecessor dudum ante vacacionem huiusmodi omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem quocunque modo vacancia et inantea va-

catura disposicioni sue specialiter reservavit, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac deinde dicto predecessore, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto, nos ad apicem summi apostolatus assumpti, uno mense a nostre promocionis exordiis tunc nondum elapso, huiusmodi dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica predicto modo vacancia et imposterum vacatura cum similis interposicione decreti disposicioni nostre specialiter duximus reservanda, ac volentes premissorum tuorum meritorum obtentu personam tuam in dicta Pragensi ecclesia, cuius existis canonicus, amplius honorare tibique graciam facere specialem, predictam custodiam sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus de illa, *[clausula ,decreti' ut in n. 6.]; [,non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus — mencio specialis' ut in n. 6., mutatis mutandis.]* aut quod sicut asseris prefatus episcopus Pragensis dictam custodiam cuidam Felklino de Praga, procuratori suo, de facto contulit, qui eam pretextu collacionis huiusmodi temere dicitur occupasse, *[,seu si presens — prestes' ut in n. 6.]* aut quod in dicta Pragensi et Wissegradensi, Pragensis diocesis, canonicatus et prebendas ac in eisdem Pragensi quoddam simplex beneficium, obedienciam in Radounes [2]) nuncupatum, et Wissegradensi ecclesiis scolastriam nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentis gracie dicte custodie possessionem pacificam fueris assecutus, dictum beneficium, quod ut prefertur obtines quodque extunc vacare decernimus, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. Nulli ergo etc. nostre collacionis, provisionis, constitucionis et voluntatis etc. D. Auinione kal. Junii p. n. a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Regensi et dd. ff. . . Brewnouiensis et . . de Aularegia, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. Exigunt dilecti filii etc. usque dimittere [b]) teneatur. Quocirca [c]) mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Thobiam vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dicte custodie et iurium ac pertinenciarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, amoto exinde dicto occupatore et quolibet alio detentore, facientes ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad eandem custodiam prout est moris admitti *[,sibique — responderi' ut in n. 6.]*, non obstantibus omnibus supradictis, *[,aut si eisdem episcopo — mencionem' ut in n. 6.]* contradictores etc. D. ut s.

Clementis VI A I/1 (56) f. 181′, de beneficiis vacantibus qu. 1 = V. 147 f. 86 n. 152. — [a]) ,exhigunt' A. [b]) ,dimitere' A. [c]) sequitur ,per apostolica scripta', sed cancellatum A. — [1]) vide n. 8 n. 1. [2]) vide num. 8 n. 2.

10. *Ambassiatores regis Bohemiae supplicant, quatenus Arnesto de Hostina de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi in proximo vacaturis provideatur.*

Avinione, 1342 Junii 1.

Supplicant S. V. devoti vestri et humiles oratores Arnestus de Hostina, decanus, [1]) et Nicolaus de Luchembourc, canonicus ecclesie Pragensis, [2]) devoti f. v. domini regis Boemie ambassiatores, quatenus eidem Arnesto specialem

graciam facientes de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos dominus Andreas de Verulis, in archiepiscopum Tranensem per sedem apostolicam promotus,[3]) in dicta Wratislauiensi ecclesia obtinet, cum per ipsius consecracionem vacaverint, eidem Arnesto apostolica auctoritate misericorditer dignemini providere ac ipsos conferre eidem, non obstante, quod in dicta Pragensi ecclesia decanatum et canonicatum et prebendam noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[4]) D. Auinione kal. Junii [a. primo.][a])

Clementis VI S I 1 1 f. 21'. — [a]) suppletum ab editore. — [1]) postea in episcopum et archiepiscopum Pragensem promotus. [2]) notarius secretarius Johannis, regis Bohemiae, vide num. 73. [3]) electus a. 1342 Mart. 7. (Gams pag. 933). [4]) vide n. 11.

11. *Arnesto de Hostina reservantur canonicatus et praebenda, qui in ecclesia Vratislaviensi in brevi vacare sperantur.*

. $\overline{X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}$. *Avinione, 1342 Junii 1.*

D. f. Arnesto de Hostina, decano ecclesie Pragensis, s. etc. Laudabilia tuarum probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendaris, racionabiliter nos inducunt, ut tibi[a]) reddamur ad graciam liberales. Cum itaque dudum f. r. Benedictus papa XII, predecessor noster, tunc vivens, eleccionem per dd. ff. capitulum Tranensis ecclesie de d. f. Andrea, electo Tranensi, ad eandem ecclesiam[1]) tunc pastore carentem canonice celebratam de consilio fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, duxerit[b]) confirmandam, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, et propterea canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos idem electus tunc obtinebat, sicut adhuc obtinet in eadem ecclesia, per ipsius consecracionem in brevi vacare sperentur: nos volentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, cum ipsos per consecracionem huiusmodi vel alias quocunque modo, preterquam per eius obitum, vacare contigerit, conferendos tibi cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis collacioni et disposicioni nostre et apostolice sedis[c]) specialiter reservamus. *[clausulae ‚inhibitionis' et ‚decreti' ut in n. 6.]: [‚non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus — prestes' ut in n. 6.]*, aut quod decanatum, canonicatum et prebendam in Pragensi ecclesia nosceris obtinere.[d]) Nulli ergo etc. nostre reservacionis, inhibicionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione kal. Junii a. primo.

In e. m. v. f.[e]) . . episcopo Arosiensi et dd. ff. . . abbati monasterii Brewnouiensis,[f]) Pragensis diocesis, et Nicolao[g]) de Panuitz, cantori ecclesie in Glogouia, Wratislauiensis diocesis, s. etc. Laudabilia etc. usque noscitur obtinere.[h]) Quocirca[1]) mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios canonicatum et prebendam predictos per nos ut premittitur reservatos, cum illos ut prefertur vacare contigerit, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Arnesto auctoritate nostra conferre et assignare curetis, indu-

centes eundem Arnestum vel dictum procuratorem pro eo in corporalem possessionem canonicatus et prebende predicte ecclesie Wratislaviensis ac iurium et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac facientes ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad dictam prebendam in dicta ecclesia Wratislaviensi recipi in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, */sibique — respondere' ut in n. 6./*, non obstantibus omnibus supradictis, */seu si eisdem episcopo — mencionem' ut in n. 6./*, contradictores auctoritate nostra appellacione [l]) etc. D. ut s.

Clementis VI A 1 1 (56) f. 218, de beneficiis vacantibus qu. 3. — V. 117 f. 108 n. 195. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — [a]) ,sibi' A., corr. ab editore. [b]) ,duxeris' A., corr. ab editore. [c]) corr. ex ,sede' A. [d]) ,optinere' A. [e]) corr. ex ,dilectis filus' A. [f]) corr. ex ,Brewnoniensis' A. [g]) corr. ex ,Nichol' A. [h]) ,optinere' A. [i]) sequitur ,discrecioni vestre per apostolica scripta', sed cancellatum A. [k]) suppl. infra in margine A. — [l]) vide n. 10 n. 1.

12. *Carolus, regis Bohemiae primogenitus, supplicat, quatenus Symoni de Jičín de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Junii 1.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, regis Boemie primogenitus, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Symonis de Gyczin, in iure canonico scolaris, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Pragensis eidem Symoni dignemini providere, prebendam vero in eadem ecclesia vacantem vel vacaturam eidem conferendam donacioni apostolice reservando, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Gyczin, Pragensis diocesis, ac in Wissegradensi canonicatum sub expectacione prebende et in Pragensi ecclesiis altare sancti Materni noscitur obtinere, quod quidem altare paratus est dimittere, cum huiusmodi canonicatus et prebende possessionem pacificam fuerit assecutus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.[a])

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[1]) D. Auinione kal. Junii a. primo.

Clementis VI S 1 1 (1) f. 23'. — [a]) ,execeutoribus' S., corr. ab editore. — [1]) litteras vide in num. 13, ubi tamen de supplicatione huiusmodi nulla fit mentio.

13. *Symoni de Jičín providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

$\overline{.X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}.$ *Avinione, 1342 Junii 1.*

D. f. Symoni de Gyczin, canonico Pragensi, s. etc. Attributa[a]) tibi merita . . . . Volentes itaque tibi, scolari ut asseris in iure canonico, p. i.[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero nulli alii de iure debitam, si qua in dicta ecclesia

vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . donacioni apostolice reservamus . . . .; non obstantibus . . . . aut quod parrochialem ecclesiam in Gyczin [b]) ac in Wissegradensi, Pragensis diocesis, canonicatum sub expectacione prebende et in predicta Pragensi [c]) ecclesiis altare sancti Materni nosceris obtinere. Volumus autem, quod, postquam vigore [d]) presentis gracie huiusmodi prebende eiusdem Pragensis ecclesie fueris possessionem pacificam assecutus, prefatum altare, quod extunc vacare decernimus, prout eciam ad id te obtulisti, sponte dimittere tenearis. . . . . D. Auinione kal. Junii a. primo.

In e. m. v. f. episcopo Arosiensi et dd. ff. . . abbati monasterii Brewnouiensis, Pragensis diocesis, ac Johanni dicto Paduano, canonico Olomucensi, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 167, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6 = V. 148 f. 221 n. 371. — [a]) ‚atributa' A. [b]) correctum ex ‚Gyzin' A. [c]) ‚Pregensi' correctum ex ‚Pergensi' A. [d]) correctum ex ‚tenore' A. — [1]) necnon ad supplicationem Caroli, marchionis Moraviae, quam vide in num. 12.

14. *Johanni, duci Normanniae, et Bonae de Bohemia, eius uxori, conceditur licentia eligendi confessorem.*

.X. *Avinione, 1342 Junii 5.*

D. f. n. v. Johanni, primogenito c. in Ch. f. n. Philippi, regis Francie illustris, duci Normannie, et d. in Ch. f. n. m. Bone de Boemia, eius uxori, s. etc. Benigno sunt vobis illa concedenda favore, per que, sicut pie desiderare videmini, consciencie pacem et salutem anime deo propicio consequi valeatis. Hinc est, quod nos, vestris devotis supplicacionibus inclinati, vobis et vestrum cuilibet auctoritate apostolica indulgemus, ut aliquem idoneum et discretum presbyterum in vestrum possitis eligere confessorem, qui, quociens oportunum fuerit, vestris confessionibus diligenter auditis pro commissis debitam vobis absolucionem impendat et iniungat penitenciam salutarem, eciam si talia fuerint, propter que sedes apostolica vel Romanus pontifex essent merito consulendi. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione non. Junii p. n. a. primo.

Clementis VI A I/7 (62) f. 100, de absolutione qu. 1 = V. 151 f. 61 n. 257.

15. *Johanni, duci Normanniae, et Bonae de Bohemia, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo.*

V
.X. *Avinione, 1342 Junii 5.*

D. f. n. v. Johanni, primogenito c. in Ch. f. n. Philippi,[a]) regis Francie illustris, duci Normannie, et d. in Ch. f. n. m. Bone de Boemia, eius uxori, s. etc. Personas vestras nobilitatis et aliarum graciarum ac multiplicum virtutum

titulis insignitas sincera diligentes in domino caritate peticionibus vestris libenter annuimus, illis presertim, quas ex affectu devocionis procedere vestrarumque animarum salutem respicere intuemur. Hinc est, quod nos, c. f. n. Philippi regis Francie illustris, nobis super hoc humiliter supplicantis, et vestris supplicacionibus inclinati, ut confessor, quem vestrum quilibet duxerit eligendum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus ore confessi et corde contriti fueritis, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis in sinceritate fidei et unitate sancte Romane ecclesie ac obediencia et devocione nostra vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, devocioni vestre tenore presencium indulgemus, sic tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfaccio impendenda, eam vobis per vos, si supervixeritis, vel per heredes vestros, si tunc forte transieritis, faciendam iniungat, quam vos vel illi facere teneamini ut prefertur. Et ne quod absit propter huiusmodi graciam reddamini procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus, quod, si ex confidencia remissionis huiusmodi aliqua forte committeretis,[b] quoad illa predicta remissio vobis nullatenus suffragetur. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione non. Junii p. n. a. primo.

Clementis VI A I 7 (62) f. 100, de absolutione qu. 1. — V. 151 f. 61 n. 258. — [a]) „nostri Philippi" suppletum in margine A. [b]) „committeritis" A, corr. ab editore.

16. *Abbati monasterii Břevnoviensis mandatur, quatenus ea, quae de bonis ecclesiae Vyssegradensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem dictae ecclesiae revocare procuret.*

Avinione, 1342 Junii 13.

Clemens episcopus, s. s. d., d. f. abbati monasterii Brewnouiensis, Pragensis diocesis, s. et a. b. Dd. ff. capituli ecclesie Wissegradensis prope Pragam precibus inclinati presencium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius ecclesie alineata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. D. Auinione id. Junii p. n. a. primo.

Originale in archivio monasterii Břevnoviensis, cum bulla plumbea Clementis papae VI in filo canabis. Ed. Dobner MHB. VI p. 72, Emler RBM. IV n. 1140. In registris Clementis papae VI tum Avenionensibus tum Vaticanis non est repertum. Taxatio deest.

17. *Nuntii universitatis Parisiensis supplicant inter caetera, quatenus magistro Ulrico Leupoldi de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Junii 17.

Supplicant S. V. devoti ff. vv. nuncii filie vestre devote universitatis Parisiensis ad V. S. destinati, quatenus eisdem graciam specialem facientes de beneficiis ecclesiasticis contentis in eorum supplicacionibus infrascriptis vel de aliis, prout V. placuerit S., si vacant vel quamprimum vacaverint, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus:

. . . .

Ulrico Leupoldi Augustensi, magistro in artibus, quondam rectori universitatis Parisiensis, alias eciam nuncio ut ad presens ad V. precelsam S. destinato scolarique in theologia, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, non obstante, quod nuper ad canonicatum et prebendam ecclesie sancti Petri in Wissegrado, Pragensis diocesis, spectantes [a]) ad presentacionem regis Boemie, fuit presentatus, quorum possessionem pro eo, quod alius [ipsos tenet occupatos],[b]) ius se habere pretendens in eisdem eidemque controversiam faciens, non est assecutus.

Fiat R. Item quod predicte gracie t. s. a. l. Fiat R. Et placeat S. V. eisdem providere de data tradicionis peticionum universitatis, que fuit XVII die Junii. Fiat R. D. Auinione XV kal. Julii a. primo.

Clementis VI S I 1 (4) f. 134'. — a) ‚spectante' S. b) deest in S., suppletum ab editore.

18. *Magistro Ulrico Leupoldi providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| I X I = X

Avinione, 1342 Junii 17.

D. f. Ulrico Leupoldi, canonico Wratislauiensi, magistro in artibus, s. etc. Litterarum sciencia . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi, qui eciam scolaris es ut asseris in theologia quique rector dudum universitatis scolarium Parisius [a]) studencium extitisti, p. i.[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . .; non obstantibus . . . . sive quod nuper [b]) ad canonicatum et prebendam ecclesie sancti Petri in Wissegrado, Pragensis diocesis, tunc vacantes, per patronum laicum eorundem te asseris presentatum fuisse, quorum possessionem pro eo, quod alius se in eis ius habere pretendens super eis controversiam tibi movit, nondum assecutus fuisti . . . . D. Auinione XV kal. Julii a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Aule Regie, Pragensis diocesis, ac . . Wissegradensis ac . . Pragensis ecclesiarum prepositis s. etc. [illegible] D. ut [illegible]

Clementis VI A. I. 11 (?) 69 f. 176' n. 513 de prebendis vacaturis qu. 28 — V. [illegible] I. [illegible] n. 513. Ed. Theiner MP. I n. 588. Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 29 [illegible] correctum ex „scolarum Parisiensium“ S. [illegible] suppletum supra S. [illegible] necnon ad supplicationes nuntiorum universitatis Parisiensis, quam vide in num. 17.

---

19. *Henrico de Brunna, plebano in Nalb, conceditur littera conservatoria contra ordines mendicantes.*

V X X . X .

Avinione. 1342 Junii 18.

Vv. ff. . . archiepiscopo Salzeburgensi et[a]) . . episcopo Patauiensi ac d. f. . . preposito ecclesie sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, s. etc. Frequentes hactenus immo innumerose quodammodo de diversis mundi partibus vv. ff. nn. episcoporum aliorumque superiorum prelatorum necnon dd. ff. rectorum, curatorum et parrochialium sacerdotum querele contra dd. ff. fratres Predicatorum et Minorum ordinum apostolice sedis excitarunt nostrumque clamosis insinuacionibus excitare et fatigare non cessant auditum, quod iidem fratres decretalem dudum editam a f. r. Bonifacio papa VIII, predecessore nostro, que incipit „Super cathedram“, ac deinde per p. m. Clementem papam V, predecessorem nostrum, in Viennensi concilio innovatam[b]) temere observare non curant, sed ipsam transgredi non verentur in eiusdem sedis contemptum, animarum suarum periculum et eorundem conquerencium et ecclesiarum parrochialium preiudicium et gravamen. Intelleximus quoque, quod plerumque prefatis dictorum Predicatorum et Minorum necnon Heremitarum sancti Augustini et Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Heremitarum personis idem predecessor Bonifacius constitucionem predictam, in qua tantum de ipsis Predicatorum et Minorum cavetur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter et inconcusse servari, et ad quem dictorum Carmelitarum fratrum ordinem f. r. Johannes papa XXII, predecessor noster, subsequenter constitucionem eandem quoad omnia in ea contenta extendit, a prefatis episcopis, prelatis, rectoribus, curatis, sacerdotibus contra tenorem constitucionis predicte graves iniurie atque molestie in diversis partibus inferuntur. Nuper eciam pro parte d. f. Henrici de Brunna, plebani ecclesie in Neliep, Patauiensis diocesis, nobis extitit intimatum, quod dicti eorundem Predicatorum, Minorum, Heremitarum et Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiusdem multa eidem gravamina et iniurias inferunt et iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi, qui eadem tueatur, existat, nos volentes p. m. Benedicti pape XII, inmediati predecessoris nostri, qui de fratrum suorum consilio decretalem predictam „Super cathedram“ voluit integraliter observari, vestigiis inherere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, eciam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, tam eidem plebano adversus fratres predictos quam e converso

eisdem fratribus adversus plebanum predictum efficacis defensionis presidio assistentes ac facientes decretalem predictam quoad omnia eius capitula prout iacet firmiter observari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eidem plebano nec eciam per dictum plebanum eisdem fratribus gravamina aut iniurias irrogari, facturi ipsis hincinde de quibuscunque iniuriis, molestacionibus, gravaminibus et dampnis illatis hactenus et eciam imposterum inferendis eisdem contra tenorem constitucionis eiusdem in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iusticie complementum, molestatores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, quandocunque et quocienscunque expedierit, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo; non obstantibus quibuscunque exempcionibus specialibus vel generalibus tam fratribus et ordinibus[c]) predictis vel alicui seu aliquibus fratrum et ordinum eorundem quam prefato plebano sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis ac eiusdem Bonifacii, qua cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere sive alii vel aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presencium non trahatur, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et molestiis et aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque constitucionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum per litteras apostolicas ad iudicium non vocandis aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdiccioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obviare, seu si tam eisdem fratribus vel eorum ordinibus aut alicui seu aliquibus fratrum et ordinum predictorum quam plebano prefato seu quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici seu extra vel ultra certa loca vel alio quocunque modo ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus ac nominibus propriis mencionem, et quibuslibet aliis indulgenciis et privilegiis dicte sedis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta vestre iurisdiccionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialem oporteat in nostris litteris fieri mencionem. Ceterum iudicibus seu conservatoribus quibuscunque per litteras apostolicas sub quacunque alia quam presenti verborum forma vel expressione confectas dictorum Predicatorum, Minorum, Heremitarum et Carmelitarum ordinum fratribus seu ipsis ordinibus communiter vel divisim super dampnis et iniuriis et aliis quibuscunque rebus seu negociis alias deputatis et subdelegatis, presentibus et futuris, auctoritate presencium districcius inhibemus, ne aliquem seu aliquos auctoritate litterarum ipsarum pretextu seu occasione quorumcunque dampnorum vel iniuriarum sive gravaminum contra tenorem predicte constitucionis „Super cathedram" ipsis fratribus seu eorum ordinibus antedictis communiter vel divisim a quibuscunque personis illatorum hactenus et eciam inferendorum imposterum coram

se alicubi deinceps ad iudicium vel alias quoquomodo vocare d) seu in causam aliquatenus trahere presumant, inhibicionem huiusmodi non solum ad futura, sed eciam ad quovismodo adhuc pendencia et iam cepta negocia volentes extendi, ac decernentes prefatas litteras et processus earum auctoritate quomodolibet habitos et habendos ad dampna, gravamina et iniurias huiusmodi contra tenorem dicte constitucionis illata et inferenda ut dictum est deinceps aliquatenus non extendi ac exinde irritum et inane, si secus super premissis per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attemptari, vobis nichilominus iniungentes, ut inhibicionem nostram huiusmodi ad dictorum iudicum seu conservatorum et subdelegatorum noticiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Insuper volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum eciam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a data presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetuata potestas et iurisdiccio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent et iurisdiccio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. D. Auinione XIIII kal. Julii a. primo.

Clementis VI A. I 6 (61) f. 107. de conservatoriis qu. 2 = V. 151 f. 178 n. 795. — a) corr. ex ,ac' A. b) corr. in margine ex ,invocatam' A. c) corr. ex ,ordinis' A. d) corr. ex ,vacare' A.

---

20. *Johanni Bandini providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

X X. *Avinione, 1342 Junii 19.*

D. f. Johanni Bandini Pragensi, canonico Olomucensi, magistro in artibus, s. etc. Litterarum sciencia .... Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. o. g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi .... donacioni apostolice reservamus ....; non obstantibus ..... aut quod in Melnik, Pragensis diocesis, et Omnium Sanctorum in castro Pragensi ecclesiarum canonicatus et prebendas, quorum fructus et proventus annui ultra septuaginta a) florenos de Florencia se non extendunt, ut asseris, nosceris obtinere. .... D. Auinione XIII kal. Julii a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Gradicensis et . . b) preposito Sacensis, Olomucensis et Pragensis diocesis, ac sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A. I 15 (70) f. 296' n. 1285. de praebendis vacaturis (qu. 58 = V. 156 f. 303 n. 1285. Ed. CDM. VII n. 418. RBM. IV n. 1142. — a) correctum in margine ex ,sexaginta' A. b) , . . et' A.

21. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus cum Nicolao Nicolai de Litiez super defectu natalium dispenset.*

.$\overline{\overline{\text{X}}}$. *Avinione, 1342 Junii 23.*

V. f. . . episcopo Pragensi s. Constitutus in presencia nostra d. f. Nicolaus Nicolai de Lutitz, clericus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, et super eo eciam, quod tacito de defectu predicto se fecit, alias tamen rite, clericali caractere insigniri, quod defectu et aliis premissis nequaquam obstantibus possit clericali tonsura uti et ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam animarum habeat, obtinere valeat, dispensare misericorditer dignaremur. Cum autem idem clericus, quem per certos examinatores [1]) super hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus diligenter, inventus sit in illa convenienter idoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, nos de vita et conversacione ipsius clerici noticiam non habentes fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstanciis universis, que circa idoneitatem persone fuerint attendende, si dictus clericus alias sit idoneus nec sit paterne incontinencie imitator, sed bone conversacionis et vite, aliasque sibi merita suffragentur [a]) ad huiusmodi dispensacionis graciam obtinendam, secum super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire. D. ut s. [2]) [Auinione VIIII kal. Julii a. primo]. [b])

Clementis VI A I 16. (V. 214) f. 293' n. 448. super defectu natalium qu. 10 = V. 155 f. 436 n. 448. — [a]) ‚suffragnantur' A. [b]) suppletum ab editore. — [1]) in A. sequitur hic: ‚etc. ut in prima usque in finem', scilicet: ut in prima littera quaterni primi super defectu natalium, quae in eodem volumine fol. 220 continetur, unde etiam verba ‚super hoc deputatos — saluti videris expedire' in isto numero suppleta sunt. — [2]) scilicet ut in num. 415 eiusdem quaterni 10.

---

22. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Hermanno quondam Philippi de Olomucz super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1342 Junii 23.*

V. f. episcopo Olomucensi s. Constitutus in presencia nostra d. f. Hermannus, natus quondam Philippi de Olomutz, acolitus Olomucensis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, et eciam super eo, [a]) quod tacito de dicto defectu clericalem tonsuram et omnes minores ordines, alias tamen rite, suscepit, quod huiusmodi defectu et aliis predictis nequaquam obstantibus possit huiusmodi tonsura uti et in susceptis ordinibus ministrare et ad omnes superiores ordines promoveri

et ecclesiasticum beneficium obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur. . . . . D. ut s.[1]) [Auinione VIIII kal. Julii a. primo].[b])

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 297' n. 480, super defectu natalium qu. 10 = V 155 f. 438' n. 480. — Ed. CDM. VII n. 119, RBM. IV n. 1143. — [a]) ,super eo' suppletum in margine ab alia manu A. [b]) suppl. ab editore. — [1]) id est ut in num. 415 praecedenti.

23. *Episcopo Ganensi mandatur, quatenus cum Johanne quondam Nicolai de Dobron super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

.X̿. *Avinione, 1342 Junii 23.*

V. f. . . episcopo Ganensi [1]) s. Constitutus in presencia nostra d. f. Johannes quondam Nicolai de Dobron, acolitus Wratislauiensis diocesis, qui sicut asserit tacito de defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, se fecit, alias tamen rite, ad omnes minores ordines promoveri, nobis humiliter supplicavit, [ut cum eo,][a]) ut dicto defectu et aliis premissis nequaquam obstantibus possit in susceptis ordinibus ministrare et ad superiores ordines promoveri ac ecclesiasticum beneficium obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur . . . . D. ut s.[2]) [Auinione VIIII kal. Julii a. primo].[b])

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 299 n. 490, super defectu natalium qu. 10 = V 155 f. 439 n. 490. — [a]) suppletum ab editore. [b]) suppl. ab editore. — [1]) Ubi episcopatus iste reperiatur, incertum est. In registro quidem Avinionensi ,Gan̄' scriptum est, quod ,Ganensis' legendum esse haud dubium puto; sed huius nominis episcopatum apud Gams inutiliter quaereres. Si autem in ,Can', id est ,Can[n]ensis' emendaretur, tam episcopatum urbis Cannae in Italia [Gams p. 865] quam illum titularem de Canna [in provincia Lycaoniae in Asia, Gams p. 452] significare posset. [2]) id est ut in num. 415 praecedenti. ,Datum ut supra' suppletum ab alia manu A.

24. *Episcopo Frisingensi mandatur, quatenus cum Leone Conradi dicto de Freiburg super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1342 Junii 25.*

V. f. . . episcopo Frisingensi salutem. Constitutus in presencia nostra d. f. Leo Conradi, dictus de Friburch, presbyter Olomucensis diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, et quod vigore cuiusdam dispensacionis invalide se fecit ad omnes ordines promoveri et ministravit in eis, quod dicto defectu et aliis premissis nequaquam obstantibus possit in dictis ordinibus ministrare, dispensare[a]) misericorditer

dignaremur; . . . . nos . . . . fraternitati tue . . . . cum Johanni, episcopo Olomucensi, cui esset in hoc casu scribendum, ex certis causis scribere omittamus[b]) ad presens . . . . mandamus . . . . D. ut s.[1]) [Auinione VII kal. Julii a. primo].[c])

Clementis VI A I/16 (V. 214) f. 307′ n. 553, super defectu natalium qu. 11 = V. 155 f. 143′ n. 553. — [a]) suppletum supra A. [b]) ‚omitamus' A. [c]) suppletum ab editore. — [1]) id est ut in num. 550 praecedenti.

25. *Tilmanno Tilmanni de Lucemburgo*[a]) *providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae sancti Castoris in Cardono, Treverensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A. I/15 (70) f. 49 n. 966, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 158 n. 966. — [a]) ‚Lucembour' A. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

26. *Arnoldo, nato n. v. Joffridi de Saraeponte, providetur consideratione Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae Argentinensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/3 (58) f. 347, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 14 = V. 148 f. 398 n. 681. [1]) supplicatio ista non est reperta.

27. *Johanni Sudeci de Marolio, clerico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis*[1]) *de canonicatu ecclesiae Remensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/3 (58) f. 375′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 15 = V. 148 f. 427 n. 725. —[1]) supplicatio ista non est reperta.

28. *Petro de Waben, clerico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem ipsius regis* [1]) *de canonicatu ecclesiae sancti Donatiani Brugensis, Tornacensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. — *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/3 (58) f. 376', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 15 = V. 148 f. 424' n. 727. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

29. *Nicolao, nato Jacobi de Lambach,* [a]) *providetur consideratione Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *de canonicatu ecclesiae sancti Symeonis Trevereusis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. — *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/4 (59) f. 119', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 26 = V. 149 f. 101 n. 214. — [a]) ‚Lampach' A. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

30. *Conrado, nato n. v. Conradi de Carpena, militis, providetur consideratione Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *de canonicatu ecclesiae sancti Gereonis Coloniensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo'. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. — *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/4 (59) f. 342, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 33 = V. 149 f. 236' n. 478. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

31. *Nicolao dicto Pinchon providetur consideratione Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *de canonicatu ecclesiae Abrincensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. — *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/4 (59) f. 422, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 36 = V. 149 f. 290 n. 574. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

32. *Waltero, nato n. v. Walteri de Masbourg,*[a]) *militis, providetur consideratione Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae Tullensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

I | = (with I above) — .X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/4 (59) f. 481', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 38 = V. 149 f. 335' n. 654. — a) ‚Mesembourch' A. — 1) supplicatio ista non est reperta.

33. *Johanni Nicolai de Geldonia providetur consideratione Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae sancti Pauli Leodiensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

— ≡ — .X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/14 (69) f. 543' n. 858, de praebendis vacaturis qu. 43 = V. 156 f. 111 n. 858. — 1) supplicatio ista non est reperta.

---

34. *Johanni de Hoyo, clerico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem dicti regis*[1]) *de canonicatu ecclesiae Maguntinensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

I | = (with I above) — .X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 50 n. 968, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 159 n. 968. — 1) supplicatio ista non est reperta.

---

35. *Mathaeo de Fara, capellano Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem ipsius regis*[1]) *de canonicatu ecclesiae Laudunensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

I | = (with I above) — .X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 53' n. 973, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 161' n. 973. — 1) supplicatio ista non est reperta.

---

36. *Gilquino, nato n. v. Godefridi de Villaribus, militis, canonico Traiectensi,[1] providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae[2]) de canonicatu ecclesiae Treverensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 55' n. 975, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 162 n. 975. — [1]) hic scriptor litterae in errorem incidisse videtur, quia in littera ipsa loco competenti nulla fit mentio, quod canonicatum ecclesiae Traiectensis iam obtineat; ideo ‚Treverensi' loco ‚Traiectensi' legendum esse putamus. — [2]) supplicatio ista non est reperta.

37. *Theobaldo quondam Martini de Lucemburgo providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

D. f. Theobaldo quondam Martini de Lucembour, canonico Pragensi, s. Vite ac morum honestas . . . . . . Volentes itaque tibi p. i. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, Boemie regis illustris, pro te nobis humiliter supplicantis,[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . . D. Auinione kal. Julii a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Brenouiensis et . . Auloregie, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac archidiacono de Baucesio in ecclesia Constanciensi s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 57' n. 977, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 163 n. 977. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

38. *Pontineto de Metri, clerico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis[1]) de canonicatu ecclesiae Metensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 58' n. 978, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 163' n. 978. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

39. *Thierrico, nato Johannis de Basconia, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *de canonicatu ecclesiae sancti Gangerici Cameracensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 95 n. 1020, de praebendis vacaturis qu. 49 = V. 156 f. 184 n. 1020. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

40. *Jacobo de Villaribus providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *de canonicatu ecclesiae sancti Johannis Leodiensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 114′ n. 1047, de praebendis vacaturis qu. 50 = V. 156 f. 196 n. 1047. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

41. *Nicolao Petri de Barco providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *de canonicatu ecclesiae Suessionensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 115 n. 1048, de praebendis vacaturis qu. 50 = V. 156 f. 196′ n. 1048. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

42. *Nicasio de Waurechin, capellano Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem dicti regis*[1] *de canonicatu ecclesiae Cameracensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

|
| =
.X X.

Avinione, 1342 Julii 1.

Clementis VI A I/15 (70) f. 127′ n. 1067, de praebendis vacaturis qu. 51 = V. 156 f. 204 n. 1067. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

43. *Theoderico, nato n. v. Symonis dicti Bayer militis, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *de canonicatu ecclesiae Wormatiensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/15 (70) f. 147 n. 1093, de praebendis vacaturis qu. 52 = V. 156 f. 215' n. 1093. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

44. *Johanni Philippi Medenart de Lucemburgo providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae in villa Monasterii de Meinvelt, Trevcrensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/15 (70) f. 148 n. 1094, de praebendis vacaturis qu. 52 = V. 156 f. 216 n. 1094. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

45. *Werrico, nato n. v. Joffridi de Corri, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae Spirensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' — In e. m. archidiacono de Baucesio, Constantiensis, et Nicolao de Lucemburgo, canonico Pragensis ecclesiarum ac officiali Spirensi. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/15 (70) f. 348 n. 1359, de praebendis vacaturis qu. 60 = V. 156 f. 336 n. 1359. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

46. *Dithmaro de Meckenbach*[a]) *providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' — In e. m. abbati monasterii de Mogila,*[b]) *Cracoviensis diocesis, et archidiacono de Baucesio, Constantiensis, ac Nicolao de Lucemburgo, canonico Pragensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I/15 (70) f. 349 n. 1360, de praebendis vacaturis qu. 60 = V. 156 f. 336' n. 1360. — [a]) ‚Metkobath' A. [b]) ‚Mogla' A. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

47. *Francisco de Tacommanda, in artibus et medicina magistro ac medico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis¹) de canonicatu ecclesiae Tornacensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

. X X . *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I 15 (70) f. 391 n. 1415, de praebendis vacaturis qu. 62 = V. 156 f. 362 n. 1415. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

48. *Waltero, nato n. v. Walteri de Clerva, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,¹) de canonicatu ecclesiae sancti Severini Coloniensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Julii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

. X X . *Avinione, 1342 Julii 1.*

Clementis VI A I 15 (70) f. 418' n. 1447, de praebendis vacaturis qu. 63 = V. 156 f. 377 n. 1447. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

49. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Ludovico, primogenito regis Ungariae, et Margaretha, filia Caroli de Bohemia, super matrimonio contrahendo dispensetur.*

Avinione, 1342 Julii 8.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus inter Ludouicum, primogenitum regis Vngarie, in tercio gradu consanguinitatis, et Margaritam, neptem suam, primogenitam primogeniti filii sui Karoli de Boemia, marchionis Morauie, infra quartum gradum consanguinitatis sibi adinvicem attinentes, volentes contrahere matrimonium, de benignitate solita et vestra gracia speciali dignemini dispensare, ut [a]) in forma.

Fiat R, propter celsitudinem generis personarum, et ut inter ipsa regna pax melius reformetur R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII id. Julii a. primo.

Clementis VI S I 1 (1) f. 48. — [a]) ‚et' S., corr. ab editore.

50. *Cum Ludovico, primogenito Caroli, regis Ungariae, et Margaretha, primogenita Caroli de Bohemia, dispensatur super matrimonio contrahendo.*

.X.

Avinione, 1342 Julii 8.

D. f. n. v. Ludouico, c. in Ch. f. n. Karoli, regis Vngarie illustris, primogenito, et d. in Ch. f. n. m. Margarite, primogenite d. f. n. v. Karoli de Boemia, marchionis Morauie, primogeniti c.[a]) in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, s. Etsi inter illos, qui consanguinitatis vel affinitatis gradu invicem sunt connexi, sacrorum canonum instituta matrimonialem copulam interdicant, summus tamen pontifex ex plenitudine potestatis, quam non ab homine obtinet, sed a deo, considerata personarum et temporum qualitate, utiliora prospiciens nonnunquam rigorem mansuetudine [mitigat].[b]) maxime circa sublimes personas, pro pace regencium, temporum et regnorum, et quod negat iuris severitas, indulget provide dispensando de gracia speciali. Cum itaque, sicut ex parte vestra fuit nobis expositum, vos, qui ex tui, fili Ludouice, in tercio, et ex tui, filia Margarita, partibus in quarto consanguinitatis gradibus vobis invicem attinetis, ut dileccionis sinceritas, que mutuis caritatis affectibus inter carissimos in Christo ff. nn. Karolum Vngarie, genitorem tuum, fili Ludouice, ac Johannem Boemie reges illustres, avum tuum, filia Margarita, hactenus viguit, nove connexionis federe vigeat amplius, summotis impedimentis, que ex consanguinitate huiusmodi proveniunt, cupiatis invicem matrimonialiter copulari: nos ob vestri generis celsitudinem, et ut inter ipsos reges et eorum regna pax melius roboretur, vestris supplicacionibus inclinati vobiscum, ut impedimentis, que ex huiusmodi consanguinitatibus proveniunt, non obstantibus possitis invicem matrimonium licite contrahere, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus, prolem suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam decernentes. Nulli ergo etc..... D. Auinione VIII id. Julii a. primo.

Clementis VI A I/12 (67) f. 50′ n. 53, diversarum formarum qu. 1 = V. 155 f. 178 n. 53. Ed. Werunsky, Excerpta n. 6, RBM. IV n. 1153. — [a]) suppletum in margine ab alia manu A. [b]) deest in A., suppl. ab editore.

---

51. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus magistro Francisco de Tacommanda de canonicatu aliquo, dignitate seu beneficio provideatur.*

Avinione, 1342 Julii 13.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti et specialis medici sui Francisci de Tacomandi de Ciuitate Castelli, in artibus et medicina magistri, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu ecclesie .. *[sic]*, dignitate, personatu, officio seu administracione cum cura vel sine cura, aut si quis ad huiusmodi dignitatem, personatum, officium seu administracionem per eleccionem assumi consuevit, inibi vacante vel vacaturo dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non

obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie Nouiomensis noscitur obtinere, cum clausulis oportunis et executoribus. Fiat de dignitate etc. eciam cum cura in ecclesia Nouiomensi R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[1]) D. Auinione III id. Julii a. primo.

Clementis VI S. 1 t. 1 f. 63'. [1] litteras vide in num. 52, ubi insuper canonicatum ecclesiae Tornacensis obtinere dicitur, de quo hic nulla fit mentio (vide num. 47).

52. *Magistro Francisco de Tacommanda fit gratia de dignitate vacatura in ecclesia Noviomensi.*

.$\overline{\text{X}}$ $\overline{\overline{\overline{\text{X}}}}$. *Avinione, 1342 Julii 13.*

D. f.[1]) Francisco de Tacomandi de Ciuitate Castelli, canonico Nouiomensi, in artibus et medicina magistro, s. Litterarum sciencia, vite ac morum honestas et alia tue probitatis merita, super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendaris, exposcunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque premissorum meritorum intuitu necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, medico suo, nobis super hoc humiliter supplicantis, personam tuam in ecclesia Nouiomensi, cuius existis canonicus, amplius honorare tibique graciam facere specialem, dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, si qua, vel si quis, aut si quod in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, *[clausula ‚acceptationis' ut in n. 6.]* conferendam vel conferendum tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus, *[clausulae ‚inhibitionis' et ‚decreti' ut in n. 6*[2]*)]; [‚non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus — firmitate alia roboratis, seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis in dicta ecclesia — quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa huiusmodi dignitates, personatus vel officia expectantibus — de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie racione huiusmodi dignitatis seu personatus vel officii solitum iuramentum — prestes' ut in n. 6.],* aut quod in predicta ecclesia canonicatum et prebendam nosceris obtinere, et quod nuper canonicatum ecclesie Tornacensis tibi contulimus et prebendam, si tunc in eadem ecclesia vacabat, vel cum vacaret, quam duceres acceptandam, conferendam tibi per nostras certi tenoris litteras duximus reservandam.[3]) Nulli ergo etc. nostre reservacionis, inhibicionis et constitucionis infringere etc. D. Auinione III id. Julii a. primo.

In e. m. dd. ff. .. sancte Genouefe Parisiensis et .. sancti Eligii Nouiomensis monasteriorum abbatibus ac .. archidiacono de Bautesio in ecclesia Constantiensi s. Litterarum sciencia etc. usque duximus reservandam. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios huiusmodi dignitatem seu personatum vel officium per nos ut premittitur reservatam seu eciam reservatum, si tempore huiusmodi nostre reservacionis in dicta ecclesia Nouiomensi vacabat vel extunc vacavit, aut quamprimum illam vel illum seu illud vacare contigerit, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Francisco post acceptacionem huiusmodi auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem

suum eius nomine in corporalem possessionem huiusmodi dignitatis vel personatus seu officii et defendentes inductum ac facientes eum vel procuratorem predictum pro eo ad huiusmodi dignitatem seu personatum vel officium, prout est moris, admitti *[sibique — respondere ut in n. 6.]*, non obstantibus omnibus supradictis, *[seu si eidem episcopo — mencionem ut in n. 6.]*, contradictores auctoritate nostra etc. D. ut s.

Clementis VI A I 11 (66) f. 355' n. 278 de dignitatibus vacaturis qu. 15 — V 167 f. 403 n. 278. — a) in margine annotatum: ‚Januarius' A. — Nota tamen, quod hic et in sequentibus formulis ubique ponendum est ‚dignitas aut personatus vel officium' loco ‚prebenda' aut ‚canonicatus et prebenda'. — Provisionem de canonicatu ecclesiae Tornacensis sub expectatione praebendae dd. 1342 Julii 1 vide sub num. 17.

---

53. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Henrico de Lipa de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Julii 13.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam Henrici, nobilis et potentis baronis sui, clerici Olomucensis diocesis, nati quondam Henslini, militis de Lipa, graciam facientes specialem, eidem de canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere, prebendam vero inibi vacantem vel proxime vacaturam conferendam eidem donacioni sedis apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Julii a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 67.

54. *Henrico de Lipa providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I. X — I/X.

Avinione, 1342 Julii 13.

D. f. Henrico, nato quondam Henslini de Lipa, militis, canonico Pragensi, s. etc. Nobilitas generis ... Horum igitur consideracione necnon c. in Ch. f. n. Johannis,[a] regis Bohemie illustris, pro te nobis in hac parte humiliter[b] supplicantis, volentes te favore prosequi gracioso, canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit ... conferendam tibi ... d. a. reservamus ..... D. Auinione III id. Julii a. primo.

In e. m. v. f... episcopo Forosinfroniensi et dd. ff... preposito Boleslawiensis ac Johanni dicto Paduano, canonico Olomucensis ecclesiarum s. etc..... D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 224, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 148 f. 267 n. 150. Registrata etiam in A I 7 (62) f. 102, sed non terminata, sine taxatione et cancellata. — a) suppletum in margine A. b) suppletum in margine A.

55. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni, nato Johannis de Lubek, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Julii 13.

Supplicat S. V. f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus Johanni, nato Johannis de Lubec, clerico Wratislauiensi, studenti in iure canonico in Montepesulano, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis dignemini providere et prebendam sibi conferendam reservare, cum acceptacione et clausula anteferri, non obstante, quod in ecclesia sancte Elizabet Wratislauiensis unum altare sine cura noscitur obtinere.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Julii a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) 62.

56. *Johanni, nato Johannis de Lubek, providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X.

Avinione, 1342 Julii 13.

D. f. Johanni, nato d. f. Johannis de Lubek, canonico Wratislauiensi, s. Laudabile testimonium..... Volentes itaque tibi, in Montepessulano in iure canonico studenti, p. t. m. o. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te nobis super hoc humiliter supplicantis, g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit.... conferendam tibi.... d. a. reservamus....; non obstantibus ....seu quod in ecclesia sancte Elisabeth Wratislauiensis quoddam altare sine cura nosceris obtinere..... D. Auinione III id. Julii a. primo.

In e. m. v. f... archiepiscopo Guzenensi[a]) et dd. ff... abbati monasterii in Heynrichowe ac.. decano ecclesie sancti Pauli de Fenolhedesio, Wratislauiensis et Electensis diocesis, s. etc..... D. ut s.

Clementis VI A I/13 (68) f. 430 n. 281, de praebendis vacaturis qu. 14 = V. 153 f. 265 n. 281. — Ed. Theiner MP. I n. 588. Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — a) sic A. = Gneznensi.

57. *Petrus Woyslai confirmatur in abbatem monasterii Strahoviensis.*

X X X
. X X X .

Avinione, 1342 Julii 10.

D. f. Petro Woyslai, abbati monasterii Montissyon, alias Strahouiensis, prope Pragam, ordinis Premonstratensis, s. etc. Dum iuxta pastoralis officii debitum attenta meditacione pensamus, quam sit onusta dispendiis, quot eciam et quanta pericula secum trahat ecclesiarum et monasteriorum vacacio diuturna, opem et operam, quantum nobis ex alto permittitur, adhibemus, ut huiusmodi ecclesiis et monasteriis, que vacacionis incommodis exponuntur, de celeris et salubris provisionis remedio succurratur, ne illorum provisione protracta sustineant in spiritualibus et temporalibus detrimentum. Olim siquidem monasterio Montissyon alias Strahouiensi prope Pragam, Premonstratensis ordinis, per obitum quondam Gherardi, ipsius monasterii abbatis, qui in partibus illis diem clausit extremum, abbatis regimine destituto, f. r. Johannes papa XXII, predecessor noster, vacacione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, cupiens eidem monasterio personam idoneam per apostolice sedis providenciam presidere, provisionem ipsius monasterii ea vice, videlicet VIIII kalendas Maii, pontificatus sui anno quartodecimo,[1]) disposicioni sue ac sedis apostolice specialiter reservavit decernens extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero, cum Theodericus de Reno, canonicus dicti monasterii, de facto in[a]) ipso monasterio per conventum ipsius electus fuisset[b]) ac illud per plures annos occupatum tenuisset de facto ac eciam detineret, dd. ff... abbas monasterii Premonstratensis, Laudunensis diocesis, ac generale capitulum dicti ordinis eundem Theodericum ab ipso monasterio Montissyon amoverunt, prout eis ex institutis dicti ordinis per sedem eandem confirmatis ex certa sciencia competebat, ac ignari ut fertur reservacionis et decreti predictorum pretendentes ad ipsos ea vice provisionem ipsius monasterii Montissyon pertinere, de te, tunc canonico monasterii Gradicensis, dicti ordinis, Olomucensis diocesis, ordinem ipsum expresse professo et in sacerdocio constituto, eidem vacanti monasterio Montissyon providerunt de facto, et subsequenter nonnulli canonici dicti monasterii Montissyon, reservacionem et decretum predicta sicut asseritur ignorantes, d. f. Hilgerum de Reno, canonicum dicti monasterii Montissyon, in abbatem monasterii de facto elegerunt eiusdem, ipseque Hilgerus huiusmodi eleccioni de se taliter facte consenciens et eligentes eundem contra te ac provisionem predictam tibi factam ad sedem apostolicam appellarunt. Postmodum vero prefato Johanne sublato de medio et p. m. Benedicto papa XII, predecessore nostro, ad apicem summi apostolatus assumpto huiusmodi provisionis, eleccionis et appellacionis negocio tam coram dicto Benedicto primo quam deinde ipso Benedicto, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto coram nobis postea divina favente gracia ad apicem summi apostolatus assumptis in consistorio proposito, nos provisionem et eleccionem predictas, utpote post et contra reservacionem et decretum predicta attemptatas, reputantes prout erant irritas et inanes ac ad provisionem ipsius monasterii Montissyon, de qua nullus preter nos se hac vice intromittere potest, reservacione et decreto huiusmodi obsistentibus, ne monasterium ipsum, de quo per ipsum Benedictum ordinatum non fuit, prolixioris vacacionis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis

studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem monasterio Montissyon personam utilem et eciam fructuosam, cuius industria et virtute illud in suis valeret adaugeri iuribus ac eciam defensari, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui apud nos de religionis zelo, litterarum sciencia, honestate morum et vite ac aliis virtutum meritis fidedigna testimonia suffragantur, direximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus consideracione premissorum accepta eidem monasterio Montissyon de ipsorum fratrum consilio [c]) auctoritate apostolica providemus teque ipsi monasterio preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod idem monasterium per tue circumspeccionis et diligencie studium dextera domini tibi assistente propicia spiritualiter et temporaliter regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino devote suscipiens [d]) curam et administracionem predictas sic geras fideliter et sollicite prosequaris, quod prefatum monasterium gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque proinde eterne retribucionis mercedem acquiras ac nostram et sedis eiusdem benediccionem et graciam consequi uberius merearis. D. Auinione XIIII kal. Augusti a. primo.

In e. m. dd. ff. conventui monasterii Montissyon alias Strahouiensis prope Pragam, Premonstratensis ordinis, s. Cum iuxta pastoralis officii debitum etc. usque et prospere dirigetur. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Petrum abbatem tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote recipientes et honeste tractantes ac exhibentes ei obedienciam et reverenciam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipiatis ilariter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sentenciam ipsam, quam idem abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. D. ut. s. [e])

In e. m. d. f. n. v. Karolo, marchioni Morauie, s. Divine retribucionis premium et preconium humane laudis acquiritur, si per seculares principes ecclesiarum prelatis monasteriorum regimini presidentibus honor debitus impendatur. Olim siquidem monasterio Montis Syon etc. usque et prospere dirigetur. Cum itaque sit virtutis opus dei ministros benigno [f]) favore prosequi et eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem abbatem et prefatum monasterium Montissyon, sue cure commissum, habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem abbas tuo fultus auxilio in commisso sibi monasterii predicti regimine possit deo propicio prosperari, ac tibi exinde a deo perempnis vite premium et a nobis condigna proveniat accio graciarum. D. ut s. [g])

Clementis VI A I/7 (62) f. 249 n. 37, de provisionibus praelatorum qu. 2 = V. 152 f. 140 n. 37. — [a]) suppletum in margine A. [b]) ‚per — fuisset' correctum in margine ex ‚per isset' (sic) A. [c]) ‚concilio' A. [d]) ‚suspiciens' A., corr. ab editore. [e]) haec littera tota in margine inferiori suppleta est. [f]) ‚benignos' A. [g]) corr. ex ‚Auinione XIIII kalendas Augusti anno primo' A. — [1]) 1330 Aprilis 23.

58. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus cum Johanne Lucae de Nizboh super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Gratis pro deo. *Auinione, 1342 Julii 19.*

V. f. . . episcopo Pragensi s. Constitutus in presencia nostra d. f. Johannes Luce de Nozeboch, scolaris tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo, qui sicut asserit ascribi desiderat milicie clericali, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quod defectu huiusmodi non obstante possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur . . . . D. ut s.[1]) [Auinione XIIII kal. Augusti a. primo].[a])

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 301' n. 512, super defectu natalium qu. 11 — V. 155 f. 140' n. 512. — [a]) suppletum ab editore. — [1]) id est ut in num. 191 praecedenti.

59. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Nicolao, filio suo, super defectu aetatis dispensetur.*

Apud Villamnovam. 1342 Julii 20.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quod dudum cum Nicolao de Boemia, nato suo, clerico Pragensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de ligato genitus et ligata, quod huiusmodi non obstante defectu ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere posset, per episcopum Pragensem, diocesanum suum, extitit dispensatum, idemque Nicolaus virtute dispensacionis huiusmodi canonicatum et prebendam ecclesie Wisscegradensis, dicte diocesis, fuit adeptus; quare humiliter supplicat, quatenus cum dicto Nicolao, quod eodem ac etatis defectu, quem patitur in XXI anno sue constitutus etatis, non obstantibus ad omnes sacros ordines promoveri et beneficia ecclesiastica unum et plura se invicem compassibilia in cathedralibus vel aliis quibuscunque ecclesiis simul cum canonicatu et prebenda predictis valeat obtinere, eciamsi dignitates, officia, personatus vel administraciones extiterint et curam habeant animarum et ad ea vel eorum aliquod consueverit aliquis per eleccionem assumi, ipsaque beneficia obtenta vel obtinenda et quodlibet eorum ad alia ecclesiastica beneficia permutare illaque dimittere et alia recipere, prout fuerit oportunum, necnon ad episcopalem et superiorem dignitatem et quoslibet honores et status ecclesiasticos et mundanos eligi et assumi valeat, ac eum ad premissa omnia perinde plene habilitare, ac si de legitimo thoro esset natus, auctoritate apostolica dignemini de speciali gracia dispensare ac decernere, quod in quibuscunque graciis pro se a sede apostolica de cetero impetrandis non teneatur de defectu huiusmodi facere mencionem.

Fiat per omnia sicut petitur, eciam de episcopali dignitate et superiori R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villam nouam, Auinionensis diocesis, XIII kal. Augusti a. primo.

Clementis VI S I 1 (1) f. 75.

60. *Cum Nicolao, nato Johannis, regis Bohemiae, clerico Pragensis diocesis, dispensatur super defectu natalium et aetatis eisdem verbis per omnia, prout in numero praecedenti supplicatum extitit. ‚D. apud Villamnouam, Auinionensis diocesis, XIII kal. Augusti a. primo.'*

| X
| X
. L X.

Apud Villamnovam, 1342 Julii 20.

Clementis VI A I 12 (67) f. 168'. diversarum formarum qu. 6 = V. 155 f. 229. Ed. Werunsky, Excerpta n. 10. RBM. IV n. 1157.

---

61. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus cum Nicolao Johannis de Praga super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1342 Julii 22.*

V. f. . . episcopo Pragensi s. etc. Constitutus in presencia nostra d. f. Nicolaus Johannis de Praga, acolitus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum ipso super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, [ut][a]) eodem non obstante defectu possit ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere, dispensare misericorditer dignaremur. . . . . [D. Auinione XI kal. Augusti p. n. a. primo].[b])

Clementis VI A I 6 (61) f. 179'. super defectu natalium qu. 2 = V. 151 f. 220' n. 1184. — [a]) suppletum ab editore. [b]) datum deest in A. et suppletum ab editore e litteris, quae in A I/6 f. 178 diriguntur ‚preposito ecclesie Traiectensis'.

---

62. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, quatenus cum Raynaldo de Byczyna super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Registrata gratis. *Avinione, 1342 Julii 22.*

V. f. . . episcopo Wratislauiensi s. Constitutus in presencia nostra d. f. Reynaldus de Byczhin, clericus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ac eciam super eo, quod tacito de defectu predicto se fecit, rite tamen alias, clericali caractere insigniri, quod huiusmodi defectu nequaquam obstante possit dicta clericali tonsura uti et ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur . . . . D. ut s. [Auinione XI kal. Augusti a. primo].[a])

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 237 n. 106. super defectu natalium qu. 3 = V. 155 f. 412 n. 106. Registrata in ZVGA Schlesiens XXV, 301. — [a]) suppletum ab editore e num. 1 praecedenti.

63. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus cum Johanne de Benessow super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Gratis pro deo. *Auinione, 1342 Julii 22.*

V. f. episcopo Pragensi s. etc. Constitutus in presencia nostra d. f. Johannes de Benessow, diaconus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ac eciam super eo, quod tacito de[a]) dicto defectu se fecit, alias tamen rite, ad omnes minores et ad subdiaconatus et diaconatus ordines promoveri et in sic susceptis ordinibus ministravit, quod defectu et aliis premissis nequaquam obstantibus possit in huiusmodi susceptis ordinibus ministrare ac ad presbyteratus ordinem promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur .... D. ut s. [Auinione XI kal. Augusti a. primo].[b])

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 242 n. 142, super defectu natalium qu. 3 = V. 155 f. 114' n. 142. — a) suppletum supra A. b) suppletum ab editore e num. 1 praecedenti.

---

64. *Episcopo Cracoviensi mandatur, quatenus cum Vladislao, duce Bytomiensi, et Lucardi, uxore ipsius, super matrimonio iam contracto dispenset.*

.X̄. *Apud Villamnovam, 1342 Julii 23.*

V. f... episcopo Cracouiensi s. Peticio d. f. n. v. Wladislai, ducis[a]) Bithomiensis,[b]) et d. in Ch. f. n. m. Lucardis, neptis d. f. n. v. Ottonis, domini de Stetin, Caminensis[c]) diocesis, nuper nobis exhibita[1]) continebat, quod ipsi olim ignorantes aliquod impedimentum existere inter eos, quominus possent invicem matrimonialiter copulari, inter se matrimonium publice contraxerunt et prolem exinde eciam susceperunt, quodque postmodum compertum extitit, quod quondam .. prior uxor eiusdem ducis, erat, dum viveret, eidem Lucardi quarto consanguinitatis gradu coniuncta, propter quod nequeunt absque dispensacione apostolica in dicto matrimonio remanere. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, si divorcium fieret inter eos, multa possent inter ipsum ducem et ipsius Lucardis consanguineos rancores et odia verisimiliter suboriri, ex parte ipsorum ducis et Lucardis fuit[d]) nobis humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc de oportune dispensacionis beneficio misericorditer dignaremur. Nos itaque, qui salutem et pacem querimus singulorum, volentes huiusmodi odiis et rancoribus, quantum cum deo possumus, obviare ac de circumspeccione tua plenam in domino fiduciam obtinentes, huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si est ita, cum eisdem Wladislao et Lucardi, ut impedimento, quod ex consanguinitate huiusmodi provenit, non

obstante in dicto matrimonio licite remanere valeant, auctoritate nostra dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam decernendo. D. apud Villamnouam, Auinionensis diocesis, X kal. Augusti a. primo.

Clementis VI A I 6 (61) f. 211, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1 = V. 151 f. 241' n. 1275. Ed. Theiner MP. I n. 579. — [a] correctum in margine ex ,dictis' A. [b] correctum ex ,Biclomiensis' A. [c] correctum ex ,Cominensis' A. [d] sequitur ,humi', sed cancell. A. — [1] supplicatio ista non est reperta.

---

65. *Nicolao, abbati monasterii Sedlicensis, conceditur absolutio plena in mortis articulo.*

≡ .X.

Apud Villamnovam, 1342 Julii 25.

D. f. Nicolao, abbati monasteri Cedlicensis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis. s. Provenit ex tue devocionis affectu,[1] quo nos et Romanam ecclesiam revereris, ut peticiones tuas illas presertim, que anime tue salutem respiciunt,[a] ad exaudicionis graciam admittamus. *[,Hinc est, quod nos, tuis supplicacionibus inclinati, ut confessor tuus, quem duxeris eligendum — quoad illa predicta remissio tibi nullatenus suffragetur' ut in n. 15, mutata persona].* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. apud Villamnouam, Auinionensis diocesis, VIII kal. Augusti a. primo.

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 435 n. 23, de absolutione qu. 1 = V. 155 f. 388 n. 23. — [a] repetitum, sed cancellatum A. — [1] hoc loco in A I 16 sequitur in praesenti littera: ,etc. ut in prima, que dirigitur Guillelmo Bernardi de Pristinio, usque si supervixeris, vel per alios, si tunc forte transieris etc. usque in finem. Datum — anno primo.' Verba autem sequentia: ,quo nos et Romanam ecclesiam revereris — incursurum' suppleta sunt ab editore e littera prima eiusdem quaterni, quae dirigitur Guillelmo Bernardi de Pristinio (f. 433 n. 1).

---

66. *Nicolao Nicolai providetur de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae ac de archidiaconatu eiusdem ecclesiae, qui per promotionem Jaroslai, archiepiscopi Gneznensis, et munus consecrationis apud sedem apostolicam eidem impensum[1] vacare noscitur. ,D. apud Villamnouam, A. d., VI kal. Augusti a. primo.' — In e. m. abbati monasterii de Claratumba et praeposito Opoliensis, Cracoviensis et Vratislaviensis diocesium, ac cantori Gneznensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| ≡ .X. | V X.

Apud Villamnovam, 1342 Julii 27.

Clementis VI A I 1 (56) f. 316', de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 147 f. 150 n. 292. — [1] Jaroslaus Boguria el. 1342 Febr. 14, consecratus Avinione 1342 Junii 8 (Gams p. 347).

67. *Jaroslaus, archiepiscopus Gneznensis, supplicat, quatenus Petro Pacoslai de canonicatu et praebenda in ecclesia Cracouiensi vacantibus provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Julii 27.

Supplicat S. V. humilis creatura vestra Jaroslaus, archiepiscopus Gneznensis. . . . .

Item supplicat, quatenus Petro Pacoslai canonicatum et prebendam Gneznensis ecclesie, quos idem archiepiscopus similiter [1]) obtinebat, simili modo [2]) vacantes conferre dignemini graciose, non obstante, quod in ecclesia Cracouiensi canonicatum et prebendam et curatam ecclesiam Drecen, Wratislauiensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R. Et s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VI kal. Augusti a. primo.

Clementis VI S 1 (1) f. 93. — [1]) scil. ‚sue promocionis tempore': suppletum ex omissa parte supplicationis. [2]) scil. ‚per ipsius archiepiscopi consecracionem': suppletum ex parte supplicationis omissa. Vide n. 66 nota 1.

68. *Petro Pacoslai providetur de canonicatu et praebenda ecclesiae Gneznensis, vacantibus per promotionem Jaroslai, archiepiscopi Gneznensis, et munus consecrationis apud sedem apostolicam eidem impensum,* [1]) *non obstante ut in n. 67.* ‚*D. apud Villamnouam, A. d., VI kal. Augusti a. primo.*' — *In e. m. praeposito Opoliensis et scolastico Lanciciensis ac cantori Sandomiriensis, Vratislaviensis, Gneznensis et Cracoviensis diocesium, ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

. $\overline{X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}$. *Apud Villamnovam, 1342 Julii 27.*

Clementis VI A I 1 (56) f. 333', de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 147 f. 161' n. 317. — [1]) vide num. 66 nota 1.

69. *Dionysio Prandothae providetur de canonicatu et praebenda ecclesiae Cracoviensis, qui per promotionem Jaroslai, archiepiscopi Gneznensis, et munus consecrationis apud sedem apostolicam eidem impensum* [1]) *vacare noscuntur.* ‚*D. apud Villamnouam, A. d., VI kal. Augusti a. primo.*' — *In e. m. abbati monasterii de Claratumba et praeposito Opoliensis, Cracoviensis et Vratislaviensis diocesium, ac Thomislao, cantori Gneznensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

. $\overline{X}$ $\overline{\overline{X}}$. *Apud Villamnovam, 1342 Julii 27.*

Clementis VI A I 1 (56) f. 334, de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 147 f. 162 n. 318. — [1]) vide num. 66 nota 1.

70. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus cum Duchcone Jacobi de Zdětín super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

.X̿. *Avinione, 1342 Julii 27.*

V. f... episcopo Pragensi s. etc. Constitutus in presencia nostra d. f. Duchco Jacobi de Sdetin, clericus tue diocesis,[a]) cum quo alias sicut asserit super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quod ipso defectu tacito se fecit ad omnes minores ordines, alias tamen rite, promoveri et in ipsis susceptis ministravit,[b]) per v. f. n. Gaucelinum, episcopum Albanensem, auctoritate apostolica, quod premissis non obstantibus in eisdem ordinibus ministrare et beneficium ecclesiasticum sine cura posset obtinere, extitit dispensatum, nobis humiliter supplicavit, [ut cum eo],[c]) quod defectu huiusmodi non obstante possit ad sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur.... [D. Auinione VI kal. Augusti p. n. a. primo].[d])

Clementis VI A I/6 (61) f. 151, super defectu natalium qu. 1 = V. 151 f. 202 n. 924. — [a]) in A. sequitur: ‚ut cum eo', om. ab editore. [b]) in A. sequitur: ‚super quibus secum', om. ab editore. [c]) suppletum ab editore, vide notam [a]). [d]) datum deest in A. et suppletum ex 11 littera praecedenti in A I/6 f. 150, quae dirigitur ‚archidiacono Bisuntinensi'.

71. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus cum Venceslao Conradi super defectu natalium dispenset. Forma ut in n. 21.*

Gratis. *Avinione, 1342 Julii 27.*

V. f... episcopo Olomucensi s. etc. Constitutus in presencia nostra d. f. Venceslaus Conradi, scolaris tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo, qui sicut asserit ascribi desiderat milicie clericali, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu possit ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur... [D. Auinione VI kal. Augusti p. n. a. primo].[a])

Clementis VI A I/6 (61) f. 154, super defectu natalium qu. 1 = V. 151 f. 204 n. 950. — [a]) datum deest in A. et suppletum ex 11 littera praecedenti in A I/6 f. 150, quae dirigitur ‚archidiacono Bisuntinensi'.

72. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Nicolao de Lucemburgo de praepositura in Sadska vacante provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam devoti sui Nicolai de Luzemburch, notarii sui secretarii, graciam facientes specialem, eidem de prepositura in Saczka, Pragensis diocesis, vacante apud sedem apostolicam per reservacionem f. r. domini Johannis pape XXII, quam Albertus, quondam plebanus de Falknaw, virtute gracie per ipsum dominum Johannem papam de dignitate et personatu sibi facte occupavit et modo de facto detinet occupatam, dignemini providere, non obstante, quod in Pragensi et in Melnico, Pragensis diocesis, et in Virdunensi et in sanctorum Castoris[a]) in Confluentia et Florini ecclesiis, Treuerensis diocesis, canonicatus et prebendas dignoscitur obtinere, quos quidem canonicatum et prebendam in ipsa Virdunensi ecclesia paratus est dimittere, cum huiusmodi prepositure in Saczka possessionem pacificam fuerit assecutus, et cum aliis non obstantibus et clausulis et aliis executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI S I 1 (1) f. 101'. — a) Hastoris S.

73. *Nicolao de Lucemburgo providetur de praepositura in ecclesia de Sadska vacante. Forma ut in n. 9.*

≡ V
.X X. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.*

D. f. Nicolao de Lucemberk, preposito ecclesie in Saczka, Pragensis[a]) diocesis, s. etc. Morum et vite honestas . . . . . . Dudum siquidem f. r. Johannes papa XXII, predecessor noster, intendens de prepositura ecclesie de Saczka Pragensis diocesis, quam quondam Mathias, ultimus ipsius ecclesie prepositus, dum viveret obtinebat, cum illam vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, preposituram huiusmodi, dum adhuc idem Mathias ageret in humanis, videlicet IIII idus Januarii pontificatus sui anno tercio decimo[1]), disposicioni et ordinacioni sue ac dicte sedis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ea vice specialiter reservavit, decernens extunc irritum et inane, si secus super hiis a quocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum autem postmodum dicta prepositura per ipsius Mathie obitum, qui dicto predecessore vivente extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacavisse et adhuc vacare noscatur, nullusque de illa, de qua sic vacante idem Johannes ac p. m. Benedictus papa XII, predecessor noster et eiusdem Johannis immediatus successor, dum vixerunt minime ordinarunt, preter nos hac vice disponere possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes

tibi p. m. t. i. et consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, notario secretario suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis, g. f. s., predictam preposituram sic vacantem c. o. i. et p. s. ap. t. a. conferimus et de illa eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . . seu quod in Pragensi et in de Melnico ac in Viridunensi, sancti Castoris et sancti Florini in Confluencia, Pragensis et Treuerensis diocesium, ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere, quodque d. f. Albertus, olim plebanus ecclesie de Falknaw, dicte diocesis, prefatam preposituram pretextu cuiusdam gracie de dignitate, personatu vel officio sub expectacione [b] per ipsum Johannem predecessorem facte post dicti Mathie obitum ut dicitur occupavit de facto et detinet occupatam. Volumus autem, quod, postquam vigore presentis gracie dicte prepositure possessionem pacificam fueris assecutus, dictos canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Viridinensis, quos ut premittitur obtines, quosque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. D. apud Villam nouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Aptensi et dd. ff. . . decano ac Thobie Janconis de Vscopenicz, canonico ecclesie Pragensis, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I 1 (56) f. 352, de beneficiis vacantibus qu. 8 = V. 147 f. 192 n. 380. Ed. Werunsky, Excerpta n. 11, RBM. IV n. 1158. — a) ‚Paragensis' habet A. b) ‚exspectacione' A. — c) 1329 Januarii 10.

---

74. Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Henrico Haille de canonicatu ecclesiae Cameracensis sub expectatione praebendae provideatur.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Supplicat S. V. devotus f. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam dilecti clerici secretarii sui Henrici Haille, Rothomagensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuti, qui sibi per XIIII annos et amplius bene, diligenter et legaliter servivit, eidem Henrico de canonicatu ecclesie Cameracensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, conferendam eidem Henrico donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat in ecclesia Traiectensi R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 104'.

75. *Henrico Haille, clerico et secretario Johannis, regis Bohemiae, cui per quatuordecim annos et amplius bene, diligenter et legaliter servivit, providetur de canonicatu ecclesiae Traiectensis sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam,[a]) A. d., IIII non. Augusti a. primo.' Forma ut in n. 6*

. X X. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.*

Clementis VI A I 3 (58) f 227, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 8 = V 148 f. 369' n. 154. Registratum apud Gisb. Brom, Bullarium Traiectense I num 1031.
[a]) corr. ex ‚Auinione' A.

76. *Henrico Haille providetur de supplemento vacaturo in ecclesia Traiectensi.*

. X X. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.*

D. [f.][a]) Henrico Halle, canonico Traiectensi. s. etc. Attributa tibi merita probitatis, super quibus personam tuam iuvari percepimus, nos inducunt, ut te favore apostolico prosequentes tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes itaque tibi premissorum meritorum tuorum intuitu et consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, dilecto secretario suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis,[1]) graciam facere specialem, supplementum ecclesie Traiectensis, consuetum canonicis eiusdem ecclesie assignari, si quod in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, *[clausula ‚acceptationis' ut in n. 6]*, conferendum tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus, *[clausulae ‚inhibitionis' et ‚decreti' ut in n. 6 [2])]; [non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus — roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi supplementis eiusdem ecclesie speciales —* ***preterquam auctoritate nostra supplementa huiusmodi in ipsa ecclesia expectantibus te in assecucione ipsius supplementi volumus anteferri — ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie racione dicti supplementi solitum iuramentum — prestes' ut in n. 6]***, seu quod tibi hodie de canonicatu eiusdem ecclesie sub expectacione prebende in ea vacantis vel vacature per nostras certi tenoris litteras duximus providendum. Nulli ergo etc. nostre [b]) reservacionis, inhibicionis et constitucionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii sancti Pauli et . . decano sancti Johannis Traiectensis ac Petro Lelouat, canonico Senonensis ecclesiarum s. etc. Attributa dilecto filio etc. usque duximus providendum. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios supplementum huiusmodi per nos ut premittitur in eadem ecclesia Traiectensi reservatum, si tempore reservacionis nostre huiusmodi vacabat ibidem vel vacavit postea, aut quamprimum illud inibi vacare contigerit, prefato Henrico post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dicti supplementi

ac iurium et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum ac facientes ipsum vel dictum procuratorem pro ipso ad illud, ut est moris, admitti *[,sibique — responderi' ut in n. 6]*, non obstantibus omnibus supradictis, *[,seu si prefatis episcopo — mencionem' ut in n. 6]*, contradictores auctoritate nostra[c]) etc. D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 50, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 24 = V. 149 f. 56' n. 123. Registr. Gisbertus Brom, Bullarium Traiectense I num. 1032. — [a] deest in A., suppl. ab editore. [b] sequitur ,collacionis', sed cancellatum A. [c] sequitur ,appellacione postposita compescendo', sed cancellatum A. — [1]) in supplicatione sub num. 74 nulla fit expressa mentio de ,supplemento'. [2]) hic et in formulis sequentibus ubique ,supplementum' ponendum est loco ,prebenda' aut ,canonicatus et prebenda'.

77. *Cum Johanne Henrici dicti Beyer de Bopardia dispensatur super irregularitate, quam incurrerat, certa beneficia iniuste retinendo.*

X
.X. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.*

D. f. Johanni, nato d. f. Henrici dicti Beyer de Bopardia, militis, clerico Treuerensis diocesis, s. etc. Matris ecclesie copiosa benignitas personas generis nobilitate ac aliis virtutum et probitatis meritis fidedignorum affirmatis testimoniis preditas quandoque prerogativa gracie specialis attollit, eis quandoque liberaliter concedendo, que rigor sacrorum canonum interdicit. Sane pro parte tua peticio nobis exhibita continebat, quod tu olim in vicesimosecundo etatis tue anno vel circa illum constitutus parrochialem ecclesiam in Dyepurch, Maguntinensis diocesis, alias tibi canonice collatam, recepisti et eam per quatuor annos tenuisti sine dispensacione aliqua, eciam ad sacros ordines non promotus, fructus percipiens ex eadem, ac deinde in Bunnensi et Hugardensi ecclesiis, Coloniensis et Leodiensis diocesium, canonicatus et prebendas alias tibi canonice et successive collatos recepisti et eos una cum dicta parrochiali ecclesia per alios quatuor annos tenuisti et tenes pacifice et quiete, fructus et redditus similiter percipiens ex eisdem, eciam ad dictos ordines non promotus. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere tibi et statui tuo super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque volentes personam tuam de nobilitate generis et probitatis meritis apud nos multipliciter commendatam huiusmodi tuorum meritorum obtentu et consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, dilecto clerico et familiari suo, in hac parte humiliter supplicantis,[1]) prerogativa gracie prosequi et favoris tecumque super premissis misericorditer agere in hac parte, omnem infamie et inhabilitatis notam, quam ex premissis incurristi, de apostolice potestatis plenitudine abolemus teque premissis non obstantibus plene habilitamus ac tibi fructus predictos de speciali gracia remittimus et donamus et volumus, quod parrochialem ecclesiam[2]) ac canonicatus et prebendas[3]) predictos realiter et de facto dimittas. Nulli ergo etc. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI A I/12 (67) f. 361 n. 595, diversarum formarum qu. 14 = V. 155 f. 321 n. 595. — [1]) supplicatio ista non est reperta. [2]) vide num. 78. [3]) vide num. 79 et 80.

78. *Judicibus mandatur, quatenus Johanni Henrici dicti Beyer de Bopardia parrochialem ecclesiam de Diepurg assignent.*

III
V
.X.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Dd. ff. . . decano sancti Pauli Leodiensis et . . archidiacono Treuerensis ac Anthonio de Bugella, canonico Leodiensis ecclesiarum s. etc. Merita probitatis super quibus apud nos d. f. Johannes, natus d. f. Henrici dicti Beyer de Bopardia, militis, clericus Treuerensis diocesis, fidedignis testimoniis commendatur, exposcunt, ut personam suam speciali gracia prosequamur. *[,Sane pro parte ipsius Johannis nobis exposito, quod olim ipse in vicesimo secundo etatis sue anno — et voluimus, quod parrochialem ecclesiam ac canonicatus et prebendas predictos realiter dimitteret et de facto ut in numero 77.]* Cum autem propter premissa prefata parrochialis ecclesia vacare noscatur, nos volentes dictum Johannem clericum gracia prosequi ampliori, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios dictam ecclesiam parrochialem, cum eam realiter dimiserit, si tempore date presencium non sit alteri in ea [a]) ius specialiter acquisitum, prefato Johanni cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem dicte ecclesie ac iurium et pertinenciarum ipsius et defendentes inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore, ac facientes sibi de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; *[,non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis — quibus omnibus prefatum Johannem in assecucione dicte ecclesie volumus anteferri — et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi ecclesiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis — mencio specialis' ut in n. 6, in littera gratiosa].* Nos enim exnunc [b]) irritum decernimus et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI A I/10 (65) f. 429 n. 252. de beneficiis vacantibus qu. 12 — V. 154 f. 117 n. 252. — [a]) corr. ex ‚in ea alteri' A. [b]) suppletum supra A.

79. *Judicibus mandatur, quatenus Johanni Henrici dicti Beyer de Bopardia canonicatum et praebendam in ecclesia Bunnensi vacantes assignent.*

X
.X.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Dd. ff. . . decano sancti Pauli Leodiensis et archidiacono Treuerensis ac Anthonio de Bugella, canonico Leodiensis ecclesiarum s. Vite ac morum honestas et alia in d. f. Johanne, nato d. f. Henrici dicti Beyer de Bopardia,

militis, clerico Treuerensis diocesis, vigencia dona virtutum et merita probitatis, super quibus apud nos multipliciter commendatur, exposcunt, ut personam suam speciali prosequamur gracia et favore. */Sane pro parte ipsius Johannis nobis exposito, quod olim ipse in XXII etatis sue anno — et voluimus, quod parrochialem ecclesiam ac canonicatus et prebendas predictos realiter dimitteret et de facto' ut in numero 77./* Cum autem prefati canonicatus et prebenda ecclesie Bunnensis vacare dicantur ad presens, nos volentes dictum Johannem clericum gracia prosequi ampliori, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios dictos canonicatum et prebendam ecclesie Bunnensis, cum illos ipse realiter dimiserit, si tempore date presencium non sit in eis ius alicui specialiter acquisitum, prefato Johanni cum omnibus iuribus et pertinenciis eorundem auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem[a]) dictorum canonicatus et prebende ecclesie Bunnensis ac iurium et pertinenciarum ipsorum ac defendentes inductum, amoto ab eis quolibet illicito detentore, facientes eundem Johannem clericum vel procuratorem predictum pro eo ad prebendam prefatam in dicta Bunnensi ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; */,non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus — quibus omnibus prefatum Johannem in assecucione dictorum canonicatus et prebende ecclesie Bunnensis volumus anteferri — et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis eiusdem ecclesie Bunnensis vel aliis beneficiis ecclesiasticis — aut si dictus Johannes clericus presens non fuerit ad prestandum de observandis — prestet' ut in n. 6 in littera gratiosa/*, seu quod hodie de dicta parrochiali ecclesia dicto Johanni clerico mandavimus per nostras certi tenoris litteras provideri.[1]) Nos enim exnunc[b]) irritum decernimus et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit[c]) attemptari. D. apud Villamnouam,[d]) A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI A I/8 (63) f. 482′ n. 268, de praebendis vacantibus qu. 13 = V. 153 f. 131 n. 268. — [a]) ,pocessionem' A. [b]) sequitur ,decernimus', sed cancellatum A. [c]) corr. ex ,contingerit' A. [d]) corr. ex ,Auinione' A. — [1]) vide num. 78.

80. *Eisdem iudicibus mandatur, quatenus eidem Johanni Henrici dicti Beyer de Bopardia de canonicatu et praebenda in ecclesia Hugardensi vacantibus providere procurent. ,D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.'*

Forma ut in n. 79.

X
X
.X.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Clementis VI A I/8 (63) f. 482 n. 267, de praebendis vacantibus qu. 13 = V. 153 f. 130′ n. 267.

***81.** Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Nicolao, filio suo, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae cum dignitate provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti filii sui Nicolai de Boemia, clerici Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Pragensis ac prebenda cum dignitate vel officio seu administracione aut personatu cum cura vel sine cura, vacantibus vel in proximo in dicta ecclesia vacaturis simul aut succesive, eciam si per eleccionem consueverit quis assumi, dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Nicolaus canonicatum et prebendam ecclesie Wisscegradensis, Pragensis diocesis, obtinere noscatur, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat eciam de dignitate etc., eciam cum cura etc. R. Et q. t. absque a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI S 1, 1 (1) f. 104'.

***82.** Nicolao, nato Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis seu personatus vel officii cum vel sine cura, non obstante ut in n. 81. ‚D. apud Villam nouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.' — In e. m. de Břevnov*[a]*) et de Sedlec,*[b]*) Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Petro Allamanni, canonico Parisiensi, capellano domini papae. Forma ut in n. 6.*

. $\overline{X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}$. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.*

Clementis VI A I 11 (66) f. 165 n. 109, de dignitatibus vacaturis qu. 7 — V. 152 f. 312 n. 109. — a) ‚Brenonia' A. b) ‚Sedelicz' A.

***83.** Henricus dictus Beyer de Bopardia supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Maguntinensis sub expectatione praebendae et de praepositura in ecclesia sancti Bartholomaei Frankenfordensis vacante provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.

Supplicat S. V. devotus vester Henricus dictus[a]) Beyer de Bopardia, clericus et servitor devotissimi f. v. domini Johannis, regis Boemie, quatenus sibi specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Maguntinensis ac prepositura ecclesie sancti Bartholomei Frankenfordensis, Maguntinensis diocesis, solita Maguntinensibus canonicis dumtaxat conferri, vacante in Romana curia per mortem

quondam domini Hugonis Morselli, sedis apostolice capellani dum vivebat, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini providere, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia Maguntinensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, conferendam eidem Henrico donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione et clausula anteferri, non obstante, quod in Treuerensi, sancti Pauli Leodiensis, sancti Florini et sancti Castoris in Confluentia, Treuerensis diocesis, canonicatus et prebendas ac in eadem sancti Castoris ecclesiis cantoriam, que simplex officium existit, noscitur obtinere, seu quod dicta prepositura per Johannem de Constancia, decanum Maguntinensem, occupata per sui facti potenciam detinetur, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo.

Clementis VI S I 1 (1) f. 104'. — a) dicti S., suppl. supra.

84. *Henrico Beyer de Bopardia providetur de canonicatu ecclesiae Maguntinensis sub expectatione praebendae. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Augusti a. primo. Forma ut in n. 6.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 2.*

Clementis VI A I 14 (69) f. 597 n. 909. de praebendis vacaturis qu. 45 = V. 156 f. 132 n. 909.

---

85. *Adam de Castellione de monasterio Cuissiacensi ad Lucense monasterium transfertur sibique de parrochiali ecclesia in Tasovicz vacante providetur. Forma huius litterae in partibus omissis cum n. 6 concordat.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 5.*

D. f. Ade de Castellione, canonico monasterii Cuissiacensis, Premonstratensis ordinis, Laudunensis diocesis, ac rectori parrochialis ecclesie in Thossowiz, consuete per canonicos monasterii Lucensis, dicti ordinis, Olomucensis diocesis, gubernari, s. etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas aliaque laudabilia merita probitatis, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem f. r. Benedictus papa XII, predecessor noster, in sui apostolatus primordiis omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia, tunc apud dictam sedem quocunque modo vacancia et inantea vacatura, ordinacioni et disposicioni sue, donec miseracionis divine clemencia ipsum universalis ecclesie regimini presidere concederet, reservavit decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis

a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret [a]) attemptari; ac deinde dicto predecessore, sicut domino placuit, de hac luce subtracto nonnullisque [dubitantibus, an de] [b]) ecclesiis et beneficiis huiusmodi, que tempore dicti obitus ipsius predecessoris ut prefertur vacabant, posset post predicti predecessoris obitum per alium quam per Romanum pontificem ordinari, ad cuiuslibet ambiguitatis [c]) scrupulum in hac parte tollendum per nostras litteras declaravimus, ecclesiastica beneficia ipsa fore per reservacionem et decretum dicti predecessoris affecta nec ea vice de illis potuisse vel posse per alium quam Romanum pontificem quoquomodo disponi, decernentes exnunc irritum et inane, quicquid in contrarium de illis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan [d]) esset hactenus vel contingeret imposterum attemptari. Cum itaque parrochialis ecclesia in Thossowiz, consueta per canonicos monasterii Lucensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, gubernari, per obitum quondam Tilmani, canonici monasterii ac ultimi rectoris ecclesie predictorum, qui dicto predecessore in humanis agente [e]) apud dictam sedem diem clausit extremum, apud eandem sedem extunc vacavisse et vacare noscatur ad presens: nos attendentes, quod nullus preter nos de dicta ecclesia, de qua sic vacante dictus predecessor dum vixit minime ordinavit, disponere potest hac vice, reservacione, declaracione ac decretis obsistentibus supradictis, ac volentes tibi, qui ut asseris duos cursus in sacra pagina perlegisti et complere intendis deo dante, premissorum obtentu graciam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam in Thossowiz sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus, decernentes te fore de monasterio Cuissiacensi, eiusdem ordinis, Laudunensis diocesis, cuius existis canonicus expresse professus, postquam dictam ecclesiam in Thossowiz pacifice fueris assecutus, ad dictum monasterium Lucense transferendum et recipiendum in eodem monasterio Lucensi in canonicum et in fratrem et sincera in domino caritate tractandum, ac prout est irritum et inane, si secus de dicta ecclesia a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan [f]) est hactenus vel de ipsa et aliis premissis contigerit imposterum attemptari; non obstantibus quibuscunque constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum contrariis, ... roboratis, aut si pro aliis in dicto monasterio Lucensi scripta forsan [g]) apostolica sint directa, seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de parrochialibus ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis ipsius monasterii speciales vel in illis partibus generales dicte sedis . . . . sit processum, quibus omnibus te in assecucione dicte ecclesie volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si dd. ff. . . abbati et conventui dicti monasterii Lucensis vel quibusvis [h]) aliis communiter vel divisim . . . . non possint, quodque de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, ... mencio specialis. Nulli ergo etc. nostre collacionis, provisionis et constitucionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., non. Augusti a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Gradicensis prope muros [i]) Olomucenses et . . sancte Genouefe Parisiensis monasteriorum abbatibus ac Michaeli Casse, canonico Laudunensi, s. etc. Religionis zelus etc. [l]) usque mencio specialis. Quocirca [m]) mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Adam [n]) vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dicte parrochialis

ecclesie ac iurium et pertinenciarum ipsius inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes ipsum Adam vel procuratorem suum eius nomine ad eandem ecclesiam ut est moris admitti, ac cum iuxta huiusmodi nostri decreti tenorem de prefato monasterio Cuissiacensi ad dictum monasterium Lucense auctoritate eadem transferatis, facientes eum in eodem monasterio recipi in canonicum et in fratrem et sincera in domino caritate tractari sibique[o]) . . . responderi, non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem abbati et conventui vel quibusvis aliis communiter vel divisim . . . . de indulto huiusmodi mencionem, contradictores per censuram etc. D. ut s.

Clementis VI A I, 1 (56) f. 343'. de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 147 f. 168 n. 330. — [a]) ‚contigeret' A. [b]) deest in A., suppletum ab editore. [c]) corr. ex ‚ambigtatis' A. [d]) corr. ex ‚forssam' A. [e]) corr. ex ‚agentet' A. [f]) corr. ex ‚forssam' A. [g]) ‚forsam' A. [h]) corr. ex ‚quibus' A. [i]) ‚muroros' A. [l]) suppletum supra A. [m]) sequitur: ‚discrecioni vestre per apostolica scripta', sed cancellatum A. [n]) corr. ex ‚Addam' A. [o]) cor. in margine ex ‚ubi' A.

86. Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Hermanno de Koenigsberg de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis et Johanni de Koenigsberg de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem episcopi Pragensis provideatur.

Apud Villamnovam. 1342 Augusti 16.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, marchio Moravie, quatenus sibi in personam Hermanni quondam Hermanni de Kuningsberch, presbyteri carissimi, capellani ac notarii sui secreti, specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere ac prebendam in eadem ecclesia vacantem vel vacaturam necnon dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, cuius quidem dignitatis, personatus vel officii collacio, provisio, presentacio, eleccio seu quevis alia disposicio ad . . episcopum, . . decanum et capitulum Pragense communiter vel divisim pertineat, si que, quis vel quod in dicta ecclesia vacat, vel cum vacaverit, eidem Hermanno conferendos vel conferendas donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, seu quod parrochialem ecclesiam in Luna ac in Wissegradensi ecclesia, Pragensis diocesis, canonicatum sub expectacione prebende ac quoddam prestimonium, obedienciam vulgariter appellatum, noscitur obtinere.

Fiat eciam de dignitate etc., eciam cum cura etc. R.

Item supplicat S. V. idem marchio, quatenus sibi in personam Johannis quondam Hermanni de Kuningsberch, capellani sui dilecti, graciam facientes specialem, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, presentacionem, eleccionem, provisionem, recepcionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi Pragensis, si quod ad presens vacat, vel cum vacaverit, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, eidem Johanni dignemini providere,

cum acceptacione, reservacione, anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, seu quod ecclesiam parrochialem in Lipnitz, Pragensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat usque ad summam quinquaginta marcarum cum cura, quadraginta sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., XVII kal. Septembris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 127'.

87. Hermanno de Koenigsberg providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae et dignitatis. Forma ut in n. 6.

.X X. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 16.*

D. f. Hermanno quondam Hermanni de Kuningsberch, canonico Pragensi, s. etc. Attributa tibi merita probitatis . . . . Volentes itaque tibi, in presbyteratus ordine constituto, p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et providemus eciam de eodem, prebendam vero necnon dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, cuius quidem dignitatis vel personatus seu officii collacio, provisio, presentacio seu quevis alia disposicio ad v. f. n. . . episcopum et dd. ff. decanum et capitulum Pragense communiter vel divisim pertineat, si que vel si qui aut si qua in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum vacaverint, ... conferendas vel conferendos aut conferenda tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod parrochialem ecclesiam in Luna et in ecclesia Wissegradensi, Pragensis diocesis, canonicatum sub expectacione prebende ac quoddam prestimonium, obedienciam vulgariter appellatum, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, postquam vigore presentis gracie huiusmodi dignitatis vel personatus seu curati officii per nos reservate vel reservati possessionem pacificam fueris assecutus, predictam parrochialem ecclesiam in Luna, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., XVII kal. Septembris a. primo.

In e. m. . . dd. ff. abbati monasterii Brenowiensis et decano Wissegradensis, Pragensis diocesis, ac magistro Johanni de Neapoli, canonico Neapolitane ecclesiarum, capellano nostro, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/11 (66) f. 135' n. 85, de dignitatibus vacaturis qu. 5 = V. 152 f. 300 n. 85. —

88. Johanni de Koenigsberg reservatur beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collationem episcopi Pragensis. Forma ut in n. 2.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 16.

D. f. Johanni, nato quondam Hermanni de Kuningsberth, rectori parrochialis ecclesie in Lipnicz, Pragensis diocesis, s. Meritis tue probitatis . . . . Volentes itaque tibi p. i. g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, nulli alii de iure debitum, spectans ad collacionem, p., p., r. seu q. a. d. v. f. n. . . episcopi Pragensis, si quod in civitate vel diocesi Pragensi vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cuius fructus, r. et p., si cum cura, quinquaginta, si vero sine cura fuerit, quadraginta marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ... conferendum tibi . . . . . . d. a. reservamus. . . . .; non obstantibus . . . . . seu quod parrochialem ecclesiam in Lipnicz, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, postquam vigore presentis gracie huiusmodi beneficii curati, per nos ut premittitur reservati, possessionem pacificam fueris assecutus, predictam parrochialem ecclesiam in Lipnicz, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., XVII kal. Septembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Brenewiensis et . . decano Wissegradensis, Pragensis diocesis, ac magistro Johanni de Neapoli, canonico Neapolitane, capellano nostro, ecclesiarum, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/9 (64) f. 15′ n. 3, de beneficiis vacaturis qu. 2, iam putredine deletum; copiata ex V. 154 f. 125′ n. 3. Taxatio deest. —

---

89. Guillelmus Pinchon supplicat, quatenus Henrico Monacho de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Vigoris de Cerasio provideatur.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 16.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Guillelmus Pinchon, devotorum ff. vv. regum Francie consiliarius et Boemie cancellarius, quatenus eidem in personam dilecti consanguinei sui Henrici Monachi, clerici Constanciensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem Henrico de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante c. vel d. ad collacionem, pres. seu q. a. d. . . abbatis et conventus monasterii sancti Vigoris de Ceraseyo, ordinis sancti Benedicti, Baiocensis diocesis, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri ac aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam LXX librarum cum cura, quadraginta sine cura R.

Item supplicat, quatenus Petro de Machlis, clerico et familiari suo, de canonicatu ecclesie sancte Walburgis Furnensis, Morinensis diocesis, ac prebenda in dicta ecclesia vacante vel proxime vacatura cum a. r. i. d. et cl. a. ac a. non o. et cl. o. et c. dignemini providere.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus dilecto clerico et familiari suo Henrico Henrici de Fossa, Leonensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, pres. seu q. a. d. . . episcopi Leonensis, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini providere, cum a. r. i. d. et cl. a. ac a. non o. et cl. o. et c.

Fiat usque ad summam ut supra R. Item q. t. s. a. l. Fiat R.[1]) D. apud Villamnouam, A. d., XVII kal. Septembris a. primo.

Clementis VI S I, 1 (1) f. 127'. — [1]) litterae istae non sunt repertae.

---

90. *Judicibus mandatur, quatenus Beatricem, filiam Lauducii, in monasterio sancti Antonii prope Parisius in monacham recipi faciant.*

. X .

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 22.

Dd. ff. . . decano Parisiensis et . . archidiacono Abrincensis ecclesiarum ac . . officiali Parisiensi s. etc. Prudentum virginum votis, que spreto mortalis viri thoro ei, qui speciosus est pre filiis hominum, desponsari desiderant, debemus et volumus favorabiles inveniri. Cum itaque d. in Ch. f. Beatrix, nata d. f. Lauducii, hostiarii c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, puella litterata Parisiensis, cupiat sicut accepimus una cum dd. in Ch. ff. . . abbatissa et conventu monasterii sancti Antonii prope Parisius, ordinis Cisterciensis, in ipso monasterio, in quo certus monialium numerus esse dicitur[a]) constitutus, sub regulari habitu virtutum domino famulari: nos volentes ipsam in huiusmodi suo laudabili proposito confovere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum eandem Beatricem,[b]) si sit idonea et aliud canonicum [impedimentum][c]) non obsistat, faciatis auctoritate nostra per[d]) vos vel alium seu alios in dicto monasterio, si aliqua de dicto numero[e]) deest ad presens, vel quamprimum defuerit, in monialem recipi et sororem sibique regularem habitum iuxta ipsius monasterii consuetudinem exhiberi ac ei de communibus eiusdem monasterii proventibus sicut uni ex aliis dicti monasterii monialibus integre provideri ipsamque ibidem sincera in domino caritate tractari; non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum contrariis, iuramento, confirmacione apostolica seu quacunque firmitate alia roboratis, seu si pro aliis ibidem scripta forsan apostolica sint directa, aut si eisdem abbatisse et conventui vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non

facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis, contradictores per censuram ecclesiasticam etc. D. apud Villamnouam, A. d., XI kal. Septembris a. primo.

Clementis VI A I/16 (V. 214) f. 333 n. 7, de mulieribus monachandis qu. 1 et unicus = V. 155 f. 121 n. 7. — [a]) correctum ex ‚dicitur esse' A. [b]) sequitur ‚sit', sed cancellatum A. [c]) deest in A., suppletum ab editore. [d]) sequitur: ‚habitum iuxta ipsius monasterii', sed cancellatum A. [e]) stat in rasura A.

91. *Abbati et conventui monasterii Sedlicensis confirmantur litterae quondam Conradi, episcopi Olomucensis, quibus dicto monasterio medietatem omnium reddituum ecclesiarum parrochialium in Jamnicz et Jaroměřicz concesserat et donaverat.*

X
.X.

Apud Villamnovam, 1342 Augusti 25.

Clemens episcopus, s. s. d., dd. ff. abbati et conventui monasterii Cedlicensis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, s. et a. b. Exigunt vestre devocionis merita, ut personas vestras et ordinem, in quo divino estis obsequio mancipati, prerogativa specialis gracie [a]) prosequentes, peticionibus vestris, quantum digne possumus, favorabiliter annuamus. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat, quod olim pro parte v. f. n. Johannis, episcopi, ac dd. ff. capituli Olomucensis et c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, ac vestra exposito f. r. Benedicto pape XII, predecessori nostro, quod dudum b. m. Conradus, episcopus Olomucensis, dicti Johannis episcopi predecessor, inopie ac paupertati, quibus monasterium vestrum et persone degentes in eo propter varia disturbia regni Boemie, in quo monasterium vestrum existit, gravabantur prout et gravari noscuntur, affectu [b]) pio compaciens, medietatem fructuum, reddituum et proventuum ecclesie in Jemenicz, Olomucensis diocesis, in qua ex donacione dicti regis ius patronatus ut asseritis obtinetis, qui siquidem fructus, redditus et proventus omnes ad summam octuaginta marcharum argenti vel circiter annis singulis ascendere dinoscuntur, de assensu capituli predictorum, cum quibus super hoc [c]) tractatum habuit diligentem, dicto vestro monasterio concesserat in perpetuum ac donaverat percipiendam a vobis, rectore dicte ecclesie, qui tunc erat et nunc est, volente aut cedente vel decedente eciam, ita tamen, quod medietatem subsidiorum vel procuracionum pro legatis ac nunciis sedis apostolice et metropolitani [d]) ac eciam ordinario racione dicte ecclesie pro tempore solvendarum deberetis simul [e]) cum dicto rectore perpetuo supportare [f]), prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum Conradi episcopi et capituli sigillis munitis, plenius continetur, ac supplicato predecessori nostro predicto, ut easdem concessionem et donacionem medietatis dictorum fructuum, reddituum et proventuum confirmare de benignitate apostolica ex certa sciencia dignaretur, idem predecessor huiusmodi supplicaciones et litteras per d.

f. n. Guillelmum, tituli sancti Stephani in Celio monte presbyterum cardinalem, examinari fecit et inspici diligenter, et demum facta dicto predecessori super hiis per cardinalem eundem relacione plenaria idem predecessor ex eo, quod capitulum supradicti, de quorum consilio et assensu dicte donacio et concessio facte erant, non supplicabant pro concessione predicta, confirmacionem huiusmodi concedere denegavit. Postmodum autem dicto predecessore rebus humanis exempto ac premissis omnibus nobis, divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumptis, expositis diligenter, pro parte Johannis episcopi et capituli ac regis predictorum et vestra fuit nobis[a] humiliter supplicatum, ut concessionem et donacionem huiusmodi ex certa sciencia confirmare ac tenorem litterarum concessionis et donacionis eiusdem in litteris nostre confirmacionis inseri facere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus inclinati predictas concessionem et donacionem medietatis dictorum fructuum, reddituum et proventuum per dictum Conradum episcopum de assensu capituli predictorum monasterio vestro ut predicitur factas ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem dictarum litterarum concessionis et donacionis episcopi et capituli prefatorum presentibus inseri facientes, qui talis est: Conradus, dei gracia episcopus Olomucensis, honorabilibus et religiosis viris . . abbati et conventui monasterii Sedlicensis, ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis, salutem in domino sempiternam. Exposcit inter alia debitum nostri officii pastoralis, ut ea, que ad sancte religionis commodum et profectum pertinere noscuntur, nostre promocionis studio recipiant incrementum. Sane ex parte serenissimi domini nostri domini Johannis, Bohemie et Polonie regis, atque vestra nobis fuit humiliter supplicatum, quatinus certos redditus et proventus parrochialium ecclesiarum in Jemenicz et in Jarmericz, nostre diocesis, in quibus ex donacione eiusdem domini regis plenum ius presentandi rectores obtinetis, vobis et dicto monasterio in perpetuos usus dare et concedere dignaremur. Nos attendentes easdem ecclesias in suis redditibus et proventibus adeo habundare, quod earum porcione congrua dicto vestro monasterio in perpetuum data et unita de parte reliqua proventuum earundem ecclesiarum rectores, qui pro tempore fuerint, hospitalitatem et eis incumbencia onera sufferre poterunt condecenter, nostramque concessionem subscriptam utilitatem evidentem vobis et vestro monasterio futuris quibusvis temporibus allaturam, de nostri Olomucensis ecclesie capituli, habito super eo tractatu primitus diligenter solenni, connivencia pariter et assensu predictarum parrochialium ecclesiarum medietatem decimarum, reddituum, oblacionum et proventuum omnium, quocunque nomine censeantur, vobis et vestro monasterio in perpetuos usus tenore presencium elargimur, concedimus et donamus sic, quod dilectis nobis in Christo Henrico in Jeminicz et Czencone in Jarmericz, dictarum ecclesiarum rectoribus, volentibus vel eis imposterum cedentibus aut eciam decedentibus huiusmodi reddituum, decimarum, oblacionum et proventuum omnium medietatem per vos, alium vel alios libere percipere et in vestros usus convertere valeatis, rectores quoque, qui postmodum eisdem ecclesiis preerunt, reliquam medietatem decimarum, oblacionum, reddituum et proventuum omnium percipient libere, integraliter et complete ac de eis loci archidiacono iura persolvere et hospitalitatem servare tenebuntur ac honorifice poterunt sustentari. Ne autem in exaccione vel

solucione iurium nuncios seu legatos sedis apostolice, metropolitanos, nos et nostros successores contingencium ab ecclesiis memoratis earundem rectores, qui pro tempore fuerint, contingat nimium aggravari, volumus, decernimus et ordinamus, ut, cum aliqua pro eisdem legatis, metropolitanis, nobis aut nostris successoribus a predictis ecclesiis fuerint exsolvenda,[h]) ad solucionem eorundem onerum una cum predictarum ecclesiarum rectoribus per medium contribuere debeatis. Nos quoque Jenczo decanus et Sboro prepositus ac capitulum dicte Olomucensis ecclesie super premissis omnibus habito tractatu ut premittitur solemniter diligenti dicte donacioni et concessioni assensum nostrum prebuimus benivolum et presentibus assentimus. In quorum omnium testimonium et memoriam sempiternam presentes litteras nostrorum episcopi et capituli sigillis fieri fecimus communitas. Datum in Olomucz, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, III nonas Marcii.[1]) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Septembris p. n. a. primo.

Originale cum bulla plumbea Clementis papae VI in filo serico in archivio Vorlicensi n. 44, copia in Museo regni Bohemiae. Reperitur in registris A I/12 (67) f. 52 n. 56, diversarum formarum qu. 2 = V. 155 f. 178 n 56. Editum in CDM. VII n. 436 ex V. 155, in RBM. IV n. 1166 ex originali. Taxatio addita ex A I 12 (67). — [a]) ‚gracia‘ Or. [b]) ‚effectu‘ A. [c]) ‚hec‘ A. [d]) ‚metropolitane‘ A. [e]) ‚similiter‘ A. [f]) ‚subportare‘ A. [g]) deest in A. [h]) ‚exoluenda‘ Or. — [1]) 1326 Martii 5, ed. in RBM. III n. 1188.

92. *Priori et fratribus Sepulchri dominici Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini, conceditur littera conservatoria. Forma huius litterae in partibus omissis cum n. 19 concordat.*

X
X
.X. *Apud Villamnovam, 1342 Augusti 28.*

V. f. . . archiepiscopo Griezmensi[a]) et dd. ff. . . abbati monasterii de Porta, Nuemburgensis diocesis, ac . . decano ecclesie Pragensis s. etc. Militanti ecclesie licet immeriti disponente domino presidentes, circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium solercia reddimur indefessa soliciti, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis et profectibus divina cooperante[b]) clemencia salubriter intendamus. Sane dd. ff. . . prioris et fratrum Sepulcri dominici Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini, conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam eciam seculares necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et alie singulares persone civitatum et diocesium ac aliarum parcium diversarum occuparunt et occupari fecerunt prioratus, prepposituras, ecclesias, capellas, hospitalia, castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura, iurisdicciones prioris, fratrum et ordinis prefatorum ac eciam decimas, census, redditus et proventus, pascua, nemora, prata, molendina, ortos, vineas, piscarias, flumina, maneria, casalia, lapidicinas et nonnulla alia bona

mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad priorem et fratres predictos spectancia,[c]) detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem, nonnulli eciam civitatum, diocesium et parcium predictarum, qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, eisdem priori et fratribus super predictis prioratibus, prepositurіs, ecclesiis, capellis, hospitalibus, castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus, iurisdiccionibus, fructibus, decimis, censibus, redditibus[d]) et proventibus, pascuis, nemoribus, pratis, molendinis, ortis, vineis, piscariis, fluminibus, lapidicinis, maneriis et casalibus eorundem et quibuscunque aliis bonis mobilibus et inmobilibus, spiritualibus et temporalibus,[e]) ac aliis rebus ad eosdem priorem et fratres spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas; quare dicti prior et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut, cum eisdem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere super hoc eis paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem priori et fratribus remedio subvenire, per quod illorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus[f]) vos vel duo aut[g]) unus vestrum per vos vel alium seu alios, eciam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, prefatis priori et fratribus efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem[h]) super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad priorem et fratres predictos spectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel eis gravamina seu dampna vel iniurias inrogari, facturi dictis priori et fratribus, cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitucione huiusmodi prioratuum et prepositurarum, ecclesiarum, capellaniarum, castrorum, domorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdiccionum, iurium et bonorum predictorum, mobilium et inmobilium, reddituum quoque ac proventuum, decimarum, censuum et aliorum quorumcunque bonorum necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis, presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iusticie complementum, occupatores seu detentores, molestatores, presumptores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis vel condicionis extiterint,[i]) quandocunque et quocienscunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; non obstantibus tam f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim . . . . eiusque exercicio libero quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, ... valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore[l]) de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mencio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat . . . . in contrarium edita non obstante, presentibus post triennium minime valituris. D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Septembris a. primo.

Clementis VI A I/6 (61) f. 70′, de conservatoriis qu. 1 = V. 151 f. 153′ n. 752. — [a]) corr. ex ,Grieznensi' A. [b]) ,cohoperante' A. [c]) ,spectencia' A. [d]) ,parcium predictarum — redditibus' suppl. in margine A. [e]) corr. in margine ex ,spiritualibus' A. [f]) ,quatinus' A. [g]) suppl. in margine A. [h]) ,eisdem' A. [i]) ,exstiterint' A. [l]) sequitur ,habenda', sed cancellatum A.

93. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus Petro Conradi de Gostina de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 2.

Supplicat S. V. clemencie humilis f. v. Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, quatenus Petro Conradi de Gostina, clerico familiari suo domestico, qui circa nuncios apostolicos in partibus illis in negociis camere apostolice sedis fideliter deservivit, de canonicatu et prebenda ecclesie vestre Wratislauiensis, vacantibus per obitum quondam Nicolay de Thedelegariis de Vrbe, canonici Wratislauiensis, qui ipsos obtinens vivente f. r. domino Johanne papa XXII, predecessore vestro, apud sedem apostolicam diem clausit extremum, cuius prebende fructus X marcarum argenti valorem annuum non excedunt, dignemini providere, non obstante, quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem vel presentacionem abbatis et conventus monasterii Trineccensis,[a] ordinis sancti Benedicti, Cracensis[b]) diocesis, per litteras p. m. domini Benedicti pape XII noscitur expectare.[c])

Fiat R. Et s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., III non. Septembris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 176'. — a) id est ‚Tinciensis'. b) id est ‚Cracoviensis'. c) correctum ex ‚obtinere'.

---

94. *Petro Conradi de Gostina providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus. ‚D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Septembris a. primo.' — In e. m. episcopo Cenadiensi et sancti Vincentii et sanctae Mariae in Arena iuxta Vratislaviam monasteriorum abbatibus. Forma ut in n. 4.*

$\overline{\underline{\equiv}}$ V
. X X.

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 2.

Clementis VI A I 1 (56) f. 339, de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 147 f. 165 n. 324. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 295.

---

95. *Beatrix, regina Bohemiae, supplicat, quatenus familiaribus suis infra nominatis de diversis beneficiis et praebendis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Supplicat S. V. Beatrix, regina Boemie, quatenus dilectis familiaribus suis infrascriptis providere dignemini prout sequitur:

Primo: Dilecto capellano suo Hugoni Veret de canonicatu et prebenda ecclesie Suessionensis, vacantibus vel[a]) vacaturis, dignemini misericorditer provi-

dere, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam de sancto Justo in Longauilla ac canonicatum et prebendam ecclesie sancti Florencii de Roye, Ebroicensis et Ambianensis diocesium, noscitur obtinere, cum clausulis oportunis.

Fiat R.[1])

Item quatenus Roberto dicto Leblanc de canonicatu et prebenda ecclesie[b]) Antissiodorensis, vacantibus vel vacaturis, dignemini providere, cum clausulis oportunis.

Fiat in ecclesia de Vastino, Bituricensis diocesis, R.[2])

Item Henrico de Bastoigne de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Johannis Leodiensis, vacantibus vel vacaturis, non obstante, quod in castro de Laroche et de Bastoigne capellanias et vicariam de La Roche ecclesiis perpetuas, Leodiensis diocesis, noscitur obtinere, cum clausulis oportunis.

Fiat R.[3])

Item Gregorio Gigon de Montelussano de canonicatu et prebenda ecclesie Niuernensis, vacantibus vel vacaturis, dignemini providere, cum clausulis oportunis.

Fiat in ecclesia beate Marie de Magduno, Bituricensis diocesis, R.[4])

Item Guillelmo Potin de Sancto Quintino de canonicatu et prebenda ecclesie de Nigella, Nouiomensis diocesis, dignemini providere, non obstante, quod in ecclesia beate Marie de Magduno, Bituricensis diocesis, perpetuam vicariam noscitur obtinere, cum clausulis oportunis.

Fiat R.[5])

Item Jacobo Soldonier, scholari in legibus, de canonicatu et prebenda ecclesie Aurelianensis, vacantibus vel vacaturis, dignemini providere, cum clausulis supradictis.

Fiat in ecclesia sancti Arriani Aurelianensis R.[6])

Item Johanni Tiessart de Compendio de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Germani Antisiodorensis, Parisiensis, vacantibus vel vacaturis, dignemini providere, cum clausulis oportunis,[c]) vel in ecclesia sancti Marcelli iuxta Parisius.

Fiat R.[7])

Item supplicat eadem regina, quatenus decem sui familiares, tam capellani quam clerici,[d]) quos duxerit eligendos seu nominandos, possint et valeant fructus omnium beneficiorum suorum quorumcunque, obtentorum et obtinendorum, usque ad quinque annos, ac si presentes essent, recipere absque aliqua licencia suorum superiorum,[e]) cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat in forma de sex, usque ad quinquennium R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 182. — a) sequitur ‚simul aut successive', sed cancellatum S. b) sequitur ‚sancti Johannis Leodiensis', sed cancellatum S. c) sequitur ‚Fiat R', sed cancellatum S. d) ‚suis familiaribus, tam capellanis quam clericis' habet S., corr. ab editore. e) in S. sequitur hic iterum: ‚valeant et possint', corr. ab editore. — 1) litteras vide sub num. 96. 2) litteras vide sub num. 97. 3) litterae istae non sunt repertae. 4) litterae istae non sunt repertae. 5) litteras vide sub num. 98. 6) litterae istae non sunt repertae. 7) litteras vide sub num. 99.

96. *Hugoni Veret, capellano Beatricis, reginae Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem reginae de canonicatu ecclesiae Suessionensis sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| |
. X X .

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Clementis VI A I/4 (59) f. 427, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 36 = V. 149 f. 294 n. 581.

---

97. *Roberto dicto Leblanc providetur ad supplicationem Beatricis, reginae Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Antissiodorensis sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| |
. X X .

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Clementis VI A I/4 (59) f. 443', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 37 = V. 149 f. 307' n. 605.

---

98. *Guillelmo Potin de Sancto Quintino, familiari Beatricis, reginae Bohemiae, providetur de canonicatu ecclesiae de Nigella, Noviomensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| |
. X X .

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Clementis VI A I/4 (59) f. 388, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 35 = V. 149 f. 266 n. 532.

99. *Johanni Tressart de Compendio providetur ad supplicationem Beatricis, reginae Bohemiae, de canonicatu ecclesiae sancti Marcelli iuxta Parisius sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo'. Forma ut in n. 6.*

| |
. X X .

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Clementis VI A I/4 (59) f. 91, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 25 = V. 149 f. 82 n. 175.

---

100. *Svatoslaus de Netolic. supplicat, quatenus sibi de beneficio sine cura vacante vel vacaturo ad collationem episcopi et capituli Pragensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Supplicat S. V. Swateslaus de Notelitz,[1]) pauper clericus Pragensis diocesis, nullum ecclesiasticum beneficium assecutus, quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante ad collacionem, prov., pres. seu q. a. d. . . episcopi et capituli ecclesie Pragensis c. v. d., si quod vacat ad presens, vel quam primo vacaverit, eidem dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri ac aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.[a])

Fiat usque ad summam viginti quinque marcarum R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[1]) D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.[1])

Clementis VI S 1 1 (1) f. 152. — [a]) ‚exequtoribus' S. — [1]) in margine nota ab alia manu: ‚Correcta de precepto domini nostri pape per Johannem de Pistorio.' Correctum est nomen ‚Swatoslaus de Notelitz' per rasuram.

101. *Svatoslao de Netolicz,[a]) clerico Pragensis diocesis, providetur de beneficio ecclesiastico sine cura usque ad summam viginti quinque marcarum argenti ad collationem episcopi et capituli Pragensis. ‚D. Apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.' — In e. m. Petro Alamanni, decano Brivacensis, et scolastico sancti Petri Vyssegradensis, Sancti Flori et Pragensis diocesium, ac Johanni Paduano, canonico Olomucensis ecclesiarum.*

I X I = X.

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Clementis VI A I 9 (64) f. 240 n. 197, de beneficiis vacaturis qu. 10 = V. 154 f. 207 n. 197. — [a]) ‚Notolicz' A.

102. *Gobelinus de Catheneyn, Metensis diocesis clericus, nullum ecclesiasticum beneficium assecutus, ‚qui Johanni de Pistorio, registratori vestro, in Boemia, Francia et Alamania ac curia Romana longo tempore servivit', supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae sancti Dionysii Leodiensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.[1]) . . . D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Septembris a. primo.'*

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 8.

Clementis VI S 1/1 (1) f. 152. — [1]) litterae non sunt repertae.

103. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus sibi conservatores dentur et facultas tribus personis de canonicatibus et praebendis providendi concedatur.*

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 9.

Supplicat S. V. clemencie humilis f. v. Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, quatenus ei et ecclesie sue Wratislauiensi dignemini concedere conservatores saltem usque ad quinquennium in forma concilii Viennensis.

Fiat R.

Item supplicat, quod ei providendi auctoritate vestra in sua Wratislauiensi uni persone, in Glogouiensi vero et Opoliensi, Wratislauiensis diocesis, ecclesiis in qualibet videlicet ipsarum uni persone idoneis, eciam alias beneficiatis, eligendis per eum, singulis videlicet personarum ipsarum de singulis canonicatibus et prebendis dictarum ecclesiarum, cum acceptacione etc., et alia faciendi, que circa hec fuerint oportuna, concedere dignemini plenam et liberam facultatem.

Fiat R. Et s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., V id. Septembris, a primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 187'.

104. *Preczlao, episcopo Vratislaviensi, conceditur littera conservatoria. Forma huius litterae in partibus omissis cum n. 92 concordat.*

X
X
.X.

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 9.

Vv. ff. . . Cracouiensi et . . Poznaniensi episcopis ac d. f. . . abbati monasterii de Claratumba, Cracouiensis diocesis, s. etc. Ad hoc nos deus pretulit in familiam domus sue, ut oportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis iniuncte prudencia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus, occurramus dispendiis ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem solicitudinis pocioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane v. f. n. Preczlai, episcopi Wratislauiensis, conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, ... occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura, iurisdicciones necnon fructus, census, redditus et proventus et nonnulla alia bona mobilia et inmobilia, spiritualia et temporalia, ad dictum episcopum et mensam suam episcopalem Wratislauiensem spectancia, et ea detinent indebite occupata . . . . non formidant, eidem [a]) episcopo [1]) super eisdem castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdiccionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorundem et quibuscunque aliis bonis mobilibus et inmobilibus, spiritualibus et temporalibus, ac [b]) aliis rebus ad eosdem episcopum et mensam spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas; quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit, ut, cum sibi valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere sibi super hoc paterna diligencia curaremus. Nos

igitur adversus occupatores, . . . super restitucione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdiccionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque ac proventuum et aliorum quorumcunque bonorum . . . In contrarium edita non obstante, presentibus post quinquennium minime valituris. D. apud Villamnouam, A. d., V id. Septembris a. primo.

Clementis VI A 16 (61) f. 62', de conservatoriis qu. 1 = V. 151 f. 118 n. 740. — a) corr. ex ,eis' A. b) corr. ex ,et' A. — 1) sic semper ,episcopo' hic, ubi in n. 92 ,priori et fratribus' dicitur. —

105. *Preczlao, episcopo Vratislaviensi, conceditur, ut in Vratislaviensi, Glogoviensi et Opoliensi ecclesiis singulis personis de singulis canonicatibus sub expectatione praebendarum providere valeat.*

X
. X .   *Apud Villamnovam, 1342 Septembris 9.*

V. f. Preczlao, episcopo Wratislauiensi, s. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam paterna benivolencia prosequentes illam tibi graciam libenter impendimus, per quam te reddere valeas aliis graciosum. Tuis itaque devotis supplicacionibus inclinati fraternitati tue providendi hac vice auctoritate apostolica in tua Wratislauiensi et Glogouiensi [a]) ac Oppoliensi, Wratislauiensis diocesis, ecclesiis singulis personis idoneis eciam alias beneficiatis, quas ad hoc duxeris eligendas, de singulis canonicatibus ipsarum ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici ac faciendi per te vel alium seu alios personas ipsas in eisdem ecclesiis in canonicos recipi et in fratres, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsarum ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici assignatis, et nichilominus singulas prebendas, si in dictis ecclesiis tunc vacabunt, vel cum inibi vacaverint, quas singule earundem personarum per se vel procuratores suos ad hoc legitime constitutos infra unius mensis spacium, postquam ipsis vel procuratoribus predictis de illarum vacacione constiterit, duxerint acceptandas, conferendas eisdem personis post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue specialiter reservandi ac inhibendi successoribus tuis, episcopis Wratislauiensibus, qui erunt pro tempore, et dilectis filiis capitulis [b]) dictarum ecclesiarum ac illi vel illis, ad quem vel ad quos prebendarum collacio, provisio, presentacio vel quevis alia disposicio in eisdem ecclesiis pertinent communiter vel divisim, ne de prebendis huiusmodi interim eciam ante acceptacionem predictam, nisi postquam eis constiterit, quod persone vel procuratores predicti illas noluerint acceptare, presumant disponere quoquomodo, dictasque singulas prebendas eisdem singulis personis cum dictis iuribus et pertinenciis auctoritate predicta conferendi, inducendi eciam per te vel alium seu alios personas easdem, quibus huiusmodi prebendas contuleris, vel ipsarum procuratores earum nomine in corporalem possessionem singularum huismodi prebendarum et defendendi inductas ipsisque faciendi de ipsorum canonicatuum et prebendarum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores quoque auctoritate predicta per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendi, [,*non obstantibus de*

certo canonicorum numero — corporaliter illud prestent' mutatis mutandis ut in n. 6/, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. D. apud Villamnouam, A. d., VI. id. Septembris a. primo.

Clementis VI A I/3 (58) f. 178, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6 = V. 148 f. 230 n. 387. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 301. — [a]) sequitur ,ecclesia', sed cancellatum A. [b]) corr. ex ,capitulo' A.

---

106. *Preczlao, episcopo Vratislaviensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

.X. *Apud Villamnovam, 1342 Septembris 9.*

V. f. Preczlao, episcopo Wratislauiensi, s. etc. Provenit .... D. apud Villamnouam, A. d., V id. Septembris a. primo.

Clementis VI A I/7 (62) f. 100', de absolutione qu. 1 = V. 151 f. 61' n. 259. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 302.

107. *Johannes Mathiae de Kojeticz supplicat, quatenus secum super defectu natalium dispensetur.*

Apud Villamnovam, 1342 Septembris 11.

Supplicat S. V. Johannes Mathie de Koyetycz, pauper scolaris Pragensis diocesis, presens in curia, quod, cum idem ascribi desiderat milicie clericali, quatenus super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quod huiusmodi defectu non obstante possit ad omnes minores atque maiores sacros ordines promoveri et beneficium cum cura vel sine cura obtinere, secum misericorditer dignemini dispensare.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., III id. Septembris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 203.

108. *Cum Johanne Mathiae de Kojetice dispensatur super defectu natalium.*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1342 Septembris 11.*

D. f. Johanni Mathie de Koyecietz,[a]) scolari Pragensis diocesis,[b]) s. etc. Illegitime genitos, quos vite decorat honestas, nature vicium minime decolorat, quia decus virtutis geniture maculam abstergit in filiis et pudicicia morum pudor originis aboletur. Cum itaque, sicut ex serie pro parte tua nobis exhibite peticionis accepimus, tu defectum paciaris natalium de presbytero genitus et soluta, nos attendentes, quod, sicut habet fidedignorum assercio, defectum huiusmodi morum honestate, vite mundicia aliisque probitatis et virtutum meritis recompensas, redimens favore virtutum, quod in te ortus odiosus[c]) ademit, ac volentes propter hoc misericorditer agere in hac parte, tecum, quod huiusmodi defectu nequaquam obstante possis[d]) ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium cum cura vel sine cura, si tibi alias canonice conferatur,[e]) licite obtinere, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. apud Villam nouam, A. d., III id. Septembris a. primo.

Clementis VI A I/12 (67) f. 232 n. 338, diversarum formarum qu. 9 = V. 155 f. 255 n. 338. — a) corr. ex ‚Koyeticz' A. b) suppl. supra A. c) ‚odiossus' A. d) ‚possit' A. e) corr. ex ‚conferratur' A.

---

109. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni de Machaudio de canonicatu et praebenda ecclesiae Virdunensis provideatur.*

Avinione, 1342 Septembris 23.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti clerici et secretarii sui domestici Johannis de Machaudio specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Virdunensis, quos obtinet Niccolaus de Lucembourc, qui apud sedem apostolicam debent vacare, dum idem Niccolaus possessionem pacificam prepositure ecclesie Satzensis, Pragensis diocesis, auctoritate litterarum vestrarum fuerit assecutus, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes canonicatum et prebendam ecclesie de Lutosa, Cameracensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IX kal. Octobris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 214.

110. *Johanni de Machaudio, clerico et secretario domestico Johannis, regis Bohemiae, providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Virdunensi vacantibus. Forma ut in n. 11.*

I/.X I/III/X. *Avinione, 1342 Septembris 23.*

Clementis VI A I/2 (57) f. 116', de beneficiis vacantibus qu. 17 = V. 147 f. 383 n. 750.

---

111. *Venceslaus Syfridi de Dušník supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Octobris 5.

Supplicat S. V. Wencezlaus Sifridi de Dusnyk, Pragensis diocesis, capellanus commensalis v. in Ch. p. Johannis, episcopi Pragensis, humilis et devoti oratoris vestri, quatenus eidem Wencezlao specialem graciam facientes de canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere, eciam si in dicta ecclesia canonici per eleccionem consueverint assumi, prebendam vero, si qua vacat ibidem ad presens, vel cum vacaverit, eidem conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod idem Wencezlaus ecclesiam parrochialem in Rokyczano, Pragensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R. Item supplicat, q. t. s. a. l. Fiat R. [1]) D. Auinione III non. Octobris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 245'. — [1]) litteras vide sub n. 112.

---

112. *Venceslao Syfridi de Dušník* [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 111. ‚D. Auinione III non. Octobris a. primo.' — In e. m. abbati Aulae Regiae et praeposito Sderasiensis prope Pragam monasteriorum ac magistro Johanni de Neapoli, canonico Neapolitano, capellano domini papae. Forma ut in n. 6.*

I/.X I/II/X. *Avinione, 1342 Octobris 5.*

Clementis VI A I/14 (69) f. 567 n. 882, de praebendis vacaturis qu. 44 = V. 156 f. 121 n. 882. — [a]) ‚Dusnyk' A.

113. *Guidoni, tituli sanctae Ceciliae presbytero cardinali, providetur de beneficiis ecclesiasticis cuiuscumque generis in Coloniensi, Treverensi et Maguntina provinciis, vacantibus vel vacaturis, quorum fructus, redditus et proventus mille marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant. ‚D. Avinione III non. Octobris a. primo.'*

Gratis. *Avinione, 1342 Octobris 5.*

In e. m. dd. ff. . . archidiacono Oxunensi in ecclesia Baiocensi et . . Herbipolensi ac . . Pragensi officialibus s. etc. . . . . D. ut s.

In e. m. scribitur dd. ff. . . decano Pragensis et . . archidiacono Oxunensi, Baiocensis ecclesiarum ac . . officiali Pragensi s. etc. . . . . D. ut s. [1])

Clementis VI A I 2 (57) f. 279'—281, de dignitate, personatu vel officio sub expectatione qu. 3 — V. 148 f. 41 n. 71. — [1]) Haec altera executoria addita est ab alia manu, cum annotatione in margine: ‚Attende, quod he sunt due exequtorie'.

114. *Wilhelmus Rudolphi de Taem, clericus Traiectensis diocesis, scutifer ‚Laurentii, quondam capellani vestri, procuratoris domini regis Bohemiae', supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia collegiata sancti Johannis Leodiensis vacantibus vel vacaturis provideatur. ‚Fiat R.* [1]) *. . . . D. Avinione III non. Octobris a. primo.'*

Avinione, 1342 Octobris 5.

Clementis VI S 1 1 (1) f. 238'. — [1]) littera ista non est reperta.

115. *Guillelmo, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diacono cardinali, conceditur littera conservatoria. Forma huius litterae in partibus omissis cum n. 104 concordat.*

Gratis pro domino cardinali. *Avinione, 1342 Octobris 6.*

V. f. [1]) . . episcopo Cathalaunensi et dd. ff. . . abbati monasterii sancti Luciani Beluacensis ac . . preposito ecclesie Atrebatensis s. etc. Ad regendum universalis ecclesie firmamentum fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales assistendo nobis summissis humeris operosa sedulitate laborant, cum tam ipsius ecclesie quam orbis incumbencia onera indefessis nobiscum solicitudinibus parciantur; quare decens et debitum esse conspicimus, ut ipsi, quos dominus tanquam precipuas et sublimes ecclesie predicte columpnas prerogativa [a]) sublimavit honoris, quique in ecclesiarum defensione et conservacione libertatum et iurium earundem indesinenter studia et

labores impendunt, apud nos prerogativam favoris inveniant et graciarum plenitudinem in suis oportunitatibus consequantur, et presertim ut bona et iura eorum preserventur a conatibus perversorum proteccionis nostre munimine circumfulta. Nuper siquidem ex conquestione d. f. n. Guillelmi, sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, ... occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdicciones necnon fructus, census, redditus et proventus monasteriorum, prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, ecclesiarum et aliorum [b]) ecclesiasticorum beneficiorum, que idem cardinalis ex concessione et dispensacione apostolica obtinet, et nonnulla alia bona mobilia et inmobilia, spiritualia et temporalia, ad cardinalem necnon monasteria, prioratus, dignitates, personatus, officia, ecclesias et beneficia predicta spectancia, et ea detinent indebite occupata . . . . non formidant, eidem cardinali super dictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdiccionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eisdem et quibuscunque aliis bonis mobilibus et inmobilibus, spiritualibus et temporalibus, ac aliis rebus ad cardinalem et dignitates, personatus, officia, ecclesias et beneficia ipsa spectantibus multiplices molestias, iniurias inferunt et iacturas. Quare dictus cardinalis nobis humiliter supplicavit, ut, cum sibi valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere sibi super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, ... in contrarium edita non obstante. D. Auinione II non. Octobris a. primo.

Gratis pro domino cardinali.

Vv. ff. . . archiepiscopo Gnesnensi et . . Wratislauiensi ac . . Cracouiensi episcopis s. etc. Ad regendum universalis ecclesie firmamentum etc. ut in proxima superiori per totum usque in finem. D. Auinione II non. Octobris a. primo.

Gratis pro domino cardinali.

Vv. ff. . . Olomucensi et . . Agriensi episcopis ac d. f. . . abbati monasterii sancti Martini, Jauriensis diocesis, s. Ad regendum etc. ut in secunda superiori per totum usque in finem. D. ut in eadem.

Clementis VI A I/12 (67) f. 423, de conservatoriis qu. 1 = V. 155 f. 136. Omnibus istis litteris appositus est numerus ‚XII‘. Littera secunda reperitur etiam in extenso registrata in A I 6 (61) f. 102', sed sine taxatione et cancellata, deest quoque in rubricis ipsius voluminis. Littera tertia edita est in CDM. VII n. 442 (omissa in RBM. IV), non autem ex tenore registri, sed suppleta a Dudík e littera principali, quae est apud nos prima. — [a]) ‚prerogatiua‘ A. [b]) sequitur ‚beneficiorum‘, sed cancellatum A. — [1]) in margine annotatum: ‚Alie plures eiusdem domini cardinalis sunt infra in quarto quaterno sub numero LVIIII et ponantur in pargameno iuxta istam‘, sed cancellatum A.

116. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Henrico de Helfenstein super irregularitate, quam incurrerat, dispensetur et eidem de canonicatu ecclesiae Spirensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Octobris 7.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quod olim n. v. Henricus de Helfensteyn,[a] clericus familiaris suus, parrochialem ecclesiam in Meyntelden, Treuerensis diocesis, alias tamen sibi canonice collatam, recepit et per decem annos vel circa tenuit prout tenet sine dispensacione aliqua ad sacros ordines non promotus nec resedit in illa, fructus et redditus percipiens ex eadem. Quare humiliter supplicat idem rex, quatenus omnem infamie ac inhabilitatis notam, quam propterea incurrit, de apostolice potestatis plenitudine abolentes, ipsum abilitare ac in integrum restituere dignemini sicut prius fructusque sibi remittere antedictos, cum omnibus suis clausulis ad hoc debitis et consuetis ut in forma.

Fiat et habilitamus ipsum ut petitur et de novo sibi conferimus et fructus remittimus, sic tamen, quod trium annorum fructus solvat camere in pios usus convertendos R.[1])

Item supplicat, quatenus eidem Henrico ampliorem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Spirensis cum plenitudine iuris canonici, ac prebendam in ipsa ecclesia vacantem vel vacaturam conferendam eidem, cum vacaverit, donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini providere, non obstante, quod idem Henricus parrochialem ecclesiam in Mentfelden, Treuerensis diocesis, ac canonicatum et prebendam in ecclesia sancti Lubentii in Dychkirchin, eiusdem Treuerensis diocesis, noscitur obtinere, ac ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[2]) D. Auinione non. Octobris a. primo.

Clementis VI S I,1 (1) f. 242'. — [a]) correctum ex ‚Helfendesteyn'. — [1]) litterae non sunt repertae. [2]) litterae non sunt repertae.

117. *Carolus, marchio Morariae, et capitulum ecclesiae Vyssegradensis supplicant, quatenus Symoni de Jičín praebenda eiusdem ecclesiae Vyssegradensis reservetur.*

Avinione, 1342 Octobris 15.

Supplicant S. V. devoti vestri et humiles Karolus, primogenitus regis Boemie, marchio Morauie, et capitulum ecclesie Wissegradensis prope Pragam, quatenus eis in personam dilecti eorum Symonis de Gyczin, in canonicum et in fratrem eiusdem ecclesie per capitulum ipsius unanimiter electi et assumpti, specialem graciam facientes, prebendam in eadem ecclesia vacantem vel vacaturam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem conferendam donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod pridem de canonicatu ecclesie Pragensis eidem[a]) providistis

ac prebendam sibi, cum vacaret, conferendam donacioni apostolice reservastis, seu quod parrochialem ecclesiam in Gyczin, Pragensis diocesis, ac altare sancti Materni, situm in dicta ecclesia Pragensi, noscitur obtinere, quod quidem altare obtulit se dimittere, cum huiusmodi canonicatus et prebende ecclesie Pragensis fuerit possessionem pacificam assecutus, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat in forma R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione id. Octobris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 255. — [a]) suppletum supra S.

118. *Symoni de Jičín reservatur praebenda ecclesiae Vyssegradensis. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1342 Octobris 15.

D. f. Symoni de Gitzin, canonico ecclesie Wisegradensis prope Pragam, s. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi, qui in canonicum et in fratrem Wissegradensis ecclesie prope Pragam per dd. ff. capitulum ipsius ecclesie unanimiter electus es ut asseris et assumptus, p. t. m. o., pro quo eciam dicti capitulum nobis in hac parte humiliter supplicarunt,[1]) g. f. s., prebendam nulli alii de iure debitam, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod ecclesiam parrochialem in Gytzin, Pragensis diocesis, ac in Pragensi nostra et in dicta Vissegradensi dictorum capituli auctoritatibus canonicatus et in ipsa Pragensi altare sancti Materni obtines et in eadem Pragensi ecclesiis prebendam expectas. . . . . D. Auinione id. Octobris a. primo.

In e. m. dd. ff. de Brunonia et de Aularegia, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/14 (69) f. 583 n. 896, de praebendis vacaturis qu. 45 = V. 156 f. 126. n. 896. — [1]) supplicavit pro eodem etiam Carolus, marchio Moraviae, cuius rei hic nulla fit mentio. Vide num. 117.

119. *Casimirus, rex Poloniae, et Carolus, marchio Moraviae, supplicant, quatenus Johanni dicto Paduano de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1342 Octobris 17.

Supplicant S. V. devotissimi ff. vv. Kazimirus, rex Polonie, et Karolus, primogenitus regis Bohemie et marchio Morauie, quatenus eis in personam Johannis dicti Paduani, doctoris decretorum, ipsius regis Bohemie ac marchionis iurati consiliarii et secretarii precipui, graciam facientes specialem, eidem de

canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere, prebendam vero necnon dignitatem, personatum seu officium cum cura vel sine cura, ad collacionem, eleccionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi et capituli communiter vel divisim spectantem, si qua, qui vel quod in eadem ecclesia vel extra vacant ad presens, aut cum simul aut successive vacaverint, eidem conferendas aut conferendam donacioni sedis apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstantibus, quod in Olomucensi, Wissegradensi, Zacensi et Bolezlauiensi ecclesiis canonicatus et prebendas necnon parrochialem ecclesiam in Wolina et obedienciam Wissegradensis ecclesie in Kressicz,[1]) Pragensis diocesis, noscitur obtinere, quam quidem ecclesiam parrochialem et obedienciam predictam paratus est dimittere, cum huiusmodi canonicatus et prebende ac dignitatis, personatus seu officii pacificam possessionem fuerit assecutus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus. Vel saltim eidem de canonicatu et prebenda in ipsa Pragensi ecclesia dignemini providere ut supra, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ut supra.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Novembris a. primo.

Clementis VI S I/1 (1) f. 260′. — [1]) vide num. 120 n. 1.

120. *Johanni dicto Paduano providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1342 Octobris 17.*

D. f. Johanni dicto Paduano, canonico Pragensi, doctori decretorum, s. etc. Litterarum sciencia .... Volentes itaque tibi p. m. t. o. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Kazimiri, regis Polonie illustris, pro te nobis super hoc humiliter supplicantis,[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel quamprimum ipsam vacare contigerit, ... conferendam tibi .... d. a. reservamus, ...; non obstantibus .... seu quod in Olomucensi, Wissegradensi, Zicensi et Boleslauiensi ecclesiis canonicatus et prebendas necnon parrochialem ecclesiam in Wolina et obedienciam dicte Wissegradensis ecclesie in Rressicz,[2]) Pragensis diocesis, nosceris obtinere. .... D. Auinione XVI kal. Novembris a. primo.

In e. m. dd. ff. de Brunonia et Aule Regie, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A I/5 60) f. 143′, de beneficiis cum cura vel sine cura sub expectatione qu. 5 = V. 150 f. 94 n. 200. — [1]) supplicavit pro eodem etiam Carolus, marchio Moraviae vide num. 119. — [2]) num. 119 habet ‚Kressicz‘. Fortasse ‚Řečicz‘ (vide Tomek III, 75).

121. *Benessio de Čečelicz providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1342 Novembris 4.*

D. f. Benesio, nato quondam Henrici de Czeczelicz, canonico Pragensi, s. etc. Nobilitas generis .... Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit .... conferendam tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu quod parrochialem ecclesiam in Weebia [1] et mediam prebendam in ecclesia Bolezlauiensi, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. .... D. Auinione II non. Novembris a. primo.

In e. m. dd. ff. .. abbati monasterii Breunouiensis et .. decano Boleslauiensis ac .. scolastico Wissegradensis ecclesiarum, Pragensis diocesis, s. etc. D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 127, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 26 = V. 149 f. 123′ n. 282. — [1]) ‚Vtelna'? Fortasse ‚Vtelno Melnické' (Palacký, Popis 84).

122. *Gerardo de Andernaco, clerico et familiari ac medico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis* [1]) *de canonicatu ecclesiae sanctorum Cassii et Florentii in Bunna, Coloniensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione II non. Novembris a. primo.' Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1342 Novembris 4.*

Clementis VI A I/3 (58) f. 565′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 22 = V. 149 f. 20′ n. 46. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

123. *Wilhelmo dicto de Mirica providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1342 Novembris 4.*

D. f. Wilhelmo dicto de Mirica, canonico ecclesie Wicegradensis, Pragensis diocesis, in artibus licenciato, s. etc. Litterarum sciencia ..... Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wicegradensis, Pragensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit .... conferendam tibi .... d. a. reservamus .... D. Auinione II non. Novembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . preposito Tynensis, Pragensis diocesis, et . . decano Pragensis ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/6 (61) f. 521, omnium formarum qu. 1. In V non poterat inveniri

124. *Reinhardo, nato n. v. Ulrici, domini in Hanau,*[a]) *in iure canonico studenti providetur de canonicatu ecclesiae Maguntinensis sub expectatione praebendae, non obstante, quod in Bambergensi et Brunnensi canonicatus et praebendas ac in Tynensi, Olomucensis et Pragensis diocesium, ecclesiis praeposituram noscitur obtinere. ,D. Auinione non. Novembris a. primo.' Forma ut in n. 6.*

Non erat taxata.[1]) *Avinione, 1342 Novembris 5.*

Clementis VI A I/14 (69) f. 365' n. 696, de praebendis vacaturis qu. 36 = V. 156 f. 42' n. 696. — [a]) ,Hanowe' A. — [1]) annotatum in margine.

---

125. *Wilhelmo dicto de Mirica providetur de canonicatu ecclesiae Patariensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VIII id. Novembris a. primo.' — In e. m. praeposito sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, et decano Pragensis et Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| = .X X. *Avinione, 1342 Novembris 6.*

Clementis VI A I/3 (58) f. 310, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 13 = V. 148 f. 363 n. 625. — [2]) In ista littera — contra consuetudinem in cancellaria apostolica observatam — non fit mentio, quod eidem Wilhelmo de Mirica aliquot dies ante de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae provisum fuerit (vide num. 123, dd. Avinione 1342 Novembris 4.)

---

126. *Předrogio de Sudomiř providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1342 Novembris 11.

D. f. Prezdwagio, nato quondam Czadconis de Sudomirs, militis, canonico Wratislauiensi, s. etc. Nobilitas generis . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. o. g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus. . . .; non obstantibus . . . . seu quod parrochialem ecclesiam in Piracaou,[1]) Pragensis diocesis, nosceris obtinere . . . . D. Auinione III id. Novembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii sancti Vincencii Wratislauiensis et . . scolastico Wissegradensis, Pragensis diocesis, ac . . Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 9 rubrica sola, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 11; litterae in V. 148 f. 327′ n. 563. Taxatio deest. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 295. — [1] Piračov, germ. Paratschow in circ. Prachinensi.

---

127. *Friderico de Bor providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1342 Novembris 11.

D. f. Frederico, nato quondam Vrsi de Bor, canonico Olomucensi, s. etc. Probitatis merita . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. ç. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . . D. Auinione III id. Novembris a. primo.

In e. m. dd. ff . . . abbati monasterii Gredissh prope Olomucium et . . preposito Kremsirensis, Olomucensis diocesis, ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 9 rubrica sola, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 11; litterae in V. 148 f. 327′ n. 563. Taxatio deest. Ed. CDM. VII n. 444, RBM. IV n. 1182.

---

128. *Johanni de Sudomiř providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1342 Novembris 11.

D. f. Johanni, nato quondam Czadconis de Sudomyrs, canonico ecclesie Wissegradiensis, Pragensis diocesis, s. etc. Laudabilia tue probitatis . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod parrochialem ecclesiam de Borta,[1]) dicte diocesis, nosceris obtinere. . . . . D. Auinione III id. Novembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Brunouiensis, Pragensis diocesis, et . . preposito Pragensis ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. etc. . . D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 390, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 16 = V. 148 f. 436′ n. 749. — [1] ecclesia parrochialis huius nominis in diocesi Pragensi non reperitur. Utrum autem ‚Porta [Apostolorum]‘ an ‚Borca‘ = ‚Borek‘ legendum sit, incertum est.

129. *Martino Mathaei Albi providetur de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi Pragensis. Forma ut in n. 16.*

.X X. *Avinione, 1342 Novembris 20.*

D. f. Martino Mathei Albi, subdiacono Pragensi, s. etc. Meritis tue probitatis . . . . Volentes itaque tibi p. m. t. i. g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, r. et p., si cum cura, quadraginta, si vero sine cura fuerit, viginti quinque marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectans ad collacionem, prov. seu q. a. d. v. f. n. . . episcopi Pragensis, si quod in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . . D. Auinione XII kal. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Frisingensi et dd. ff. . . abbati monasterii in Waltsachsen, Ratisponensis diocesis, ac . . preposito ecclesie Pragensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/9 (64) f. 486′ n. 160, de beneficiis vacaturis qu. 20 = V. 154 f. 319 n. 160.

130. *Henrico de Lipa providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1342 Novembris 20.*

D. f. Henrico, nato quondam Johannis de Lipa, canonico Wratislauiensi, s. etc. Probitatis et virtutum merita . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi, pro quo eciam v. f. n. . . episcopus Wratislauiensis nobis super hoc[a]) humiliter supplicavit,[1]) p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus. . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Pragensi ecclesia super canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis in speciali gracia nostras litteras obtinuisti et capitulum ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, te in ipsa ecclesia Wissegradensi in canonicum receperunt et in fratrem. . . . . D. Auinione XII kal. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . preposito Sazensis, Pragensis diocesis, ac Johanni de Pistorio, Traiectensis,[b]) et Velco, Pragensis canonicis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 111 n. 1041, de praebendis vacaturis qu. 50 = V. 156 f. 193′ n. 1041. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 295. — [a]) ‚super hoc‘ suppletum in margine A. [b]) ‚diocesis‘ cancellatum A. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

131. *Conrado de Ekausungen [Kaufungen?] providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1342 Novembris 21.*

D. f. Conrado, nato Henrici de Ekausungen, canonico Wratislauiensi, s. Multiplicia tue merita probitatis . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero nulli alii de iure debitam, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus. . . . .; non obstantibus . . . . seu quod canonicatum et prebendam in ecclesia Wissegradensi obtines et super parrochiali ecclesia in Jermir, Pragensis diocesis, nosceris litigare. . . . . D. Auinione XI kal. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii beate Marie in Arena Wratislauiensis et . . scolastico sancte Crucis Wratislauiensis ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 182 n. 1140, de praebendis vacaturis qu. 53 = V. 156 f. 237 n. 1140. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 295.

132. *Johanni, regi Bohemiae, indulgetur, ut decem clerici sui, quos duxerit eligendos, fructus beneficiorum, quae obtinent vel in posterum obtinebunt, usque ad triennium libere recipere valeant.*

≡
V X
X X
.X X. *Avinione, 1342 Novembris 21.*

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, s. etc. Personam tuam clara[a]) generositate conspicuam et devocionis ac laudabilium meritorum titulis insignitam paterna benevolencia[b]) prosequentes illam tibi graciam libenter impendimus, que eciam obsequentibus tibi personis possit existere fructuosa. Tuis itaque supplicacionibus[1]) inclinati auctoritate tibi presencium indulgemus, ut decem clerici tui, tuis obsequiis continue insistentes,[c]) quos ad hoc eligendos duxeris seu eciam nominandos, fructus, redditus et proventus beneficiorum ecclesiasticorum, que nunc obtinent et imposterum obtinebunt, cum ea integritate usque ad triennium libere percipere valeant, cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in ecclesiis, in quibus beneficia huiusmodi obtinent vel obtinebunt imposterum, personaliter residerent, nec interim ad residendum in eisdem ecclesiis teneantur neque ad id a quoquam inviti valeant coartari; non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus earundem ecclesiarum contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis, eciam si de illis servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea et ipsis litteris non utendo eciam ab alio vel aliis impetratis clerici prelibati per se vel procuratores suos prestiterint vel eos

prestare contigerit imposterum iuramentum, seu si locorum ordinariis a sede apostolica sit concessum vel imposterum concedi contingat, quod canonicos et personas ecclesiarum suarum civitatum et diocesium per subtraccionem proventuum suorum ecclesiasticorum vel alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem, aut si eisdem ordinariis et dilectis filiis capitulis earundem ecclesiarum vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum vel imposterum contigerit indulgeri, quod canonicis et personis earundem ecclesiarum non residentibus in eisdem fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum dictarum ecclesiarum ministrare minime teneantur et ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et quibuslibet aliis privilegiis et indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi nostre gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus haberi debeat in nostris litteris mencio specialis, proviso, quod huiusmodi beneficia debitis interim obsequiis non fraudentur, sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum ipsorum fructibus necessaria congrue ministrentur, deserviatur inibi laudabiliter in divinis. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione XI kal. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii sancte Genouefe Parisiensis et . . Treuerensis ac . . Metensis ecclesiarum archidiaconis s. etc. Personam carissimi etc. usque in divinis. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios prefatis clericis aut procuratoribus suis eorum nomine faciatis predictos fructus, redditus et proventus per idem triennium iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem integre ministrari; non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem ordinariis et capitulis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores etc. D. ut s.

Clementis VI A I 7 (62) f. 170', de non residendo et fructibus percipiendis qu. 1 = V. 151 f. 107' n. 601. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 17. RBM. IV n. 1187. — a) corr. in margine ex ,clam' A. b) ,benivolencia' A. c) corr. ex ,insistentibus' A. — 1) supplicatio ista non est reperta.

---

133. *Folklino Folkmari de Praga providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae maioris et dignitatis. Forma ut in n. 6.*

I/.X I/=/X. *Avinione, 1342 Novembris 24.*

D. f. Folklino Folkinari, canonico ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, s. etc. Litterarum sciencia . . . . Volentes itaque tibi p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, in qua sunt maiores et minores prebende, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et

de illo eciam providemus, prebendam vero unam de dictis maioribus necnon dignitatem aut personatum vel officium cum cura vel sine cura, si que aut si qui vel si qua in eadem ecclesia vacant ad presens, vel cum inibi simul aut successive vacaverint . . . . conferendas seu conferendos vel conferenda tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . seu quod in sancti Egidii Pragensis [a]) ac Boleslauiensi, Pragensis diocesis, canonicatus et prebendas et in eadem sancti Egidii obedienciam, que nec dignitas nec personatus existit, ac in Pragensi ecclesiis custodiam, que officium inibi existit, nosceris obtinere — quam quidem custodiam alteri dicuntur contulisse, virtute cuius collacionis diceris possessione corporali ipsius custodie [b]) spoliatus, propter quod ut asseris ad sedem apostolicam appellasti et super ipsa custodia et eius occasione in palacio apostolico litem habes — ac in dicta ecclesia Wyssegradensi in canonicum et in fratrem sub expectacione prebende auctoritate dictorum capituli ut asseris es receptus, quam quidem recepcionem exnunc cassamus et irritamus ac nullius fore decernimus roboris vel momenti. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium pacifice fueris assecutus, prefatam obedienciam, quam [c]) ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis . . . · D. Auinione VIII kal. Decembris p. n. a. primo.

In e. m. dd. ff. abbati monasterii Auleregie, Pragensis diocesis, et preposito Pragensis ac Johanni de Neapoli, canonico Neapolitane ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/11 (66) f. 178 n. 118, de dignitatibus vacaturis qu. 7 = V. 152 f. 317 n. 118. — a) sequitur ,diocesis canonicatus et prebendas', sed cancellatum A. b) correctum ex ,ecclesie' A. c) ,quan' habet A.

134. *Pribyslao de Letkov providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1342 Novembris 27.*

D. f. Przybislao de Letkow, canonico Pragensi, s. etc. Laudanda tue probitatis merita . . . . Cum itaque in ecclesia Pragensi, in qua dimidiam prebendam obtines, dimidie et integre prebende fore noscantur, nos volentes te gracia prosequi ampliori, canonicatum eiusdem ecclesie c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, unam de huiusmodi integris prebendis, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . seu quod in predicta Pragensi canonicatum ut prefertur et dimidiam prebendam ac in sancti Georgii ecclesiis et in capella regia Omnium Sanctorum in castro Pragensi canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam in Costelecz, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum auctoritate [a]) presencium integram prebendam in dicta Pragensi ecclesia pacifice fueris assecutus, predictam dimi-

diam prebendam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis . . . . D. Auinione V kal. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . patriarche Jerosolymitano et dd. ff. Brewnouensis prope Pragam ac . . de Insula, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I 15 (70) f. 434' n. 1466, de praebendis vacaturis qu. 63 = V. 156 f. 386 n. 1466. Invenitur registrata etiam in A I 14 (59) f. 390, sed cancellata cum annotatione „Cassata est de mandato." [a]) correctum ex ‚vigore' A.

135. Thobiae quondam Janconis de Postupenicz conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.

. .X. *Avinione, 1342 Decembris 3.*

D. f. Thobie, nato quondam Jankonis de Wstupenitz, scolastico ecclesie Wyçegradensis, Pragensis diocesis, s. Provenit . . . . . D. Auinione III non. Decembris a. primo.

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 458' n. 247, de absolutione qu. 2 = V. 155 f. 397', n. 247.

136. Martino de Žiželicz providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione dimidiae praebendae ac unius praestimonii. Forma ut in n. 6.

.X. *Avinione, 1342 Decembris 3.*

D. f. Martino, nato quondam Maczkonis de Zuzelicz, canonico Pragensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . . Cum itaque in ecclesia Pragensi integre et dimidie prebende existant, nos volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ipsius ecclesie c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, unam vero de dictis dimidiis prebendis ac unum prestimonium, consuetum canonicis et personis ipsius ecclesie assignari, cuius fructus, redditus et proventus quadraginta marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si que in ipsa ecclesia vacant ad presens, vel cum vacaverint, coniunctim vel divisim, ... conferenda tibi . . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . aut quod auctoritate litterarum nostrarum in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scripsimus, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem vel presentacionem dd. ff. Cruciferorum hospitalariorum domus sancte Marie in pede pontis Pragensis nosceris expectare, quas litteras et processus per eas habitos et quecunque inde secuta exnunc cassamus et irritamus

omnino illaque nullius exnunc existere decernimus roboris vel momenti . . . . . D. Auinione III non. Decembris a. primo.

In e. m. v. f... episcopo Regensi et dd. ff... abbati monasterii Aule Regie ac . . decano ecclesie sancti Apolinaris in Saczka, Pragensis diocesis, s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 18 sola rubrica, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 22. Litterae reperiuntur in Gregorii XI A I/10 (10) f. 101 = V. 149 f. 34 n. 75.

137. *Bohutae de Hostina providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| — — .X X. *Avinione, 1342 Decembris 5.*

D. f. Bohute quondam Arnusti de Hostyna, canonico Wratislauiensi, s. etc. Suffragancia tibi merita . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. t. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . . conferendam tibi . . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod decanatum ecclesie Saczensis, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. . . . . D. Auinione non. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . archiepiscopo Rigensi ac dd. ff. . . preposito Saczensis, Pragensis diocesis, ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. etc. . . . D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 171, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 28 = V. 149 f. 133 n. 282. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 295.

138. *Vlastonio Stephani de Sedlčano providetur de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| — — .X X. *Avinione, 1342 Decembris 9.*

D. f. Wlastonio Stephani de Sedelizano, canonico Cracouiensi, s. etc. Laudabilia tue probitatis et aliarum virtutum merita . . . . Volentes itaque tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Cracouiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens, vel cum vacaverit. . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . . D. Auinione V id. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Parmensi et dd. ff. . . Wissegradensis prope Pragam ac . . sancti Egidii Pragensis decanis ecclesiarum s. etc. . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 427' n. 1159, de praebendis vacaturis qu. 63 = V. 156 f. 383 n. 1159.

139. *Bohutae de Hostina providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| $\frac{|}{X}$. X.   *Avinione, 1342 Decembris 12.*

D. f. Bohute de Hostina, canonico Pragensi, s. etc. Probitatis merita . . . . Volentes itaque p. m. o. tibi g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod canonicatum et prebendam ac decanatum ecclesie Sacensis, Pragensis diocesis, ac in Wratislauiensi ecclesia canonicatum obtines et prebendam expectas. . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Brewnovyensi et . . de Opatowycz monasteriorum abbatibus, Pragensis diocesis, ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/3 (58) f. 395, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 16 = V. 148 f. 441' n. 757.

140. *Henrico Thesauri de Norimberga providetur de canonicatu ecclesiae Ratisbonensis sub expectatione praebendae, non obstante, quod in ecclesia sancti Petri Brunnensis, Olomucensis diocesis, canonicatum et praebendam obtinet, et quod super scolastria ecclesiae Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, in Romana curia noscitur litigare. ,D. Avinione II id. Decembris a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| $\frac{|}{X}$. X.   *Avinione, 1342 Decembris 12.*

Clementis VI A I/4 (59) f. 37, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 23 = V. 149 f. 49' n. 107.

141. *Velconi Hayne fit gratia de dignitate vacatura ad collationem episcopi, decani et capituli ecclesiae Pragensis. Forma ut in n. 52.*

.X X. *Avinione, 1342 Decembris 12.*

D. f. Welconi Hayne, canonico Pragensi, salutem. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi p. t. m. o. g. f. s., dignitatem vel personatum seu officium aut perpetuam administracionem cum cura vel sine cura, cuius fructus, r. et p., si cum cura, sexaginta, si vero sine cura fuerit, quadraginta marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ad v. f. n. . . episcopi et dd. ff. . . decani et capituli Pragensis collacionem, pres., prov. seu q. a. d. c. v. d. pertinentem vel pertinens, si qua vel si quis aut si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, in civitate vel diocesi Pragensi, ... conferendam seu conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Pragensi et in Wissegradensi, Pragensis diocesis, ecclesiis ac in capella Omnium Sanctorum castri Pragensis canonicatus obtines et prebendas. . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Parmensi et dd. ff. . . sancti Egidii Pragensis ac . . Wissegradensis prope Pragam ecclesiarum decanis s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/11 (66) f. 371′ n. 296, de dignitatibus vacaturis qu. 15 = V. 152 f. 412′ n. 296.

142. *Nicolao Nicolai providetur de canonicatu ecclesiae Bremensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione II id. Decembris a. primo.' — In e. m. archiepiscopo Rigensi et episcopo Pragensi ac Johanni de Pistorio, canonico Belvacensi. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1342 Decembris 12.*

Clementis VI A I/15 (70) f. 237 n. 1206, de praebendis vacaturis qu. 55 = V. 156 f. 267 n. 1206.

143. *Henrico de Lipa providetur de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1342 Decembris 12.*

D. f. Henrico Johannis de Lypa, canonico Cracouiensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi huiusmodi m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Cracouiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... confe-

rendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Pragensi b) et Wratislauiensi . . . apostolica et in Wissegradensis, Pragensis diocesis, ecclesiis capituli eiusdem Wissegradensis ecclesie auctoritate canonicatus obtines et prebendam expectas . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Cracouiensi et . . sancti Floriani, Cracouiensis diocesis, preposito ac Johanni de Pistorio, canonico Beluacensis ecclesiarum s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 237' n. 1207, de praebendis vacaturis qu. 55 = V. 156 f. 267' n. 1207. — b) provisionem de canonicatu ecclesie Pragensis vide sub num. 54.

144. *Johanni Johannis de Sicz providetur de canonicatu ecclesiae Vratislauiensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X .

Avinione, 1342 Decembris 12.

D. f. Johanni, nato d. f. Johannis de Sitz, canonico Wratislauiensi, s. Probitatis merita . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Vratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit. . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in capella Omnium Sanctorum in castro Pragensi a) preposituram et in sancti Petri in Melnico, Pragensis a) diocesis, canonicatum et prebendam obtines et in Pragensi b) ecclesiis auctoritate dd. ff. capituli eiusdem Pragensis c) ecclesie in canonicum es receptus et in ea prebendam eadem auctoritate expectas . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislauienses et . . preposito sancte Crucis Wratislauiensis ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 247 n. 1220, de praebendis vacaturis qu. 56 = V. 156 f. 273' n. 1220. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV. 295. — a) ‚Ptagensis' habet A. b) ‚Ptagensi' A. c) ‚Ptagensis' A.

145. *Henrico Hayne de Tusta providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X .

Avinione, 1342 Decembris 12.

D. f. Henrico Hayne de Tusta, canonico ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, s. etc. Probitatis et aliarum virtutum merita . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum [ecclesie] a) Wissegradensis, Pragensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in

eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in prefata ecclesia Vissegradensi auctoritate dictorum capituli in canonicum es receptus et in eadem minorem prebendam, valentem communiter viginti Turonenses grossos argenti, et plebanatum seu parrochialem ecclesiam in Malyna seu Cuthina in Montibus, dicte diocesis, ac canonicatum et prebendam capelle Omnium Sanctorum in castro Pragensi nosceris obtinere. Volumus autem, quod canonicatum, ad quem ut premittitur auctoritate dictorum capituli in eadem ecclesia Vissegradensi receptus fuisti, exnunc, minorem vero prebendam predictos, quamprimum vigore presentis gracie ibidem prebendam fueris pacifice assecutus, omnino dimittere tenearis . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. v. f... episcopo Olomucensi et dd. ff... abbati monasterii Auleregie, Pragensis diocesis, et Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 247' n. 1221, de praebendis vacaturis qu. 56 = V. 156 f. 274 n. 1221. — a) ‚ecclesie' putredine corrosum in A.

---

146. *Petro de Luna providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1342 Decembris 12.

D. f. Petro de Luna, canonico Olomucensi, s. Vite ac morum honestas.... Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu [quod in][a]) capella Omnium Sanctorum in castro Pragensi canonicatum et prebendam ac ecclesiam parrochialem in Wodnano, Pragensis diocesis, nosceris obtinere . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff... abbati monasterii Gradicensis extra muros Olomucenses et . . preposito sancti Petri in Brunna,[b]) Olomucensis diocesis, et Johanni de Pistorio, canonico Traiectensis ecclesiarum s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 251 n. 1224, de praebendis vacaturis qu. 56 = V. 156 f. 275 n. 1224. Ed. CDM. VII n. 451, RBM. IV n. 1196. — a) ‚quod in' putredine corrosum in A. b) ‚brumia' A.

147. *Wilhelmo Sbinconis de Hasenburg providetur de canonicatu ecclesiae Bambergensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1342 Decembris 12.

D. f. Wilhelmo Sbinconis de Hasenburch, canonico Bambergensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque [tibi][a]) p. t. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Bambergensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam pro-

videmus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. v.b) f. . . episcopo Parmensi et dd. ff. . . abbati monasterii sancti Michaelis in Monte Monachorum Bambergensis ac . . scolastico ecclesie sancti Jacobi extra muros Bambergenses s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 404 n. 1430, de praebendis vacaturis qu. 62 = V. 156 f. 369 n. 1430. — a) deest in A., suppl. ab editore. b) in rasura A.

148. *Wilhelmo Busconis de Vilhartiez providetur de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I/.X I/X. *Avinione, 1342 Decembris 12.*

D. f. Wilhelmo Bussconis de Willarticz, canonico Misnensi, s. etc. Probitatis merita . . . . Volentes itaque tibi a) p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Misnensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in capella Omnium Sanctorum castri Pragensis canonicatum obtines et prebendam . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Parmensi b) et dd. ff. . . Kermucensis ac . . Celle, Misnensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 404' n. 1431, de praebendis vacaturis qu. 62 = V. 156 f. 369' n. 1431. — a) suppletum supra. b) ‚[P]armensi' in rasura A.

149. *Russoni Russonis de Liticz providetur de canonicatu ecclesiae Pataviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I/.X I/X. *Avinione, 1342 Decembris 12.*

D. f. Russoni Russonis de Lutycz, canonico Patauiensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Patauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a reservamus . . . . D. Auinione II id. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Parmensi et dd. ff . . sancte Corone, Pragensis, ac . . in Farnpach, Pataniensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 405' n. 1432, de praebendis vacaturis qu. 62 = V. 156 f. 370 n. 1432.

---

150. *Ogerio Wilhelmi de Landstein providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X̄ . — *Avinione, 1342 Decembris 13.*

D. f. Ogerio Wilhelmi de Lantstein, canonico Olomucensi s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus. . . . . D. Auinione id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Briuatensi et . . sancti Mauricii in Kremsir, Sancti Flori et Olomucensis diocesium, decanis ac . . preposito eiusdem sancti Mauricii ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 496, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 39 = V. 149 f. 346 n. 672. Ed. CDM. VII n. 452, RBM. IV n. 1127.

151. *Petro Petri de Rosenberg providetur de canonicatu ecclesiae Patariensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X̄ . — *Avinione, 1342 Decembris 13.*

D. f. Petro Petri de Resenberch, canonico Patauiensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Pactauiensis[a] c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in ecclesia Pragensi canonicatum obtines et prebendam. . . . . D. Auinione id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . in sancta Corona et . . in Altouado, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc. . . . . D. ut. s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 59 n. 979, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 164 n. 979. — [a]) sic, correctum ex ‚Pictauensis' A.

152. *Hostislao quondam Všemilonis de Praga providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I | I/X.X.

Avinione, 1342 Decembris 13.

D. f. Hostislao, nato quondam Wsemilonis de Praga, canonico Pragensi, s. etc. Probitatis merita . . . . Volentes itaque tibi p. i. g. f. s. canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in capella ad sanctum Georgium in castro Pragensi canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam ad sanctum Gallum in civitate Pragensi nosceris obtinere . . . . D. Auinione id. Decembris a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Brewnouiensis et . . Montissyon, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 60' n. 981, de praebendis vacaturis qu. 48 = V. 156 f. 165' n. 981. Incepta in A I/15 iam f. 56', sed non finita et cancellata.

153. *Israeli Thomae de Sedlčano providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I | I/X.X.

Avinione, 1342 Decembris 13.

D. f. Israheli Thome de Sedelizano, canonico ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, s. Vite ac morum honestas . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod parrochialem ecclesiam in Wosiez,[a]) dicte diocesis, nosceris obtinere. . . . . D. Auinione id. Decembris a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Olomucensi et dd. ff. . . abbati monasterii Auleregie, Pragensis diocesis, ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 250 n. 1223, de praebendis vacaturis qu. 56 = V. 156 f. 275 n. 1223. — a) correctum ex ‚Woziez' A.

154. *Cum Petro de Waben dispensatur, ut certis irregularitatibus non obstantibus quatuor beneficia licite retinere valeat.*

III
X
. X .

Avinione, 1343 Januarii 2.

D.[a] f. Petro de Wauben, canonico ecclesie de Terramunda, Cameracensis diocesis, s. etc. Vite ac morum honestas et alia in te vigencia dona virtutum, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, promerentur, ut personam tuam illa gracia prosequamur, per quam iuris rigorem mansuetudine temperemus. Sane pro parte tua peticio nobis exhibita [1]) continebat, quod olim tecum super defectu natalium, quem pateris de diacono genitus et soluta, quod eo non obstante posses ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam animarum haberet, fuit auctoritate apostolica dispensatum, post quam dispensacionem et eius vigore canonicatum et prebendam ecclesie de Terramunda, Cameracensis diocesis, adeptus et ad diaconatus ordinem promotus eciam extitisti, ac deinde tibi ad c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te nobis in hac parte humiliter supplicantis, instanciam [2]) de canonicatu ecclesie sancti Donaciani Brugensis, Tornacensis diocesis, sub expectacione prebende fecimus graciam specialem, [3]) nulla de predicto defectu in gracia ipsa habita mencione. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere tibi super hiis teque uberiori gracia prosequi dignaremur. Nos igitur attendentes, quod, sicut habet fidedignorum assercio, tu defectum huiusmodi sic supples meritis probitatis, quod digne mereris attolli maiori gracia et favore, et propterea tum ob hoc, tum consideracione prefati regis, pro te nobis super hoc supplicantis humiliter, volentes personam tuam prerogativa huiusmodi favoris et gracie prevenire, tecum, quod omissione de dicto defectu in eadem gracia necnon ipso defectu et quibuslibet constitucionibus apostolicis seu statutis et consuetudinibus predicte et aliarum quarumcunque ecclesiarum eciam cathedralium contrariis nequaquam obstantibus gracia predicta gaudere eiusque effectum consequi necnon unum cum cura et tria beneficia ecclesiastica sine cura, eciam si alterum eorum sit canonicatus et prebenda in ecclesia cathedrali, licite valeas retinere et ea, si tibi visum fuerit, permutare,[b]) auctoritate apostolica de specialis dono gracie dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. Auinione IIII non. Januarii a. primo.

Clementis VI A I/6 (61) f. 220, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 2 = V. 151 f. 247 n. 1304. — [a]) sequitur ‚in Christo', sed cancellatum A. [b]) ‚et ea — permutare' suppletum in margine ab alia manu A. — [1]) supplicatio illa non est reperta. [2]) erat enim clericus secretarius eius, vide num. 28 et 233. [3]) vide num. 28.

155. *Johanni de Litomyšl providetur de beneficio cum vel sine cura vacante vel vacaturo, ad collationem abbatis et conventus monasterii Sedlicensis. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1343 Januarii 16.*

D. f. Johanni quondam Conradi de Lutomil, presbytero Pragensis diocesis, s. etc. Probitatis tue merita . . . . Volentes itaque tibi p. m. i. g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum clericis secularibus assignari, cuius fructus, r. et p., si cum cura, quadraginta, si vero sine cura fuerit, viginti quinque marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectans ad collacionem, pres. seu q. a. d. dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii in Cedlicz, ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis, c. v. d., si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendum tibi . . . . d. a. reservamus. . . . . D. Auinione XVII kal. Februarii a. primo.

In e. m. dd. ff. . . Maioris et . . Omnium Sanctorum Pragensis ecclesiarum decanis ac . . officiali Pragensi s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I 6 (61) f. 538, omnium formarum qu. 2; registrata iterum ibidem f. 539 cum annotatione in margine f. 538 (ab alia manu): ‚Attende, si debet scribi in pergameno, quia sequens est simili' (sic!). In V. non poterat inveniri. Taxatio in prima copia deest, in altera = XXIII.

156. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Jacobo, filio Jacobi, domini Montisclari, de canonicatu ecclesiae Trecerensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1343 Februarii 10.

S. V. supplicat devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti clerici sui Jacobi, filii Jacobi, domini Montisclari, militis sui specialissimi, graciam specialem facientes, eidem Jacobo canonicatum et prebendam ecclesie Treuerensis,[a]) si in dicta ecclesia vacat, vel cum primum vacare contigerit,[b]) cum decreti interposicione et clausulis reservacionis, inhibicionis et clausula anteferri necnon et ceteris clausulis oportunis conferre dignemini et velitis ac super dicta vestra gracia certos executores deputare;[c]) ipse siquidem Jacobus est de diocesi Treuerensi[d]) supradicta.

Fiat R. Item placeat dicte V. S., quod gracia vestra predicta sine alia transeat leccione.

Fiat R. D. Auinione IIII id. Februarii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 17'. — a) ‚Treuensis' S. b) ‚contingerit' S. c) ‚deputatos' S., corr. ab editore. d) ‚Treuensi' S.

157. *Jacobo, nato nobilis viri Jacobi, domini Montiscelari, providetur consideratione Johannis, regis Boemiae pro ipso cum instantia supplicantis, de canonicatu ecclesiae Trevrensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione IIII id. Februarii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
. X X.

Avinione, 1343 Februarii 10.

Clementis VI A I/4 (59) f. 136', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 27. — V. 119 f. 111' n. 258.

158. *Johannes, episcopus Pragensis, supplicat, quatenus Gallo de Újezd de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1343 Februarii 10.

Ad supplicacionem Johannis, episcopi Pragensis, provisum est Gallo, archidiacono Gradicensi in ecclesia Pragensi, de canonicatu sub expectacione prebende dicte ecclesie Pragensis, non obstante, quod idem Gallus sive archidiaconus predictum archidiaconatum et capellam sancti Maurici[a]) in castro Pragensi noscitur obtinere.

Fiat R. Sine leccione. Fiat R. D. Auinione IIII id. Februarii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 28'. — a) sic S.

159. *Gallo de Újezd providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| =
. X X.

Avinione, 1343 Februarii 10.

D. f. Gallo de Wgezd, canonico Pragensi, s. etc. Vite ac morum honestas.... Hinc est, quod nos, volentes tibi, pro quo eciam v. f. n. Johannes, episcopus Pragensis, cuius nepos existis, nobis in hac parte humiliter supplicavit, g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu quod in predicta ecclesia archidiaconatum Gradicensem et capellam sancti Mauricii in castro Pragensi nosceris obtinere..... D. Auinione IIII id. Februarii a. primo.

In e. m. dd. ff. .. Brenouiensis et .. de Insula, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s..... D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 154', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 27; registrata de novo sine ulteriori nota ib. f. 219 quat. 30. Copiata in V. 149 f. 123' n. 262, et iterum sine omni nota ib. f. 165 n. 344.

160. *Adelheidis de Stara supplicat, quatenus sibi concedatur absolutio plena in mortis articulo.*

Avinione, 1343 Februarii 11.

Supplicat S. V. devotissima vestra Adlheydis de Stara, relicta quondam nobilis viri Arnusti dicti de Hostyna ac genitrix vestri humilissimi capellani, decani Pragensis, quatenus sibi concedere dignemini, ut ipsa in articulo mortis possit eligere presbyterum idoneum, qui eam a peccatis suis omnibus, a pena et a culpa, ut in forma, absolvat.

Fiat in forma R. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Februarii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 29'.

161. *Adelheidi de Stara conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

III

. X .

Avinione, 1343 Februarii 11.

D. in Ch. f. Adlheydi de Stara, relicte quondam Arnusti[a] de Hostina, vidue Pragensis diocesis, s. Provenit etc. . . . . D. Auinione III id. Februarii a. primo.

Clementis VI A I 16 (V. 214) f. 454' n. 207, de absolutione qu. 2 = V. 155 f. 395' n. 207. — a) ,Arinisti' A.

162. *Vratislaviensi et Poznaniensi episcopis ac decano ecclesiae Pragensis mandatur, quatenus sententias et processus contra Ericum de Wulcow latos et factos executioni debitae demandent.* ,*D. Auinione XV kal. Marcii a. primo.*'

X

. X .

Avinione, 1343 Februarii 15.

Clementis VI A I/12 (67) f. 173' n. 263, diversarum formarum qu. 7 = V. 155 f. 263. Ed. Vat. Akten n. 2143.

163. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni de Herberiller de canonicatu et praebenda in ecclesia Metensi vacantibus et Dominico de Portu de canonicatu et praebenda in ecclesia Virdunensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1343 Februarii 19.

S. V. supplicat devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus, cum nunc vacent canonicatus et prebende in Metensi et Virdunensi ecclesiis per liberam resignacionem a Theobaldo de Albomonte, dicti regis consanguineo, per legitimum

procuratorem ad hoc a dicto Theobaldo legitime constitutum in Romana curia factam in manibus r. p. domini Guidonis, dei et apostolice sedis gracia tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, et ab eodem reverendo patre de mandato vestro eidem a S. V. facto oraculo vive vocis receptam ed admissam, dictos canonicatum et prebendam ecclesie Metensis predicte Johanni, filio nobilis viri Francisci de Herbeuiler, militis Tullensis diocesis, conferre dignemini et velitis, cum decreti interposicione, reservacione, inhibicione, acceptacione et non obstantibus omnibus et ceteris clausulis oportunis, non obstante, quod dicti canonicatus et prebende reservati dicantur aut sint apud sedem vestram sanctam.

Fiat R.

Item quod pari modo ac simili forma canonicatum et prebendam supradictos ecclesie Virdunensis Dominico, filio Nicolai de Portu, legum doctoris, dicti regis consiliarii, civis Tullensis, conferre dignemini et velitis ut in forma contenta in supplicacione precedenti.

Fiat R. Et q. t. dicte vestre gracie s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Marcii a. primo.

Clementis VI S 1 2 (2) f. 40.

164. *Johanni, nato nobilis viri Francisci de Herberiller, militis, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu et praebenda ecclesiae Metensis. ‚D. Auinione XI kal. Marcii a. primo.' Forma ut in n. 4.*

.X X. *Avinione, 1343 Februarii 19.*

Clementis VI A I/2 (57) f. 102', de beneficiis vacantibus qu. 17 = V. 147 f. 375 n. 734.

165. *Dominico, nato Nicolai de Portu, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu et praebenda ecclesiae Virdunensis. ‚D. Auinione XI kal. Marcii a. primo.' Forma ut in n. 4.*

.X X. *Avinione, 1343 Februarii 19.*

Clementis VI A I/8 (63) f. 457 n. 237, de praebendis vacantibus qu. 12 = V. 153 f. 115' n. 237. —

166. *Arnestus de Hostina, alias de Pardubic, preficitur in episcopum Pragensem.*

X X X X X
. X X X X X. *Apud Villamnovam, 1343 Martii 3.*

D. f. Arnesto, electo Pragensi,[1] s. etc.

In supreme dignitatis specula ex divini disposicione consilii constituti, de universis orbis ecclesiis, quarum[a] cura nobis imminet generalis, iuxta pastoralis officii debitum, quantum nobis ex alto permittitur, solicite cogitamus, sed earum propensior solicitudo nos angit, quas propriis pastoribus destitutas vacacionum conspicimus expositas detrimentis, ut per nostre providencie studium pastores eis preficiantur idonei, sub quorum regimine huiusmodi ecclesie spiritualibus proficiant incrementis et temporalibus commodis gratulentur. Dudum siquidem b. m. Johanne, episcopo Pragensi, regimini Pragensis ecclesie presidente nos cupientes eidem ecclesie, cum eam quovis modo vacare contingeret, nostre operacionis ministerio secundum cor nostrum idoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinacioni et disposicioni nostre ac sedis apostolice ea vice duximus specialiter reservandam, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia Pragensi per obitum eiusdem Johannis, qui in illis partibus debitum nature persolvit,[2] pastoris solacio destituta, nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos se hac vice intromittere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ne prolixe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem ac eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, prefate ecclesie decanum, in sacerdocio constitutum, litterarum sciencia preditum, morum et vite honestate decorum, in spiritualibus providum, in temporalibus circumspectum aliisque grandium virtutum meritis, prout ex testimoniis fidedignis accepimus, laudabiliter insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona tua prefate Pragensi ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod eadem Pragensis ecclesia gracia tibi suffragante divina per tue providencie studium preservabitur a noxiis et adversis et in eisdem spiritualibus et temporalibus actore domino proficiet incrementis. Quocirca[b] discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum humeris tuis huiusmodi iugum a domino devote supportans curam et administracionem predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod eadem ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque proinde preter eterne retribucionis premium nostram ac dicte sedis benediccionem et graciam uberius consequi merearis. D. apud Villam nouam, A. d., V non. Marcii a. primo.

In e. m. dd. ff. capitulo ecclesie Pragensis s. etc. In supreme dignitatis specula etc. usque proficiet incrementis. Quocirca d. v. per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum

humiliter intendentes ac exhibentes ei obedienciam et reverenciam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis, alioquin sentenciam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. D. ut s.

In e. m. dd. ff. clero civitatis et diocesis Pragensis s. etc. . . . . D. ut s.[c])

In e. m. dd. ff. populo civitatis et diocesis Pragensis s. etc. In supreme usque incrementis. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificencia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis ita, quod ipse in vobis devocionis filios et vos per consequens in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. D. ut s.

In e. m. c. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, s. etc. In amore virtutum et operibus caritatis decet celsitudinem regiam haberi continue studiosam, maxime cum ex hiis tibi procul dubio retribucionis eterne bravium et humane laudis preconium acquiratur. Dudum siquidem b. m. Johanne, episcopo Pragensi, etc. usque proficiet incrementis. Quia igitur, fili carissime, virtutis opus esse dinoscitur, personas ecclesiasticas et presertim dignitatum titulis insignitas benigno favore prosequi easque verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Arnestum electum dictamque Pragensem ecclesiam sue cure commissam habens pro divina et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, circa recuperanda, manutenenda et amplianda bona et iura prefate ecclesie te liberalem exhibeas et in cunctis oportunitatibus graciosum, ita quod idem electus regii favoris fultus presidio in commissa predicte ecclesie sibi cura possit assidue deo propicio prosperari ac tibi exinde a retributore bonorum omnium perhennis vite premium rependatur et a nobis condigna proveniat accio graciarum. D. ut s.

Clementis VI A I/1 (56) f. 118, de provisionibus praelatorum qu. 3 = V. 147 f. 52' n. 89. Ed. Werunsky, Excerpta n. 24, RBM. IV n. 1230. — a) ‚quorum' A. b) correctum in margine ex ‚quare' A. c) de verbo ad verbum ut in praecedenti. — 1) Arnestus de Pardubicz, electus 1343 Januarii 14, vide RBM. IV n. 1215. 2) Johannes IV de Dražicz, praedecessor Arnesti, mortuus est 1343 Januarii 5.

***167.** Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus Laurentio de Kalow de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi Vratislaviensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1343 Martii 11.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Pretzlaus, episcopus Wratislauiensis, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Laurencii de Kalow, subdiaconi Misnensis diocesis, iurisperiti et causarum curie sue auditoris nondum beneficiati,

graciam specialem facientes, eidem beneficium ecclesiasticum a) cum cura vel sine cura, in civitate vel diocesi, eciam si dignitas vel personatus existat, spectans b) ad collacionem, pres., prov. seu q. a d. ipsius episcopi Wratislauiensis, vacans c) ad presens, vel cum vacaverit, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri de benignitate apostolica conferendum d) dignemini reservare, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam quadraginta marcharum cum cura, viginti quinque sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A d., V id. Marcii a primo.

Clementis VI S 1 2 (2) f. 91. — a) ‚de beneficio ecclesiastico' S., corr. ab editore. b) ‚spectante' S., corr. ab editore. c) ‚vacante' S., corr. ab editore. d) ‚conferendam' S., corr. ab editore.

168. *Laurentio de Kalow, familiari Preczlai, episcopi Vratislaviensis, reservatur ad supplicationem eiusdem episcopi beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura in civitate vel diocesi Vratislaviensi, prout supplicatum extitit. ‚D. apud Villam nouam, A. d., V id. Marcii a. primo.' — In e. m. episcopo Frisingensi et scolastico ac Johanni de Vladimiria,* a) *canonico ecclesiae Vratislaviensis. Forma ut in n. 2.*

| =
. X X.

Apud Villamnovam, 1343 Martii 11.

Clementis VI A I, 10 (65) f. 17 n. 197. de beneficiis vacaturis qu. 21 — V. 154 f. 354' n. 497. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 295. — a) ‚Ladmiria' A.

169. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus Zamborio de Pogorella de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae et magistro Stanislao Johannis de dignitate, personatu vel officio cum vel sine cura in eadem ecclesia provideatur.*

Apud Villamnovam, 1343 Martii 12.

Supplicat S. V. humilis creatura vestra Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, quatenus sibi in personam Zamborii, filii Henrici de Pogorella, germani sui, clerici Vratislauiensis a) diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum obtinentis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda Wratislauiensis ecclesie cum plenitudine iuris canonici dignemini providere ac prebendam, si qua vacat ad presens in dicta ecclesia, vel cum vacaverit, conferendam dicto Zamborio donacioni apostolice reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis clausulis oportunis.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus sibi in personam magistri Stanislai, 1) canonici Wratislauiensis, benemeriti et antiqui eiusdem ecclesie servitoris, specialem

graciam facientes, eidem de personatu. dignitate vel officio cum cura vel sine cura in eadem Wratislauiensi ecclesia digaemini providere. non obstante, quod in eadem ecclesia canonicatum et prebendam et allodia in Pirzwozow canonicale et in Polanowicz ad pensionem annuam noscitur obtinere.

Fiat R. Et placeat S. V., q. s. a. t. l. Fiat R. D. apud Villam nouam, A. d., IIII id. Marcii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 95. — a) ‚Wranc' habet S. — 1) in littera sub num. 171 vocatur ‚Stanislaus Johannis'.

170. *Zamborio, nato Henrici de Pogorella, providetur ad supplicationem Preczlai, episcopi Vratislaviensis, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., IIII id. Marcii a. primo.' — In e. m. abbati monasterii in Kamencz, Vratislaviensis diocesis, et praeposito ac scolastico ecclesiae Vratislaviensis. Forma ut in n. 6.*

I =
.X X. *Apud Villamnovam, 1343 Martii 12.*

Clementis VI A I/15 (70) f. 314′ n. 1310, de praebendis vacaturis qu. 59 = V. 156 f. 314′ n. 1310. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 295.

171. *Magistro [1]) Stanislao Johannis, canonico Vratislaviensi, reservatur in eadem ecclesia ad supplicationem Preczlai, episcopi Vratislaviensis, dignitas vel personatus seu officium cum vel sine cura, non obstante ut in n. 169. ‚D. apud Villamnouam, A. d., IIII id. Marcii a. primo.' — In e. m. abbati monasterii beatae Mariae in Arena et praeposito sancti Egidii ac decano sanctae Crucis ecclesiarum extra muros Vratislavienses. Forma ut in n. 52.*

I =
.X X. *Apud Villamnovam, 1343 Martii 12.*

Clementis VI A I/11 (66) f. 347 n. 267, de dignitatibus vacaturis qu. 14 = V. 152 f. 397 n. 267. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — 1) titulus iste, qui eidem personae in supplicatione sub num. 169 apponitur, in hac littera deest.

172. *Thobiae quondam Janconis de Postupenicz reservatur decanatus ecclesiae Pragensis, qui in brevi vacare speratur. Forma ut in n. 11.*

I =
.X X. *Avinione, 1343 Martii 23.*

D. f. Tobie quondam Jankonis de Wstupenicz, canonico Pragensi, familiari nostro, s. etc.

Grata familiaritatis obsequia . . . . Cum itaque decanatus ecclesie Pragensis, quem d. f. Arnestus, electus Pragensis, tempore promocionis per nos facte ed

ipso ad Pragensem ecclesiam tunc vacantem in dicta ecclesia obtinebat, sicut adhuc obtinet,[a]) per huiusmodi promocionem suam[1]) et consecracionis munus suscipiendum ab eo in brevi vacare speretur: nos volentes te p. m. o. in eadem ecclesia, in qua existis canonicus, amplius honorare tibique g. f. s., decanatum predictum, ad quem decani ipsius ecclesie, qui fuerunt pro tempore, consueverunt per eleccionem assumi, conferendum tibi c. o. i. et p. s., quamprimum illum premisso vel per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti seu alio quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum, vacare contigerit, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate peticionis instanciam, sed de mera nostra liberalitate collacioni et disposicioni nostre et sedis apostolice hac vice auctoritate apostolica specialiter reservamus .... D. Auinione X kal. Aprilis a. primo.

In e. m. dd. ff. .. Brewnouiensis et .. Montis Syon, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc..... D. ut s.

Clementis VI A I 11 (66) f. 321 n. 240, de dignitatibus vacaturis qu. 13 = V. 152 f. 382 n. 240. — a) ‚sicut adhuc obtinet' in margine suppletum A. — 1) vide n. 166, dd. Ap. Villam novam, 1343 Martii 3.

---

173. *Guillelmo Rogerii reservatur custodia ecclesiae Pragensis, quae in brevi vacare speratur. Forma ut in n. 11.*

Gratis. *Avinione, 1343 Martii 23.*

D. f. Guillelmo Rogerii, canonico Narbonensi, s. etc. Nobilitas generis .... Cum itaque nuper d. f. Thobie quondam Jankonis de Wstepenicz, canonico Pragensi, de decanatu ecclesie Pragensis, qui tunc temporis sperabatur, sicut adhuc speratur, in brevi vacare, per nostras certi tenoris litteras mandaverimus provideri,[1]) et propterea custodia ipsius ecclesie, quam prefatus Thobias in eadem ecclesia obtinet,[2]) quamprimum idem Thobias post provisionem huiusmodi sibi factam de decanatu predicto ipsius decanatus possessionem pacificam fuerit assecutus, vacare speretur, nos volentes tibi p. t. m. o. g. f. s., prefatam custodiam conferendam tibi c. o. i. et p. s., quamprimum illam premisso vel quovis alio modo, preterquam per ipsius Thobie obitum, vacare contingeret, collacioni et disposicioni nostre et sedis apostolice hac vice motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te super hoc nobis oblate peticionis instanciam, sed de mera liberalitate nostra specialiter reservamus .... D. Auinione X kal. Aprilis a. primo.

In e. m. dd. ff. .. Brewnouiensis et .. Montis syon, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A I 1 (56) f. 483, de beneficiis vacantibus qu. 12 = V. 147 f. 282' n. 569. — [1]) vide num. 172. [2]) vide num. 9.

174. *Guillelmo Rogerii reservantur canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis, qui in brevi vacare sperantur. Forma ut in n. 11.*

Gratis. *Avinione, 1343 Martii 23.*

D. f. Guillermo Rogerii, canonico Narbonensi, s. etc. Exigentibus tuarum nobilitatis ac virtutum et probitatis meritis.... Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos d. f. Arnestus, electus Pragensis, tempore promocionis per nos facte de ipso ad Pragensem tunc vacantem ecclesiam [1]) obtinebat, sicut et adhuc obtinet, per munus consecracionis suscipiendum ab eodem electo vel per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum vacare sperentur in brevi, nos volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., eosdem canonicatum et prebendam conferendos tibi c. p. i. c. ac o. i. et p. s., quamprimum illos sive per consecracionem huiusmodi sive per lapsum predicti temporis de consecrandis episcopis sive quocunque alio modo, preterquam per obitum ipsius electi, vacare contingeret,[a]) collacioni et disposicioni nostre et sedis apostolice hac vice motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te super hoc nobis oblate peticionis instanciam, sed de mera liberalitate nostra specialiter reservamus.... D. Auinione X kal. Aprilis a. primo.

In e. m. dd. ff... Brewnouiensis et.. Montissyon, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus et Johanni de Pistorio, canonico Traiectensi, s. etc..... D. ut s.

Clementis VI A I/2 (57) f. 18, de beneficiis vacantibus qu. 14 = V. 147 f. 316 n. 625. — [a]) ‚continget' A., corr. ab editore. — [1]) vide n. 166, dd. ap. Villamnovam, 1343 Martii 3.

175. *Johanni, nato Christiani, comitis de Oldenburg et Delmenhorst, consanguineo Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem ipsius regis de canonicatu ecclesiae Coloniensis sub expectatione praebendae et dispensatur cum eo super defectu aetatis, quem patitur in XXII aetatis anno vel circa constitutus existens. ‚D. Auinione VIIII kal. Aprilis a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| \| \| — V .X X. *Avinione, 1343 Martii 24.*

Clementis VI A I/11 (66) f. 241 n. 170, de dignitatibus vacaturis qu. 10 = V. 152 f. 343' n. 170. Reg. in Vat. Akten n. 2145.

176. *Christiano, nato Christiani, comitis de Oldenburg et Delmenhorst, consanguineo Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Bremensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VIIII kal. Aprilis a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =|= .X X. *Avinione, 1343 Martii 24.*

Clementis VI A I 15 (70) f. 75 n. 998, de praebendis vacaturis qu. 19 = V. 156 f. 171 n. 998. Reg. G. Schmidt, n. 19 pag. 335.

177. *Vratislao, nato Christiani, comitis de Oldenburg et Delmenhorst, consanguineo Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem dicti regis de canonicatu ecclesiae Werdensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VIIII kal. Aprilis a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =|= .X X. *Avinione, 1343 Martii 24.*

Clementis VI A I 15 (70) f. 116' n. 1092, de praebendis vacaturis qu. 52 = V. 156 f. 215 n. 1092. Reg. G. Schmidt, n. 20 pag. 335.

178. *Magistro Leonardo de Verulis providetur de parrochiali ecclesia sancti Petri de Castro Raynardi.*

Gratis. *Avinione, 1343 Aprilis 3.*

D. f. magistro Leonardo de Verulis, rectori [a]) parrochialis ecclesie sancti Petri de Castro Raynardo, Auinionensis diocesis, scriptori nostro, s. etc. Apostolice sedis circumspecta benignitas desideria iusta petencium congruo favore prosequitur et votis eorum, que a racionis tramite non discordant, libenter se exhibet propiciam et benignam. Cum itaque nuper tu sancti Albani et d. f. Guillelmus Semblonis sancti Petri de Castro Raynardo parrochiales ecclesias, Vticensis et Auinionensis diocesium, quas tunc obtinebatis, cupientes ipsas ex certis causis racionabilibus invicem permutare, ex causa permutacionis huiusmodi apud sedem apostolicam in manibus d. f. n. Petri, tituli sancti Clementis presbyteri cardinalis, duxeritis libere resignandas, dictusque cardinalis resignaciones huiusmodi de mandato nostro sibi super hoc facto vive vocis oraculo apud eandem sedem duxerit admittendas: nos volentes in hac parte favorabiliter annuere votis tuis, predictam parrochialem ecclesiam sancti Petri per huiusmodi resignacionem vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus, decernentes prout est irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus,

vel contigerit imposterum attemptari: *[,non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis — quibus omnibus in eiusdem ecclesie sancti Petri assecucione te volumus anteferri — compelli non possint, quodque de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem — mencio specialis' ut in n. 6],* seu quod in ecclesia Glogouiensi, Wratislauiensis diocesis, sub expectacione prebende auctoritate apostolica in canonicum es receptus. Nostre tamen intencionis existit, quod in eadem ecclesia sancti Petri per nos tibi collata nullum ex collacione nostra huiusmodi ius tibi quomodolibet acquiratur, nisi tu et dictus Guillelmus tempore resignacionis predicte ius habueritis in predictis ecclesiis per vos taliter permutatis. Nulli ergo etc. nostre collacionis, provisionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione III non. Aprilis a. primo.

In e. m. dd. ff. magistro Manueli de Flisco, archidiacono de Condrosio, Leodiensis, notario nostro, et Andree Barrerie, Grassensis, ac Johanni Perciballi,[b] Verulanensis canonicis ecclesiarum s. etc. Apostolice sedis etc. usque permutatis. Quocirca[c] mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem magistrum Leonardum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie sancti Petri ac iurium et pertinenciarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, amoto ab ea quolibet detentore, *[,facientes sibi — responderi' ut in n. 6],* non obstantibus omnibus supradictis, *[,seu si eisdem episcopo — mencionem' ut in n. 6],* contradictores auctoritate nostra etc. D. ut s.

Clementis VI A I/2 (57) f. 61', de beneficiis vacantibus qu. 16 = V. 147 f. 349 n. 681. — [a]) suppletum supra A. [b]) corr. in marg. ex ,Perciaballi' A. [c]) sequitur ,discrecioni vestre per apostolica scripta', sed cancellatum A.

179. *Petro Raynaudi, clerico Ebredunensis diocesis, reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, etiam si dignitas vel personatus aut officium et in collegiata ecclesia existat, cuius fructus, si cum cura, quadraginta, si vero sine cura fuerit, vigintiquinque marcarum argenti secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi Cracoviensis. ,D. Auinione XVII kal. Maii a. primo.' — In e. m. Vratislaviensi et Tutellensi episcopis ac abbati monasterii Tinciensis, Cracoviensis diocesis. Forma ut in n. 76.*

I I = . X X . *Avinione, 1343 Aprilis 15.*

Clementis VI A. I/5 (60) f. 376, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 14 = V. 150 f. 283' n. 569.

180. *Magistro Bernardo de Novodompno providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

.X X. Gratis pro auditore.[1] *Avinione, 1343 Aprilis 15.*

D. f. magistro Bernardo de Nouodompno, canonico Wratislauiensi, legum doctori, capellano nostro, s. etc. Obsequiorum tuorum gratitudo laudabilis .... Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos v. f. n. Arnustus, episcopus Pragensis, olim eiusdem ecclesie canonicus, tempore promocionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Pragensem tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promocionem et consecracionis munus pridem apud apostolicam sedem de mandato nostro impensum eidem apud dictam sedem vacavisse et adhuc vacare noscantur, nullusque de illis preter nos hac vice disponere possit pro eo, quod nos dudum ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica quovismodo apud dictam sedem tunc vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre specialiter reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi, auditori causarum palacii apostolici, premissorum obsequiorum et m. i. g. f. s., canonicatum et prebendam predictos sic vacantes c. p. i. c. ac o. i. et p. s. motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus .... D. Auinione XVII kal. Maii a. primo.

In. e. m. dd. ff. ..[a]) Pragensi et .. sancti Ylarii Pictauensis ac .. sancti Agricoli Auinionensis ecclesiarum decanis s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A. I/8 (63) f. 432 n. 210, de praebendis vacantibus qu. 11 = V.153 f. 101' n. 210. Ed. Theiner, MP. I n. 588. — [a]) loco punctorum habet ‚Pragensi' A. — [1]) sic A.

181. *Venceslao de Týn providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1343 Aprilis 17.*

D. f. Wenceslao, nato quondam Nicolai de Tyn, canonico Wratislauiensi, s. Laudabile testimonium .... Volentes itaque p. i. tibi g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit .... conferendam tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... aut quod parrochialem ecclesiam in Miliczin, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. .... D. Auinione XV kal. Maii a. primo.

In e. m. v. f. . . archiepiscopo Rigensi et dd. ff . . Brewnouiensis prope Pragam ac . . sancti Vincencii extra muros Wratislauienses monasteriorum abbatibus s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 378', de canonicatu sub expectatione praebendae qu.35 = V. 149 f. 259 n. 519. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 295.

---

182. *Theoderico de Novadomo providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1343 Aprilis 17.*

D. f. Theoderico, nato quondam Diwissii de Noua domo, canonico Olomucensi, iurisperito, s. Litterarum sciencia . . . . Volentes itaque p. i. tibi[a]) g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod parrochialem ecclesiam in Rudolfs, Olomucensis diocesis, cuius fructus et proventus triginta quinque florenorum auri valorem annuum ut asseris, non excedunt,[b]) nosceris obtinere. . . . . D. Auinione XV kal. Maii a. primo.

In e. m. vv. ff. . . Frisingensi et . . Pragensi episcopis ac d. f. . . abbati monasterii Lucensis, Olomucensis diocesis, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 470, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 38 = V. 149 f.327' n. 639. — Ed. CDM. VII n. 469, RBM. IV n. 1252. — [a]) suppletum in margine A. [b]) ,exedunt' A.

---

183. *Johanni de Machaudio,*[a]) *clerico et familiari domestico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Remensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione XIIII kal. Maii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1343 Aprilis 18.*

Clementis VI A. I/2 (57) f. 382, de dignitate, personatu vel officio sub expectatione qu. 6. In V. 148 loco competenti deest. — [a]) ,Johanni Machaudio' A.

---

184. *Iudicibus mandatur, quatenus Guillelmo tituli sanctae Mariae in Cosmedin diacono cardinali, canonicatum, praebendam et archidiaconatum ecclesiae Wratislaviensis conferant et assignent. Forma ut in n. 79.*

Gratis pro domino cardinali. *Avinione, 1343 Aprilis 19.*

Dd. ff. . . abbati monasterii sancti Vincencii Wratislauiensis et Guidoni de Calma, decano sancti Aredii, Lemouicensis diocesis, capellano nostro, ac . . archidiacono Elogouiensi,[1]) Wratislauiensis ecclesiarum, s. etc. Decens et debitum esse conspicimus. . . . . Nuper siquidem d. f. n. Guillelmus, sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, virtute gracie dudum de beneficiis ecclesiasticis quibuscunque usque ad certum valorem in Griezneusi [2]) et certis aliis provinciis vacantibus vel vacaturis per nostras certi tenoris litteras ei facte canonicatum et prebendam ac archidiaconatum ecclesie Wratislauiensis in eadem Griez-nensi [3]) provincia constitute per obitum quondam Henrici de Wirbria,[4]) eiusdem ecclesie Wratislauiensis canonici et archidiaconi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantes acceptavit, si de iure deberentur eidem, nos eciam vacacione huiusmodi fidedignis relatibus [a]) intellecta intendentes de dictis canonicatu et prebenda ac archidiaconatu, si predicto vel alio quocunque modo et ubicunque vacabant, per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam ac archidiaconatum eosdem, si ut prefertur vacabant et in eis non erat tunc alicui alii specialiter ius quesitum, ea vice collacioni et disposicioni nostre duximus specialiter reservandos, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cupientes igitur eidem cardinali, ut incumbencia sibi expensarum onera facilius supportare valeat, de alicuius subvencionis auxilio providere, discrecioni vestre motu proprio, non ad ipsius cardinalis vel alterius pro eo nobis oblate peticionis instanciam, sed de mera nostra liberalitate per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios in eo casu, in quo reservacio et decretum nostra huiusmodi acceptacionem predictam forte precesserint, canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos sic vacantes, si ut premittitur tempore reservacionis nostre predicte non erat in eis alii specialiter ius quesitum, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem cardinali auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . .; non obstantibus . . . . aut si dictus cardinalis presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie solitum iuramentum, ad quod prestandum per se, dummodo illud per procuratorem prestet idoneum, ipsum volumus non teneri. Nos insuper cum eodem cardinali auctoritate predicta motu simili dispensamus, ut dictos canonicatum et prebendam ac archidiaconatum, si illos ei duxeritis conferendos, libere recipere et una cum aliis dignitatibus, personatibus, prioratibus, administracionibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis ac beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, que idem cardinalis obtinet vel expectat, quotcunque et qualiacunque fuerint, que omnia et singula presentibus haberi volumus pro expressis, generalis concilii et quibuslibet aliis constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus, licite valeat retinere, proviso, quod archidiaconatus, dignitates, personatus, prioratus, admini-

straciones, officia, canonicatus et prebende ac ecclesie et beneficia supradicta debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur .... D. Auinione XIII kal. Maii a. primo.

Clementis VI A I/15 (70) f. 579′ rubrica sola. Litterae in A I/16 (V. 214) f. 199 n. 91, de litteris gratiae dominorum cardinalium qu. 4 = V. 152 f. 104′ n. 91. Ed. Theiner, MP. I n. 585. — [a]) ‚celatibus' A. — [1]) id est ‚Glogoviensi'. [2]) Gneznensi. [3]) Gneznensi. [4]) ‚Wrbkau' in circuitu Ratiboriensi?

---

185. *Folklino Folkmari de Praga providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus seu officii cum et sine cura. Forma ut in n. 6.*

. X X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 22.*

D. f. Folklino Folkmari de Praga, canonico Olomucensi, s. Litterarum sciencia .... Hinc est, quod nos, volentes tibi huiusmodi m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero necnon dignitatem vel personatum seu officium cum cura et sine cura, si que vel si qui aut si qua in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, ... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu quod in sancti Egidii Pragensis et Bolesnaniensi, Pragensis diocesis, canonicatus et prebendas et in eadem sancti Egidii obedienciam, que nec dignitas nec personatus existit, obtines et in Wisegradensi prope Pragam ecclesiis vigore litterarum nostrarum canonicus existis et in ea prebendam maiorem cum dignitate vel personatu seu officio te asseris expectare, quas litteras et processus per eas habitos et quecunque inde secuta quoad dignitatem et personatum ac curatum officium exnunc cassamus et irritamus omnino ac nullius deinceps existere volumus[a]) roboris vel momenti, eis quoad alia in suo robore permansuris. .... D. apud Pontemsorgie, Auinionensis diocesis, X kal. Maii a. primo.

In e. m. v. f. . . episcopo Frizingensi et dd. ff. . . abbati monasterii Auleregie, Pragensis diocesis, ac . . decano Wissegradensi prope civitatem Pragensem s. .... D. ut s.

Clementis VI A I/11 (66) f. 256′ n. 185, de dignitatibus vacaturis qu. 10 = V. 152 f. 352 n. 185. — Ed. CDM. VII n. 470, RBM. IV n. 1154. — [a]) ‚uolimus' A.

---

186. *Johanni de Trebevlicz providetur de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| .X X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 29.*

D. f. Johanni, nato quondam Purkardi de Trzebiewlicz, canonico Misnensi, s. etc. Laudabile testimonium .... Volentes itaque [tibi][a]) p. t. m. i. g. f. s. canonicatum ecclesie Misnensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et providemus eciam de eodem, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit .... conferendam tibi .... d. a. reservamus .... D. apud Pontemsorgie, A. d., III kal. Maii a. primo.

In e. m. dd. ff. .. abbati monasterii Pigauiensis et .. preposito sancte Marie Altemburgensis, Neuemburgensis[b]) et Misnensis diocesium, ac .. decano Pragensis ecclesiarum s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A I/4 (59) f. 500, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 39 = V. 149 f. 349' n. 678. — [a]) deest in A., suppl. ab editore. [b]) correctum ex ‚Nuemburgensis' A.

187. *Henrico Zebrat [Zebrac = Žebrák?], militi, et Heinreichin, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

V .X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 29.*

D. f. n. v. Heinrico Zebrat, militi, et d. in Ch. f. n. m. Heinreichin, eius uxori, Olomutcensis diocesis, s. etc. Provenit ex vestre devocionis affectu, ... D. apud Pontemsorgie, A. d., III kal. Maii a. primo.

Clementis VI A I/7 (62) f. 139, de absolutione qu. 2 = V. 151 f. 88' n. 512. Ed. CDM. VII n. 474, RBM. IV. omissum.

188. *Gaucelino, episcopo Albanensi, mandatur, quatenus Petro de Rosenberg votum per eum emissum in alia opera pietatis commutet.*

.X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 29.*

V. f. Gaucelino, episcopo Albanensi, penitenciarie nostre curam gerenti, s. Devocionis d. f. n. v. Petri de Rosenberch, baronis regni Boemie, precibus benivolum accommodantes auditum ea sibi libenter concedimus, que sui animi quietem dictique regni statum pacificum contingere dinoscuntur. Cum itaque, prout peticio c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, nobis nuper exhibita [1]) continebat,

idem Petrus dudum zelo devocionis accensus limina beatorum Petri et Pauli apostolorum voverit visitare et propter pericula regni predicti, que ex absencia dicti Petri, qui de potencioribus eiusdem regni existit, possent a partibus Bauarie faciliter evenire regi vel eciam Petro predictis, cum ipse Petrus corpore debilis esse noscatur, nequaquam expediat eundem Petrum a regno absentari predicto, idem rex nobis humiliter supplicavit, ut providere super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur tam Petri quam regis predictorum statui providere dictisque periculis,[a]) quantum cum deo possumus, obviare salubriter cupientes, eorundem regis et Petri in hac parte supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus, quatenus eidem Petro predictum votum per eum ut prefertur emissum in alia pietatis opera apostolica auctoritate commutes, prout secundum deum anime sue saluti dictique regni statui videris expedire. D. apud Pontemsorgie, A. d., IIII kal. Maii a. primo.

Clementis VI A I/12 (67) f. 351′ n. 568, diversarum formarum qu. 14 = V. 155 f. 316 n. 568. — [a]) ‚periculo' A., corr. ab editore. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

189. *Theoderico de Novadomo providetur de canonicatu ecclesiae sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| = / . X X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 29.*

D. f. Theoderico, nato quondam Dibissii de Nouadomo, canonico ecclesie sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, iurisperito, s. Litterarum sciencia.... Volentes itaque tibi p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit.... conferendam tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu quod parrochialem ecclesiam in Rudolfs, dicte Olomucensis diocesis, ac canonicatum ecclesie Olomucensis sub expectacione prebende nosceris obtinere .... D. apud Pontemsorgie, A. d., III kal. Maii a. primo.

In e. m. vv. ff. .. Frisingensi et .. Pragensi episcopis ac ..[a]) d. f. decano ecclesie Olomucensis s. .... D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 253 n. 1227, de praebendis vacaturis qu. 56 = V. 156 f. 277 n. 1227. — Ed. CDM. VII n. 472, RBM. IV n. 1256. — [a]) ‚ac ..' corrosum A.

190. *Petro de Rosenberg providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I | = | .X X. *Apud Pontemsorgiae. 1343 Aprilis 29.*

D. f. Petro, nato d. f. n. v. Petri de Rosenberch, baronis regni Boemie canonico Olomucensi, s. etc. Nobilitas generis . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. o. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te nobis in hac parte humiliter supplicantis,[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Pragensi canonicatum et prebendam ac auctoritate litterarum nostrarum in Pataviensi ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende nosceris obtinere . . . . D. apud Pontemsorgie, A. d., III kal. Maii a. primo.

In e. m. vv. ff. Wratislauiensi et . . Frisingensi episcopis ac d. f. . . abbati monasterii Syloensis, Pragensis diocesis, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I, 15 (70) f. 311′ n. 1305, de praebendis vacaturis qu. 58 = V. 156 f. 312 n. 1305. Ed. CDM. VII n. 473, RBM. IV n. 1257. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

191. *Menhardo de Novadomo providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

I | = | .X X. *Apud Pontemsorgiae. 1343 Aprilis 30.*

D. f. Menhardo, nato d. f. n. v. Vlrici de Noua domo, baronis regni Boemie, canonico Pragensi, s. etc. Nobilitas generis . . . . Volentes itaque tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . . D. apud Pontemsorgie, A. d., II kal. Maii a. primo.

In e. m. vv. ff. . . Wratislauiensi et . . Frisingensi episcopis ac d. f. . . abbati monasterii Syloensis, Pragensis diocesis, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I, 4 (59) f. 423′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 36 = V. 149 f. 291 n. 576.

192. *Catherinae, ducissae Bregensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

.X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 30.*

D. in Ch. f. n. m. Katherine, ducisse Bregensi, Wratyslauiensis diocesis, s. etc. Provenit ex tue devocionis affectu .... D. apud Pontemsorgie, A. d., II kal. Maii a. primo.

Clementis VI A I, 7 (62) f 144, de absolutione qu. 2 = V. 151 f. 91′ n. 541. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 302.

---

193. *Gregorio Mathiae de Usk providetur de canonicatu ecclesiae Boleslariensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 30.*

D. f. Gregorio Mathie de Vsk, canonico ecclesie Bolezlauiensis, Pragensis diocesis, s. Probitatis merita .... Hinc est, quod nos, volentes tibi p. t. m. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Bolezlauiensis, Pragensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi .... d. a. reservamus .... D. apud Pontem Sorgie,[a]) A. d.,[b]) II kal. Maii a. primo.

In e. m. vv. ff... Frisingensi et Wratislauiensi episcopis ac d. f... abbati monasterii Syloensis, Pragensis diocesis, s. .... D. ut s.

Clementis VI A I, 15 (70) f. 324′ n. 1326, de praebendis vacaturis qu. 59 = V. 156 f. 322 n. 1326. — [a]) ‚apud Pontem Sorgie' suppletum in margine A. [b]) suppletum supra A.

---

194. *Johanni Henrici providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Apud Pontemsorgiae, 1343 Aprilis 30.*

D. f. Johanni Henrici, canonico ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, s. Laudabile testimonium .... Volentes itaque tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wyssegradensis prope Pragam c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu quod ad ecclesiam in Prosimerzicz,[1]) Olomucensis diocesis, per dd. ff. patronos ipsius presentatus existis, quamquam possessionem ipsius te asseris

minime habuisse. Volumus autem, quod, quamprimum vigore huiusmodi nostre gracie prebendam in dicta ecclesia Wyssegraden. fueris pacifice assecutus, dictam ecclesiam in Prosimerziez, si eam te assequi contingat, quamquam extunc vacare decernimus, prout ad id te obtulisti, omnino dimittere tenearis. . . D. apud Pontemsorgie,[a] A. d.,[b] II kal. Maii a. primo.

In e. m. vv. ff. . . Frisingensi et . . Wratislauiensi episcopis ac d. f. . . abbati monasterii Syloensis, Pragensis diocesis, s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A I/15 (70) f. 325 n. 1327, de praebendis vacaturis qu. 59. — V. 156 f. 377' n. 1327. — a) ‚apud ‚Pontem Sorgie' suppletum in margine A. b) suppletum supra A.
1) Prostoměřice, germ. Prossmeritz.

195. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni quondam Bopponis de Eberstein de canonicatu et praebenda ecclesiae Spirensis et Wolperto, nato Sifridi de Bidenkab, de eodem in ecclesia sancti Stephani Maguntinensis provideatur.*

Avinione, 1343 Maii 6.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Bohemie, pro Johanne, nato quondam Bopponis, nobilis viri, domini de Ebirstein, clerico nepotulo suo, quatenus eidem specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Spirensis [dignemini providere],[a] cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis, executoribus etc.

Fiat R.

Item simili modo supplicat provideri Volperto, nato Sifridi dicti de Bidenkab, opidani de Marpurg, clerico, in ecclesia sancti Stephani Maguntini, cum executoribus etc.

Fiat R. Et placeat S. V., q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II non. Maii a. primo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 156'. — a) deest in S., suppletum ab editore.

196. *Johanni, nato quondam Bopponis, domini de Eberstein, nepoti Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Spirensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione II non. Maii a. primo.'*

Forma ut in n. 6.

| = |
.X X.

Avinione, 1343 Maii 6.

Clementis VI A I/4 (59) f. 428', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 36. In V. 149 deest.

197. *Wolperto, nato Sifridi dicti de Bidenkap, oppidani de Marburg, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae sancti Stephani Maguntinensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione II non. Maii a. primo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1343 Maii 6.

Clementis VI A I/4 (59) f. 523, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 39 = V. 149 f. 366 n. 707.

198. *Ludovicus, rex Hungariae, supplicat, quatenus Ladislao, plebano de Insula Christiana, de canonicatu ecclesiae Varadiensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1343 Maii 7.

Supplicat S. V. devotus f. v. Ludouicus, rex Hungarie . . . .

Item supplicat idem rex, quatenus Ladizlao, plebano de Insula Christiana, clerico Pragensis diocesis, instructori Stephani ducis, fratris sui, similem graciam [1]) dignemini facere in ecclesia Waradiensi, non obstante, quod in ecclesia Jauriensi canonicatum et prebendam et quoddam curatum beneficium in Transiluanensi diocesi noscitur obtinere.

Fiat R, eciam de dignitate etc. R. [2])

. . . .

D. Auinione non. Maii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 186. — [1]) id est de canonicatu sub expectatione praebendae. [2]) litterae non fuerunt repertae.

199. *Elisabeth, regina Hungariae, supplicat inter caetera, quatenus Nicolao, clerico Vratislaviensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Strigoniensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1343 Maii 9.

Supplicat S. V. devota f. v. Helisabet, regina Hungarie, quatenus sibi in personam Nicolai, clerici Wratislauiensis diocesis, informatoris seu pedagogi serenissimi principis domini Ludouici, regis Hungarie, filii sui karissimi, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Strigoniensis dignemini providere eidem, prebendam vero necnon dignitatem vel administracionem seu personatum aut officium cum cura vel sine cura, si que vel si quis aut si quod in dicta ecclesia vacat ad presens, vel quamprimum simul aut successive vacare contigerit, conferendas, conferendos aut conferenda dicto Nicolao cum omnibus iuribus et per-

tinenciis suis donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Nicolaus canonicatus et prebendas in ecclesiis Wespriniensi et Jauriensi dignoscitur obtinere, cum ceteris clausulis, non obstantibus et executoribus.

Fiat R. [1])

. . . .

D. Auinione VII id. Maii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 183'. — [1]) litterae non fuerunt repertae.

200. *Ludovicus, rex Hungariae, et Carolus, marchio Moraviae, supplicant, quatenus Henrico Thesauri de Norimberga de praepositura ecclesiae Ratisbonensis vacante provideatur.*

Avinione, 1343 Maii 10.

Supplicant S. V. devoti ff. vv. Ludouicus, Vngarie rex, et Karolus, marchio Morauie, quatenus eis in personam dilecti eorum Heynrici Thesauri de Nurenberg, clerici Bambergensis diocesis, secretarii ac nuncii ad pedes S. V. specialis, specialem graciam facientes, eidem de prepositura ecclesie Ratisponensis in curia S. V. vacante ex provisione, confirmacione et consecracione nuper facta per dominum Benedictum papam XII pie memorie, vestrum antecessorem, domino Friderico de episcopatu eiusdem ecclesie Ratisponensis, vel alias qualitercunque dicta prepositura vacet in curia S. V., dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod in ecclesia sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, canonicatum et prebendam obtinet et in ecclesia sancte Marie in Glogouia, Wratislauiensis diocesis, scolastriam in lite noscitur obtinere, quam paratus est dimittere, postquam possessionem pacificam dicte prepositure assequetur, necnon quod per litteras S. V. canonicatum et prebendam in dicta ecclesia Ratisponensi habet expectare. [1])

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI id. Maii a. primo.

Clementis VI S I/2 (2) f. 164. — [1]) vide n. 140.

201. *Henrico Thesauri de Norimberga providetur de praepositura ecclesiae Ratisbonensis vacante. Forma ut in n. 9.*

. X X.

Avinione, 1343 Maii 10.

D. f. Heynrico [a]) Thesaurarii de Nurenberg, preposito ecclesie Ratisponensis, s. etc. Multiplicia tue probitatis . . . . Dudum siquidem f. r. Benedictus papa XII, predecessor noster, omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni

et disposicioni sue reservans decrevit extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari; ac deinde dicto predecessore de hac luce subtracto nobisque, sicut domino placuit, ad apicem summi apostolatus assumptis, uno mense a nostre promocionis exordiis nondum tunc lapso, omnes huiusmodi dignitates, personatus et officia, tunc apud sedem predictam vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre consimilis interposicione decreti duximus similiter reservanda. Cum itaque prepositura ecclesie Ratisponensis, quam v. f. n. Fridericus, episcopus Ratisponensis, tempore promocionis facte de ipso Friderico per dictum predecessorem ad eandem Ratisponensem tunc vacantem ecclesiam in eadem Ratisponensi ecclesia obtinebat, per huiusmodi promocionem et consecracionis munus, tempore dicti predecessoris et de ipsius mandato apud sedem predictam impensum eidem, apud eandem sedem vacavisse et vacare noscatur ad presens: nos attendentes, quod de dicta prepositura, de qua sic vacante dictus predecessor dum vixit minime ordinavit, nullus preter nos hac vice disponere potuit neque potest, reservacionibus et decretis obsistentibus supradictis, ac volentes tibi p. m. t. i. et consideracione c. in Ch. f. n. Ludouici, regis Vngarie illustris, pro te, secretario et nuncio suo, nobis super hoc humiliter supplicantis,[1] g. f. s., predictam preposituram premisso vel quocunque alio modo vacantem, dummodo eius provisio ad nos dumtaxat hac vice pertineat, c. o. i. et p. s. apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus....; non obstantibus... aut quod in sancti Petri in Brunna[b]) canonicatum et prebendam[c]) et in sancte Marie in Glogouia, Olomucensis et Wratislauiensis diocesium, scolastriam in lite ac in dicta Ratisponensi ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentis gracie dictam preposituram pacifice fueris[d]) assecutus,[e]) prefatam scolastriam, quam ut predicitur obtines,[f]) quamque extunc vacare decernimus, prout eciam ad hoc te sponte obtulisti, dimittere tenearis..... D. Auinione VI id. Maii a. primo.

In e. m. dd. ff. abbati monasterii Waltsassensis, Ratisponensis diocesis, et.. decano Pragensis ac Johanni de Pistorio, canonico Beluacensis ecclesiarum s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A I/2 (57) f. 166', de beneficiis vacantibus qu. 19 = V. 147 f. 421' n. 811. — [a]) correctum supra ex ‚Henrico' A. [b]) correctum ex ‚Brrema' A. [c]) ‚canonicatum et prebendam' suppletum in margine A. [d]) ‚fuerit' A. [e]) ‚assequtus' A. [f]) ‚obtinet' A. — [1]) supplicavit pro eodem etiam Carolus, marchio Moraviae, vide num. 200.

202. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus litem inter fratres hospitalis beatae Mariae Theutonicorum Jerosolimitani et Ottonem et alterum Ottonem de Bergow, fratres milites Pragensis diocesis, super quibusdam summis pecuniae exortam decidat.*

Avinione, 1343 Maii 12.

Clemens episcopus, s. s. d., v. f... episcopo Pragensi s. et a. b. Conquesti sunt nobis.. magister et fratres hospitalis beate Marie Theotonicorum Jerosolimitani, quod Otto et Otto de Bergow, fratres milites, Pragensis diocesis, super

quibusdam pecuniarum summis et rebus aliis muniantur eisdem. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellacione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. D. Avinione IIII id. Maii p. n. a. primo.

Originale in archivio Dresdensi cum bulla plumbea Clementis papae VI in filo canabis. In registris tum Avenionensibus tum Vaticanis non est repertum. Taxatio deest. Ed. RBM IV n. 1124, sed erronee sub data „1342 Maii 12".

203. *Thobias de Postupenicz deputatur collector ad recolligendos fructus primi anni singulorum beneficiorum ad apostolicae sedis dispositionem ex generali vel speciali reservatione spectantium in Pragensi, Olomucensi et Vratislaviensi civitatibus et diocesibus.*

Avinione, 1343 Maii 19.

D. f. Thobie de Wstupeniez, decano ecclesie Pragensis. Dudum, videlicet XIII kal. Junii proximo preteriti,[1]) nos necessitates multiplices, quibus camera nostra premebatur continue, sicut adhuc premitur supra vires, et ipsius raritatem proventuum ad subportanda onera eidem camere incumbencia nequaquam sufficiencium attendentes, necessarium vidimus vias et modos licitos et honestos perquirere, per quos aliqualiter eidem consuleretur camere super necessitatibus antedictis, ideoque deliberacione matura previa fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, eciam dignitatum, personatuum, administracionum et officiorum, prioratuum et aliorum quorumcunque locorum ecclesiasticorum, secularium et regularium, exemptorum et non exemptorum, ad disposicionem nostram ex generali vel speciali nostra vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservacione spectancium, que apud sedem apostolicam vel ubicunque alibi[a]) tunc vacabant vel imposterum usque ad duos annos extunc computandos vacare contingeret, ecclesiis tamen, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis, percipiendos modis infrascriptis pro eisdem necessitatibus utilius relevandis auctoritate apostolica reservavimus et prefate camere duximus deputandos, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administraciones, prioratus vel officia fuerint, iuramento, confirmacione dicte sedis seu quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio dicte sedis vel alias de iure seu quacunque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus deberentur, sive ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscunque forent concessi vel eciam deputati seu contigerit medio tempore deputari, aut si essent in usus alios convertendi. Voluimus autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries in

anno vacaret, non nisi semel fructus, redditus et proventus iuxta taxacionem reciperentur illius, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solucione taxatur, camera predicta perciperet, totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente, nisi forte dicta camera residuum mallet recipere et habere ac obtinentibus beneficia huiusmodi ad supportandum eorum onera et ad sustentacionem habendam summa, pro qua beneficia ipsa taxantur in decima, remanere, super quo eidem camere, recipiendi videlicet taxacionem vel residuum predictum, reliquimus opcionem, sic tamen, quod, quicquid eadem camera eligeret, onera ipsorum beneficiorum ea obtinentes tenerentur de parte, quam camera prelibata eis ut prefertur dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integraliter dimittere camere supradicte, quo casu ipsa camera haberet beneficiis huiusmodi quoad curam animarum, si eis immineret, necnon et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbencia onera supportari. De illis autem beneficiis, que taxata non existerent ad decimam, duximus ordinandum, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas ad prefatam cameram, alia vero ad obtinentes eadem beneficia pertinere deberet modis, formis et condicionibus, quibus superius de aliis beneficiis est expressum. Ceterum voluimus et auctoritate litterarum nostrarum duximus declarandum, quod reservacio et deputacio supradicte nullatenus extenderentur ad cathedrales ecclesias vel abbaciales regulares, que tamen conventuales existunt, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum Turonensium parvorum non excedunt, vel que ex causa permutacionis tempore predicto vacare contingeret, seu ad vicarias vel capellanias ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, vel alias ut diurnis et nocturnis canonicis horis intersint, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excederent, sive ad cotidianas distribuciones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obvenciones, que ad certum quid existerent deputate, nisi ad illa vel illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consueverunt, quamvis horis non interessent canonicis, elargiri. Rursus voluimus, quod illi, quibus redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum deberentur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno secundo illos percipiant, sicut primo anno fuerant, si non obstarent reservacio et deputacio huiusmodi, recepturi. Demum nostre voluntatis et intencionis extitit, quod reservaciones de fructibus, redditibus et proventibus beneficiorum huiusmodi pro toto tempore vacacionis eorum per f. r. Benedictum papam XII, predecessorem nostrum, olim facte nequaquam ulterius procederent quoquomodo, per hoc tamen preiudicare camere prefate non intelleximus nec intelligimus, quominus ea, que pro fructibus, redditibus et proventibus, qui ex predictis beneficiis usque tunc obvenerant, ex reservacione ipsa dicti predecessoris eidem debebantur camere vel spectabant ad eam, posset exigere et habere, sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. Volentes igitur fructus, redditus et proventus, qui ex quibuscunque beneficiis et locis ecclesiasticis huiusmodi, consistentibus in Pragensi, Wratislauiensi et Olomucensi civitatibus et diocesibus, vigore reservacionis et applicacionis no-

strarum predictarum pro preterito a data litterarum nostrarum predictarum super eis confectarum ut premittitur ac presenti et futuro tempore, necnon residua, que de fructibus, redditibus et proventibus usque ad datam ipsam ex reservacione dicti predecessoris nostri camere supradicte debentur vel eciam debebuntur, exigi, levari, percipi et eidem camere fideliter et integraliter assignari, discrecioni tue, de qua plenam in domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios collectores seu subcollectores fide ac facultatibus idoneos a te super hoc deputandos fructus, redditus et proventus ac residua supradicta iuxta [b]) modum et formam superius annotatos petere, exigere, colligere et recipere nomine camere supradicte fideliter et integraliter et ea, que inde collegeris et receperis, ipsi camere assignare cum integritate procures, contradictores quoslibet super hiis et rebelles, cuiuscunque status, condicionis, ordinis vel dignitatis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus omnibus supradictis aut exempcionis vel quibusvis aliis privilegiis, indulgenciis et litteris, quibuscunque personis, locis vel ordinibus a sede predicta sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, per que tue iurisdiccionis [c]) execucio [d]) posset retardari super hiis vel quomodolibet impediri, eciam si de illis esset in presentibus de verbo ad verbum specialis et expressa mencio facienda, seu si aliquibus communiter vel divisim ab ipsa sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Volumus autem, quod eos, qui tibi vel eisdem collectoribus et subcollectoribus fructus, redditus et proventus ac residua huiusmodi assignabunt, possis per te dictosque collectores et subcollectores absolvere plenius et quitare de hiis, que inde tibi vel eis duxerint persolvenda, faciendo super singulis solucionibus inde faciendis duo confici consimilia publica instrumenta, quorum altero penes solventes ipsos dimisso reliquum ad eandem cameram mittere non postponas. D. Auinione XIIII kal. Junii a. secundo.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 5′ n. 20. Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 303. — [a]) emendatum ab editore ex: ‚non exemptorum, que apud sedem apostolicam vel ubicunque alibi ad disposicionem nostram — spectancium'. [b]) ‚iusta' V. [c]) ‚iuridiccionis' V. [d]) ‚excecucio' V. — [1]) 1342 Maii 20.

204. *Diversae personae, inter quas etiam Anna, nata Johannis Hartlieb, supplicant, quatenus in diversis monasteriis in monachos vel sorores recipiantur.*

Avinione, 1343 Maii 26.

Supplicant S. V. infrascripte persone, quatenus eos et ipsorum singulos in ecclesiis, monasteriis et locis inferius nominatis in monachos et in fratres ac sorores recipi et ipsis habitum realiter exhiberi et indui ac sincera in domino caritate tractari sicut alios monachos et sorores mandetis et faciatis, cum omnibus

non obstantibus, executoribus et clausulis oportunis, et quod designaciones et denominaciones locorum et personarum possint in vicecancellaria declarari.

Fiat R.

. . . .

Anna puella, nata Johannis Harclip Wratislauiensis, supplicat recipi in monasterio sancte Clare, eiusdem loci, [in][a]) sororem et monialem. [1])

. . . .

Fiat pro istis quinque R. Et quod expediantur s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII kal. Junii a. secundo.

Clementis VI S II/3 (5) f. 4'. — [a]) deest in S., suppletum ab editore. — [1]) Littera ipsa non est reperta.

205. *Reynaldus, natus comitis de Sponheim, subdiaconus, consanguineus Johannis, regis Bohemiae, significat, quod olim ipse in aetate legitima constitutus et in ecclesia Coloniensi canonicatum obtinens et praebendam, parrochialem ecclesiam de Sprendlingen, Maguntinensis diocesis, primo et deinde praeposituram sanctae Mariae ad Gradus Maguntinensis alias canonice receperit et per quinque annos insimul sine dispensatione tenuerit, ad sacerdotium non promotus, quam parrochialem ecclesiam post dictos annos libere et de facto dimiserit. Quare supplicat, quatenus secum super inhabilitate sic contracta dispensetur et fructus indebite percepti sibi remittantur, ita ut canonicatum et praebendam ac praeposituram praedictos simul et licite retinere valeat. ‚Habilitamus eum et de dicta praepositura sibi providemus et fructus bona fide perceptos remittimus. Fiat R . . . . D. Auinione VII kal. Junii a. secundo.'*

Avinione, 1343 Maii 26.

Clementis VI S II/3 (5) f. 12'.

206. *Johannes, rex Bohemiae, Carolus, marchio Moraviae, cum consorte et abbas et conventus monasterii Sedlicensis supplicant, quatenus applicatio fructuum certarum capellarum nuper in Montibus Chutnis constructarum hospitali pauperum et infirmorum in monasterio Sedlicensi existenti confirmetur.*

Avinione, 1343 Maii 26.

Significant S. V. devoti ff. vv. Johannes, rex Bohemie, et primogenitus filius eius Karolus, marchio Morauie,[a]) et eius consors ac humiles oratores vestri abbas et conventus monasterii Cedlicensis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, quod ipsum monasterium Cedlicense, quod ab olim per clare memorie predecessores eorum principes et barones aliquos regni Bohemie fundatum extitit et

dotatum, consuevit reflorere in spiritualibus in multitudine ministrorum et in temporalibus habundare et in eo, cum sit in loco publico et communi transitu illarum parcium, iuxta morem et consuetudinem prefati ordinis maxima et continua hospitalitas infirmorum et pauperum et multorum superveniencium observari, quodque, cum olim infra limites parrochie ecclesie in Malin, de patronatu abbatis et conventus dicti monasterii existentis, in loco, qui nunc dicitur Chutna, argentifodine invente et propter numerositatem personarum illuc de diversis partibus confluencium certe capelle lignee [b]) constructe fuissent, Hynco prepositus, Woyslaus decanus et Thomas archidiaconus [c]) ecclesie Pragensis, administratores ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputati, domino Johanne, episcopo Pragensi, tunc ab administracione ecclesie predicte per eandem sedem suspenso, ad supplicis peticionis instanciam [d]) magistri Vlrici, plebani eiusdem ecclesie, zelo pie devocionis moti, pro [e]) eiusdem [f]) monasterii hospitalitatis augmento fructus, redditus et proventus dictarum capellaniarum, cum ipsa ecclesia in Malin in redditibus alias [g]) habundet, hospitali infirmorum et pauperum superveniencium infra septa dicti monasterii constituto de ipsius rectoris assensu una cum capitulo eiusdem ecclesie Pragensis in perpetuum applicarunt et voluerunt, quod ad dictum hospitale ac dicti abbatis disposicionem redditus et proventus ac obvenciones capellarum ipsarum perpetuo pertinerent, prout in patentibus litteris eorundem administratorum et capituli sigillis munitis plenius [h]) continetur. [1]) Cum autem prefatum monasterium propter sterilitatem temporum, onera debitorum, usurarum voraginem [i]) et guerrarum [l]) turbines supervenientes ac huiusmodi hospitalitatem servatam ad tantam inopiam et exinanicionem devenerit, quod propter defectum necessariorum [et] [m]) personarum ipsius in monachis et ministris aliis cultuque divino est plurimum diminutum et in temporalibus fere collapsum, ita quod, nisi S. V. erga illud viscera paterne pietatis aperiat, monasterium ipsum ad statum irreparabilem deducetur, humiliter supplicant iidem rex, marchio et eius consors, qui prefatum monasterium, ad quod gerunt specialis dileccionis affectum, desiderant reformari et ad bonum statum reduci, cum abbate et conventu predictis, quatenus applicacionem huiusmodi et alia, que per ipsos administratores circa ista de consensu capituli predictorum provide et pie facta sunt, dignemini auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmare, tenorem dictarum litterarum in huiusmodi confirmacionis vestre litteris de verbo ad verbum inseri facientes, presertim cum rector eiusdem ecclesie in Malin super hoc Vestre supplicet Sanctitati.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. [2]) D. Auinione VII kal. Junii a. secundo.

Clementis VI S II 3 (5) f. 26'. — [a]) ‚Moranie' S. [b]) ‚linee' S. [c]) ‚archiaconus' S. [d]) sequitur ‚g', sed cancellatum S. [e]) ‚per' S. [f]) sequitur ‚devocioni', sed cancellatum S. [g]) sequitur ‚non', sed cancellatum S. [h]) correctum ex ‚pleius' S. [i]) correctum ex ‚voragines' S. [l]) ‚gerrarum' S. [m]) deest in S., suppletum ab editore. — [1]) litteras supradictas vide in RBM. III n. 969. [2]) vide n. 207.

207. *Applicatio fructuum certarum capellarum, infra limites parrochiae ecclesiae in Malin consistentium, facta hospitali pauperum monasterii Sedlicensis, confirmatur.*

.LX. *Avinione, 1343 Maii 26.*

Clemens episcopus, s. s. d., ad p. r. m. Pastoralis officii debitum, quo astricti sumus universis orbis ecclesiis et monasteriis, nos compellit, ut circa statum ecclesiarum et [a]) monasteriorum ipsorum salubriter dirigendum solicite intendamus et hiis presertim, que ad hospitalitatis et sublevacionis eorum augmentum cedere dinoscuntur, adiciamus robur apostolice firmitatis. Sane dd. ff... abbatis et conventus monasterii Cedlicensis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, necnon c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, et d. f. n. v. Karoli, marchionis Morauie, ac d. in Ch. f. n. m. Blanche, eiusdem marchionis consortis, peticio nobis exhibita continebat, quod dictum monasterium, quod ab olim per antecessores eorum principes et nonnullos barones regni Boemie fundatum extitit et dotatum, consuevit propter ipsius ministrorum multitudinem in spiritualibus reflorere ac in temporalibus habundare et in eo, cum illud sit in communi transitu et loco publico illarum parcium, iuxta morem et consuetudinem prefati ordinis maxima et continua hospitalitas infirmorum et pauperum et [b]) multorum superveniencium observari, quodque, cum olim infra limites parrochie ecclesie in Malin, dicte diocesis, de patronatu dictorum abbatis et conventus existentis, in loco, qui nunc Chutna dicitur, argentifodine invente et propter multitudinem personarum illuc de diversis partibus confluencium certe capelle lignee constructe fuissent, dd. ff. Hynco prepositus, Woyslaus [c]) decanus et Thomas archidiaconus ecclesie Pragensis, tunc administratores eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputati, b. m. Johanne, episcopo Pragensi, ab eorundem spiritualium et temporalium administracione per sedem predictam suspenso, ad instanciam d. f. Vlrici, plebani eiusdem ecclesie, zelo pie devocionis moti pro eiusdem monasterii hospitalitatis augmento fructus, redditus et proventus dictarum capellarum, cum ipsa ecclesia in Malin alias sufficienter habundaret in redditibus et habundet, hospitali infirmorum et pauperum superveniencium infra septa monasterii constituto una cum capitulo eiusdem Pragensis ecclesie de ipsius plebani assensu in perpetuum applicarunt et [d]) voluerunt, quod huiusmodi redditus et proventus ac obvenciones capellarum ipsarum ad prefatum hospitale necnon ad abbatis dicti monasterii, [e]) qui foret pro tempore, disposicionem perpetuo pertinerent, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum administratorum sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius et seriosius continetur. Quare prefatus [f]) abbas et conventus, rex, marchio et consors nobis humiliter supplicarunt, ut, cum prefatum monasterium tum propter sterilitatem temporum, onera debitorum, usurarum voraginem et guerrarum turbines in illis partibus supervenientes dictamque hospitalitatem observatam in eo ad tantam inopiam et exinanicionem devenerit, quod propter defectum necessariorum et personarum ipsius in monachis et ministris aliis cultuque divino est plurimum diminutum et in temporalibus fere collapsum, applicacionem huiusmodi et alia supradicta per ipsos administratores in hac parte facta confirmare de benignitate apostolica

dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus inclinati applicacionem predictam de fructibus, redditibus et obvencionibus capellarum ipsarum et alia, que per ipsos administratores circa ista de consensu capituli predictorum provide et pie sunt acta, rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa sciencia [g]) confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem dictarum litterarum talis est: Divina miseracione Hynko [h]) prepositus, Woyslaus decanus, Thomas archidiaconus totumque capitulum Pragensis ecclesie, venerabili in Christo patre et domino, domino Johanne, Pragensi episcopo, per apostolicam sedem a spiritualium et temporalium administracione suspenso, iurisdiccionis episcopalis ministerium in Pragensi civitate et diocesi obtinentes, omnibus imperpetuum. Ex caritatis et honestatis radice producta precamina ea nos decet racione admittere, qua caritate fervidos et honestate nos convenit inveniri decoros. Sane quia honorabilis vir magister Vlricus, predicte Pragensis ecclesie scolasticus, ex dispensacione sedis apostolice rector parrochialis ecclesie [i]) in Malyn, Pragensis diocesis, ex magne sinceritatis affectu proposuit coram nobis, quod, cum iam dudum vivente adhuc Johanne, quondam predecessore suo, plebano ibidem in Malyn, in loco, qui nunc Chutna vocatur vulgariter, infra parrochie ipsius limites argentifodine fuissent exorte, propter hominum de diversis partibus ad locum ipsum confluencium innumerositatem oportuit aliquas ibidem pro ministrandis hominibus ipsis sacramentis ecclesiasticis et divinis peragendis officiis ligneas edificari capellas, ex quarum proventibus nec in [l]) ipso argentifodinarum loco, ubi propter argentifodinarum ipsarum duracionis incertitudinem hominum habitacio est incerta, novus et certus institui, nec in loco parrochie propter vicinitatem monasterii Cedlicensis, quod iuxta est, statim sine ipsius monasterii preiudicio divinus cultus potuit augeri antiquus, ex quo fit et factum est proch dolor, quod proveniens de capellis ipsis utilitas non in necessarios et deo gratos, sed in contrarios sibi forsitan usus expenditur et hactenus est expensa. Id ipsumque idem magister Vlricus in sua consciencia quoad preterita grave ferens sueque et successorum suorum conscienciis providere cupiens in futurum, supplicavit nobis humiliter et devote, quatenus de suo, quem ad hoc statim promptum et paratum exhibuit, beneplacito et consensu capellarum ipsarum fructus et obvenciones quelibet provenientes ex eis nunc et eciam in futurum applicarentur perpetuo hospitali infirmorum et pauperum [m]) infra septa predicti [n]) Cedlicensis monasterii constituto taliter, quod per abbatem ipsius Cedlicensis monasterii, qui eciam predicte parrochialis ecclesie in Malyn patronus existit, vel per eum, quem ipse ad hoc deputaverit, capellarum ipsarum obvenciones et fructus in pauperum et infirmorum seu alios pios usus salubriter convertantur, ipsi parrochiali ecclesie in Malyn et rectori eiusdem antiquis et aliunde quam ex capellis predictis provenientibus fructibus et redditibus in omnibus semper salvis, hoc nichilominus moderamine necessarie provisionis adhibito, quod, quia, ut premissum est, in predictis capellis argentifodinarum predictarum habitatoribus divina necesse est celebrari officia et ministrari ecclesiastica sacramenta, ipse magister Vlricus, nunc plebanus, et qui post eum fuerit, hoc per se vel vicarios, qui de voluntate et consensu domini abbatis poni et removeri debent, in capellis ipsis exerceat, ne fraudis vel dolositatis aliquid in obvencionibus predicto hospitali iam debitis committatur. Verum quia os bovis triturantis alligari non debet, et, qui

altari serviunt, debent vivere de altari, teneatur dominus abbas ipsi plebano et aliis, qui exercebunt predicta, de capellarum ipsarum proventibus in expensarum necessariis et aliis, que ad earundem capellarum ministerium pertinent, providere. Cumque predicta predicti magistri Vlrici tam racionabilis et salutem productura peticio necessitatem quandam et debitum exaudicionis includat, ei [o]) contraire in dei iniuriam et nostre lesionem consciencie non audentes, ipsam consenciente et annuente honorabili viro domino fratre Frederico, abbate predicti Cedlicensis monasterii, patroni, ut dictum est, ecclesie in Malyn, favorabiliter et graciose admittimus fructusque et obvenciones capellarum predictarum iuxta predictam predicti magistri Vlrici peticionis et provisionis formam hospitali predicto nostre auctoritatis viribus applicamus taliter, quod exnunc et statim ipsarum capellarum obvenciones et fructus ad hospitale predictum et domini abbatis disposicionem pertineant pleno iure. Quod fieri potuisse et posse sine redargucionis nota confidimus, cum ipsius magistri Vlrici, nunc plebani ibidem, non solum consensus, immo affectuosa accedat peticio, et Pragensi ecclesie quoad subieccionem in capellis ipsis sibi debitam et monasterio Cedlicensi quoad ius patronatus ecclesie in Malyn, quod habet, ecclesie quoque ipsi [p]) in Malyn quoad antiquos fructus nullum penitus preiudicium generetur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et Pragensis capituli necnon domini abbatis Cedlicensis et magistri Vlrici predictorum sigillorum fecimus munimine roborari. Datum Prage, anno domini millesimo trecentesimo vicesimoquarto, VIII [q]) kalendas Aprilis. Nulli ergo [r]) omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione VII kal. Junii p. n. a. secundo.

Originale in archivio Vorlicensi. n. 48. Clementis VI A II/6 (76) f. 58, de indultis, privilegiis et dispensacionibus qu. 2 = V. 159 f. 222′ n. 1112. Ed. in RBM. IV n. 1269 ex originali. — [a]) ‚ac' A. [b]) ‚ac' A. [c]) ‚Wayslaus' A. [d]) ‚ac' A. [e]) ‚dicti monasterii' suppl. in margine A. [f]) ‚prefati' A. [g]) ‚ex certa sciencia' suppl. in margine A. [h]) ‚Hynco' A. [i]) corr. in ‚ecclesie parrochialis' A. [l]) ‚necnon' Or. [m]) ‚pauperum et infirmorum' A. [n]) ‚predicta' A. [o]) ‚et' Or. [p]) ‚ipsius' Or. [q]) ‚octavo' A. [r]) in A. sequitur: ‚etc. nostre confirmacionis infringere etc.' loco ‚omnino hominum — incursurum'. — [1]) 1324 Martii 25, vide in RBM. III n. 969.

---

208. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus Johanni Sifridi de Novoforo de beneficio cum vel sine cura ad collationem episcopi Vratislaviensis provideatur.*

Avinione, 1343 Junii 13.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Preczlaus, episcopus Wratislauiensis quatenus sibi in personam dilecti familiaris eius Johannis Siffridi de Nouoforo medici sui, clerici Wratislauiensis diocesis nondum beneficiati, nunc in curia V. S. existentis, specialem graciam facientes, eidem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, in civitate vel diocesi Wratislauiensi, eciam si dignitas vel personatus existat, spectante ad collacionem, prov. vel q. a. d. ipsius episcopi

Wratislauiensis, vacante ad presens, vel cum vacaverit, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri de benignitate apostolica dignemini providere, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat eciam de dignitate usque ad summam quinquaginta marcharum cum cura, triginta sine cura R. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione id. Junii a. secundo.

Clementis VI S II 3 (5) f. 41'.

---

209. *Johanni Sifridi de Novoforo, medico et familiari Preczlai, episcopi Vratislaviensis, providetur ad supplicationem eiusdem episcopi de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, etiam si dignitas vel personatus existat, vacante vel vacaturo, in civitate vel diocesi Vratislaviensi, cuius fructus, si cum cura, quinquaginta, sine cura vero triginta marcarum argenti valorem annuum non excedant, ad collationem episcopi Vratislaviensis. D. Auinione id. Junii a. secundo. — In e. m. praeposito Avinionensis et scholastico ac Henrico dicto de Baucz, canonico Vratislaviensis ecclesiarum. Forma ut in n. 52.*

$\frac{\mathrm{I}}{.\mathrm{X}}\ \frac{\mathrm{I}}{=\ \mathrm{X}.}$ *Avinione, 1343 Junii 13.*

Clementis VI A II 5 (75) f. 409', de beneficiis cum cura vel sine cura sub expectatione qu. 3 = V. 158 f. 210' n. 561. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 295.

210. *Thobiae de Postupenicz mandatur, quatenus nonnulla residua decimarum olim per Clementem V et Johannem XXII impositarum in regno Bohemiae colligere procuret.*

Avinione, 1343 Junii 24.

D. f. Thobie de Westupeniez, decano ecclesie Pragensis. Cum, sicut intelleximus, tam sexennalis per p. m. Clementem V in concilio Viennensi et triennalis per f. r. Johannem XXII, Romanos pontifices, predecessores nostros, decimarum sub certis modis et formis olim impositarum nonnulla in regno Boemie restent residua colligenda: nos volentes providere utiliter super hiis et de tue circumspeccionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios fide ac facultatibus idoneos per te subcollectores super hiis deputandos ab omnibus prelatis, capitulis, conventibus ac personis et locis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, in dicto regno consistentibus, qui ad solvendum decimas huiusmodi sunt astricti, residua ipsa, super quibus simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, si necesse fuerit, te informes, petere, exigere ac recipere nostro et ecclesie Romane nomine competentibus per te super hoc

prefigendis terminis cum integritate procures, contradictores super hiis et rebelles, cuiuscunque status, ordinis, dignitatis, premineucie vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus exempcionibus et quibusvis aliis privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, cuiuscunque tenoris existant, de quibus quorumque totis tenoribus esset in presentibus specialis et expressa ac de verbo ad verbum mencio facienda, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Volumus autem, quod eos, a quibus residua receperis supradicta, possis absolvere plenius et quitare de hiis, que inde receperis ab eisdem, sic tamen, quod inde per scripturam publicam vel aliam idoneam exinde particulariter et distincte cameram nostram cerciorem efficere sibique raciones fideles et legitimas reddere ac fideliter et integraliter respondere, quando et quociens oportunum extiterit seu requisitus fueris, non postponas. Ceterum cum inter cetera, que nobis gerenda ex officio apostolice servitutis incumbunt, cupiamus providere periculis animarum, ut, si forsan prelati et alie persone dicti regni ecclesiastice pro eo, quod decimas predictas vel earum residua terminis super hoc prefixis non solverunt, excommunicacionis, aut capitula et conventus suspensionis, seu eorum ecclesie interdicti sentenciis subiaceant promulgatis, post plenam et integram solucionem inde tibi dicto nomine factam possis de absolucione [a]) ac relaxacione [b]) eis, quorum intererit, hac vice auctoritate nostra iuxta formam ecclesie ab eisdem sentenciis providere, plenam tibi concedimus tenore presencium facultatem. — D. Auinione VIII kal. Julii a. secundo.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 37 n. 107. — [a]) ‚absolucionis' V., corr. ab editore. [b]) ‚relaxacionis' V., corr. ab editore.

211. *Martino de Busco de Burgomanerio providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Tridentina vacantibus ex eo, quod Nicolaus Luczconis de Brunna, canonicus ecclesiae Tridentinae praebendatus, cui de decanatu in ecclesia Olomucensi vacante per litteras Benedicti papae XII provisum extitit[1]), possessionem pacificam dicti decanatus assecutus est. ‚D. Auinione VI kal. Julii a. secundo.' Forma ut in n. 4.*

. X X . *Avinione, 1343 Junii 26.*

Clementis VI A II/1 (71) f. 133′, de beneficiis vacantibus qu. 4 = V. 157 f. 144 n. 364. — [1]) 1341 Februarii 10, vide CDM. VII n. 305.

212. *Transcribitur de regestro Benedicti pape XII bulla ipsius pape circa modestiam in exigendis procurationibus observandam.*

Gratis pro domino cardinali. *Avinione, 1343 Julii 1.*

Ad f. r. m. Tenorem quarundam litterarum f. r. Benedicti pape XII. predecessoris nostri, in regestro ipsius predecessoris repertum, ad d. f. n. Guillelmi. sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, supplicacionis instanciam de regestro ipso de verbo ad verbum transcribi et presentibus annotari fecimus, qui talis est: Benedictus episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Vas eleccionis Paulus apostolus, egregius predicator, se et eos, qui secum erant, propriis manibus exhibebat, ut pseudo et subdolis operariis sub predicacionis specie lucra sectantibus locum precluderet et hiis, quos ipse pascebat pabulo verbi dei, non existeret onerosus. Sane licet circa modestiam in exigendis procuracionibus observandam a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, salubria manaverant instituta, quia tamen, sicut experiencia docet, nonnulli prelatorum sic se reddiderunt et reddunt in dictarum procuracionum exaccionibus onerosos, ut oppressi subditi huiusmodi onera nequeant supportare, et victum longi temporis brevis hora consumat: nos attendentes, quod parentes debent thesaurizare filiis, non fastuosis deliciis eorum substanciam absorbere,[a] ac cupientes pro diversitate condicionum visitancium prelatorum et provinciarum ac ecclesiarum eciam facultatum certum modum sufficientem visitantibus et supportabilem visitatis in premissis fore de cetero observandum, de fratrum nostrorum consilio presentis constitucionis edicto statuimus, quod, cum[b] in Francie, Nauarre et Maioricarum regnis ac terris, provinciis et partibus adiacentibus et vicinis eisdem necnon in Dalphinatu et Burgundie, Sabaudie, Prouincie et Folcalkerii comitatibus archiepiscopi et episcopi aliique prelati et persone ecclesiastice, quibus id de iure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum cathedralibus ecclesiis pro procuracione unius diei sive in victualibus sive a volentibus in pecunia ultra trecentorum, a monasteriis vero et ecclesiis aliis vel prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum duodecim vel plurium personarum, ultra ducentorum et quinquaginta, ab habentibus vero pauciorum personarum collegium seu conventum et quibusvis aliis ecclesiis, prioratibus aut locis ultra ducentorum, episcopi eciam ab ecclesiis cathedralibus ultra ducentorum, a monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus secularibus vel regularibus, collegium habentibus duodecim vel plurium personarum, ultra centum et sexaginta, ab habentibus vero personarum collegium pauciorum et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis ultra centum et quadraginta, abbates quoque a monasteriis vel prioratibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum, ab aliis vero habentibus minus collegium ac ecclesiis, prioratibus et locis quibuscunque ultra octoginta, archidiaconi quoque ultra trigintaquinque, archipresbyteri vero ultra octo Turonensium argenti valorem recipere non presumant; si vero prefati archiepiscopi, episcopi et prelati ac persone ecclesiastice ex privilegio apostolico per alios visitare et procuraciones recipere valeant in pecunia numerata, iidem archiepiscopi a suis et aliis cathedralibus ecclesiis ultra centum

et viginti, a monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum, ab habentibus vero minus collegium et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis ultra octuaginta, episcopi eciam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis ultra octuaginta, abbates ultra sexaginta, archidiaconi ultra triginta Turonensium argenti valorem non recipiant quoquomodo. In Alamanie quoque, Anglie, Vngarie, Boemie, Polonie, Norwegie, Dacie, Scocie et Suecie regnis ac terris, provinciis et partibus eisdem adiacentibus archiepiscopi et episcopi aliique prelati et persone ecclesiastice, cum ut premittitur personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi, eciam si primates existant, a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus et personis earum pro procuracione unius diei[c]) sive in victualibus sive a volentibus in pecunia ultra trecentorum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis et prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra ducentorum et sexaginta, ab aliis vero monasteriis, ecclesiis seu prioratibus [1]) minus collegium habentibus aliisque ecclesiis, prioratibus et locis ultra ducentorum et viginti, episcopi eciam a cathedralibus ecclesiis ultra ducentorum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis et prioratibus, secularibus et regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum et octuaginta, ab habentibus vero minus collegium et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis ultra centum et quinquaginta, abbates insuper a monasteriis vel prioratibus seu ecclesiis habentibus collegium duodecim vel plurium personarum ultra centum, ab habentibus vero minus collegium ac ecclesiis, prioratibus et aliis locis quibuslibet ultra octuaginta, archidiaconi vero ultra quadraginta, archipresbyteri eciam ultra decem Turonensium argenti valorem recipere non presumant; si vero iidem archiepiscopi, episcopi et prelati ac persone ecclesiastice ex privilegio apostolico per alios visitare et procuraciones recipere valeant in pecunia numerata, dicti archiepiscopi, eciam si primates existant, ab huiusmodi ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis ultra centum, episcopi ultra octoginta, abbates ultra sexaginta, archidiaconi ultra triginta Turonensium argenti valorem pro procuracione qualibet unius diei recipere non presumant. In Castelle quoque, Legionis, Aragonie et Portugalie regnis ac dominiis, terris et provinciis regum Castelle, Aragonie et Portugalie et partibus adiacentibus et vicinis eisdem, excepto Sardinie et Corsice regno, archiepiscopi, episcopi et prelati ac persone ecclesiastice, cum ut premittitur visitabunt, iidem archiepiscopi a suis et suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuracione unius diei sive in victualibus sive a volentibus in pecunia ultra centum et quinquaginta, a monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum et viginti, ab habentibus vero minus collegium aliisque ecclesiis, prioratibus atque locis ultra centum, episcopi eciam a cathedralibus ecclesiis ultra centum, a monasteriis vero ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra octoginta, ab habentibus vero minus collegium aliisque ecclesiis, prioratibus et locis ultra sexaginta, abbates eciam a monasteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum ultra quinquaginta, ab habentibus vero minus collegium et quibuslibet ecclesiis, prioratibus et locis ultra quadraginta, archidiaconi vero ultra

vigintiquinque, archipresbyteri autem ultra quinque Turonensium argenti valorem accipere non attemptent; si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi et prelati et alie persone ecclesiastice ex privilegio apostolico per alios visitare et procuraciones recipere possint in pecunia numerata, iidem archiepiscopi ab eisdem suis et suffraganeorum suorum ecclesiis ultra octoginta, a monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra sexaginta, ab habentibus vero minus collegium ac quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus sive locis ultra quinquaginta, episcopi eciam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus sive locis ultra quadraginta, abbates vero ab eorum monasteriis, prioratibus, ecclesiis sive locis ultra triginta, archidiaconi vero ultra viginti Turonensium argenti valorem recipere non attemptent. In Apulie vero, Calabrie, Terre Laboris, Sicilie, Lombardie, Tuscie, Sardinie, Corsice et ceteris aliis Italie partibus necnon Sclauonie, Achaye, Cipri ac ceteris regnis, insulis ac aliis provinciis et partibus omnibus ultramarinis et eciam transmarinis patriarche, archiepiscopi et episcopi ac prelati alii ac persone ecclesiastice consistentes, cum ut premittitur personaliter visitabunt, iidem patriarche et archiepiscopi [e]) a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuracione unius diei sive in victualibus sive a volentibus in pecunia ultra sexaginta, a monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra quinquaginta, ab habentibus vero [f]) minus collegium et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra quadraginta, episcopi eciam a cathedralibus ecclesiis ultra quinquaginta, a monasteriis vero aliisque ecclesiis et prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra quadraginta, ab habentibus vero minus collegium et ecclesiis aliis seu prioratibus et locis quibuslibet ultra triginta, abbates vero a suis monasteriis vel prioratibus simile collegium vel maius habentibus ultra viginti, ab habentibus vero minus collegium et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis ultra sexdecim, archidiaconi ultra decem Turonensium argenti valorem non audeant recipere quoquomodo; si vero prefati patriarche, archiepiscopi, episcopi et prelati ac persone ecclesiastice ex privilegio apostolico per alios visitare et procuraciones recipere valeant in pecunia numerata, dicti patriarche seu archiepiscopi ab eisdem suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra quadraginta, a monasteriis quoque et ecclesiis aliis ac prioratibus, secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra triginta, ab habentibus vero minus collegium et aliis ecclesiis, prioratibus sive locis et subditis quibuscunque ultra viginti octo, episcopi quoque a suis cathedralibus et quibuslibet aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis ultra viginti, abbates eciam ultra decem necnon archidiaconi ultra quinque Turonensium argenti valorem recipere non presumant. Ita quod expense seu sumptus universi seu taxacio pecuniaria unius procuracionis, tocius videlicet diei, in pecunia vel victualibus et necessariis aliis predictam summam vel valorem aliquatenus non excedant nec ultra dictas summas vel taxaciones seu valores earum pretextu cuiusvis consuetudinis vel alias ipsis prelatis vel familiis eorundem quicquam exigere vel recipere liceat, eciam a volente. Illud quoque, quod de archidiaconis superius duximus ordinandum, locum habere volumus

eciam in decanis. prepositis aliisque personis ecclesiasticis superius non expressis. quibus visitacionis officium et procuracionis recepcio ex privilegio sedis apostolice vel de iure seu consuetudine competere dinoscuntur, decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantur, circa quos in recepcione huiusmodi procuracionis id, quod supra statutum est de aliis archipresbyteris, volumus observari. Nostre tamen intencionis existit, quod, si ex convencione vel consuetudine ecclesie tam cathedrales quam collegiate et alie quelibet seculares ac eciam monasteria, prioratus conventuales et loca alia quevis ecclesiastica earumque capitula, collegia seu conventus, rectores eciam et persone prelatis quibusvis visitantibus ut prefertur minus debeant vel consueverint solvere, quam per nos superius est statutum, ad solvendum ultra convencionem vel consuetudinem huiusmodi nullatenus astringantur, sed super hiis circa eos convencio et consuetudo huiusmodi observentur. Huiusmodi eciam moderaciones et taxaciones ad prelatos quoslibet, qui pretextu cuiusvis consuetudinis in monasteriis vel locis aliis ecclesiasticis gratis recipiuntur ad pabulum caritatis, extendimus et eciam prorogamus, proviso nichilominus, quod in locis quibuslibet, secundum quod maior vel minor rerum copia fuerit in eisdem. necnon iuxta maiorem vel minorem personarum et eveccionum numerum huiusmodi visitancium expensarum maiorum vel minorum debita moderacio teneatur, ita tamen, quod maiores expense non excedant summam superius limitatam. Insuper predictis omnibus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis et aliis superius nominatis visitantibus, ne ultra convencionem vel consuetudinem huiusmodi circa personas et loca, ubi fuerint, nec ultra moderaciones et taxaciones predictas quicquam presumant recipere, districcius inhibemus. Volentes eciam constitucionem presentem pene adieccione iuvari, statuimus, quod, si dicti visitantes per se vel, si ex privilegio eis competat, per alios visitacionis officium exercuerint et procuraciones receperint ut prefertur, [si] [g]) ipsi vel familiares eorum ultra moderaciones et taxaciones predictas aliquid scienter exegerint vel receperint eciam a volente, duplum eius, quod hii, qui pro eis visitacionis officium exercebunt, per se vel alios ultra moderaciones seu taxaciones predictas quicquam exegerint seu receperint, eciam a volente, duplum eius, quod ultra receperint, ecclesiis et monasteriis vel locis aliis, a quibus id receptum fuerit, infra prefatum terminum reddere teneantur, alioquin extunc dicti prelati, qui ultra moderaciones et taxaciones predictas seu convencionem vel consuetudinem huiusmodi recipient in pecunia numerata, duplum ipsum eisdem ecclesiis, monasteriis sive locis ultra dictum tempus restituere differentes ingressum ecclesie sibi noverint interdictum, hii vero pro dictis prelatis visitacionem huiusmodi ut premittitur exercentes [h]) ab officio et beneficio noverint se suspensos, quousque gravatis ecclesiis et monasteriis sive locis [i]) de huiusmodi duplo plenariam satisfaccionem impendant, adicientes constitucioni presenti, quod, si quis de familia prelati personaliter visitantis aliquid ultra moderaciones et taxaciones prefatas per se vel alios, prelato ignorante nec ratum habente, receperit ab ecclesiis, monasteriis et locis aliis visitatis, duplum eius, quod ultra receperit, [l]) de suo proprio infra duos menses post recepcionem huiusmodi ecclesiis, monasteriis et locis aliis, a quibus illa receperit, reddere teneatur, alioquin extunc talis recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio et beneficio sit eo ipso suspensus, si vero laicus, tamdiu ingressum

ecclesie sibi noverit interdictum et a communione eucharistie ipso facto senciat se suspensum, donec de duplo huiusmodi gravatis ecclesiis, monasteriis sive locis satisfecerit cum effectu, nulla eisdem ultra moderaciones et taxaciones predictas recipientibus in hiis donancium remissione, liberalitate seu gracia valitura. Ceterum moderaciones et taxaciones huiusmodi in illis locis volumus observari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesie, monasterii vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam precipimus modestiam adhiberi, quod per hec que ad exoneracionem locorum ecclesiasticorum statuenda providimus, non doleant se gravari, nec per hec dicti prelati exigendi amplius quam ipsi subditi pati possint indultam sibi extiment potestatem. Premissis quoque adiciendo statuimus, quod, si dicti prelati vel aliquis eorundem ex apostolica indulgencia vel consuetudine seu de iure petant sibi ab ecclesiis, monasteriis et locis aliis ecclesiasticis eorumque capitulis, collegiis vel conventibus, rectoribus seu personis moderatum seu caritativum subsidium exhiberi, non possint a singulis ecclesiis, monasteriis sive locis pro subsidio huiusmodi ultra petere vel recipere, eciam a volente, nisi quantum ascenderent singule procuraciones in pecunia per nos superius moderate, quas iidem prelati reciperent, quando ex privilegio per alium visitarent. Porro Turonenses predictos tales fore intelligimus, quod duodecim ipsorum valeant unum florenum boni et puri auri legalis ponderis et conii Florentini. Per constitucionem autem huiusmodi nolumus, quod dicti prelati vel alii, quibus visitacionis officium et procuracionum recepcio ex privilegio sedis apostolice vel alias de consuetudine vel de iure competere minime dinoscuntur, ius visitandi seu procuraciones recipiendi sibi valeant vendicare, nec per constitucionem eandem aliis constitucionibus super premissis per predecessores nostros dudum editis quoad alia contenta in eis aliquatenus derogetur. Insuper abbates Cisterciensis ordinis sua monasteria visitantes sub presenti constitucione nostra nolumus comprehendi, cum super eis per aliam ordinacionem nostram duxerimus specialiter providendum. Nulli ergo [m]) omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum constitucionum, intencionis, inhibicionis, adieccionis et precepti ac voluntatum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Auinione XV kalendas Januarii pontificatus nostri anno secundo. [1]) Ceterum ut earundem litterarum tenor huiusmodi sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur eamque vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales littere supradicte, et eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quomodocunque et ubicunque, sive in iudicio vel alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, et eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum ius de novo alicui acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo etc. nostre constitucionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione kal. Julii a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) t. 38 n. 19. diversarum formarum qu. 1 = V. 162 f. 55 n. 19. — [a]) ,obsorbere' A. [b]) suppl. supra. [c]) ,die' A. [d]) sequitur iterum: ,secularibus vel regularibus — ecclesiis seu prioratibus', sed cancellatum A. [e]) sequitur iterum: ,episcopi ac prelati alii — patriarche', sed cancellatum A. [f]) sequitur ,collegium', sed cancellatum A. [g]) deest in A., suppl. ab editore. [h]) ,exercertes' A. [i]) sequitur: ,ultra dictum tempus restituere differentes'.

sed cancellatum A. l) ,receperint' A. m) sequitur cancellatum: ,nostrarum constitucionum, intencionis, inhibicionis, adieccionis et precepti ac voluntatum infringere etc. Datum Auinione, XV kalendas Januarii', A. n) ,incertus' A. — 1) 1336, Decembris 18.

---

213. *Johannes Svatonis de Pilsna supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae sancti Martini Posoniensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Apud Villamnovam, 1343 Julii 6.

Supplicat S. V. devotus f. v. et orator perpetuus Johannes Swatoni[a] de Pilzna, Pragensis diocesis, clericus devoti f. v. domini regis Hungarie, quatenus sibi graciam specialem facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Martini Posoniensis, Strigoniensis diocesis, vacantibus vel proxime vacaturis, cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Johannes in ecclesia Titulensi sancte Sapiencie, Colocensis diocesis, canonicatum et prebendam dinoscitur[b]) obtinere, cum aliis omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus deputatis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., II non. Julii a. secundo.

Clementis VI S. II/3 (5) f. 72'. — a) sic S. b) corr. ex ,dig' S.

---

214. *Johanni Svatonis*[a]) *de Pilsna, clerico Ludovici, regis Ungariae, providetur de canonicatu ecclesiae sancti Martini Posoniensis, Strigoniensis diocesis, sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 213., D. apud Villamnouam, A. d., II*[b]) *non. Julii a. secundo'. Forma ut in n. 6.*

. X X̄.

Apud Villamnovam, 1343 Julii 6.

Clementis VI A II/5 (75) f. 231, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 158 f. 187 n. 324. — a) ,Swatoni' A. b) corr. ex ,secundo' A.

---

215. *Laurentius Hartlieb supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Warmiensis sub expectatione praebendae provideatur et aliquibus discretis mandetur, quatenus neptem suam Agnetem in monasterio sanctae Clarae Vratislaviensis in monacham recipi faciant.*

Avinione, 1343 Julii 9.

Supplicat S. V. Laurentius Harclip, servitor vester, canonicus Wratislauiensis, quatenus sibi specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Warmiensis graciose dignemini providere, prebendam vero, si vacat ad presens,

vel cum vacaverit in dicta ecclesia, conferendam dicto Laurentio donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod canonicatum et prebendam Wratislauiensis ecclesie dinoscitur obtinere, et non obstante consuetudine, que in dicta ecclesia Warmiensi[a]) dicitur observari, quod nullus poterit habere maiorem prebendam, nisi gradatim ascenderit per minores, [cum][b]) executoribus etc. ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat idem Laurentius, quatenus aliquibus discretis dare dignemini vestras litteras[c]) in mandatis, ut ipsi Agnetem, filiam Nicolai Zeudemri, neptem suam, puellam litteratam, in monasterio sancte Clare Wratislauiensis, ordinis eiusdem sancte, recipi faciant auctoritate vestra in monacham et sororem sibique regularem habitum exhiberi et velut alteri eiusdem monasterii moniali vite necessaria ministrari et sincera in domino caritate tractari, certo numero personarum, si quis est, et quibuscunque consuetudinibus et statutis ordinis et monasterii predictorum non obstantibus et cum clausulis oportunis, contradictores etc.

Fiat in forma R. Item supplicat, q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Julii a. secundo.

Clementis VI S II 3 (5) f. 80. — a) correctum ex ,Wratislauiensi' S. b) deest in S, suppletum ab editore. c) ,vestris litteris' S.

216. *Laurentio Hartlieb[a]) providetur de canonicatu ecclesiae Warmiensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 215. ,D. Auinione VII id. Julii a secundo.' — In e. m. episcopo Vratislaviensi et abbati monasterii in Kamenez, Vratislaviensis diocesis, ac praeposito ecclesiae Lubucensis. Forma ut in n. 6.*

| = .X X.   *Avinione, 1343 Julii 9.*

Clementis VI A II 5 (75) f. 128', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 158 f. 113' n. 190. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 298. — a) ,Hartlip' A.

---

217. *Judicibus mandatur, quatenus Agnetem, natam Nicolai Zeudemer, in monasterio sanctae Clarae Vratislaviensis in monacham recipi faciant et sororem. Forma ut in n. 90.*

≡ .X.   *Avinione, 1343 Julii 9.*

V. f. . . archiepiscopo Gneznensi et dd. ff. . . Auinionensis ac . . Wratislauiensis ecclesiarum prepositis s. etc. Prudentum virginum votis . . . . Cum itaque d. in Ch. f. Agnes, nata d. f. Nicolai Zeudemer, puella litterata Wratislauiensis, cupiat sicut accepimus una cum dd. in Ch. ff. . . abbatissa et conventu

monasterii sancte Clare Wratislauiensis, ordinis eiusdem sancte, in dicto monasterio sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos volentes eandem Agnetem in huiusmodi suo laudabili proposito confovere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eandem Agnetem, si est[a]) idonea et aliud canonicum non obsistat, faciatis auctoritate nostra in dicto monasterio, si in eo certus monialium numerus non habetur, vel eciam si huiusmodi numerus forsan existat et de ipso numero aliqua deest ad presens, exnunc, alioquin quamprimum aliquam deesse continget, recipi faciatis auctoritate nostra in monacham et sororem sibique iuxta ipsius monasterii consuetudinem regularem habitum exhiberi ac ei de communibus eiusdem monasterii proventibus sicut uni ex aliis ipsius monasterii monialibus integre provideri eamque ibidem sincera in domino caritate tractari . . . . D. Auinione VII id. Julii a. secundo.

Clementis VI A II 3 (73) f. 187, de religionis ingressu qu. 2 = V. 159 f. 38' n. 114. — [a]) deest in A., suppletum ex V.

---

218. *Johanni, regi Bohemiae, conceduntur decimae omnium ecclesiasticorum proventuum et redditnum in Pragensi, Olomucensi et Vratislaviensi civitatibus et diocesibus necnon comitatu Lucemburgensi.*

.C. *Avinione, 1343 Julii 11.*

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, s. Paterna consideracione pensantes, quantum tu erga nos et Romanam ecclesiam, matrem tuam, tanquam benediccionis[a]) filius et devotus fidelitate ac devocionis sinceritate fervere dinosceris ipsamque Romanam ecclesiam studes multipliciter honorare, dignum reputamus et congruum, ut te ac regnum tuum tuosque fideles et subditos favoribus et presidiis apostolicis prosequamur. Cum itaque, sicut ad noticiam nostram et fratrum nostrorum, sancte Romane ecclesie cardinalium, tua et aliorum fidedigna relacione pervenit et facti evidencia manifestat, nonnulli hostes dei et eiusdem ecclesie manifesti eorumque sequaces, qui in profundo malorum demersi et ad mala continue perpetranda parati dictam Romanam ecclesiam eiusque fideles et devotos eorum nephariis ausibus, quantum in eis est, hostiliter persecuntur, propter fidelitatis constanciam et devocionem eximiam, quas tu, regnum et subditi tui ad defendendum honorem ipsius sancte matris ecclesie ac vos contra hostes ipsos viriliter opponendum habere noscimini, regnum et terras dominio tuo subiectas invadere et impugnare ac offendere nisibus totis hanelent et continue machinentur ac eorum nequam propositum iam in actum deduxerint et subditis tuis regnum tuum intrantes conati fuerint dampna inferre plurima ac iacturas, et propterea tam pro defensione honoris regni et terrarum predictorum ipsorumque hostium repressione te oporteat maxima subire profluvia expensarum, ad que supportanda nequis sufficere per te ipsum: nobis humiliter supplicasti, ut tibi ac regno et terris predictis oportune subvencionis auxilio de solita sedis apostolice

gracia providentes, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum in Pragensi, Olomucensi et Wratislauiensi civitatibus et diocesibus necnon comitatu Lucemburgensi ad te spectante consistencium, usque ad certum tempus concedere dignaremur. Nos igitur considerantes, quod eiusdem Romane ecclesie honoris defensio in hac parte tangitur, et tum ob hoc tum pro tuis et subditorum tuorum predictis gravaminibus relevandis ac pro defensione dictorum regni, terrarum et subditorum tuorum contra invasiones, molestias, aggressiones et offensiones hostium eorundem volentes te in hac parte favoribus et auxiliis prosequi oportunis, tuis supplicacionibus inclinati de fratrum nostrorum consilio tibi decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum predictorum, in civitatibus et diocesibus ac comitatu predictis consistencium, exigendam et colligendam ab universis archiepiscopis et episcopis ceterisque personis ecclesiasticis quibuscunque, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, in eisdem civitatibus et diocesibus ac comitatu redditus et proventus huiusmodi obtinentibus, quantacunque prefulgeant dignitate seu cuiuscunque preminencie, condicionis aut status, ordinis vel religionis existant, quibus et eorum alicui nulla privilegia vel indulgencias sub quacunque verborum forma vel expressione concessa volumus suffragari, preterquam ab eisdem fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, dignitates seu alia beneficia ecclesiastica quecunque cum cura vel sine cura seu quoscunque redditus et proventus ecclesiasticos in episcopatibus et comitatu predictis obtinentibus, qui in solicitudinis partem assumpti nobiscum universalis ecclesie onera sorciuntur, necnon a dd. ff. . . magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, qui contra hostes fidei christiane exponunt iugiter se et sua, quos omnes a prestacione huiusmodi decime exemptos esse volumus et immunes, usque ad biennium a data presencium computandum auctoritate apostolica tenore presencium duximus concedendam, volentes exaccionem et colleccionem huiusmodi decime in civitatibus et diocesibus ac comitatu predictis per vv. ff. nn. . . Pragensem [1]) et . . Olomucensem [2]) ac . . Wratislauiensem [3]) episcopos, quos singulos in singulis eorum civitatibus et diocesibus, necnon dd. ff. . . sancti Huberti et . . sancte Marie in Lucembourch, Leodiensis et Treuerensis diocesium, monasteriorum abbates ac . . archidiaconum Treuerensem, [4]) quos in comitatu predicto collectores huiusmodi decime per alias nostras litteras specialiter deputamus, tam a se ipsis quam ab omnibus archiepiscopis, episcopis et personis aliis ecclesiasticis, secularibus et regularibus quibuscunque, exemptis et non exemptis, in eisdem civitatibus, diocesibus et comitatu redditus et proventus ecclesiasticos ut prefertur habentibus, de eisdem redditibus et proventibus dumtaxat, preterquam a cardinalibus, magistro et fratribus prelibatis, fieri absque iniuria et oppressione quacunque, et quod collectores ipsi et eorum singuli per se et subcollectores eorum, quos ad hoc duxerint deputandos, prefatos archiepiscopos et episcopos aliasque personas ecclesiasticas seculares et regulares predictas ad solucionem dicte decime de omnibus redditibus et proventibus ecclesiasticis eorundem, in eisdem civitatibus, diocesibus et comitatu consistentibus ut prefertur, secundum modum et morem ac consuetudinem in exaccione et colleccione huiusmodi decime hactenus observatos per huiusmodi biennium in terminis infrascriptis eis seu subcollectoribus prelibatis vel personis aliis, quas ad hoc deputaverint, faciendam et per eos et ipsorum singulos tibi seu personis, quas

ad hoc deputandas duxeris, integraliter assignandam sub forma et moderamine infrascriptis per censuram ecclesiasticam et eciam sequestracionem fructuum. reddituum et proventuum suorum ecclesiasticorum, in ipsis civitatibus, diocesibus et comitatu consistencium, si expedire viderint, postposita appellacione compellant, ita quod ad fructus, redditus et proventus extra civitates et dioceses ac comitatum predictos consistentes huiusmodi compulsionis officium aliquatenus non extendant nec ad compulsionem huiusmodi faciendam in aliquo casu per se vel alium seu alios invocent nec per personas ab eis ad colleccionem huiusmodi deputandas invocari permittant auxilium brachii secularis, nisi predictorum non solvencium contumacia exigente aliud circa hoc per sedem apostolicam fuerit ordinatum. Huiusmodi autem solucio fiet quolibet anno dicti biennii in terminis infrascriptis: siquidem solucionis medietatis huiusmodi decime primi anni dicti biennii primum terminum fore statuimus festum Nativitatis Domini primo venturum,[5] secundum vero terminum solucionis medietatis alterius festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, prefatum festum Nativitatis Domini proximo secuturum,[6] in altero anno in solucione predicta similibus terminis observandis. Tu igitur, fili carissime, ob divinam et apostolice sedis ac nostram reverenciam ecclesias et personas ecclesiasticas civitatum et diocesium ac comitatus predictorum sic favore benigno prosequi sicque illas in singulis earum oportunitatibus habere studeas efficaciter commendatas, quod deum ac nos et sedem eandem tibi merito reddas propicios et erga oportunitates tuas, quociens expedierit, prompciores. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione V id. Julii a. secundo.

Clementis VI A II/4 (74) f. 54 n. 46, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 63 n. 46. Exc. ap. Werunsky, Excerpta n. 28. — [a]) ,benedicionis' A. — [1]) vide n. 221. [2]) vide n. 220. [3]) vide n. 222. [4]) vide n. 219. [5]) 1343 Decembris 25. [6]) 1344 Junii 24.

219. *Judicibus mandatur, quatenus Johanni, regi Bohemiae, ab omnibus et singulis archiepiscopis et episcopis ac aliis personis ecclesiasticis quibuscunque, redditus et proventus ecclesiasticos in comitatu Lucemburgensi obtinentibus, de decimis suorum ecclesiasticorum proventuum faciant responderi.*

.C. *Avinione, 1343 Julii 11.*

Dd. ff. . . sancti Huberti et . . sancte Marie in Lucembourch, Leodiensis et Treuerensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac . . archidiacono Treuerensi s.[a]) Paterna consideracione pensantes, quantum carissimus in Christo f. n. Johannes, rex Boemie illustris, erga nos et Romanam ecclesiam, matrem suam, tanquam benediccionis filius et devotus fidelitate ac devocionis sinceritate fervere dinoscitur ipsamque Romanam ecclesiam studet multipliciter honorare, dignum reputamus et congruum, ut ipsum[b]) ac[c]) regnum suum suosque fideles et subditos favoribus et presidiis apostolicis prosequamur. Cum itaque, sicut ad noticiam nostram et fratrum nostrorum, sancte Romane ecclesie cardinalium, eiusdem regis[d]) et aliorum

fidedigna relacione pervenit et facti evidencia manifestat, nonnulli hostes dei et eiusdem ecclesie manifesti eorumque sequaces, qui in profundo [f]) malorum demersi et ad mala continue perpetranda parati dictam Romanam ecclesiam eiusque [g]) fideles et devotos eorum nepharîis ausibus, quantum in eis est, hostiliter persecuntur, propter fidelitatis [h]) constanciam et devocionem eximiam, quas dictus [i]) rex, regnum et subditi sui ad defendendum honorem ipsius sancte matris ecclesie ac se contra hostes ipsos [k]) viriliter opponendum habere noscuntur, regnum et terras dominio suo subiectas invadere et impugnare ac offendere nisibus totis anhelent [l]) et continue machinentur ac eorum nequam propositum iam in actum deduxerint et subditis dicti regis [m]) regnum suum intrantes [n]) conati fuerint [o]) dampna inferre plurima et [p]) iacturas, ac [q]) propterea tam pro defensione [r]) honoris regni et terrarum predictorum ipsorumque hostium repressione prefatum [s]) regem oporteat maxima [t]) subire profluvia expensarum, ad que supportanda [u]) nequit sufficere per se ipsum: idem rex [v]) nobis humiliter supplicavit, [w]) ut sibi ac regno et terris predictis de oportune subvencionis auxilio de solita sedis apostolice gracia providentes, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum [x]) in Pragensi, Olomucensi et Wratislauiensi [y]) civitatibus et diocesibus necnon comitatu Lucemburgensi ad predictum [z]) regem spectante consistencium, usque ad certum tempus concedere dignaremur. Nos igitur considerantes, [aa]) quod eiusdem Romane ecclesie honoris defensio in hac parte tangitur, et tum ob hoc, tum pro suis [bb]) et subditorum suorum predictis [cc]) gravaminibus relevandis ac pro defensione dictorum regni, terrarum et subditorum suorum contra invasiones, molestias, aggressiones et offensiones [dd]) hostium eorundem volentes ipsum [ee]) in hac parte favoribus et auxiliis prosequi [ff]) oportunis, ipsius regis [gg]) supplicacionibus inclinati de fratrum nostrorum consilio eidem [hh]) decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum predictorum, in civitatibus et diocesibus ac comitatu predictis consistencium, exigendam et colligendam ab universis archiepiscopis et episcopis ceterisque personis ecclesiasticis quibuscunque, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, [ii]) in eisdem civitatibus et diocesibus ac comitatu redditus et proventus huiusmodi obtinentibus, quantacunque prefulgeant dignitate seu cuiuscunque preeminencie, [ll]) condicionis aut status, ordinis vel religionis existant, [mm]) quibus et eorum alicui nulla privilegia vel indulgencias sub quacunque verborum forma [nn]) vel expressione concessa volumus suffragari, preterquam ab eisdem fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, dignitates seu alia beneficia ecclesiastica quecunque cum cura vel sine cura seu quoscunque redditus ecclesiasticos et proventus [oo]) in episcopatibus et comitatu predictis obtinentibus, qui in solicitudinis partem assumpti nobiscum universalis ecclesie onera sorciuntur, necnon a dilectis filiis magistro et [pp]) fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, qui contra hostes fidei christiane exponunt iugiter [qq]) se et sua, quos omnes a prestacione huiusmodi decime exemptos esse volumus et immunes, usque ad biennium a data litterarum nostrarum computandum auctoritate apostolica tenore litterarum ipsarum [rr]) duximus concedendam, volentes exaccionem et colleccionem huiusmodi decime in civitatibus et diocesibus ac comitatu predictis per vv. ff. nn. Pragensem, Wratislauiensem et Olomucensem episcopos, quos singulos per alias nostras litteras in suis civitatibus et diocesibus, necnon vos, quos in comitatu predicto collectores huiusmodi decime tenore presencium

deputamus, [R]) tam a vobis [S]) et ipsis quam ab [T]) omnibus archiepiscopis et episcopis et [V]) personis aliis ecclesiasticis, secularibus et regularibus quibuscunque, exemptis et non exemptis, in eisdem civitatibus et [X]) diocesibus ac [Y]) comitatu redditus et proventus ecclesiasticos ut prefertur obtinentibus, [Z]) de eisdem redditibus et proventibus dumtaxat, preterquam a cardinalibus, magistro et fratribus prelibatis, fieri absque iniuria et oppressione quacunque, et quod vos [A]) et alii collectores predicti et vestrum singuli per vos et subcollectores vestros, quos ad hoc duxeritis deputandos, prefatos archiepiscopos et episcopos aliasque personas ecclesiasticas seculares et regulares predictas ad solucionem dicte decime de omnibus redditibus et proventibus ecclesiasticis eorundem, in eisdem civitatibus et [B]) diocesibus ac [C]) comitatu consistentibus ut prefertur, secundum modum et morem ac consuetudinem in exaccione et colleccione huiusmodi decime hactenus observatos per huiusmodi biennium in terminis infrascriptis vobis seu subcollectoribus prelibatis vel personis aliis, quas ad hoc deputaveritis, [D]) faciendam et per vos et vestrum singulos dicto regi seu personis, quas ad hoc ipse rex [E]) deputandas duxerit, integraliter assignandam sub forma et moderamine infrascriptis per censuram ecclesiasticam et eciam sequestracionem fructuum, reddituum et proventuum suorum ecclesiasticorum, in ipsis civitatibus, [F]) diocesibus et [G]) comitatu consistencium, si expedire videritis, [H]) appellacione postposita compellatis, ita quod ad fructus, redditus et proventus extra civitates et dioceses ac comitatum predictos consistentes huiusmodi compulsionis officium nullatenus extendatis nec ad compulsionem ipsam [I]) faciendam in aliquo casu per vos vel alium seu alios invocetis nec per [L]) personas a vobis vel vestrum aliquo ad colleccionem huiusmodi deputandas invocari permittatis auxilium [M]) brachii secularis, nisi predictorum non solvencium contumacia exigente aliud circa hoc per sedem eandem fuerit [N]) ordinatum. Huiusmodi autem solucio fiet quolibet anno dicti biennii in terminis infrascriptis: siquidem solucionis medietatis [O]) huiusmodi decime primi anni dicti biennii primum terminum fore statuimus festum Nativitatis Domini primo venturum, [2]) secundum vero terminum solucionis medietatis alterius festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, prefatum festum Nativitatis Domini proximo secuturum, [3]) in altero anno in solucione predicta similibus terminis observandis. Quocirca discrecioni vestre [P]) per apostolica scripta mandamus, [Q]) quatenus vos vel duo aut unus vestrum [R]) ab omnibus et singulis archiepiscopis et [S]) episcopis ac aliis [T]) personis ecclesiasticis [U]) quibuscunque, redditus et proventus ecclesiasticos in dicto comitatu [V]) obtinentibus, preterquam a cardinalibus, magistro et fratribus supradictis, huiusmodi decimam de omnibus et singulis [X]) redditibus et proventibus ecclesiasticis ipsis [Y]) in comitatu consistentibus supradicto [Z]) per vos [AA]) seu subcollectores vestros, [BB]) clericos tamen, quos ad hoc duxeritis [CC]) deputandos, secundum taxacionem dicte decime, si secundum taxacionem [DD]) eandem solvere consueverint, alioquin secundum modum et morem [EE]) ac consuetudinem in colleccione et solucione [FF]) ipsius decime hactenus observatos per dictum biennium in prefatis terminis, medietatem videlicet in quolibet terminorum ipsorum, absque iniuria et oppressione quacunque exigere et recipere studeatis, [GG]) universos [HH]) archiepiscopos et episcopos ac [II]) personas easdem ad solucionem huiusmodi decime faciendam secundum premissum modum auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et eciam sequestracionem fructuum, reddituum

et proventuum ecclesiasticorum suorum in eodem comitatu [LL]) consistencium, si expedire videritis,[MM]) appellacione postposita compellatis,[NN]) vestrumque eciam singuli [OO]) de redditibus et proventibus vestris [PP]) ecclesiasticis. in dicto comitatu consistentibus,[QQ]) decimam huiusmodi secundum taxacionem aut [RR]) modum vel morem et consuetudinem supradictos [SS]) per dictum biennium in eisdem terminis cum integritate persolvatis [TT]) assignandam prefato regi aut illi vel illis, quem vel [UU]) quos idem rex ad recepcionem huiusmodi decime deputabit. ita quod vos,[VV]) archiepiscopi, episcopi [XX]) et alie persone ecclesiastice supradicte dicti comitatus [YY]) non teneamini monetam, que pro huismodi decima persolvetur, deferre vel destinare vel solucionem [ZZ]) eius [a*]) facere extra comitatum prelibatum,[b*]) et quod huiusmodi solucio decime fiat absque aliquo [c*]) onere illorum. a quibus decima huiusmodi persolvetur, nisi vobis et archiepiscopis vel episcopis ac personis ecclesiasticis [d*]) forte deficientibus in eiusdem [e*]) decime solucione in terminis prelibatis ob huiusmodi vestrum. archiepiscoporum, episcoporum et personarum predictorum [f*]) defectum [g*]) expensas fieri oporteret. ad quarum restitucionem vos et ipsos [h*]) teneri volumus et astringi. [i*]) Quod si forte vos [l*]) vel subcollectores predictos per vos ad recipiendum et colligendum [m*]) huiusmodi decimam deputandos aut aliquem vel aliquos ex eisdem deficere forsan [n*]) continget in solucione dicte decime in terminis antedictis, taliter deficientem seu deficientes similes sentencias, quas per vos [o*]) vel subdelegatos ipsos ad execucionem colleccionis huiusmodi decime deputandos proferri contigerit. incurrere volumus ipso facto. a quibus post satisfaccionem debitam per aliquem ex vicinioribus episcopis, excommunicacionis sentencia non ligatum et alias graciam et communionem apostolice sedis habentem, facta sibi prius fide de satisfaccione huiusmodi, possit [p*]) absolucionis beneficium ac dispensacionem super irregularitate, si quam sic ligati celebrando [q*]) divina vel vos ingerendo eisdem forsitan [r*]) contraxeritis. obtinere, iniuncto super hoc vobis, quod de iure fuerit iniungendum. Et ne de moneta. de qua fiet solucio dicte decime seu fieri debebit, valeat hesitari vitenturque gravamina. que propterea quandoque viri ecclesiastici sunt perpessi, dicta decima monetam ad [s*]) usualem communiter levetur et eciam exigatur iuxta constitucionem super hoc editam in concilio [t*]) Viennensi, ita quod pretextu alterius cambii debitores et solutores dicte decime non graventur, quodque iuxta constitucionem eiusdem Viennensis concilii [u*]) calices. libros et alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata ex causa pignoris vel distraccionis cuiuspiam vos [v*]) seu subcollectores per vos [x*]) ad recepcionem et [y*]) colleccionem [z*]) huiusmodi decime ut premittitur deputandi capere seu recipere. distrahere vel occupare nullatenus presumatis, non obstantibus, si vobis [aa*]) et predictis archiepiscopis et [bb*]) personis ecclesiasticis et aliis quibuscunque communiter vel divisim a sede sit indultum eadem, quod ad solucionem huiusmodi decime minime teneamini et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas,[cc*]) que de indulto huiusmodi et toto eius tenore de verbo ad verbum ac propriis ordinum,[dd*]) locorum et personarum eorundem [ee*]) nominibus plenam et expressam non fecerint mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis, exempcionibus, libertatibus et immunitatibus ac litteris apostolicis, quibuscunque dignitatibus seu ordinibus eorum et [ff*]) specialiter Cisterciensi. Premonstratensi, Cluniacensi, Cartusiensi

vel universitatibus et personis singularibus generaliter vel specialiter sub quacunque forma vel expressione verborum a memorata sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris plena, specialis et expressa mencio sit habenda. Ceterum vobis [gg*]) presencium auctoritate [hh*]) concedimus, quod vos per vos [ii*]) vel alium seu alios eos, quos pro retardacione [ll*]) solucionis decime supradicte vel [mm*]) impedimento alio prestito super ea [nn*]) vel alias circa commissum vobis [oo*]) officium exercendum excommunicacionis, suspensionis vel interdicti senteneiis involvi contigerit vel eorum [pp*]) ecclesias sive loca ecclesiastico interdicto supponi, possitis [qq*]) post satisfaccionem condignam iuxta ecclesie formam a senteneiis ipsis absolvere necnon suspensiones et interdicta [rr*]) huiusmodi relaxare ac cum eis, qui dictis ligati [ss*]) senteneiis celebrando divina vel se illis inmiscendo, non tamen in contemptum clavium, maculam irregularitatis contraxerint, super irregularitate ipsa, iniuncto eis, quod de iure iniungendum fuerit, auctoritate apostolica misericorditer dispensare. D. Auinione V id. Julii a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) f. 55 n. 47, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 63′ n. 47. — Falsae lectiones istius litterae in notis per litteram ‚L' distinguuntur. Aliae similis tenoris litterae ad episcopum Olomucensem (O.) n. 220, ad episcopum Pragensem (P.) n. 221 et ad episcopum Vratislaviensem (W.) n. 222 diriguntur, quarum varias lectiones hic quoque annotandas duximus. — a) sequitur ‚etc.' O. W. b) ‚eundem regem' O.; ‚prefatum regem' P. W. c) ‚et' C. d) ‚ipsius regis' O.; ‚sua' loco ‚eiusdem regis' P. W. e) ‚profundum' P. W. f) correctum in margine ex ‚usque' O. g) ‚fidelitatem' O. h) ‚idem' O. P. W. i) ‚ipsius' O. ‚ipsos hostes' P. l) ‚hanelent' L. O. W. ‚anelent' P. m) ‚ipsius regis' O., ‚suis' P. W. n) deest in W. o) ‚fuerunt' W. p) ‚ac' W. q) ‚et' P. W. r) ‚defensionis' W. s) ‚dictum' O. P. W. t) deest in P. u) ‚suportanda' L. ‚subportanda' W.; sequitur ‚ipse' O. P. v) ‚idem rex' deest in P. W. x) ‚reddituum et proventuum' W. y) ‚Wratislauicensi' O.; ‚tuis et . . Wratislauiensi ac . . Olomucensi' P., ‚tuis ac Pragensi et Olomucensi' W. loco ‚Pragensi — Wratislauiensi'. z) ‚dictum' O. ‚ipsum' P. W. aa) sequitur ‚quod misiderantes' (sic), sed cancellatum P. bb) ‚ipsius regis' O. P. ‚memorati regis' W. cc) ‚pro dictis' O. dd) ‚offenciones' W. ee) ‚eum' P. W. ‚dictum regem' O. ff) ‚prosequi et auxiliis' P. W. gg) ‚suis' loco ‚ipsius regis' P. W. hh) ‚prefato regi' O. ‚sepedicto regi' P. W. ii) ‚et non exemptis' deest in O. ll) ‚preheminencie' L. ‚preminencie' O. P. mm) ‚existerent' L. nn) corr. ex ‚formas' W. oo) ‚et proventus ecclesiasticos' O. P. W. pp) corr. ex ‚ac' O. qq) corr. ex ‚igitur' O. rr) ‚earundem' O. ss) loco ‚per vv. ff. nn. — deputamus' habent: ‚per te, quem tenore presencium in tuis ac per vv. ff. nn. . . Pragensem et . . Wratislauiensem episcopos, quos singulos in singulis eorum civitatibus et diocesibus necnon dd. ff. sancti Humberti et . . sancte Marie in Lucembourch [corr. ex ‚Lucemborch'] monasteriorum abbates ac . . archidiaconum Treuerensem, quos in comitatu predicto collectores huiusmodi decime per alias nostras litteras specialiter deputamus' O.; ‚per te, quem tenore presencium in tuis et vv. ff. nn. Wratislauiensem et Olomucensem episcopos, quos in suis civitatibus et diocesibus, necnon dd. ff. sancti Huberti et . . sancte Marie in Lucembourch, Leodiensis et Treuerensis diocesis, monasteriorum abbates ac . . archidiaconum Treuerensem, quos in comitatu predicto collectores huiusmodi decime per alias nostras litteras specialiter deputamus' P.; ‚per te, quem tenore presencium in tuis, et vv. ff. nn. Pragensem et Olomucensem episcopos, quos singulos in suis civitatibus et diocesibus, necnon dd. ff. . . sancti Huberti et sancte Marie in Lucembourch, Leodiensis et Treuerensis diocesis, monasteriorum abbates ac . . archidiaconum Treuerensem, quos in comitatu predicto collectores huiusmodi decime per alias nostras litteras specialiter deputamus' W. tt) ‚te' O. P. W. uu) deest in W. vv) ‚ac' P. W. xx) cancellatum in W., deest in O. P. yy) ‚et' O. zz) ‚habentibus' O. P. W. A) ‚tu' O. P. W. B) deest in O. P. C) ‚et' O. D) corr. ex ‚duxeritis' W. E) ‚ipse rex ad hoc' O. P. W. F) sequitur ‚et' P. W. G) ‚ac' P. W. H) corr. ex ‚videris' O. I) corr. ex ‚predictam' L. L) suppl. supra P. M) corr. ex ‚alium' W. N) ‚foret apostolicam' loco ‚eandem fuerit' P. W. O) ‚medietas' L. P) ‚fraterni-

tatem vestram' sic O. ,fraternitatem tuam' P. W. loco ,discretioni vestre'. [Q]) ,rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes' O. P. W. loco ,per — mandamus'. [R]) ,vos — vestrum' deest in O. P. W. [S]) suppl. supra L. [T]) ,archiepiscopis — aliis' deest O. P. W. [U]) sequitur ,tuarum civitatis et diocesis et aliis' O. P. W. [V]) ,in ipsis civitate et diocesi' O. P. W. loco ,in dicto comitatu'. [X]) ,et singulis' deest in O. P. W. [Y]) ,eorundem' O. P. W. [Z]) ,in dictis (tuis P. W.) civitate et diocesi consistentibus' O. P. W. loco ,comitatu cons supradicto'. [AA]) ,te' O. P. W. [BB]) ,tuos' O. P. W. [CC]) ,duxeris' O. P. W. [DD]) sequitur ,dicte decime', sed cancellatum L. [EE]) corr. ex ,morem et modum' L. [FF]) ,et solucione' suppl. in margine O. [GG]) ,studeas diligenter' O. P. W. [HH]) ,universas' O. P. W. [II]) ,archiepiscopos — ac' deest in O. P. W. [LL]) ,in eisdem tuis civitate et diocesi' O. P. W. loco ,in eodem comitatu'. [MM]) ,videris' O. P. W. [NN]) ,remota compellas' O. P. W. loco ,postposita compellatis'. [OO]) ,tuque eciam' O. P. W. loco ,vestrumque eciam singuli'. [PP]) ,tuis' O. P. W. [QQ]) ,in dicto comitatu consistentibus' deest in O. P. W. [RR]) corr. ex ,et' L. [SS]) corr. ex ,predictos' O. ,predictos' P. [TT]) ,persolvas' O. P. W. [UU]) sequitur ,ad', sed cancellatum W. [VV]) ,tu' O. P. W. [XX]) ,archiepiscopi, episcopi' deest in O. P. W. [YY]) ,tuarum civitatis et diocesis' O. P. W. loco ,dicti comitatus'. [ZZ]) ,soluciones' W. [a*]) corr. ex ,huiusmodi' P. [b*]) ,tuas civitatem et diocesim prelibatas' O. P. W. loco ,comitatum prelibatum'. [c*]) suppl. supra L. [d*]) ,te et personis ipsis' O. P. W. loco ,vobis — ecclesiasticis'. [e*]) ,eisdem' P. [f*]) ,tuum et ipsorum' O. ,tuum et ipsarum' P. W. loco ,vestrum — predictorum'. [g*]) suppl. in marg. W. [h*]) ,te et ipsas' O. P. W. loco ,vos et ipsos'. [i*]) corr. ex ,abstringi' W. [l*]) ,te' O. P. W. [m*]) ,te ad colligendum et recipiendum' O. P. W. loco ,vos — colligendum'. [n*]) ,forte' O. P. [o*]) ,te' O. P. W. [p*]) ,post' L. [q*]) sequitur ,in' W. [r*]) ,forsitam' O. [s*]) ,ad monetam' O. P. W. [t*]) ,consilio' W. [u*]) ,consilii' W. [v*]) ,tu' O. P. W. [x*]) ,te' O. P. W. [y*]) ,vel' W. [z*]) ,et colleccionem' deest in O. [aa*]) ,tibi' O. P. W. [bb*]) ,archiepiscopis — et' deest in O. P. W. [cc*]) sequitur: ,non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum', sed cancellatum L. [dd*]) sequitur ,et', sed cancellatum P. [ee*]) ,earundem' O. P. W. [ff*]) deest in W. [gg*]) ,tibi' O. P. W. [hh*]) corr. ex ,auctoritate presencium' W. [ii*]) ,tu per te' O. P. W. loco ,vos per vos'. [ll*]) corr. ex ,retardaciones' W. [mm*]) deest in W. [nn*]) corr. ex ,alio prestito super ea impedimento' W. [oo*]) ,tibi, O. P. W. [pp*]) ,earum' W. [qq*]) ,possis' O. P. W. [rr*]) ,interdicti' W. [ss*]) ,ligatis' W. — [1]) supplicatio ista non est reperta. [2]) 1343 Decembris 25. [3]) 1344 Junii 24.

220. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Johanni, regi Bohemiae, ab omnibus et singulis personis ecclesiasticis quibuscunque, redditus et proventus in civitate et diocesi Olomucensi obtinentibus, de decimis suorum ecclesiasticorum proventuum faciat responderi.*

.C. *Avinione, 1343 Julii 11.*

V. f. . . episcopo Olomucensi s. etc. Paterna consideracione pensantes . . . . *[mutatis mutandis ut in n. 219; varias lectiones (per litteram O designatas) vide ibidem]* . . . . D. Auinione V id. Julii a. secundo.

Clementis VI A II/4 (74) f. 57 n. 48, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 64' n. 48. — Ed. CDM. VII n. 489, RBM. IV n. 1293.

221. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus Johanni, regi Bohemiae, ab omnibus et singulis personis ecclesiasticis quibuscunque, redditus et proventus in civitate et diocesi Pragensi obtinentibus, de decimis suorum ecclesiasticorum proventuum faciat responderi.*

.C. *Avinione, 1343 Julii 11.*

V. f. . . episcopo Pragensi s. Paterna consideracione pensantes . . . . *[mutatis mutandis ut in n. 219; varias lectiones littera P. designatas, vide ibidem.]* . . . . D. Auinione V id. Julii a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) f. 59 n. 49, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 65' n. 49.

---

222. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, quatenus Johanni, regi Bohemiae, ab omnibus et singulis personis ecclesiasticis quibuscunque, redditus et proventus ecclesiasticos in civitate et diocesi Vratislaviensi obtinentibus, de decimis suorum ecclesiasticorum proventuum faciat responderi.*

.C. *Avinione, 1343 Julii 11.*

V. f... episcopo Wratislauiensi s. etc. Paterna consideracione pensantes.... *[mutatis mutandis ut in n. 219: varias lectiones littera W. designatas, vide ibidem]* . . . . D. Auinione V id. Julii a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) f. 61' n. 51, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 67 n. 51. — Ed. Theiner, MP. I n. 592.

223. *Archiepiscopo Gneznensi et Cracoviensi ac Vratislaviensi episcopis ad petitionem Henrici, abbatis monasterii Tinciensis, ordinis sancti Benedicti, Cracoviensis diocesis, mandatur, quatenus circa apostatas ordinum mendicantium, qui per provinciam Gneznensem vitam ducentes enormiter dissolutam et habitum ordinis sancti Benedicti in opprobrium ordinis ipsius illicite deferentes evagantur, constitutionem Benedicti papae XII faciant observari. ‚D. Auinione IIII id. Julii a. secundo.'*

X
X
X
.X. *Avinione, 1343 Julii 12.*

Clementis VI A II 6 (76) f. 356, litterarum communium qu. 2 = V. 159 f. 452' n. 1834.

224. *Nicolaus Arnaldi de Strzelce supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Agriensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1343 Julii 13.

Supplicat S. V. devotus v. f. et orator Nicolaus Arnaldi de Strelcz, clericus Wratislauiensis diocesis, quem sanctitas eadem, dum erat in minoribus constituta, in clericum receperat commensalem, quatenus sibi specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Agriensis dignemini providere, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vel extra eam vacat ad presens, vel cum vacaverit, spectantem ad collacionem vel prov. . . episcopi Agriensis, eidem Nicolao conferendam donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc., non obstante, quod idem Nicolaus in ecclesia Wesprimiensi per episcopum et capitulum eiusdem ecclesie auctoritate ordinaria in canonicum est receptus, seu quod . . episcopus Agriensis, qui nunc est, sibi certam annuam pensionem ad valorem reddituum prebende canonicalis predicte ecclesie Agriensis, quousque in dicta ecclesia Agriensi per collacionem seu provisionem ipsius canonicatum et prebendam fuerit assecutus, de bonis episcopalibus ministrat et persolvit, quam quidem pensionem post assecucionem alicuius prebende in dicta ecclesia Agriensi dimittere est paratus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[1]) D. Auinione III id. Julii a. secundo.

Clementis VI S II 3 (5) f. 90. [1]) littera ipsa non est reperta.

225. *Confirmatur pax et concordia facta inter episcopum et capitulum et civitatem Vasatensem super exercitio altae et bassae iurisdictionis temporalis in medietate eiusdem civitatis.*

.CXL. *Apud Villamnovam, 1343 Julii 18.*

Ad perpetuam rei memoriam. Pacis bonum et concordie unitatem . . . . Exhibita siquidem nobis v. f. n. . . episcopi et dd. ff. capituli Vasatensis necnon universitatis civitatis Vasatensis peticio continebat, quod olim inter episcopum ex parte una et capitulum predictos super exercicio alte et basse iurisdiccionis temporalis in medietate civitatis eiusdem pro indiviso, quam episcopus ad se solum et capitulum prefati ad ipsos et eundem episcopum communiter pertinere dicebant, ex altera orta materia questionis, tandem, quia per certum compromissarium super hoc communiter a partibus ipsis assumptum declaratum extitit, quod huiusmodi iurisdiccio ad ipsos episcopum et capitulum communiter pertineret, dicti universitas asserentes se nunquam fuisse sub dominio capituli predictorum nec esse velle declaracioni se opposuerunt eidem et pretendentes se habuisse iuradiam et consulatum ac eis se privatos iniuste fuisse procurarunt per carissimum in Christo f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, tunc locumtenentem in Vasconia carissimi in Christo f. n. Philippi, regis Francie illustris.

sub cuius dominio temporali reliqua medietas civitatis eiusdem in eadem Vasconia consistentis pro indiviso existebat prout existit, se ad iuradiam et consulatum restitui supradictos' . . . .

[His litteris insertum est instrumentum notarile, ubi dicitur]: . . . .

„Igitur cum inter cives et habitatores ville Vasati ex una parte et reverendum in Christo patrem et dominum, dominum G[alhardum], dei gracia episcopum, ac eius capitulum Vasatense ex altera fuerit orta materia questionis et de maiori inter dictas partes verisimiliter formidaretur super eo, quod dicti cives et habitatores dicebant se fuisse et esse bene, iuste et legitime per illustrem principem dominum regem Boemie, tunc locumtenentem in partibus Vasconie domini nostri Francorum regis, ad iuratos et consiliarios et eorum officia restitutos . . . . Actum fuit hoc in dicto choro ecclesie cathedralis Vasatensis die secunda mensis Junii, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo . . . .

. . . .

D. apud Villamnouam, A. d., XV kal. Augusti a. secundo.

Clementis VI A II 6 (76) f. 84—85' et 86', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 2. In V. 159 loco debito non poterat inveniri.

226. *Conradus de Budweis et Petrus de Dionanto supplicant, quatenus eis licentia concedatur Sepulchrum Dominicum et alia loca Terrae Sanctae visitandi.*

Apud Villamnovam, 1343 Julii 25.

Supplicant S. V. Corradus Nicolay de Budwoys et Petrus de Dionanto, canonici ecclesie sancti Dyonisii Leodiensis, quatenus, cum ipsi ex causa devocionis cum duobus familiaribus, quos ad hoc elegerint[a]) et nominaverint, sepulcrum dominicum et alia loca Terre Sancte in partibus ultramarinis visitare desiderent, dignemini eis licenciam impertiri iuxta formam in talibus consuetam.

Fiat causa devocionis et peregrinacionis dumtaxat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[1]) D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Augusti a. secundo.

Clementis VI S II, 3 (5) f. 125. — a) ,eligerint' S. — 1) litterae istae non sunt repertae.

227. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Henrico quondam Henslini de Lipa super defectu aetatis dispensetur.*

Apud Villamnovam, 1343 Augusti 8.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilectissimi sui Henrici, canonici Pragensis, nati quondam Henslini de Lipa, baronis regni Boemie, specialem graciam facientes, super defectu etatis

sue, cum idem Henricus quartumdecimum annum etatis sue expleverit et quintumdecimum attigerit, quod possit dignitatem ac personatum sine cura, si alias sibi canonice conferatur, obtinere, cum eodem Henrico misericorditer dignemini dispensare, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VI id Augusti a. secundo.

Clementis VI S II 3 (5) f. 141.

228. *Cum Henrico quondam Henslini de Lipa dispensatur super defectu aetatis.*

X
.X. *Apud Villamnovam, 1343 Augusti 8.*

D. f. Henrico, nato quondam Henslini de Lipa, canonico Pragensi, s. Generis et morum nobilitas aliaque in te vigencia dona virtutum et laudabilia probitatis merita, super quibus apud nos multipliciter commendaris, exposcunt, ut personam tuam dono specialis gracie prosequamur. Hinc est, quod nos, c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, dilectissimo suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis, ac tuis supplicacionibus inclinati, tecum, qui quartumdecimum etatis tue annum complevisti[a]) et quintumdecimum attigisti, super huiusmodi etatis defectu, quem pateris, quod eo et Lateranensis concilii ac quibuslibet aliis constitucionibus apostolicis in contrarium[b]) editis nequaquam obstantibus dignitatem vel personatum sine cura, si tibi alias canonice conferatur, libere recipere et licite retinere valeas, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Augusti a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) f. 52' n. 43, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 62' n. 43. — [a]) corr. ex ‚complevistis' A. [b]) corr. ex ‚contrariis' A.

229. *Arnesto, episcopo Pragensi, committitur, quatenus a civibus civitatis Vratislaviensis pro solutione census annui, qui denarius beati Petri vulgariter nuncupatur, obligationem sollemnem recipiat et interdictum in dicta civitate appositum relaxet.*

.CCL. *Apud Villamnovam, 1343 Augusti 17.*

V. f. Ernesto,[a]) episcopo Pragensi, s. Nuper ad noticiam nostram extitit relatibus fidedignis perductum, quod dudum ex eo, quod dd. ff. cives, habitatores et incole civitatis Wratislauiensis a solucione census annui, qui denarius beati Petri vulgariter nuncupatur, in illis partibus nobis et ecclesie Romane debiti,

cessaverant per aliqua tempora et cessabant, eandem ecclesiam possessione dicti census, in qua erat et ab antiquo fuerat, quantum erat in eis, temere spoliando, diversi processus facti fuerunt auctoritate apostolica diversis temporibus contra eos, quodque subsequenter, cum inter c. m. C'h. f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, cui eadem civitas ac terre vicine alique sunt subiecte, ac d. f. magistrum Gualhardum de Carceribus, prepositum ecclesie Titulensis, Colocensis diocesis, in partibus regnorum Vngarie et Polonie apostolice sedis nuncium, super solucione dicti census per subditos eiusdem regis Boemie prestanda ecclesie Romane predicte futuris extunc temporibus quedam composicio seu concordia esset facta, videlicet quod subditi regis eiusdem in partibus Slezie consistentes annis singulis in quadragesima pro quolibet humano capite unum denarium currentis et usualis monete illius patrie pro dicto censu ecclesie Romane predicte absque contradiccione quacunque solvere perpetuis temporibus dolo et fraude cessantibus tenerentur, se ad hoc sollempniter et efficaciter obligando, prefati cives, habitatores et incole premissa et alia, que continebantur in composicione seu concordia predicta, nolentes adimplere, cessaverunt a solucione census huiusmodi sicut prius, propter quod prefatus nuncius eorundem civium, habitatorum et incolarum rebellione, contumacia et inobediencia exigentibus civitatem eandem ecclesiastico supposuit interdicto et adversus singulares personas eorum [b]) excommunicacionis sentencias promulgavit. Sane pridem ad nostram veniens presenciam d. f. Thilo de Legnicz, civis Wratislauiensis, universitatis civium, habitatorum et incolarum predictorum procurator et sindicus, nobis humiliter supplicavit, ut super iuribus ad nos et ipsam ecclesiam racione dicti census in predicta civitate spectantibus per aliquos probos viros deputandos super hoc informacionem recipi ac ordinare, quod certa summa pecunie per prefatos cives, habitatores et incolas pro dicto censu suis periculis et sumptibus apud sedem apostolicam perpetuis temporibus annis singulis solveretur, eisque graciose illa, que debent de censu eodem pro tempore preterito, quo cessaverunt a solucione illius ut premittitur, remittere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod in antiquis registris eiusdem Romane ecclesie continetur expresse, quod ipsi ad prestacionem et solucionem dicti census tenentur astricti, et indubitatum existat, quod illum consueverant eidem ecclesie ab antiquis temporibus solvere ac solverunt, quousque, ut superius est expressum, a paucis citra temporibus, non sine contemptu et preiudicio ecclesie memorate suarumque animarum periculis, per decemseptem annos proxime iam elapsos a solucione cessaverunt illius, et insuper quod modum solucionis antique dicti census, quem ob reverenciam beatorum Petri et Pauli apostolorum ac propter alias honestas et racionabiles causas extimamus fuisse pie ac racionabiliter introductum, mutare de facili expediens non videtur, supplicacioni huiusmodi non duximus annuendum, sed prefatis civibus, habitatoribus et incolis civitatis predicte per modum alium favorabiliter providere super hiis intendimus, videlicet quod, si prefati cives, habitatores et incole se solenniter et efficaciter obligent ad solvendum, sicut premissum est, futuris perpetuis temporibus dictum censum, super illis, ad que tenentur racione dicti census pro tempore preterito, graciose agemus cum eis terminosque super solucione illorum sibi faciemus competentes concedi ac predictum interdictum de speciali gracia relaxari personisque ipsorum singularibus beneficium absolucionis impendi. Quo-

circa fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, quantum communiter singulis decemseptem annis proximo iam elapsis, quibus incluso hoc anno presenti cessaverunt prefati cives, habitatores et incole a solucione predicta, valere potuit dictus census, te fideliter et solerter informans nos exinde clare, particulariter et distincte, ut melius scire possimus, quid et qualiter per nos agendum erit circa hec, efficere studeas, quantocius commode poteris, cerciores et nichilominus ab eisdem civibus, habitatoribus et incolis ac eorum procuratoribus et sindicis super hoc legitime constitutis super solvendo dicto censu annis singulis in quadragesima perpetuis futuris temporibus ecclesie Romane predicte, videlicet uno denario currentis et cursualis monete illius patrie pro quolibet humano capite, liberaliter et fideliter absque contradiccione quacumque obligacionem solempnem et efficacem nostro et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium et ecclesie predicte nomine recipias et exinde confici facias publicum instrumentum presencium seriem continens, quod nobis e vestigio studeas destinare, postquam autem obligacionem receperis antedictam, interdictum, cui civitas ipsa propter premissa subiacere noscitur, relaxare ac singularibus personis predictis, que absolucionis beneficium ab eadem excommunicacionis sentencia pecierint humiliter, illud impendere iuxta formam ecclesie auctoritate nostra procures, adiecto tamen, quod, si universitatem civitatis eiusdem contra obligacionem predictam non solvendo predictum censum, ut premissum est, venire, quod absit, contingeret, eo ipso civitas eadem interdicto simili subiaceat et persone singulares predicte, que dictum censum non solverent, in easdem relabantur sentencias ipso facto. D. apud Villam nouam, A. d., XVI kal. Septembris a. secundo.

Clementis VI A II 1 (71) f. 63 n. 52, diversarum formarum qu. 2 = V. 162 f. 68 n. 52 = V. 137 (secr. a. II) f. 82 n. 256. — Ed. Stenzel, Urkunden zur Geschichte des Bisthums Breslau p. 293. Theiner MP. I n. 599. RBM. IV n. 1314. — a) correctum supra ex „Ernesto“ (sic!). b) suppletum supra.

230. *Johannes, rex Bohemiae, et Bonna, Normanniae ducissa, supplicant, quatenus ius, quod olim Johanni de Vrchiis in canonicatu et praebenda ecclesiae beatae Mariae Magdalenae Virdunensis competebat, Henrico dicto Halle detur et conferatur.*

Apud Villamnovam, 1343 Augusti 21.

Significant S. V. devoti filius et filia vestri Johannes, Boemie rex, et Bonna, Normannie ducissa, quod dudum vacante prepositura ecclesie beate Marie Magdalene Virdunensis Johannes de[a]) Dei Custodia, tunc canonicus prebendatus diete ecclesie, fuit ad dictam preposituram, cui canonicatus et prebenda ipsius ecclesie sunt canonice uniti, assumptus, propter quod canonicatus et prebenda, quos ante in ipsa ecclesia tenebat, vacaverunt, et prebendam sic vacantem quondam Johannes de Vrchiis, ipsius eciam ecclesie canonicatum et prebendam expectans,

auctoritate litterarum f. r. domini Johannis pape XXII, predecessoris vestri. infra mensem post vacacionem acceptavit et canonice fecit sibi provideri. et nichilominus dictus Johannes de Dei Custodia canonicatum et prebendam predictos ut premittitur vacantes fecit ut dicitur per decanum et capitulum ipsius ecclesie, ad quos ut pretenditur collacio prebendarum dicte ecclesie, cessantibus autem litteris apostolicis[b]) pleno iure spectat. Hurao */sic/* de Dei Custodia conferri[c]) et [eundem][d]) ad ipsorum canonicatus et prebende possessionem admitti, propter quod lis inter dictum quondam Johannem de Vrchiis appellatum ex una parte et dictum Huiraum */sic/* super dicta prebenda et eius occasione super appellacionibus ac causa principali propterea interiectis ex altera fuit mota et apud sedem apostolicam devoluta et ad nonnullos actus inter ipsas partes coram certo sacri palacii apostolici auditore processum. verum lite pendente dictus Johannes de Vrchiis in Romana curia tempore domini B[enedicti] pape XII diem clausit extremum. Quare humiliter supplicant, quatenus dilecto eorum clerico Henrico dicto Halle[1]) ius, quod dicto Johanni de Vrchiis in canonicatu et prebenda predictis dum viveret competebat, dare et conferre dignemini. ipsum in dicto iure et lite huiusmodi. in quocunque statu remanserit, surrogando, cum anteferri [et][e]) decreti clausulis et executoribus oportunis, non obstante, quod canonicatum ecclesie Traiectensis sub expectacione prebende et supplementi noscitur obtinere.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.[2]) D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Septembris a. secundo.

Clementis VI S. II/3 (5) f. 164. — [a]) suppletum supra S. [b]) ‚apostolice' S. [c]) ‚confecti' S. [d]) deest in S., suppletum ab editore. [e]) deest in S., suppletum ab editore. — [1]) qui etiam secretarius erat Johannis, regis Bohemiae, vide num. 74. — [2]) littera ista non est reperta

---

231. *Nicolao de Nissa conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

IIII
.X.

Apud Villamnovam, 1343 Augusti 24.

D. f. Nicolao de Nissa, laico, civi Wratislauiensi, s. Provenit . . . . D. apud Villamnouam, A. d., VIIII kal. Septembris a. secundo.

Clementis VI A II/3 (73) f. 39′, de absolutione qu. 1 = V. 159 f. 73′ n. 282. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 302.

232. *Tiloni de Legnic et Catherinae, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

V
.X.

Apud Villamnovam, 1343 Augusti 24.

D. f. Tiloni de Legnitz,[1] laico, et d. in Ch. f. Katherine, eius uxori, civibus Wratislauiensibus, s. etc. Provenit ex vestre devocionis affectu . . . . D. apud Villamnouam, A. d., VIIII kal. Septembris a. secundo.

Clementis VI A II 3 (73) f. 39', de absolutione qu. 1 = V. 159 f. 73', n. 283. — [1]) vide num. 229.

---

233. *Petrus de Waben supplicat, quatenus sibi de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Petri iuxta Gandavum et Johanni quondam Egidii, arbalistarii de Lucemburgo, de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem decani et capituli sancti Donatiani Brugensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1343 Augusti 25.

Supplicat S. V. humillima[a]) creatura vestra Petrus de Waben, devotissimi f. v. Johannis, Boemie regis, clericus secretarius, quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, si cum cura,[b]) usque ad summam centum librarum, si sine cura, usque ad summam quinquaginta librarum Turonensium parvorum s. t. d., spectante c. vel d. ad collacionem, pres., prov. seu q. a. d. . . abbatis et conventus monasterii sancti Petri iuxta Gandauum, ordinis sancti Benedicti, Tornacensis diocesis, eciam si personatus, patronatus, archipresbyteratus aut officium existat, eidem dignemini providere, cum acceptacione etc., non obstante, quod canonicatum et prebendam beate Marie Terremontis, Cameracensis diocesis, et canonicatum sub expectacione prebende ecclesie sancti Donaciani Brugensis, Tornacensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam septuaginta cum cura, quinquaginta sine cura, eciam si archipresbyteratus etc. R.[1])

Item supplicat, quatenus dilecto clerico suo Johanni, filio defuncti Egidii, arbalestrarii de Luccemburg, Treuerensis diocesis, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante c. vel d. ad collacionem etc. . . decani et capituli ecclesie sancti Donaciani Brugensis, Tornacensis diocesis, eciam si officium existat, eidem dignemini providere, cum acceptacione et clausulis omnibus oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam sexaginta librarum [c]) cum cura, quadraginta sine cura R.[2]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Septembris a. secundo.

Clementis VI S II/3 (5) f. 172'. — [a]) ,humilima' S. [b]) ,si cum cura' suppletum supra S. [c]) suppletum supra S. — [1]) littera ista non est reperta. [2]) littera ista non est reperta.

234. *Blanca, marchionissa Morariae, supplicat, quatenus cum fratre Henrico, canonico Sepulchri Jerosolimitani, super defectu natalium dispensetur, ut ad omnes dignitates eligi valeat.*

Apud Villamnovam, 1343 Augusti 29.

Significat S. V. devota f. v. Blancza, marchionissa Morauie, quod dudum cum devoto servitore suo fratre Henrico, canonico sacri Sepulcri Jerosolimitani, de subdiacono genito et soluta,[a]) quod ipso defectu non obstante posset ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si ei cura [b]) animarum immineret, obtinere, fuit auctoritate apostolica dispensatum. Cum autem idem Henricus talem se reddiderit, quod ad maiora est merito providendus, humiliter supplicat dicta marchionissa, quatenus sibi in personam ipsius fratris Henrici specialem graciam facientes, cum ipso fratre Henrico, ut ad omnes dignitates licite eligi et ad ipsas libere assumi valeat, huiusmodi defectu et quibuscunque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus, dignemini de uberiori dono gracie dispensare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Septembris a. secundo.

Clementis VI S II/3 (5) f. 180'. — [a]) correctum ex ,soluti' S. [b]) ,curam' S. — [1]) littera ista non est reperta.

235. *Procopio de Bohemia reservatur praepositura, administratio vel officium seu beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, spectans ad collationem abbatis et conventus monasterii Brevnoviensis. Forma ut in n. 76.*

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 17.

D. f. Procopio de Boemia, monacho monasterii Breunowiensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, s. etc. Religionis zelus . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. i. g. f. s., preposituram, administracionem vel officium seu beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetam vel consuetum per monachos monasterii Breunowiensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis,

cuius es monachus, gubernari, cuius fructus, r. et p. quinquaginta marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectantem seu spectans ad collacionem, prov., pres. seu quamcumque a. d. dd. ff. . . abbatis et conventus dicti monasterii c. vel d., si qua vel si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit.... conferendam vel conferendum tibi . . . . d. a. reservamus. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., XV kal. Octobris a. secundo.

In e. m. v. f. . . episcopo Pragensi et dd. ff. . . abbati monasterii in Walizassen,[1]) Ratisponensis diocesis, et . . archidiacono de Campinia in ecclesia Leodiensi s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI V. 160 f. 317' n. 35, de beneficiis regularium. Quaterni isti in A. deficiunt.

[1]) Waldsassen.

236. *Michaeli de Sclackerrocerd,*[1]) *nato quondam Johannis dicti Zerreck de Sclackerrocerd, clerico, providetur de clericatu vacante in ecclesia sancti Stephani de Miroio, Tridentinae diocesis, non obstante inter caetera, quod in ecclesia Vyssegradensi,*[a]) *Pragensis diocesis, in canonicum sub expectatione praebendae receptus existit. ,D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Octobris a. secundo.' Forma ut in n. 9.*

.X . X.

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 20.

Clementis VI A II 2 (72) f. 253 n. 292, de beneficiis vacantibus qu. 10 = V. 160 f. 122' n. 291. — [a]) ,Wischegradensi' A. — [1]) probabiliter corruptum ex ,Schlackenwerd' = Schlackenwerth, boh. Ostrov.

237. *Symoni quondam Henrici Crotschitz de Legnicz providetur de beneficio vacaturo cum vel sine cura, ad collacionem abbatis et conventus monasterii Medlicensis spectante. Forma ut in n. 2.*

.X . X.

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 22.

D. f. Symoni, nato quondam Henrici Crotschitz de Legnitz,[a]) clerico Wratislauiensis diocesis, s.[b]) etc. Attributa tibi merita . . . . Volentes itaque tibi p. t. i. m. g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum ab olim clericis secularibus assignari, cuius fructus, r. et p., si cum cura, quadraginta, si vero sine cura fuerit, triginta marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectans ad collacionem vel pres. vel q. a. d. dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii Medlicensis, ordinis sancti Benedicti, Pitauiensis[c]) diocesis, c. vel d., si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... con-

ferendum tibi . . . . d. a. reservamus. . . . .; non obstantibus . . . . seu quod dudum super provisione tibi facienda de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem vel provisionem v. f. n. . . episcopi Wratislauiensis nostras in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, litteras impetrasti et earum auctoritate huiusmodi beneficium nosceris expectare. Volumus autem, quod, eciam si per huiusmodi nostram posteriorem graciam tibi factam antequam per [d]) dictas priores litteras beneficium assequi te contingat, tibi, quominus per easdem priores litteras, quas nichilominus in suo robore decernimus auctoritate apostolica remanere, beneficium libere consequi valeas et una cum predicto alio [e]) beneficio, si se compaciantur cum illo invicem, retinere, nullum preiudicium generetur, f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, super hoc edita et qualibet constitucione contraria non obstante. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., X kal. Octobris a. secundo.

In e. m. dd. ff. . . priori monasterii in Mawrbach, per priorem soliti gubernari, et . . Lubucensis ac . . Montissanctipetri in Brunna, Patauiensis et Olomucensis diocesium, prepositis ecclesiarum, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A II/5 (75) f. 415, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 3 = V. 158 f. 314' n. 570. — [a]) correctum in margine ex ‚Legnutz' A. [b]) sequitur ‚et apostolicam', sed cancellatum A. [c]) sic A., loco ‚Patauiensis'. [d]) suppletum supra A. [e]) correctum ex ‚alios' A.

---

238. *Johanni Bauderi, perpetuo capellano in ecclesia Remensi, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *cuius capellanus existit, de beneficio vacante vel vacaturo, cum vel sine cura, etiam si in ecclesia cathedrali existat, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium valorem annuum non excedant, spectante ad collationem episcopi et decani, capituli et singulorum canonicorum ecclesiae Cathalaunensis. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Octobris a. secundo.' Forma ut in n. 76.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1343 Septembris 24.*

Clementis VI A II/5 (75) f. 423, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 4 = V. 158 f. 320 n. 580. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

239. *Francisco quondam Wygandi de Praga providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

. X X . *Apud Villamnovam, 1343 Septembris 25.*

D. f. Francisco, nato quondam Wygandi de Praga, canonico Pragensi, s. etc. Attributa tibi merita . . . . Volentes itaque tibi p. m. t. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Kazimiri, regis Polonie illustris, pro te nobis super hoc humiliter

supplicantis,[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis c. p. i. c. a. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in ecclesia sancti Georgii in castro Pragensi canonicatum sive prebendam aut capellaniam nosceris obtinere . . . . D. apud Uillamnouam, A. d., VII kal. Octobris a. secundo.

In e. m. v. f. patriarche Jerosolimitano et dd. ff. . . Montission prope Pragam ac . . Aule Regie,[a]) Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. . . . D. ut s.

Clementis VI A II/5 (75) f. 253, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 158 f. 203′ n. 355. — [a]) correctum ex ‚Aulieregie' A. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

240. *Joulino Jacobi conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

III/X

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.

D. f. Joulino Jacobi, civi Pragensi, s. etc. Provenit etc. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.[a])

Clementis VI A II/3 (73) f. 42′, de absolutione qu. 1 = V. 159 f. 75 n. 302. — [a]) correctum ex ‚primo' A.

---

241. *Nicolao dicto Rokczaner (?) et Christianae, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

V/X

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.

D. f. Nicholao dicto Rotzeuere,[1]) laico, et d. in Ch. f. Cristiane, eius uxori, civibus Pragensibus, s. etc. Provenit ex vestre devocionis affectu . . . . D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

Clementis VI A II/3 (73) f. 46′, de absolutione qu. 1 = V. 159 f. 78 n. 330. — [1]) probabiliter corruptum ex ‚Roczenere' = Rokczaner.

242. *Hynconi dicto Berka de Duba conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.

D. f. Hynkoni dicto Berta [a]) de Duba, castellano Pragensi, s. Provenit.... D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

Clementis VI A II/3 (73) f. 547 n. 355, de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 162 f. 331 n. 355. — [a]) sic V.

243. *Arnesto, episcopo Pragensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.

V. f. Arnesto, episcopo Pragensi, s. Provenit.... D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

Clementis VI A II/3 (73) f. 542 n. 96, de absolutione qu. 1, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 162 f. 322 n. 96.

244. *Arnesto, episcopo Pragensi, licentia testandi conceditur.*

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.

V. f. Arnesto, episcopo Pragensi, s. Quia presentis vite [1]) condicio statum habet instabilem et ea, que visibilem habent essenciam, tendunt visibiliter ad non esse, tu hoc salubri meditacione premeditans diem tue peregrinacionis extremum disposicione testamentaria desideras prevenire. Nos itaque tuis in hac parte supplicacionibus [2]) inclinati, ut de bonis tuis undecunque, non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas, alias tamen licite acquisitis, que ad te pertinere omnimode dinoscuntur, libere testari valeas ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tue disposicioni seu administracioni commissis, que tamen non fuerint altaris seu altarium ecclesiarum tibi commissarum ministerio seu alicui speciali earundem ecclesiarum divino cultui seu usui deputata, necnon et quibuscunque bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris et pro remuneracione illorum, qui tibi viventi serviverint, sive sint consanguinei sive alii, iuxta servicii meritum, moderate tamen, disponere et erogare et alias in pios ac licitos usus convertere possis, prius tamen de omnibus predictis bonis ere alieno et hiis, que pro reparandis domibus seu edificiis consistentibus in locis ecclesiarum vel beneficiorum tuorum, culpa vel negligencia tua seu tuorum procuratorum destructis seu deterioratis, necnon

restaurandis aliis iuribus earundem ecclesiarum vel beneficiorum deperditis ex culpa vel negligencia supradictis fuerint oportuna, deductis, plenam et liberam fraternitati tue auctoritate presencium concedimus facultatem. Volumus autem, ut in eorundem ecclesiasticorum disposicione bonorum iuxta quantitatem residui erga ecclesias, a quibus eadem percepisti, te liberalem exhibeas, prout consciencia tibi dictaverit et anime tue saluti videris expedire. D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

Clementis VI A II 3 (73) f. 536, de licentia testandi qu. 1 et unicus, in rubrica sola (quaternus ipse deficit); litterae in V. 162 f. 345' n. 11. — ¹) sequitur: ,etc. ut in superiori, que dirigitur Hugoni Taychenderii, usque tui funeris ac pro remuneracione illorum, qui tibi viventi serviverint, sive sint consanguinei sive alii, iuxta servicii meritum, moderate tamen, disponere ac erogare et alias in pios ac licitos usus, prius tamen etc. usque plenam et liberam fraternitati tue auctoritate presencium etc. usque in finem. Datum — secundo.' Forma: ,Quia presentis vite condicio — videris expedire' suppleta est e littera, quae dirigitur „magistro Hugoni Taychenderii de Calciata, canonico Laudunensi, scriptori nostro" sub data: ,ap. Villamnovam, A. d., nonis Septembris anno secundo' (V. 162 f. 344' n. 4). ²) supplicatio ista non est reperta.

245. *Arnesto, episcopo Pragensi, conceditur, quatenus in singulis collegiatis ecclesiis suarum civitatis et diocesis possit singulis personis de canonicatu sub expectatione praebendae providere. Forma ut in n. 105.*

V
X
.X. *Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.*

V. f. Arnesto, episcopo Pragensi, s. etc. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam .... Tuis itaque supplicacionibus ¹) inclinati conferendi hac vice auctoritate apostolica tam in tua Pragensi quam in singulis collegiatis ecclesiis tuarum civitatis et diocesis singulis personis idoneis, quas ad hoc duxeris eligendas, videlicet in earum qualibet canonicatum cum plenitudine iuris canonici et de eo eciam providendi ac faciendi personas huiusmodi in dictis ecclesiis auctoritate nostra in canonicos recipi et in fratres, stallo eis in choro et loco in capitulo earundem ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici assignatis, ac prebendas singulas, si que in eisdem ecclesiis seu eorum aliqua vacant ad presens, vel quamprimum illas vacare contigerit .... conferendas ipsis .... donacioni tue auctoritate predicta reservandi .... fraternitati tue plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem .... D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) f. 131 n. 159. diversarum formarum qu. 5 = V. 162 f. 96' n. 159. — ¹) supplicatio ista non est reperta.

246. *Cum Jofrido de Rodematra, canonico ecclesiae beatae Mariae Trevevensis prope ecclesiam Trevevensem, dispensatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,[1]) quatenus defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, et aliis quibuscunque non obstantibus unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si curatum et dignitas vel personatus existat, et etiam si in ecclesia cathedrali fuerit, si ei alias canonice conferatur, libere recipere et una cum canonicatu et praebenda beatae Mariae Treverensis, dummodo se invicem compatiantur, licite retinere illudque, cum id obtinuerit, quotiens opus fuerit et ipsi videbitur, cum alio beneficio ecclesiastico permutare valeat. ‚D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.'*

V̄ .X. — *Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.*

Clementis VI A II/4 (74) f. 155' n. 224, diversarum formarum qu. 6 = V. 162 f. 109 n. 224. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

247. *Johanni Poherlicerii providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| .X X̄. — *Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.*

D. f. Johanni Poherlicerii, canonico Olomucensi, s. etc. Attributa tibi merita probitatis . . . . Volentes itaque tibi p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Olomucensis c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in ecclesia sancti Petri in Brunna[a]) canonicatum et prebendam et parrochialem ecclesiam in Durrenholcz, Olomucensis diocesis, nosceris obtinere . . . . D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

In e. m. v. f. . . episcopo Frisingensi et dd. ff. . . preposito monasterii in Chunicz,[b]) per prepositum soliti gubernari, Olomucensis diocesis, ac Laurentio Hartliep, canonico Wratislauiensi, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A II/5 (75) f. 135, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 158 f. 118' n. 198. — Ed. CDM. VII n. 502, RBM. IV n. 1317. — [a]) correctum in margine ex ‚Brunvia' A. — [b]) correctum ex ‚Chuncz' A.

---

248. *Johanni dicto de Pürstein providetur de canonicatu ecclesiae Citzensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 27.

D. f. Johanni dicto de Pyrstien, canonico ecclesie Citzensis, Nuemburgensis diocesis, s. etc. Attributa tibi merita probitatis . . . . Volentes itaque tibi p. m. o. necnon consideracione e. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, dilecto capellano suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis,[1]) g. f. s., canonicatum ecclesie Citzensis, Nuemburgensis diocesis, c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero nulli alii de iure debitam, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit,.... conferendam tibi.... d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . aut quod capellam castri Pirstyen, Pragensis diocesis, nosceris obtinere . . . . D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Octobris a. secundo.

In e. m. vv. ff. . . patriarche Jerosolomitano et . . episcopo Misnensi et d. f. . . abbati monasterii de Busaw, Nuemburgensis diocesis, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI V. 161 f. 335 n. 134, de praebendis vacaturis. Quaterni isti in A. non reperiuntur. — Reg. apud G. Schmidt, I n. 33. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

249. *Archiepiscopo Mediolanensi eiusque suffraganeis et simili modo archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis mandatur, quatenus contra Turcos proponant publice verbum crucis et eius signum suscipere volentibus indulgentias consuetas concedant.*

Apud Villamnovam, 1343 Septembris 30.

Vv. ff. . . archiepiscopo Mediolanensi eiusque suffraganeis s. etc. Insurgentibus contra fidem catholicam et religionem extinguere molientibus christianam ea virtute illaque constancia est a fidelibus resistendum, ut fideles ipsi fidei orthodoxe ardore succensi virtutibusque pro posse succincti detestandum illorum propositum obice contrarie intencionis impediant et roboris opposicione conatus iniquos prohibeant eorundem, sicque mentis et corporis armatura muniti ac directi lumine fidei insurgentes eosdem spirituali carentes munimine et infidelitatis tenebris obcecatos deo, cui militant, ipsis assistente prosternant. Sane iam dudum et nuper eciam, prout evidencia facti prodolor notum reddit, non sine amaritudine mentis accepimus, quod gentes illorum infidelium paganorum, que vulgari lingua Turchi vocantur, sicientes sanguinem populi christiani et ad extinccionem catholice fidei anhelantes,[a]) collectis sue[b]) viribus nacionis a certis retro continuatis temporibus cum maxima quantitate lignorum navalium armatorum in partibus Romanie et aliis locis fidelium convicinis eisdem christianorum fines per mare fuerunt ingressi et in christianos et loca ac insulas eorundem atrociter sevientes per mare discurrerunt hactenus et non desistunt discurrere incessanter.

dampnificantes et depopulantes loca et insulas christianorum parcium earundem ipsasque incendio miserabili supponentes, et, quod nephandius est, christianos eosdem in predam abducunt et subiciunt horribili et perpetue servituti, vendentes[c]) eos ut animalia ipsosque ad abnegandum fidem catholicam compellentes, quodque insulam Nigripontis diversis temporibus et vicibus cum eorum iniqua potencia et furore sevissime feritatis hostiliter invaserunt et post depopulaciones, incendia, cedes et spolia per infideles ipsos in dicta et aliis insulis ac terris dictarum parcium immaniter perpetrata innumerabiles personas fidelium eorundem cepisse ipsasque in servitutem predictam redegisse prodolor asseruntur. Cum autem de huiusmodi pravis conatibus et oppressionibus, quos fera paganitas in eosdem fideles sic exercet atrociter, in intimis doleamus et propterea vias et modos exquisiverimus, ut statui dictorum christianorum sic oppresso possemus utiliter providere: tandem diligenti tractatu super hiis prehabito duximus ordinandum, ut certa armata galearum per nos in isto primo anno realibus subsidiis de nostra camera, licet sit multis expensarum oneribus aggravata et deinde spiritualium et ecclesiasticorum subsidiis adiuvanda, necnon c. in Ch. f. n. Hugonem, regem Cipri illustrem, et dd. ff. . . magistrum et fratres hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et n. v. . . ducem Veneciarum et quosdam alios in instanti fiat pro succursu et defensione fidelium predictorum usque ad triennium duratura, et quod huiusmodi galee bellatoribus et aliis gentibus oportunis et armis bene munite apud dictam insulam Nigripontis in instanti festo Omnium Sanctorum[1]) debeant convenire, contra infideles eosdem auctore domino viriliter profecture. Licet igitur assidue cogitemus, quomodo et qualiter negocium ipsum ad dei laudem et gloriam et non solum ad defensionem catholice fidei et professorum eiusdem, sed eciam exaltacionem ipsius feliciter prosperetur, et pro feliciori prosecucione ipsius decimas reddituum et proventuum ecclesiasticorum in certis terris et provinciis et partibus consistencium et aliqua alia subsidia duxerimus concedenda, quia tamen negocium ipsum, quod maxima expensarum profluvia requirit, maioribus subsidiis noscitur indigere ac ad illud coadiuvandum fidelium caritativa subsidia existere plurimum oportuna, fideles eosdem ad hoc quibusdam spiritualibus munificenciis, indulgenciis videlicet et remissionibus, providimus invitandos. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus statum miserabilem christianorum dictarum parcium attendentes, tanquam precones fideles et fortes athlete fidei contra infideles eosdem singuli videlicet vestrum in suis civitatibus et diocesibus per vos et alias personas ecclesiasticas, seculares et regulares ordinum quorumcunque, quas ad hoc idoneas fore noveritis, Christi fidelibus iuxta datam vobis et eis a deo prudenciam proponatis publice verbum crucis et venerabile signum eius quibusvis fidelibus illud suscipere devote volentibus concedatis ipsorumque humeris imponatis, fideles eosdem, quos ad audiendum proposicionem ipsam, quociens expedierit, ad loca idonea convocare possitis, solicitis exhortacionibus et oportunis instanciis inducentes, ut ipsi suscipientes cum reverencia signum crucis illudque suis cordibus imprimentes contra infidelium predictorum perfidiam insurgant viriliter et negocium ipsum ferventer assumant et fervencius prosequantur. Et ut ipsi fideles tanto libencius premissa prosequi studeant, quanto ex suis laboribus pociorem graciam se noverint percepturos, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum

Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi et illa, quam nobis deus, licet indignis, ligandi atque solvendi contulit potestatem, eisdem fidelibus, qui cum dicta armata vel alias in succursum et subsidium Christianorum partium Romanie predictarum contra infideles eosdem in personis propriis et expensis sive per terram sive per mare infra dictum triennium ab eodem festo Omnium Sanctorum inantea computandum [2]) profecti fuerint et per unum annum continue vel interpolatim, eiusdem tamen triennii, in dicti prosecucione negocii fuerint commorati, necnon et illis, qui in dicti prosecucione negocii decesserint vel in prosecucione huiusmodi vulnerati fuerint, eciam si alibi ubicunque ex talibus vulneribus decedere eos contingat, illam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus, que conceditur transfretantibus in subsidium Terre Sancte, et in retribucionem iustorum salutis eterne pollicemur augmentum; eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis iuxta facultatem et qualitatem suam bellatores idoneos destinabunt per tempus, quod supradicitur, in huiusmodi prosecucione negocii moraturos, et illis similiter, qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis illuc accesserint per tempus moraturi predictum, ac eis eciam, qui tantum pro dicto negocio de bonis propriis erogaverint, quantum essent illuc eundo et inibi per annum continuum morando et redeundo eciam expensuri, eandem suorum concedimus veniam peccatorum; huiusmodi quoque remissionis volumus et concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidii et devocionis affectum omnes, qui ad subvencionem dicti negocii de bonis suis congrue ministrabunt et circa predicta auxilium vel consilium impenderint oportunum. Ceterum, ut huiusmodi negocium fidei felicius prosperetur, volumus, ut in singulis ecclesiis vestrarum civitatum et diocesium singuli trunci concavi ponantur tribus clavibus consignati: prima videlicet earundem penes loci ordinarium, secunda penes ecclesie sacerdotem, et si in collegiatis ecclesiis fuerint, penes maiorem de capitulo, tercia vero penes aliquem probate vite laicum conservandis, ac in eis fideles quilibet, iuxta quod dominus eorum mentibus inspiraverit, suas elemosinas deponere in remissionem suorum peccaminum moneantur, volentes, ut illam pecuniam, quam per fideles eosdem offerri et poni contigerit in truncis eisdem, recipiatis erogaturi eam pro dicto negocio illi vel illis, quem vel quos ad hoc deputandum duxerimus seu eciam deputandos, ac certificaturi nos per litteras vestras de receptis in truncis eisdem et hiis, que deputando vel deputandis predictis duxeritis assignanda. Porro quia presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina vel alia impedimenta legitima vestrum singulis commode presentari, volumus, quod per te, frater archiepiscope, dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum tuoque communitum sigillo vobis, fratres suffraganei, transmittatur, cui adhiberi per vos volumus velut originalibus plenam fidem. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Octobris a. secundo.

. . . .

XXXVI. In e. m. . . archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis.

. . . .

Clementis VI V. 157 f. 7—7' n. 25 et 36, de curia. — a) .hanelantes· V. b) .suis· V. c) [et subiciunt — ven] stat in rasura. — 1) 1343 Novembris 1. 2) 1343 Novembris 1 — 1346 Novembris 1.

250. *Johannes, rex Bohemiae, et Adolphus, episcopus Leodiensis, supplicant, quatenus Johanni de Marka, dicti regis consanguineo ac ipsius episcopi fratri germano, de canonicatu ecclesiae Traiectensis sub expectatione praebendae ac supplementi necnon dignitatis vel personatus seu officii cum vel sine cura, et Henrico dicto Goldnagel*[a] *de canonicatu monasterii in capitolio Coloniensi sub expectatione praebendae necnon curtis, ecclesiae, praestimonii seu obedientiae provideatur. ‚Fiat R . . . . D. apud Villamnouam, A. d., II non. Octobris a. secundo.'*

Apud Villlamnovam, 1343 Octobris 6.

Clementis VI S II/1 (3) f. 248'. — a) ‚Goldenagel' S.

---

251. *Johanni de Marka*[a] *providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Traiectensis sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., II non. Octobris a. secundo.' Forma ut in n. 6.*

$.\overline{X}\ \overline{\overline{X}}.$ *Apud Villamnovam, 1343 Octobris 6.*

Clementis VI A II/5 (75) f. 233, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 158 f. 188 n. 326. — Reg. apud G. Brom, Bullarium Traiectense I n. 1100. — a) ‚Marcka' A.

252. *Bartholomaeus de Brunna supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Feltrensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Apud Villamnovam, 1343 Octobris 6.

Supplicat S. V. devotus vester Bartholomeus de Bruna, Olomucensis diocesis, clericus et familiaris commensalis seduli oratoris vestri Nicolai, episcopi Tridentini, quatenus sibi specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Feltrensis cum plenitudine iuris canonici eidem dignemini providere, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, conferendam dicto Bartholomeo donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, seu quod idem Bartholomeus capellam ecclesie sancti Remedii sine cura prope castrum Taoni Vallisananie, Tridentine diocesis, cuius fructus secundum taxacionem decime sexdecim florenorum auri valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., II non. Octobris a. secundo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 249. — [1]) littera ipsa non est reperta.

253. *Infra nominati supplicant, quatenus eis concedatur licentia eligendi confessorem.*

Apud Villamnovam, 1343 Octobris 8.

Supplicant S. V. devoti ff. vv. Ermannus Brandemburg [a]) et Guinemarus de Guimegnik, milites devoti f. v. regis Boemie, [quatenus eis][b]) ac Irmegarde, ipsius Guinemari uxori, indulgere dignemini, ut ipsi et eorum quilibet possint eligere confessorem, qui ipsos in mortis articulo absolvat ut in forma.

Fiat R.

Item similem graciam facere dignemini Nicolao de Guimegnik et Symoni de Erluno, clericis ipsius domini regis Boemie.

Fiat R.

Item Johanni de Riphestort, domicello, et Halledi, uxori, et Johanni Albi, domicello, et Katherine, eius uxori, et Hermanno Mumphiger, domicello.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R.

Clementis VI S II, 1 (3) f. 254. — [a]) correctum ex ‚Blandeburgh' S. — [b]) deest in S., suppletum ab editore. — [1]) Litterae ipsae non sunt repertae.

254. *Abbati monasterii Scotorum in Vienna mandatur, quatenus bona a monasterio in Oslavan illicite alienata ad ius et proprietatem ipsius monasterii revocare procuret.*

Avinione, 1343 Octobris 9.

Clemens episcopus, s. s. d., d. f. . . abbati monasterii Schotorum in Wienna, Patauiensis diocesis, s. et a. b. Dd. in Ch. ff. . . abbatisse et conventus monasterii in Ossla, ordinis Cisterciensis, Olomucensis diocesis, precibus [1]) inclinati, presencium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. D. Auinione VII id. Octobris p. n. a. secundo.

Originale cum bulla plumbea Clementis papae VI in archivio civitatis Brunnensis O. I n. 30. In registris tum Avenionensibus tum Vaticanis non reperitur. Ed. CDM. VII n. 507, RBM. IV n. 1324. — [1]) supplicatio similis non est reperta.

255. *Episcopus Vratislariensis in collectorem denarii beati Petri in suis civitate et diocesi confirmatur.*

Avinione, 1343 Octobris 10.

V. f. . . episcopo Wratislauiensi. Sicut d. f. magistri Galhardi de Carceribus, prepositi ecclesie Titulensis, Colocensis diocesis, relacio patefecit, dudum, cum ipse prepositus, qui pro colligendo censu annuo, qui denarius beati Petri vulgariter in illis partibus nuncupatur, ecclesie Romane in regno Polonie debito per regnicolas dicti regni, et aliis certis negociis ipsam ecclesiam tangentibus olim cum litteris oportunis apostolicis ad partes destinatus easdem, se disponeret ad sedem apostolicam certis racionabilibus causis redire, te, frater, de cuius fidelitate ac zelo devocionis et reverencie, quem ad eandem geris ecclesiam, nobis per eum multipliciter commendatis confidimus,[a]) collectorem dicti census in tuis civitate ac diocesi sub certis modis et formis auctoritate apostolica sibi commissa deputare ac constituere procuravit. Nos igitur deputacionem huiusmodi ratam habentes et gratam, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus super colleccione huiusmodi, per te vel alium seu alios a te, sicut expediens fuerit, deputandos super hoc intendere diligenter et fideliter, quousque per nos inde aliud ordinatum extiterit, non postponas, contradictores etc., non obstante, si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede sit indultum predicta, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione VI id. Octobris a. secundo.

Item in e. m. v. f. . . episcopo Lubucensi. D. ut s.

Item in e. m. v. f. . . episcopo Caminensi. D. ut s.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 113' n. 379, 380, 381. — Ed. Theiner MP. I n. 601. — a) ‚confidens' V., corr. ab editore.

---

256. *Episcopo Vratislariensi mandatur, quatenus pecunias de denario beati Petri collectas et colligendas archiepiscopo Gneznensi assignet.*

Avinione, 1343 Octobris 10.

V. f. . . episcopo Wratislauiensi. Volentes pecunias de censu annuo, qui denarius beati Petri vulgariter in illis partibus nuncupatur, nobis et ecclesie Romane in tuis civitate et diocesi debito, per te tuosque subcollectores collectas et imposterum colligendas ad nostram cameram fideliter destinari, v. f. n. . . archiepiscopo Gneznensi per litteras nostras mandamus,[1]) ut pecunias ipsas a te recipiens eas ad cameram supradictam transmittat. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus easdem pecunias per te ac tuos subcollectores de dicto censu ut prefertur collectas et ut premittitur colligendas eidem

archiepiscopo studeas integraliter assignare; nos autem prefato archiepiscopo te quittandi de hiis, que inde sibi assignaveris, per predictas litteras concedimus potestatem. D. Auinione VI id. Octobris a. secundo.

In e. m. v. f. . . episcopo Lubucensi. D. ut s.

Item in e. m. v. f. . . episcopo Caminensi. D. ut s.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 113 n. 375—377. — Ed. Theiner MP. I n. 602.
[1]) Vide n. 257.

---

257. *Archiepiscopo Gneznensi mandatur, quatenus pecunias de denario beati Petri collectas et colligendas a Vratislaviensi, Lubucensi et Caminensi episcopis recipiat et ad cameram apostolicam transmittat.*

Avinione, 1343 Octobris 10.

V. f. . . archiepiscopo Gneznensi. Volentes pecunias de censu annuo, qui denarius beati Petri vulgariter in illis partibus nuncupatur, nobis et ecclesie Romane in Wratislauiensi, Lubucensi et Caminensi civitatibus et diocesibus debito, per vv. ff. nn. . . Wratislauiensem, . . Lubucensem et . . Caminensem episcopos vel eorum et cuiuslibet ipsorum subcollectores collectas et imposterum colligendas ad nostram cameram fideliter destinari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi pecunias per prefatos Wratislauiensem, Lubucensem et Caminensem episcopos[a]) vel eorum aut cuiuslibet ipsorum subcollectores ut prefertur collectas et ut premittitur colligendas recipiens ab episcopis supradictis illas mittere ad nostram cameram cum integritate procures, certificaturus eandem sicut commodius poteris de premissis. Volumus autem, quod eosdem Wratislauiensem, Lubucensem et Caminensem episcopos et alios, quorum intererit, possis absolvere plenius et quittare de hiis, que inde receperis ab eisdem. Nos quoque tibi de sufficientis quittacionis cautela faciemus, cum easdem pecunias ad cameram ipsam miseris, provideri. D. Auinione VI id. Octobris a. secundo.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 113' n. 378. — Ed. Theiner MP. I n. 603. — [a]) suppletum in margine.

---

258. *Otto, episcopus Herbipolensis, ‚amicus fidelissimus regis Boemie illustris', supplicat pro nepotibus suis: Petro de Tunfelt, quatenus vocem in capitulo Herbipolensi habere possit, et pro Hermanno Hermanni, militis de Tunfeld, quatenus ei de canonicatu ecclesiae Bambergensis aut Herbipolensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R . . . . D. Auinione VI id. Novembris a. secundo.'*

Avinione, 1343 Novembris 8.

Clementis VI S II/1 (3) f. 30.

259. *Alberto quondam Bohuslai de Liticz providetur de beneficio vacaturo cum vel sine cura, ad collationem episcopi, decani et capituli Pragensis spectante. Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1342 Novembris 11.*

D. f. Alberto, nato quondam Bahuslai de Lutiez, canonico ecclesie Wissegradensis prope Pragam, s. etc. Ex tue devocionis et probitatis meritis .... Volentes itaque tibi, in sacerdocio constituto, huiusmodi m. t. o. g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si officium existat, cuius fructus, r. et p., si cum cura, quadraginta, si vero sine cura fuerit, viginti quinque marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ad v. f. n. .. episcopi et dd. ff. decani et capituli Pragensis collacionem, prov., pres. seu q. a. d. c. vel d. pertinens .... conferendum tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu [a]) quod canonicatum et prebendam in ecclesia Wissegradensi prope Pragam nosceris obtinere .... D. Auinione III id. Novembris a. secundo.

In e. m. dd. ff. .. Waltzassensis et .. in Osek, Ratisponensis et Pragensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac .. sacriste ecclesie Auinionensis s. etc.[b]) .... D. ut s.

Clementis VI A II/5 (75) f. 376′, de beneficiis cum cura vel sine cura sub expectatione qu. 2 = V. 158 f. 287′ n. 513. — [a]) correctum ex ,se' A. [b]) sequitur ,apostolicam benediccionem', sed cancellatum A.

260. *Hynco de Nachod supplicat, quatenus sibi, uxori suae Hedvigi et nepoti Hynconi de Riesenburg diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1343 Novembris 14.

Supplicat S. V. Hynco de Nachod, baro regni Boemie, quatenus, cum ipse de bonis suis dari ordinaverit annis singulis conventui fratrum ordinis Predicatorum in suburbiis castri Grecensis, Pragensis diocesis, tam pro luminaribus ecclesie et necessariis aliis eiusdem ecclesie ipsorum fratrum X marchas argenti per suos heredes et successores perpetuos, ut huiusmodi sua ordinacio imposterum inviolabiliter observetur, eam auctoritate apostolica dignemini confirmare et dare aliquibus in mandatis, quod ordinacionem huiusmodi per heredes et successores suos, ad quos bona sua pervenient, faciant per censuram ecclesiasticam firmiter observari, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat, si non repugnat regule et constitucionibus dicti ordinis R.

Item supplicat, quatenus, cum ipse de bonis propriis unam ecclesiam in Dubenetz, Pragensis diocesis, edificari faciat eamque dotaverit decenter pro sustentacione sacerdotis unius et clerici ad honorem et laudem sancti Ventislai martiris, dignemini visitantibus eandem ecclesiam in certis festivitatibus anni, de quibus S. V. videbitur, indulgenciam aliquam concedere de gracia speciali.

Fiat in festo dicti sancti de uno anno et una quadragena R.[2])

Item supplicat, quod eidem et Hedwigi, uxori sue, concedere dignemini, quod eorum confessor eos absolvere valeat in mortis articulo a peccatis suis, ut in forma.

Fiat R.[3])

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti nepotis sui Hynconis, nati nobilis viri Wenteslai de Rissenburth, clerici Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis vacantibus vel proxime vacaturis cum acceptacione et clausula anteferri eidem Hynconi dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.[4]) Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVIII kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 47'. — [1]) littera ista non est reperta. [2]) Vide n. 261. [3]) Vide n. 262. [4]) littera ista non est reperta.

---

261. *Universis ecclesiam in Dubenecz visitantibus indulgentiae largiuntur.*

$\overline{.\mathrm{X}.}$ *Avinione, 1343 Novembris 14.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis s. etc. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate[a]) sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis[b]) adiuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia in Dubenetz, Pragensis diocesis, quam d. f. nobilis vir Hynco de Nachod, baro in regno Boemie, ad honorem et laudem dei et sancti Ventislai[c]) martiris facit, quamque pro sustentacione sacerdotis unius et clerici sicut asseritur decenter dotavit, congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem, quo ex hoc uberiori dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in die festivitatis eiusdem sancti Ventislai devote visitaverint, annuatim unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus. D. Auinione XVIII kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI A II/6 (76) f. 143', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 159 f. 312 n. 1445. — [a]) corr. ex ‚magestatis' A. [b]) corr. ex ‚meritis et precibus' A. [c]) corr. in margine ex ‚Vetislai' A.

262. *Hynconi de Nachod et Hedvigi, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65.*

V
.X. *Avinione, 1343 Novembris 14.*

D. f. n. v. Hynconi de Nachod, baroni in regno Boemie, et d. in Ch. f. n. m. Heduigi, uxori sue, s. etc. Provenit . . . . D. Auinione XVIII kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI A II/3 (73) f. 62', de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 87' n. 454.

---

263. *Clemens papa VI respondet Carolo, marchioni Morariae, super facto Ludovici de Bavaria et super negotio Andreae, ducis Calabriae.*

Avinione, 1343 Novembris 17.

D. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. Solita benignitate receptis nobilitatis tue litteris et tam hiis, que continebantur in eis, quam [a]) que d. f. n. v. . . miles et nuncius tuus, earum exhibitor, explicare nobis pro parte tua voluit, plenius intellectis, eidem nobilitati tue respondemus breviter, quantum ad presens possumus, super eis videlicet, quod circa ea, que tangunt factum Ludouici de Bauaria, nondum deliberare ad plenum potuimus aliis arduis negociis prepediti, sed inde deliberacione pleniori habita tibi plenius scribere intendimus, sicut videbimus expedire. Rursus negocium d. f. n. v. Andree, ducis Calabrie, germani c. in Ch. f. n. Ludouici, regis Vngarie illustris, quod coram nobis presencialiter agitur, habemus et habebimus, quantum cum deo et honestate fieri poterit, favorabiliter commendatum. D. Auinione XV kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 144' n. 500. — Ed. Werunsky n. 40, RBM. IV n. 1352. — [a]) sequitur ‚ea', sed cancellatum.

264. *Hynco de Nachod supplicat, quatenus Philippo, nato Pauli super Gradus de Lucemburgo, de canonicatu ecclesiae sancti Symeonis Treverensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1343 Novembris 18.

Supplicat S. V. devotus f. v. Hynco de Nachod, baro regni Boemie, quatenus sibi in personam dilecti sui Philippi, nati Pauli super Gradus de Lucemburga, clerici Treuerensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate sancti Symeonis in civitate Treuerensi, ad colla-

cionem, pres., prov. seu q. a. d. . . decani et capituli ecclesie sancti Symeonis[a]) c. vel d. spectantibus, vacantibus vel proximo vacaturis, simul vel successive, dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, cum aliis omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIIII kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI S II, 1 (3) f. 57. — [a]) ‚sancti Symeonis' suppletum supra S. — [1]) littera ista non est reperta.

265. *Petrus, abbas monasterii Montis Sion, supplicat, quatenus sibi et monasterio suo conservatores concedantur et Jacobo Antonii de Bnečicz de canonicatu et praebenda in ecclesia Boleslaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1343 Novembris 22.

Supplicat S. V. devota creatura vestra frater Petrus, abbas monasterii Montissyon, ordinis Premonstratensis, Pragensis diocesis, quatenus sibi et monasterio suo concedere dignemini conservatores ut in forma concilii Viennensis imperpetuum vel ad tempus, secundum quod eidem S. V. videbitur concedendum.

Fiat R. Ad triennium R.[1])

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Jacobi quondam Anthonii de Bnerzicz,[a]) subdiaconi Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Bolezlauiensis, prefate diocesis, vacantibus apud sedem apostolicam per reservacionem f. r. domini Johannis pape XXII, predecessoris vestri, quos tempore reservacionis predicte tenuit et possedit dominus Mathias, quondam prepositus Sacensis ac dicte ecclesie Bolezlauiensis canonicus prebendatus, qui diem clausit extremum post reservacionem memoratam, cuius redditus et proventus novem marcarum argenti summam annuam non excedunt, eidem Jacobo de benignitate sedis apostolice dignemini misericorditer providere, non obstante, quod quidam nomine Hermannus ipsos de facto tenet et tenuit occupatos, et quod dictus Jacobus beneficium cum cura vel sine cura ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Insula, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, auctoritate gracie per S. V. in forma communi sibi facte noscitur expectare, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.[2]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI S II, 1 (3) 72'. — [a]) sic S. — [1]) Vide n. 266. [2]) vide n. 267.

266. *Abbati et conventui monasterii Montis Sion conceduntur litterae conservatoriae. Forma ut in n. 92.*

Avinione, 1343 Novembris 22.

DD. ff. . . preposito Olomucensis et . . Pragensis ac . . Pataviensis decanis ecclesiarum s. etc. Militanti ecclesie . . . . Sane dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii Montissyon, ordinis Premonstratensis, Pragensis diocesis, conquestione[1]) percepimus . . . . Presentibus post triennium minime valituris. D. Auinione X kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI A II 3 (73) f. 533 n. 81. de conservatoriis qu. 2. rubrica sola (quaternus deficit); litterae ipsae in V. 162 f. 42' n. 81. — Ed. CDM. VII n. 526, RBM. IV n. 1354.

267. *Jacobo Antonii de Bnečicz providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Boleslaviensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

I — .X   I ═ X.

Avinione, 1342 Novembris 22.

D. f. Jacobo, nato quondam Antonii de Bneczicz, canonico ecclesie Boleslauiensis, Pragensis diocesis, s. etc. Vite ac morum decor. . . Dudum siquidem f. r. Johannes papa XXII, predecessor noster, intendens de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Matheus Mathei, prepositus ecclesie Sacensis, Pragensis diocesis, tunc temporis obtinebat, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, eadem beneficia, dum adhuc idem Matheus ageret in humanis, videlicet IIII idus Januarii, pontificatus sui anno terciodecimo,[1]) collacioni et disposicioni sue et sedis apostolice ea vice specialiter reservavit, decernens extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptare. Cum autem postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Boleslauiensis, dicte diocesis, quos idem Matheus Mathei tempore reservacionis huiusmodi obtinebat, per ipsius obitum, qui dicto predecessore vivente extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens, nullusque de canonicatu et prebenda predictis, de quibus sic vacantibus idem Johannes ac p. m. Benedictus papa XII, predecessor noster et eiusdem Johannis immediatus successor, dum vixerunt, minime ordinarunt,[a]) preter nos hac[b]) vice [disponere][c]) potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes tibi, in subdiaconatus ordine constituto, g. f. s.,[2]) canonicatum et prebendam predictos sic vacantes c. p. i. c. ac o. i. et p. s. a. t. a. conferimus et de illis eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . aut quod d. f. Hermannus, rector capelle sancte Trinitatis in ambitu ecclesie Pragensis, canonicatum et prebendam predictos de facto detinuerit et detineat occupatos, seu quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem vel presentacionem dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii in Insula, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis, per

nostras litteras sub ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, te asseris expectare. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dictorum canonicatus et prebende possessionem pacificam fueris assecutus, predicte littere et processus habiti per easdem et quecumque inde secuta exnunc sint cassa et irrita et nullius roboris vel momenti. . . . . D. Auinione X kal. Decembris a. secundo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Strahouiensis prope Pragam et decano Pragensis ac sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A II 6 (76) f. 464 n. 71 ‚litterarum anni secundi, que fuerunt portate post reddicionem librorum' qu. 3. In V. quaterni isti omnino deficiunt. — a) corr. ex ‚ordinaverunt' A. — b) ‚ac' A. — c) deest in A., suppl. ab editore. — 1) 1329 Januarii 10. 2) ad supplicationem Petri, abbatis Montis Sion, quam vide in n. 265.

268. *Jacobus de Agimont, miles Leodiensis diocesis, ‚consanguineus serenissimi principis domini Johannis, regis Boemie', et Cunegundis de Baerenberg[a]) Trerevensis diocesis, supplicant, quatenus secum super matrimonio iam contracto dispensetur. ‚Fiat, si banna edita fuerunt secundum consuetudinem illius patrie quoad nobiles, per dioecsanum, si sit ita R . . . . D. Auinione IX kal. Decembris a. secundo'.*

Avinione, 1343 Novembris 23.

Clementis VI S II 1 (3) f. 70. — a) ‚Bereperg' S.

269. *Carolo, marchioni Moraviae, scribitur, quatenus quantocius Avinionem conferre se disponat, ut cum patre suo in negotio reconciliationis Ludovici de Bavaria intervenire possit.*

Avinione, 1343 Novembris 24.

D. f. nobili viro Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. Cum, sicut relatu fidedigno percepimus, ambassiatores Ludouici de Bauaria super negocio reconciliacionis ipsius ad nostram presenciam in proximo sint venturi, nosque, si dante domino negocium procedat huiusmodi, de hiis, que c. in Ch. f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, genitorem, ac d. f. n. v. Johannem, comitem Tirolis, germanum tuos, tangere dinoscuntur, agere inter cetera intendamus et propterea voluerimus, quod prefatus rex, genitor tuus, nuper ad sedem apostolicam veniens in aliquo loco propinquo Romane curie remaneat, quousque venerint ambassiatores predicti, ut ipso teque presen-

tibus ea tractari et perfici possint dei gracia previa, que sint utilia et honesta: nobilitatem tuam rogamus et hortamur attencius, quatinus quantocius ad eandem nostram presenciam, ut infra instans festum Purificacionis beate Marie virginis [1]) sis nobiscum, ad longius conferre te prepares et disponas. D. Auinione VIII kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II.) f. 147 n. 513. Ex Raynaldi, Ann. eccl. ad a. 1343, RBM. IV n. 1356. — [1]) 1344 Februarii 2.

---

270. *Johannes, rex Bohemiae et comes Lucemburgensis, supplicat, quatenus parrochialis ecclesia de Oss,[a]) Leodiensis diocesis, monasterio Epternacensi, ordinis sancti Benedicti, sub cuius patronatu iam existit, incorporetur. ‚Fiat per diocesanum, retenta vicaria congrua porcione, et alias in forma R . . . . D. Auinione VII kal. Decembris a. secundo.'*

Avinione, 1343 Novembris 25.

Clementis VI S II, 1 (3) f. 68'. — [a]) ‚Os' S.

271. *Monasterio Epternacensi incorporatur parrochialis ecclesia de Oss.*

$\overline{\text{V}}$
.X.

Avinione, 1343 Novembris 25.

Dd. ff. . . abbati et conventui monasterii Epternacensis, ordinis sancti Benedicti, Treuerensis diocesis, s. Meritis vestre devocionis inducimur, ut hiis, que vestram et predicti monasterii vestri Epternacensis respiciunt necessitates et commoda, favorabiliter annuamus. Cum itaque pro parte vestra nobis fuerit humiliter supplicatum, ut parrochialem ecclesiam de Os, Leodiensis diocesis, de iure patronatus vestri sicut asseritis existentem, in augmentum reddituum ipsius monasterii et relevamen debitorum, quibus illud asseritis pergravari, ipsi monasterio unire perpetuo et annectere dignaremur: nos cupientes, quod monasterium ipsum a debitorum relevetur oneribus et per augmentum reddituum cultus in eo divini nominis augeatur, karissimi quoque in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, qui dictum monasterium in comitatu suo Lucemburgensi situatum fore asserit, nobis super hoc humiliter supplicantis vestrisque supplicacionibus inclinati, predictam parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem monasterio auctoritate apostolica incorporamus ac perpetuo annectimus et unimus, ita quod cedente vel decedente rectore ipsius vel alias eo ipsam ecclesiam quomodolibet dimittente liceat vobis auctoritate propria per vos vel alium seu alios possessionem corporalem ipsius ecclesie libere apprehendere et licite retinere, . . diocesani loci et cuiuscunque alterius licencia minime requisita, reservata tamen primitus et assignata

per eundem loci diocesanum de ipsius ecclesie redditibus et proventibus perpetuo vicario, inibi domino servituro, ad presentacionem vestram per ipsum diocesanum in eadem ecclesia instituendo, congrua porcione, ex qua idem vicarius valeat commode sustentari episcopalia iura solvere aliaque sibi incumbencia onera supportare; non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus habitos per easdem ad prefatam parrochialem ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu quibuscunque privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre incorporacionis, annexionis et unionis infringere etc. D. Auinione VII kal. Decembris a. secundo.

Clementis VI A II 4 (74) f. 184 n. 283. diversarum formarum qu. 7 = V. 162 f. 124 n. 283.

272. *Archiepiscopo Pisano eiusque suffraganeis et simili modo archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis mandatur, quatenus decimam triennalem omnium beneficiorum ecclesiasticorum in provincia sua existentium colligi et levari faciant in subsidium armatae contra Turcos convertendam.*

Avinione, 1343 Decembris 1.

Vv. ff. . . archiepiscopo Pisano eiusque suffraganeis s. etc. Gustamus amaritudinis calicem, cum redemptos Christi sanguine ac professores fidei orthodoxe percipimus ab infidelibus diversis iniuriis et angustiis affici et quodammodo lacerari, et ideo ipsorum angustias, tribulaciones et pressuras detestabiles deplorantes per interne compassionis affectum cum eis doloris tormenta partimur ac, prout ex debito nobis incumbit officii pastoralis, vias et modos libenter exquirimus, per quos fides defensetur catholica et fideles ipsi ab oppressionibus, dampnis et iniuriis huiusmodi releventur. Sane non sine gravi cordis dolore referimus, prout facti eciam evidencia prodolor toti mundo notoriat, quod gentes illorum atrocium paganorum, que Turchi vulgari lingua vocantur, sicientes apertis faucibus sanguinem populi christiani et ad exterminium eorum et catholice fidei anhelantes,[a]) collectis sue viribus nacionis a certis retro continuatis temporibus cum maxima quantitate lignorum navalium armatorum in partibus Romanie et aliis locis fidelium conviciniis eisdem christianorum fines per mare fuerint ingressi et in christianos et loca et insulas eorundem atrociter sevientes per mare discurrerunt hactenus et non cessant discurrere.

dampnificantes et depopulantes loca et insulas christianorum parcium earundem ipsasque incendio miserabili supponentes, et, quod nephandius est, christianos eosdem in predam abducunt et subiciunt horribili ac perpetue servituti, vendentes eos ut animalia ipsosque ad abnegandum fidem catholicam compellentes: propter que nos, cupientes christianis eisdem adversus atrocem ferocitatem paganorum ipsorum, in quantum de presenti fieri poterat, de succursu celeri providere, ordinavimus, ut certa armata galearum per nos in isto proximo anno realibus subsidiis de nostra camera adiuvanda necnon per c. in Ch. f. n. Hugonem, regem Cipri illustrem, ac dd. ff. magistrum et fratres hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et nobilem virum . . ducem Veneciarum et quosdam alios in instanti fieret usque ad triennium futurum proximo duratura, que armis et bellatoribus bene munite deberent apud insulam Nigripontis certo termino convenire, ac nichilominus pro efficaciori succursu christianorum predictorum verbum crucis cum consuetis indulgenciis et remissionibus adversus paganos eosdem in regno Cipri necnon dictis Romanie et Ytalie ac aliis diversis partibus mandavimus predicari.[1]) Quia igitur tam arduum tamque onerosum negocium magnis expensarum profluviis noscitur indigere, ac propterea volentes non solum pro succursu et defensione christianorum ipsorum, sed eciam pro exaltacione catholice fidei ac nostri redemptoris honore, cuius negocium agitur in hac parte, ad subvencionem expensarum huiusmodi apponere paternis et solicitis studiis manum apostolice potestatis, deliberacione super hiis cum fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, prehabita diligenti, omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum decimam per universas mundi partes, Francie et Anglie ac Ispaniarum regnis et terris dominio regum regnorum ipsorum subiectis necnon personis et bonis dicti hospitalis dumtaxat exceptis, usque ad tres annos a data presencium computandos[2]) auctoritate apostolica de dictorum fratrum consilio duximus propterea imponendam, singulis annis dicti triennii in duobus terminis, medietatem videlicet in Omnium Sanctorum proximo venturo[3]) et aliam medietatem in Resurreccionis Dominice proximo secuturo[4]) festis a vobis et omnibus patriarchis ac aliis archiepiscopis et episcopis ceterisque personis ecclesiasticis quibuscunque, exemptis et non exemptis, parcium predictarum, quantacunque prefulgeant dignitate seu cuiuscunque preminencie, condicionis vel status, ordinis aut religionis existant , quibus vel eorum alicui nulla privilegia vel indulgencias sub quacunque verborum forma vel expressione concessa quoad hoc volumus suffragari, preterquam a personis et locis hospitalis eiusdem necnon fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, qui nobiscum in solicitudinis partem assumpti pro rebus publicis et privatis perutilis arduitate consilii assidue vigilantes student statui salutique fidelium continua solicitudine providere, quos ab huiusmodi solucione decime liberos esse volumus et immunes, integraliter persolvendam et contra paganos predictos et alios hostes catholice fidei convertendam cum modificacionibus infrascriptis, videlicet quod in regnis illis et partibus, in quibus ad certum tempus decima huiusmodi aliquibus est concessa, finito tempore concessionis eiusdem huiusmodi decima per nos imposita in regnis et partibus ipsis colligi debeat et levari per dictos tres annos in terminis memoratis, ita quod ipsius decime duplex exaccio non concurrat. Exaccionem autem et recepcionem dicte decime tam a vobis quam patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac aliis personis ecclesiasticis predictis parcium predictarum fieri

volumus absque iniuria et oppressione quacumque, quodque vos et singuli vestrum, quos in singulis vestris civitatibus et diocesibus auctoritate presencium, necnon patriarche et ceteri archiepiscopi et episcopi parcium predictarum, quos eciam in [b]) singulis eorum civitatibus et diocesibus collectores huiusmodi decime per alias nostras litteras deputamus, easdem personas exemptas et non exemptas, in dictis partibus constitutas, de omnibus redditibus et proventibus ecclesiasticis earundem ad solucionem dicte decime secundum modum, morem et consuetudinem in solucione et colleccione huiusmodi decime hactenus observatos per dictos tres annos in terminis supradictis sub moderacione ac forma infrascriptis auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam ac eciam [c]) sequestracionem fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum suorum in eisdem vestris civitatibus et diocesibus consistencium, si expedire videritis, per vos vel alium seu alios, quos ad colleccionem et recepcionem huiusmodi decime assumendos duxeritis, appellacione postposita compellatis, ita quod ad fructus, redditus et proventus ecclesiasticos existentes extra vestras civitates et dioceses huiusmodi compulsionis potestatem nullatenus extendatis nec ad compulsionem huiusmodi faciendam in aliquo casu per vos vel alium seu alios invocetis vel invocari faciatis auxilium brachii secularis, nisi predictorum non solvencium contumacia exigente aliud circa hoc per sedem eandem extiterit ordinatum; cum quibus eciam personis ecclesiasticis post debitam satisfaccionem prestitam et absolucionem ab excommunicacionis, suspensionis et interdicti senteneiis, si quas personas easdem occasione solucionis dicte decime non facte per ipsos in terminis constitutis fortasse contingat incurrere, a vobis obtentam [d]) super irregularitate, si quam ipse persone dictis ligate senteneiis non in contemptum clavium celebrando divina vel alias se inmiscendo eisdem forsan contraxerint, per vos auctoritate apostolica dispensari valeat, iniuncta eis super hoc penitencia salutari. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus vos et singuli vestrum prefatam decimam de redditibus et proventibus vestris ecclesiasticis secundum taxacionem ipsius decime, si iuxta illam solvere consueveritis, alioquin secundum consuetudinem in solucione huiusmodi hactenus observatam solvere per dictos tres annos in eisdem terminis, solvendo in quolibet dictorum terminorum medietatem eiusdem decime, singulos vestrum secundum dictos modum, morem et consuetudinem contingentem, et ab aliis vestrarum civitatum et diocesium de redditibus eorundem decimam iuxta predictos modum et morem per dictos tres annos colligere et exigere ac recipere studeatis. Quod si forsan aliquis vestrum in ipsis terminis defecerit in solucione decime supradicte, taliter deficientem similes sentencias, quas per vos vel subdelegatos vestros ut premittitur deputandos ad eandem decimam in vestris civitatibus et diocesibus colligendam in non solventes decimam ipsam in terminis supradictis proferri contigerit, incurrere volumus ipso facto, a qua post satisfaccionem debitam per aliquem ex vobis vel aliis vicinis episcopis excommunicacionis sentencia non ligatum et alias graciam et communionem apostolice sedis habentem, facta sibi fide de solucione huiusmodi, possit absolucionis, necnon super irregularitate, si quam occasione premissa huiusmodi ligatus senteneiis celebrando divina vel alias se inmiscendo eisdem, non tamen in contemptum clavium, forsan contraxerit, penitencia super hoc sibi imposita salutari, oportune dispensacionis beneficium obti-

nere. Huiusmodi autem decimam, que per vos et [z]) assumendos predictos recepta et collecta extiterit, et illam eciam, quam de vestris redditibus et proventibus persolvetis, cum recepta et collecta extiterit vobisque per illos, quos ad hoc ut premittitur assumendos duxeritis, assignata, singuli vestrum una cum capitulo sue cathedralis ecclesie infra ecclesiam ipsam aut alibi, prout magis expedire convenerit, in aliquo decenciori et tuciori loco repositam suis et ipsius capituli expensis faciant diligenter et fideliter custodiri, per eosdem singulos vestrum illi vel illis, quem vel quos ad id deputandum seu deputandos duxerimus, prout et quando nobis videbitur, assignandam ac in prosecucione dicti negocii et alias contra infideles et inimicos eiusdem fidei convertendam. Si vero, quod absit, decimam ipsam vestre ut prefertur commissam custodie vel eius partem aliquam in usus alios converti contigerit aut quomodolibet usurpari, eos ex vobis et singularibus eciam personis capitulorum vestrorum, qui culpabiles in hoc extiterint, excommunicacionis sentenciam incurrere volumus ipso facto. Preterea ne de moneta, in qua solucio prefate decime fiet et fieri debebit, valeat hesitari vitenturque gravamina, que propter hoc viri ecclesiastici pati possent, volumus, quod decima ipsa per vos vel assumendos ad hoc a vobis levetur ad monetam currentem communiter tempore, quo ipsius solucio facienda fuerit, et eciam exigatur iuxta constitucionem super hoc editam in concilio Viennensi, ita quod pretextu alterius cambii debitores et solutores dicte decime non graventur; ad quam solucionem eiusdem monete currentis personas ecclesiasticas vestrarum civitatum et diocesium extra civitates et dioceses earundem faciendam volumus non teneri. Prefata eciam decima exigatur a personis ecclesiasticis supradictis et per vestrum eciam singulos exsolvatur secundum taxacionem decime in vestris et earum civitatibus et diocesibus hactenus factam vel, ubi huiusmodi nulla certa taxacio fuerit, secundum consuetudinem in exaccione et solucione huiusmodi observatam. Fiat quoque ipsa exaccio absque aliquo alio onere illorum, a quibus huiusmodi decima exigetur, nisi forte illis deficientibus in solucione ipsius in terminis antedictis ob huiusmodi eorum defectum expensas fieri oporteret, ad quarum solucionem eos teneri volumus et astringi, quodque circa hec iuxta constitucionem Viennensem eiusdem concilii calices, libros et alia ornamenta ecclesiarum divinis officiis deputata ex causa pignoris vel distraccionis cuiuspiam vos vel quivis alii per vos ad colleccionem et exaccionem huiusmodi decime ut prefertur assumendi capere seu recipere, distrahere seu occupare nullatenus presumatis. Non obstantibus,[g]) si vobis vel vestrum aliquibus et predictis personis ecclesiasticis ac aliis quibuscunque communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod ad solucionem alicuius decime minime teneamini et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi et toto eius tenore de verbo ad verbum ac propriis [h]) ordinum et locorum seu personarum vestrarum nominibus plenam et expressam non fecerint mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis, exempcionibus et litteris apostolicis, quibuscunque dignitatibus seu ordinibus eorundem et specialiter Cisterciensi, Premonstratensi, Cluniacensi, Cartusiensi, Grandimontensi vel eorum universitatibus aut personis singularibus generaliter vel specialiter sub quacunque forma vel concepcione verborum a memorata sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialis, plena et expressa mencio sit habenda. Ceterum quia

presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina vel alia impedimenta legitima vestrum singulis commode presentari, volumus, quod per te, frater archiepiscope, dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum tuoque communitum sigillo vobis, fratres suffraganei, transmittatur, cui adhiberi per vos volumus velut originalibus plenam fidem. D. Auinione kal. Decembris a. secundo.

. . . .

LXXXXVIII. In e. m. . . archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis.

. . . .

Clementis VI A II 6 (76) f. 477 (partim putredine deletum), de curia qu. 4 et inmens — V 157 f. 16' et 18' n. 50 et 98. — a) ‚hanelantes' A. b) ‚et' A. c) sequitur ‚sub', sed cancellatum A. d) emendatum ab editore loco: ‚a vobis obtentam fore contingat incurrere', quod nullum sensum praebet A. e) suppletum supra A. f) correctum ex ‚decima eciam' A. g) ‚distrahere — obstantibus' in rasura A. h) ‚propriis' V. — 1) Vide n. 249. 2) 1343 Decembris 1 — 1346 Decembris 1. 3) 1344 Novembris 1. 4) 1345 Martii 27.

273. *Conradus, dominus de Esch, ‚miles et consiliarius dominorum . . archiepiscopi Treuerensis et regis Boemie', supplicat, quatenus clerico suo Henrico de Kogenheim,*[a]) *Treverensis diocesis, de perpetua vicaria altaris sancti Petri in ecclesia Bunnensi, Coloniensis diocesis, vacante provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione non. Decembris a. secundo.'*

Avinione, 1343 Decembris 5.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 81. — a) ‚Cogheme' S.

274. *Theodericus de Houquerangiis, miles Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus consanguineo suo Gerlaco Tillmanni de Bettembourg,*[a]) *clerico Trevereensis diocesis, de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Pauli Wormatiensis vacantibus provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione non. Decembris a. secundo.'*

Avinione, 1343 Decembris 5.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 81. — a) ‚Bectemberg' S.

275. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni, filio*[1]) *Gerardi de Losanges, clerico Leodiensis diocesis, de canonicatu et praebenda in ecclesia beatae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, vacantibus provideatur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione VII kal. Januarii a. secundo.'*

Avinione, 1343 Decembris 26.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 95. — [1]) S. habet: ,quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis, filii Gerardi de Losanges', ubi ,Johannis filii' correctum extitit ex ,Geraldi', prout docet annotatio in margine ab alia manu addita: ,Correcta in nomine de precepto domini nostri pape per me Johannem de Pistorio'.

276. *Episcopo Leodiensi mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Johanni, nato Geraldi de Losanges, clerico Leodiensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia beatae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, vacantes conferat. ,D. Auinione VII kal. Januarii a. secundo.' Forma ut in n. 79.*

Avinione, 1343 Decembris 26.

Clementis VI V. 161 f. 215 n. 101, de praebendis vacantibus. Eadem littera reperitur etiam in A II/1 (71) f. 396', de beneficiis vacantibus qu. 12 = V. 157 f. 324' n. 693, sed sub data: ,Auinione VI idus Aprilis (sic!) anno secundo', (1344 Aprilis 8).

277. *Hermannus Hermanni de Libochoricz supplicat, quatenus secum super defectu natalium dispensetur, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum etiam curatum obtinere valeat, et quatenus sibi gratia super canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Vyssegradensi obtenta confirmetur.*

Avinione, 1343 Decembris 30.

Significat S. V. Hermannus Hermanni de Lubochowicz, acolitus Pragensis diocesis, pauper scriptor librorum vestrorum, quod olim secum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et coniugata, quod dicto non obstante defectu posset ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere, fuit auctoritate apostolica dispensatum, et subsequenter eadem Sanctitas de canonicatu ecclesie collegiate Wissegradensis prope Pragam sub expectacione prebende in forma solita providit eidem, de huiusmodi defectu et dispensacione per simplicitatem non habita mencione, et quod omnes prebende ipsius ecclesie aut subdiaconales vel diaconales seu presbyterales existunt, propter quod huiusmodi gracia sibi inutilis redditur, nisi per S. V. provideatur eidem. Quare humiliter supplicat, quatenus cum eo super defectu huiusmodi, quod eo non

obstante possit ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium etiam curatum obtinere, secum dignemini dispensare, et cum iam per capitulum predicte ecclesie forsan defectum huiusmodi ignorantes in canonicum sit receptus sub expectacione prebende, decernere et declarare dignemini predictam vestram graciam a tempore date ipsius et quecumque exinde secuta eandem vim eumque effectum et roboris firmitatem habere, quemadmodum habuisset, si in ea de huiusmodi defectu plena mencio facta et cum eo, quod ad omnes sacros ordines promoveri valeret, dispensatum fuisset, et quod prebendam in dicta ecclesia vacantem vel proximo vacaturam auctoritate dicte vestre gracie, si alias sibi canonice conferatur, possit licite obtinere, defectu aliisque premissis et quibuslibet constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesie predicte contrariis nequaquam obstantibus.

Fiat ut petitur R. D. Auinione III kal. Januarii a. secundo. Et q. t. s. a. I. Fiat R.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 105'.

---

278. ***Cum Hermanno Hermanni de Libochoricz dispensatur super defectu natalium, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium etiam curatum obtinere valeat, et confirmatur ei gratia super canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Vyssegradensi obtenta.***

X
X
X. *Avinione, 1343 Decembris 30.*

D. f. Hermanno Hermanni, acolito Pragensis diocesis, s. etc. Matris ecclesie copiosa benignitas illis, quibus vite ac morum honestas et alia probitatis merita suffragantur, graciam sue liberalitatis attolit, apud eos rigorem sacrorum canonum quandoque sue gracie mansuetudine temperando. Exhibita siquidem nobis tua peticio [1]) continebat, quod olim tecum super defectu natalium, quem pateris de presbytero genitus et coniugata, et super eo, quod tacito de predicto defectu te feceras, alias tamen rite, ad omnes minores ordines promoveri, quod premissis nequaquam obstantibus posses in sic susceptis ordinibus ministrare et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere, fuit auctoritate apostolica dispensatum, et quod post dispensacionem huiusmodi extitit tibi per nostras litteras de canonicatu collegiate ecclesie Wisegradensis prope Pragam sub expectacione prebende in solita forma provisum, de huiusmodi defectu et dispensacione per simplicitatem non habita mencione, et quod in ipsa ecclesia omnes prebende aut subdiaconales aut diaconales vel presbyterales existunt, propter quod [a]) huiusmodi gracia inutilis tibi existit; quare nobis humiliter supplicasti, ut, cum tu sicut asseris per capitulum ipsius ecclesie forsitan defectum ignorantes predictum sub expectacione prebende in canonicum sis receptus, providere tibi et statui tuo super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes personam tuam tuorum meritorum obtentu, super quibus apud nos laudabili testimonio commendaris, speciali et uberiori gracia prosequi et favore, tecum super defectu predicto na-

talium, quod eo non obstante possis ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, eciam si curam habuerit animarum, obtinere, auctoritate apostolica dispensamus et nichilominus auctoritate predicta volumus et decernimus predictam nostram graciam in eadem ecclesia ut premittitur tibi factam a tempore date ipsius et quecunque inde secuta[b]) eandem vim eumque effectum et roboris firmitatem habere, quemadmodum habuisset, si in ea de huiusmodi defectu plena[c]) mencio facta et tecum, quod ad omnes ordines sacros promoveri valeres, dispensatum fuisset, et quod prebendam, si in dicta ecclesia vacat ad presens vel proximo vacaturam, nulli alii de iure debitam, auctoritate litterarum dicte gracie nostre libere acceptare et, si alias tibi canonice[d]) conferatur, licite obtinere possis, defectu et aliis premissis et quibuscunque constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis, iuramento, confirmacione sedis apostolice vel quacunque firmitate alia roboratis, nequaquam obstantibus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis, voluntatis et constitucionis infringere etc. D. Auinione III kal. Januarii a. secundo.

Clementis VI A. II,6 (76) f. 279, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9 = V. 159 f. 406 n. 1701. — a) suppletum supra A. b) corr. ex ,statuta' A. c) suppl. in margine A. d) corr. ex ,auctoritate' A.

279. *Vratislariensis*[a]) *et Poznaniensis episcopi ac decanus ecclesiae Glogoviensis, Vratislariensis diocesis, constituuntur conservatores episcopi Lubucensis usque in triennium. ,D. Auinione IIII non. Januarii a. secundo.' Forma ut in n. 92.*

Avinione, 1344 Januarii 2.

Clementis VI A. II,3 (73) f. 532′ n. 33, de conservatoriis qu. 2, rubrica sola (quaternus in A. deficit); litterae in V. 162 f. 16′ n. 33. Taxatio deest. — a) ,Vratissauien' V.

280. *Johannes, rex Bohemiae, ac abbas et conventus monasterii Epternacensis, ordinis sancti Benedicti, Trevereusis diocesis, supplicant, quatenus episcopo Tullensi committatur, ut sibi licentiam largiatur, quatenus quandam curtim in villa Laufeld*[a]) *cum certis redditibus allodialibus dicti regis, in territorio villae de Dietkirch existentibus, permutare valeant. ,Fiat per dictum episcopum Tullensem, si viderit in hoc utilitatem dicti monasterii versari, super quo eius conscienciam oneramus R. . . . . D. Auinione III id. Januarii a. secundo.*

Avinione, 1344 Januarii 11.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 114. — a) ,Loufrimelt' S., quod ex ,Loufinuelt' corruptum esse videtur.

281. *Episcopo Tullensi committitur, quatenus abbati et conventui monasterii Epternacensis licentiam concedat, ut permutationem, de qua in numero praecedenti agitur, ad effectum perducere valeant. ‚D. Auinione III id. Januarii a. secundo.‘*

X
X
.X.

Avinione, 1344 Januarii 11.

Clementis VI A. II 4 (74) f. 178 n. 265, diversarum formarum qu. 7. = V. 162 f. 121 n. 265.

---

282. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Johanne Badoche, milite Metensi, et Jenneta, nata Petri de Hoyo, militis Metensis, qui quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt, super matrimonio contrahendo dispensetur. ‚Fiat per diocesanum, si sit ita R. . . . . D. Auinione II id. Januarii a. secundo.‘*

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 119.

---

283. *Episcopo Metensi mandatur, quatenus ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, cum Johanne Badoche, milite, et Jenneta, nata Petri de Hoyo, militis, domicella Metensi, super matrimonio contrahendo dispenset, non obstante, quod quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt. ‚D. Auinione II id. Januarii a. secundo.‘*

=
.X.

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI A. II 4 (74) f. 186′ n. 289, diversarum formarum qu. 7 = V. 162 f. 125 n. 289.

---

284. *Johannes,*[a] *rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni de Hessingen,*[b] *clerico Coloniensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Servatii Traiectensis, Leodiensis diocesis, sub expectatione praebendae, et Hermanno de Hessingen,*[c] *clerico Coloniensis diocesis, de canonicatu ecclesiae beatae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione II id. Januarii a. secundo.‘*

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI S. II/1 (3) f. 119. — [a]) loco ‚Johannis‘ habet ‚. .‘ S. [b]) ‚Hetzingin‘ S. [c]) ‚Hetzingin‘ S.

---

285. *Johanni de Hessingen providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae sancti Servatii Traiectensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione II id. Januarii a. secundo.' Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI V. 161 f. 450 n. 351, de praebendis vacaturis. Quaterni isti in A. deficiunt.

286. *Hermanno de Hessingen providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae beatae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione II id. Januarii a. secundo.' Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI V. 161 f. 450' n. 352, de praebendis vacaturis. Quaterni isti in A. deficiunt.

287. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Nicolao dicto Chobo de Useldingen,*[a]) *clerico Treverensis diocesis, de beneficio cum vel sine cura, etiam si in ecclesia cathedrali existat, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi, decani et capituli et etiam canonicorum ecclesiae Cathalaunensis provideatur. ,Fiat usque ad summam . . . . sexaginta cum cura, quadraginta sine cura, eciam si in ecclesia cathedrali R. . . . . D. Auinione II id. Januarii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI S. II/1 (3) f. 119. — a) ,V̊sildingyn' S.

---

288. *Nicolao dicto Chobo de Useldingen, clerico Treverensis diocesis, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de beneficio cum vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collationem episcopi, decani, capituli et canonicorum Cathalaunensium, si quod etiam in ecclesia cathedrali vacat ad praesens, vel cum vacaverit, cuius fructus, si cum cura, sexaginta, si vero sine cura fuerit, quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant. ,D. Auinione II id. Januarii a. secundo.' Forma ut in n. 76.*

. X X .

Avinione, 1344 Januarii 12.

Clementis VI A. II/2 (72) f. 402 n. 211, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 160 f. 222 n. 211.

289. *Sofia, relicta Thobiae de Bechyne, supplicat, quatenus sibi et filio suo Thobiae de Kamenicz concedatur licentia eligendi confessorem.*

Avinione, 1344 Januarii 21.

Supplicat S. V. devota filia vestra Ofka, relicta n. v. b. m. Thobie de Bechin, Pragensis diocesis, quatenus sibi et filio suo Thobie de Kamenicz specialem graciam facientes, eisdem, ut aliquem idoneum presbyterum religiosum vel secularem in suum possint eligere confessorem, qui ipsos ab omnibus peccatis suis, quando ipsis videbitur, semel absolvere [valeat],[a]) auctoritate sedis apostolice concedere dignemini per vestras litteras facultatem.

Fiat in mortis articulo in forma R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 134'. — [a]) suppletum ab editore.

---

290. *Sofiae,[a]) relictae quondam Thobiae de Bechyně,[b]) militis, viduae Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1344 Januarii 21.

Clementis VI A II/3 (73) f. 110', de absolutione qu. 3 = V. 159 f. 107 n. 740. — [a]) ‚Ofke' A. [b]) ‚Bechin' A.

291. *Thobiae de Kamenicz, militi Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1344 Januarii 21.

Clementis VI A II/3 (73) f. 110', de absolutione qu. 3 = V. 159 f. 107 n. 739.

---

292. *Johannes de Soběslav supplicat, quatenus sibi fructus e quadam ecclesia curata indebite percepti relaxentur.*

Avinione, 1344 Januarii 21.

Exponit S. V. Johannes quondam Hartmanni, miles de Sobeslaw, Pragensis diocesis, quod ipse olim minor in annis existens ecclesiam curatam per amicos sibi collatam annis citra XV possedit et progenitores ipsius nomine eius tenuerunt et fructus eiusdem ecclesie perceperunt, quam ecclesiam, cum ad annos discre-

cionis pervenisset, resignavit. Cum igitur facultas rerum ipsius militis ad satisfaciendum pro perceptis se non extendat, supplicat eidem S. V., quatenus cum ipso misericordiam facientes eidem percepta dicte ecclesie dignemini relaxare et misericorditer indulgere.

Tradat camere in subsidium contra Turchos terciam partem, et sibi in hunc casum residuum remittimus R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R.

Clementis VI S II/1 (3) f. 134'. — [1]) littera ista non est reperta.

---

293. *Thomas de Dirna supplicat, quatenus secum super defectu natalium dispensetur.*

Avinione, 1344 Januarii 21.

Supplicat S. V. devotus orator vester Thomas de Dirna, acolitus Pragensis diocesis, presens in curia, quatenus cum eo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ac super eo, quod acolitatus recepit ordines dispensacione super hoc legitima non obtenta, alias tamen canonice, et ministravit aliquociens in eisdem divinis se officiis immiscendo, quod huiusmodi defectu et aliis premissis non obstantibus possit in sic susceptis ordinibus ministrare et ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam[a]) habeat animarum, obtinere valeat,[b]) secum dignemini misericorditer dispensare, cum omnibus clausulis consuetis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 138'. — [a]) ‚cura' S. [b]) correctum ex ‚noscatur' S.

---

294. *Cum Thoma de Dirna, acolito Pragensis diocesis, dispensatur super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta. ‚D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo'. Forma ut in n. 109.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1344 Januarii 21.*

Clementis VI A II/4 (74) f. 241 n. 401, diversarum formarum qu. 8 = V. 162 f. 150 n. 401.

---

295. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Wilhelmo de Strakonicz et Margaretha, nata Stephani de Sternberg, super matrimonio contrahendo dispensetur.*

Avinione, 1344 Januarii 21.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Bohemie, quod inter nobiles viros Petrum de Rosemberch et Willemmum de Straconitz, barones regni mei predicti, Pragensis diocesis, in vicinatu mutuo et circa metas Austrie et Bauarie residentes, gravis circa VIII annos antea retroactos diabolo seminante orta est discordia et inimicicia cordialis et hec inter predictos multis malis iam parte ex utraque commissis regni mei antedicti pacis in dispendium non modicum et precipue parcium, quas inhabitant, hucusque perseverat spiritu sathane suggerente. Ut igitur rancor et cordialis inimicicia inter barones supradictos ulterius locum non haberent, ad evitandum maius malum inter se fiendum dictus Vilhemmus cum Margareta, nepte memorati Petri de Rosemberch, nata n. v. Stephani de Sternberch, que quidem eidem Vilhemmo in quarto consanguinitatis gradu coniungitur,[a]) matrimonialiter cupiunt copulari. Quare idem rex supplicat eidem S. V., quatenus, ut antedicti Vilhemmus et Margareta matrimonium contrahere possent et in ipso stare, prolem suscipiendam etc., non obstante huiusmodi quarto gradu consanguinitatis, de benignitate apostolica cum eis misericorditer dignemini dispensare.

Fiat per diocesanum, si sit ita R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 140. — a) ‚coniugitur' S.

---

296. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus cum Wilhelmo de Strakonicz et Margaretha, nata Stephani de Sternberg, super matrimonio contrahendo dispenset.*

.X. *Avinione, 1344 Januarii 21.*

V. f. . . episcopo Pragensi s. etc. Significavit[a]) nobis c. in Ch. f. n. Johannes, [rex][b]) Boemie illustris, quod inter dd. ff. nobiles viros Petrum de Rosemberg et Wilhelmum de Straconicz, barones regni sui, tue diocesis, in vicinatu mutuo et circa metas Austrie ac Bauarie commorantes, ab octo annis retroactis proximo citra gravis pacis emulo zizaniam seminante fuit orta discordia et inimicicia cordialis et inter eos multis malis ex utraque parte commissis in regni predicti et pacis dispendium non modicum et precipue parcium predictarum, quas inhabitant, suggerente spiritu sathane perseverat, quodque ad evitandum maius malum inter eos ac rancorem et inimiciciam huiusmodi summovendum amicis communibus tractantibus prefatus Wilhelmus et d. in Ch. f. Margareta, nata d. f. n. v. Stephani de Stermberch, eiusdem Petri neptis, dicte diocesis, cupiunt matrimonialiter copulari, sed quia ipsi Wilhelmus et Margareta quarto

consanguinitatis gradu invicem se contingunt, matrimonium ipsum non possunt contrahere dispensacione super hoc apostolica [c]) non obtenta. Quare prefatus rex eciam pro parte ipsorum Wilhermi et Margarete nobis humiliter supplicavit, ut eisdem Wilhelmo et Margarite providere super hiis de optime dispensacionis remedio dignaremur. Nos igitur, qui libenter Christi fidelibus pacis et quietis commoda procuramus, discordiam et inimiciciam aliaque mala huiusmodi sedari et summoveri totaliter affectantes, gerentes quoque de tue circumspeccionis industria in hiis et aliis fiduciam in domino specialem, huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta [d]) committimus et mandamus, quatenus, si est ita, cum eisdem Wilhelmo et Margareta, quod impedimento, quod ex dicta consanguinitate provenit, non obstante possint libere matrimonium adinvicem contrahere ac in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere, apostolica auctoritate dispenses, prolem suscipiendam ex matrimonio ipso legitimam decernendo. D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI A II/4 (74) f. 237′ n. 396, diversarum formarum qu. 8 = V. 162 f. 148′ n. 396. — [a]) corr. ex ‚significant‘ A. [b]) deest in A., suppletum ab editore. [c]) corr. ex ‚apostolica dispensacione super hoc‘ A. [d]) sequitur ‚mandamus‘, sed cancellatum A.

297. *Arnestus, episcopus Pragensis, supplicat, quatenus Petro qu. Ulrici Plasserii de canonicatu et praebenda ac beneficio cum vel sine cura ad collationem episcopi, decani et capituli Olomucensis, et Johanni de Pürstein de beneficio seu officio cum vel sine cura ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Pragensis provideatur.*

Avinione, 1344 Januarii 23.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Arnestus, Pragensis episcopus, quatenus sibi in personam Petri quondam Vlrici dicti Plasserii, presbyteri et canonici ecclesie Wyssegradensis prope Pragam, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ac de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, spectantibus ad collacionem, pres., prov. seu q. a. d. . . episcopi, decani et capituli Olomucensis c. vel d., si quis, que vel quod in ecclesia, civitate vel diocesi Olomucensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem Petro dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Petrus canonicatum et prebendam ac obedienciam in Rost [1]) in ecclesia Wyssegradensi predicta necnon capellam sancti Johannis in ambitu ecclesie Wyssegradensis predicte noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat, eciam si dignitas etc. R.

Item supplicat eidem S., quatenus sibi in personam dilecti capellani sui Johannis, nati Haynusonis de Pirssensteyn, Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico seu officio cum cura vel sine cura, spectante

c. vel d. ad collacionem, prov., pres. seu q. a. d. predicti episcopi Pragensis, prepositi, decani et capituli eiusdem ecclesie Pragensis, si quod vacat ad presens vel quamprimum vacaverit in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri eidem Johanni de benignitate apostolica dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes capellam sanctorum decem milium militum in predicto castro Pyrssensteyn, dicte Pragensis ecclesie, et canonicatum in ecclesia Cicensi, Neuenburgensis diocesis, sub expectacione prebende auctoritate litterarum vestrarum noscitur obtinere, cum omnibus aliis non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat eciam de officio etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II 1 (3) f. 145'. — [1]) sic S., et eadem corruptela repetitur etiam in provisione, sub num. 298. Fortasse ‚Bašť‘?

---

298. *Petro quondam Ulrici dicti Plasserii, canonico ecclesiae Vyssegradensis* [a]) *prope Pragam, reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, etiam si dignitas, personatus vel officium existat, spectans ad collationem episcopi et decani et capituli Olomucensis, si quod in ecclesia vel civitate aut diocesi Olomucensi vacat ad praesens, vel cum vacaverit, non obstante ut in n. 297. ‚D. Auinione X kal. Februarii a. secundo.‘ — In e. m. episcopo Parmensi et Curimensi et Gradicensi, ecclesiae Pragensis, archidiaconis. Forma ut in n. 76.*

. X X .

Avinione, 1344 Januarii 23.

Clementis VI A II/5 (75) f. 544', de beneficiis cum vel sine cura qu. 7 = V. 158 f. 408' n. 761. — Ed. CDM. VII n. 535, RBM. IV n. 1373. — [a]) ‚Wissegradensis‘ A.

---

299. *Johanni, nato Hanussonis* [a]) *de Pürstein,*[b]) *canonico ecclesiae Cicensis, Naumburgensis* [c]) *diocesis, reservatur beneficium seu officium ecclesiasticum cum vel sine cura, spectans ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Pragensis, si quod in ecclesia vel civitate aut diocesi Pragensi vacat ad praesens, vel cum vacaverit, non obstante ut in n. 297. ‚D. Auinione X kal. Februarii a. secundo.‘ — In e. m. episcopo Parmensi et Curimensi et Gradicensi, in ecclesia Pragensi, archidiaconis. Forma ut in n. 76.*

. X X .

Avinione, 1344 Januarii 23.

Clementis VI A II/5 (75) f. 545', de beneficiis cum vel sine cura qu. 7 = V. 158 f. 409 n. 762. — [a]) ‚Haynusonis‘ A. [b]) ‚Pyrssensteyn‘ A. [c]) ‚Nuemburgensis‘ A.

---

300. *Johannes de Marolio supplicat, quatenus de certis litteris Henrico Ondeti, fratri suo, concessis certa verba amoveantur.*

Avinione, 1344 Januarii 23.

Significat S. V. devotus vester Johannes de Marolio, canonicus Remensis, dominorum Francie et Boemie regum clericus, quod anno primo pontificatus vestri, videlicet XI kalendas Decembris,[1]) eidem S. significavit, quod Henricus Ondeti, clericus Remensis diocesis, Parisius studens, frater suus germanus, sub felice nomine vestro in forma communi beneficium ecclesiasticum sine cura, spectans ad collacionem . . archiepiscopi Remensis, vacans vel vacaturum, impetravit, et quod idem Henricus in dicta collacione[a]) VII locum obtinuerat sibi assignari, et quod ipse Henricus nullum commodum ex dicto loco sperabat reportare pro eo, ut dicebat, quod idem archiepiscopus pauca beneficia cadencia in dicta forma habeat conferre, propter quod eidem S. V. supplicavit idem Johannes, ut eidem Henrico non obstante dicto loco, cui tunc specialiter fuit renunciatum, providere dignaretur de aliquo beneficio ecclesiastico, patronagio vulgariter nuncupato, vacante vel vacaturo, spectante ad collacionem dicti archiepiscopi, usque ad summam quinquaginta librarum Turonensium secundum taxacionem decime, quod S. V. concessit, prout in litteris super hoc confectis plenissime continetur. Verum cum ab aliquibus dicatur dictam graciam fore subrepticiam pro eo, quod idem archiepiscopus ut dicitur habet ultra XXXII beneficia in dicta forma cadencia conferre, et posset sibi hoc in futurum opponi et lis oriri, supplicat dictus Johannes humiliter et devote, quatenus de dictis litteris amovere dignemini hec verba: ‚sed quia sicut asseritur idem archiepiscopus pauca beneficia habet in huiusmodi forma conferre, non speratur, quod ex huiusmodi loco commodum valeat reportare', alias dictis litteris et gracia in suo robore remanentibus.

Fiat R.[2]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/1 (3) f. 147'. — [a]) correctum ex ‚ecclesia'. — [1]) 1342 Novembris 21. [2]) littera ista non est reperta.

301. *Conradus, dominus de Esch, miles, familiaris et consiliarius archiepiscopi Trevrensis et regis Bohemiae, supplicat, quatenus sibi absolutio plena in mortis articulo concedatur et Johanni de Esch, clerico Treverensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Symeonis Treverensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.[1]) . . . . D. Auinione VII kal. Februarii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Januarii 26.

Clementis VI S II/1 (3) f. 149. — [1]) litterae istae non sunt repertae.

302. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni, filio Walteri de Masbourg,*[a]) *militis, canonico ecclesiae sancti Martini Leodiensis, de canonicatu ecclesiae Treverensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.*[b]) . . . *D Avinione VII kal. Februarii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Januarii 26.

Clementis VI S II 1 (3) f. 149'. — a) ‚Mesembourgh' S — b) littera ista non est reperta

303. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Petro Petri de Rosenberg de canonicatu ecclesiae Ratisbonensis sub expectatione praebendae et Venceslao quondam Nicolai de Tyn de beneficio cum vel sine cura ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Pragensis provideatur.*

Avinione, 1344 Januarii 26.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Bohemie, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam dilecti sui Petri, nati n. v. Petri de Rosenberch, baronis regni sui[a]) Bohemie, clerici Pragensis diocesis, de canonicatu ecclesie Ratisconensis cum plenitudine iuris canonici de benignitate apostolica misericorditer dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat, aut cum primum vacaverit, eidem Petro conferendam reservare apostolice donacioni, non obstante, quod idem Petrus in Pragensi canonicatum et prebendam et in Pattauiensi ac Olomucensi ecclesiis canonicatus sub expectacione prebendarum auctoritate S. V.[b]) noscitur obtinere, et, cum idem Petrus in XVIII etatis sue anno constitutus existat, de uberiori dono gracie secum dignemini dispensare, quod huiusmodi dignitatem, personatum vel officium habere possit et tenere legitime huiusmodi etatis defectu non obstante, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat de canonicatu sub expectacione prebende et officii sine cura R.

Item supplicat,[c]) cum idem Petrus in curia S. V. presens non existat, quatenus ipsius examen committere dignemini abbati monasterii in Alto vado, ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam dilecti sui Wenceslai, nati quondam Nicolai de Tyn, presbyteri Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi, prepositi, decani et capituli Pragensis, vacante vel vacaturo ubicunque, de benignitate apostolica misericorditer dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Wenceslaus ecclesiam

parrochialem in Milezin, Pragensis diocesis, et canonicatum auctoritate S. V. in ecclesia Vratislauiensi sub expectacione prebende noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.[d])

Fiat usque ad summam triginta marcarum cum cura, viginti sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S. II 1 (3) f. 152. — [a]) ,mei' S., corr. ab editore. [b]) corr. ex ,apostolica' S. [c]) sequitur ,quod' in S., omissum ab editore. [d]) sequitur iterum: ,et executoribus', sed cancellatum S.

---

304. *Abbati monasterii de Altovado mandatur, quatenus Petro Petri de Rosenberg de canonicatu ecclesiae Ratisbonensis sub expectatione praebendae providere procuret.*

Avinione, 1344 Januarii 26.

D. f. . . abbati monasterii in Altouado, Pragensis diocesis, s. etc. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat sedes apostolica graciosam, quibus ad id nobilitas generis et alia propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Nos igitur volentes personam d. f. Petri, nati n. v. Petri de Rosenberch, baronis regni Boemie, canonici Pragensis, consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, Boemie regis illustris, pro eodem Petro nobis super hoc humiliter supplicantis, prosequi favoribus graciosis, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si simpliciter et de plano ad hoc ipsum Petrum idoneum esse repereris, de canonicatu ecclesie Ratisponensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra eidem Petro providere procures, faciens ipsum vel procuratorem suum eius nomine auctoritate predicta in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, prebendam vero ac officium sine cura, si qua in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum illa inibi vacare contigerit, que idem Petrus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori de ipsorum prebende ac officii vacacione constiterit, duxerit acceptandam, conferendam eidem Petro post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue eadem auctoritate reserves, districcius inhibendo v. f. n. . . episcopo et dd. ff. capitulo Ratisponensi ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum et officiorum collacio, provisio seu quevis alia disposicio communiter vel divisim pertinet, ne de illis interim eciam ante acceptacionem huiusmodi, nisi postquam eis constiterit, quod dictus Petrus vel procurator ipsius illam seu illud noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac nichilominus huiusmodi prebendam et officium, que reservabis, si ut premittitur in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum illa inibi vacare contigerit, post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Petro auctoritate predicta conferas et assignes, inducens per te vel alium seu alios dictum Petrum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prebende ac officii iuriumque et pertinenciarum predictorum

auctoritate nostra et defendens inductum eumque faciens ad huiusmodi officium vel procuratorem suum pro eo, ut est moris, admitti sibique de ipsorum canonicatus et prebende ac officii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; /*,non obstantibus de certo canonicorum numero — mencio specialis, aut si dictus Petrus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis — prestet' ut in n. 6*/,[1]) seu quod idem Petrus in Pragensi canonicatum et prebendam ac in Patauiensi et Olomucensi ecclesiis auctoritate litterarum nostrarum canonicatus obtinet et prebendas expectat.[2]) Nos enim perinde irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si eidem Petro die date presencium contulissemus canonicatum ipsius ecclesie Ratisponensis ac prebendam et officium, si qua vacant, vel cum vacarent ibidem, que idem Petrus duceret acceptanda, conferenda eidem Petro collacioni et disposicioni nostre ac sedis predicte cum interposicione decreti duxissemus specialiter reservanda. D. Auinione VII kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI V. 161 f. 332 n. 129, de praebendis vacaturis. Quaterni isti in A. deficiunt.
[1]) ita tamen, quod loco ‚te': ‚dictum Petrum', et loco ‚prebendae': ‚prebenda et officium' legendum est. [2]) vide num. 151 et 190.

305. *Venceslao, nato quondam Nicolai de Tyn, rectori parrochialis ecclesiae in Miličin,*[a]) *Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus, si cum cura, triginta, sine cura vero viginti marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectans ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Pragensis, non obstante ut in n. 303. ‚D. Auinione VII kal. Februarii a. secundo.' — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis*[b]) *et decano Vyssegradensis*[c]) *prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

1/.X — 1/X. *Avinione, 1344 Januarii 26.*

Clementis VI A II/2 (72) f. 365' n. 161, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 160 f. 200 n. 161. — a) ‚Miliczin' A. b) ‚Brewnouiensis' A. c) ‚Wissegradensis' A.

306. *Arnoldus de Pitengues,*[a] *Trevererensis diocesis, ,devoti f. v. Johannis, regis Boemie, miles', supplicat, quatenus consanguineo suo Johanni, filio Anselionis de Sausenheim*[b] *militis, clerico magistro in artibus, Trevererensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Metensis sub expectatione praebendae cum dignitate, personatu aut officio ipsius ecclesiae vel extra provideatur. ,Fiat de data sequentis diei R.'*[1] *Item supplicat, quatenus Johanni de Septemfontibus, capellano suo, canonico ecclesiae beatae Mariae Trevererensis, de canonicatu ecclesiae sancti Paulini extra muros Trevererenses sub expectatione praebendae provideatur. ,Fiat R.*[2] *. . . . D. Auinione VI kal. Februarii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Januarii 27.

Clementis VI S. II/1 (3) f. 149'. — a) ,Pitingui' S. b) ,Saissinheim' S. — 1) littera non est reperta. 2) littera non est reperta.

307. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Nicolao de Lucemburgo de canonicatu et praebenda in ecclesia Leodiensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1344 Januarii 27.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti secretarii et consiliarii sui Nicolai de Lucemburgo, canonici Pragensis, specialem graciam facientes, eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Leodiensis cum plenitudine iuris canonici necnon de prebenda ipsius ecclesie ad presens vacante per puram et liberam resignacionem reverendi patris, domini G[uidonis], tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, cui nuper de dicta prebenda in curia tunc vacante per obitum Bernardi de Houelhen, ipsius ecclesie canonici, cuius beneficia ante ipsius obitum fuerunt collacioni sedis apostolice specialiter reservata, eadem S. V. providit, et de qua quidem provisione nondum littere apostolice facte fuerunt, in manibus S. V. factam et per eandem S. admissam, dignemini providere, non obstante, quod idem Nicolaus preposituram ecclesie Saczensis, Pragensis diocesis, ac in Pragensi et in Wyssegradensi prope Pragam et in Menilcensi et in sancti Castoris in Confluentia, dicte Pragensis et Treuerensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/2 (4) f. 154.

308. *Nicolao de Lucemburgo, secretario et consiliario Johannis regis Bohemiae providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu et prebenda in ecclesia Leodiensi vacantibus, non obstante ut in n. 307. D. Avenione VI kal. Februarii a. secundo. Forma ut in n. 1.*

. X X .

Avinione, 1344 Januarii 27.

Clementis VI A II 1 (71) f. 223', de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 157 f. 200 n. 172.

309. *Arnestus, episcopus Pragensis, supplicat, quatenus sibi concedatur facultas absolvendi, dispensandi et componendi cum eis, qui in suis civitate vel diocesi beneficia ecclesiastica iniuste vel illicite retineant.*

Avinione, 1344 Januarii 30.

Significat S. V. devota creatura vestra Arnestus, episcopus Pragensis, quod in civitate et diocesi Pragensi nonnullorum clericorum et ecclesiasticarum personarum inolevit hactenus consuetudo seu verius corruptela, quod ipsi parrochiales ecclesias ac dignitates et personatus eciam ante etatem legitimam aliquando per potenciam laicalem, aliquando per pravitatem symoniacam unam et plures assecuti fuerunt, tenuerunt et tenent in suarum periculum animarum, fructus recipiendo ex illis. Ut autem saluti animarum talium clericorum et personarum salubriter valeat provideri, humiliter supplicat idem episcopus, quatenus eidem absolvendi tales, qui de commissis huiusmodi sibi confessi ac penitentes fuerint et contriti, a senteneiis, quas propterea incurrerunt, et super irregularitate contracta per eas dispensandi componendique cum[a]) eis nomine vestre camere super fructibus perceptis ex huiusmodi beneficiis per ipsos ac indebite habitis et retentis, prout S. predicte videbitur convenire, necnon dispensandi cum eis, quod huiusmodi beneficia, dummodo compassibilia fuerint, retinere valeant licite, dignemini auctoritate apostolica eidem concedere facultatem.

Fiat ut petitur, sic tamen, quod cum composicione pro camera vocet collectorem R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/2 (4) f. 162. — [a]) correctum ex ‚quod' S.

310. *Arnesto, episcopo Pragensi, conceditur facultas absolvendi clericos suae Pragensis diocesis a sententia excommunicationis et irregularitate, contractis ratione beneficiorum ecclesiasticorum, quae vitiose vel non canonice assecuti fuerint.*

.C. *Avinione, 1344 Januarii 30.*

V. f. Arnesto, episcopo Pragensi, s. Inter solicitudinis nostre curas illa precipue insidet cordi nostro, ut animarum obvietur periculis et provideatur per nostre solicitudinis debitum, quod ecclesiastica beneficia canonico titulo teneantur. Sane pridem ad nostri apostolatus fidedigna relacione pervenit auditum, quod in tuis civitate ac [a]) diocesi nonnullorum clericorum et ecclesiasticarum personarum hactenus talis et tam detestande consuetudinis inimmo pocius corruptele inolevit abusus, quod ipsi clerici et persone eciam in minori constituti etate parrochiales ecclesias ac dignitates et personatus aliquando per secularem potenciam et quandoque per symoniacam pravitatem unam aut unum ac plures assecuti fuerunt ac eas et eos detinuerunt et adhuc de facto detinent eciam fructus et redditus percipiendo ipsorum, in gravem exempli perniciem et suarum periculum animarum. Nos igitur affectantes abusui huiusmodi obviari ac eorundem clericorum et personarum statui ac animarum saluti salubriter provideri, necnon de circumspeccione tua plenam in domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue absolvendi hac vice iuxta formam ecclesie omnes et singulos clericos et personas tuarum civitatis et diocesis predictarum, qui de commissis huiusmodi penitentes veraciter et contriti tibi confessi fuerint, aliis a quibuscunque sentenciis, si quas clerici et persone predicti vel eorum aliqui ob premissa forsitan incurrerunt, si ab eis pecierint humiliter se absolvi, et super irregularitate per eos vel eorum aliquos exinde, non tamen in contemptum clavium, se immiscendo divinis, necnon super labe seu pravitate symoniaca super hiis forsan contractis hactenus auctoritate simili dispensandi, iniuncto eis inter alia, quod ecclesias, dignitates et personatus huiusmodi realiter et omnino dimittant, ac eciam imposita eis penitencia salutari et aliis, que de iure fuerint iniungenda, necnon vocato et assistente tibi super hoc collectore sive nuncio nostro in illis partibus pro nostra camera existente, cum personis et clericis antedictis super fructibus per eos ex ecclesiis, dignitatibus et personatibus predictis perceptis indebite nostro et prefate camere nomine componendi et nichilominus conferendi auctoritate simili eisdem clericis et personis, si alias sint idonei, ecclesias, dignitates et personatus predictos, postquam illos dimiserint realiter ut prefertur, illa videlicet, que se alias adinvicem compaciantur, dummodo tempore date presencium in eis non fuerit alicui seu aliquibus specialiter ius quesitum, cum omnibus iuribus et pertinenciis eorundem ac inducendi per te vel alium seu alios clericos et personas predictos vel procuratores eorum nomine suo in corporalem possessionem ecclesiarum, dignitatum, personatuum et beneficiorum ac iurium et pertinenciarum predictorum et defendendi inductos, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, ac faciendi clericos et personas eosdem vel dictos procuratores eorum nomine ad ecclesias, dignitates, personatus et beneficia huiusmodi prout est moris admitti ac sibi de ipsorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores quoque auctoritate nostra appellacione postposita compescendi, non obstantibus quibuscunque statutis et

consuetudinibus [b]) ecclesiarum, in quibus dignitates et personatus huiusmodi forsitan fuerint, contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de ecclesiis aut dignitatibus vel personatibus huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus clericos et personas eosdem in assecucione ecclesiarum, dignitatum et personatuum huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem ecclesiarum, dignitatum, personatuum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si episcopo Pragensi, qui est pro tempore, et dilectis filiis capitulis dictarum ecclesiarum, in quibus dignitates et personatus huiusmodi forsitan fuerint, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, vel quod de ecclesiis ac dignitatibus aut personatibus huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collacionem vel provisionem seu presentacionem aut quamcunque aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis, aut si clerici et persone predicti presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum, in quibus dignitates et personatus huiusmodi fuerint ut prefertur, solitum iuramentum, dummodo in eorum absencia per procuratores idoneos et, cum ad ecclesias ipsas accesserint, corporaliter illud prestent, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem, attencius [c]) provisurus, quod de singulis composicionibus, quas super fructibus antedictis cum clericis et personis eisdem tu dicto collectore seu nuncio nostro tibi ut premittitur assistente peregeris, pro cautela dicte camere fieri facias duplicata consimilia publica instrumenta, et quod ex ipsis singulis duplicatis uno penes te seu collectorem predictum retento reliquum per te vel collectorem predictum ad eandem cameram quantocius destinetur. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. D. Auinione III kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI A II 6 (76) f. 341. litterarum communium qu. 1 = V. 159 f. 445 n. 1817. — Excerptum apud Werunsky, Excerpta n. 44. RBM. IV n. 1374. — [a]) corr. ex .et· A. [b]) sequitur ‚contrariis', non cancellatum A., corr. ab editore. [c]) ‚attensius' A.

311. Nicolaus, filius Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus Theobaldo quondam Martini de Lucemburgo de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem abbatis et conventus monasterii de Ponte provideatur.

Avinione, 1344 Januarii 31.

Supplicat S. V. devotus capellanus vester Nicolaus, devoti f. v. regis Boemie filius, quatenus dilecto clerico suo Theobaldo quondam Martini de Lucemburgo, Parisius studenti, de beneficio ecclesiastico cum cura usque ad triginta, sine cura usque ad viginti marchas argenti, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii de Ponte prope Snoehmam, ordinis Premonstratensis, Olomucensis diocesis, vacante vel vacaturo, dignemini cum acceptacione etc. providere, non obstante, quod canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Pragensi noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II kal. Februarii a. secundo.

Clementis VI S II/2 (4) f. 164. — [1]) littera ista non est reperta.

312. Episcopus Culmensis et praepositus Budissinensis, Misnensis diocesis, ac decanus Olomucensis ecclesiarum constituuntur conservatores episcopi et capituli Vratislaviensis usque ad triennium. ,D. Auinione kal. Februarii a. secundo.' Forma ut in n. 93.

V̄
X
X
.X.

Avinione, 1344 Februarii 1.

Clementis VI A II/3 (73) f. 334, de conservatoriis qu. 2 = V. 159 f. 171 n. 989.

313. Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Symoni quondam Petri Vendehanep, diacono Metensi, officium tabellionatus seu notariatus conferatur. ,Fiat, si sit sufficiens R.[1]) . . . . D. Auinione VII id. Februarii a. secundo'.

Avinione, 1344 Februarii 7.

Clementis VI S II/2 (4) f. 187′. — [1]) littera ista non est reperta.

314. *Johanni, episcopo Narathenensi, mandatur quatenus se ad sedem suam transferat.*

X X X X
. X X X X .

Avinione, 1344 Februarii 15.

V. f. Johanni, episcopo Naratenensi, s. Inter solicitudines varias, quibus assidue premimur, illa potissime pulsat et excitat mentem nostram, ut status ecclesiarum et monasteriorum omnium cure nostre divina providencia commissorum spiritualiter et temporaliter augeantur, quodque illis, que suis destituta pastoribus vacacionis incommoda deplorare noscuntur, tales ministros preficere studeamus, per quorum regimen utiliter et salubriter valeant gubernari. Dudum siquidem ecclesia Naratenensi per obitum ultimi episcopi Naratenensis, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solacio destituta, nos vacacione huiusmodi ecclesie fidedignis relatibus intellecta volentes eidem ecclesie, ne ulterius dispendia prolixe vacacionis incurreret, paterna solicitudine precavere et ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem solicitis studiis intendentes et cupientes talem eidem ecclesie preesse personam, que sciret, vellet et posset ipsam in suis conservare iuribus et eciam adaugere, post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, monachum tunc [a]) monasterii Aule Regie, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, in sacerdocio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum et aliis multiplicium virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus diligenti meditacione pensatis de persona tua eidem ecclesie Naratenensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus teque in illis prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem eiusdem Naratenensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, et subsequenter tibi per v. f. n. Johannem, episcopum Portuensem, apud sedem apostolicam munus fecimus consecracionis impendi, in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod eadem Naratenensis ecclesia sub tuo felici regimine gracia tibi assistente divina prospere dirigetur et salubria suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Naratenensem ecclesiam cum gracia nostre benediccionis accedens, eiusdem ecclesie solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando ita, quod dicta ecclesia Naratenensis gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus lacius diffundatur, tuque preter eterne retribucionis premium nostre benivolencie graciam uberius valeas promereri. D. Auinione XV kal. Marcii a. secundo.

In e. m. dd. ff. clero civitatis et diocesis Naratenensis s. etc. . . . . D. ut s.

In e. m. dd. ff. capitulo ecclesie Naratenensis s. etc. . . . . D. ut s.

In e. m. dd. ff. populo civitatis et diocesis Naratenensis s. etc. . . . . . D. ut s.

Clementis VI A II 7 (V. 215) f. 125 n. 71, de promocionibus qu. 4 = V. 161 f. 85 n. 71. — [a]) suppletum supra A.

315. *Episcopo Pragensi et abbati Brevnoviensi mandatur, quatenus ecclesiam Vyssegradensem visitantes defectus, quos ibidem repererint, reforment et corrigant.*

Apud Villamnovam, 1344 Martii 2.

V. f. . . episcopo Pragensi et d. f. . . abbati monasterii Brenouiensis prope Pragam. Etsi ex debito pastoralis officii de omnibus ecclesiis tanquam pastor universalis earum, ut preserventur a noxiis ac spiritualibus et temporalibus proficiant incrementis, curam gerere teneamur, ad illas tamen nostra specialius studia dirigimus, que Romane ecclesie nullo medio sunt subiecte. Sane relatu nonnullorum canonicorum ecclesie Vicegradensis prope Pragam, ad eandem Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, et aliorum fidedignorum nuper accepimus, quod ipsa Vicegradensis ecclesia multis incommodis et deformitatibus in spiritualibus et temporalibus subiacebat et presertim ex eo, quia non fuit a longis citra temporibus per aliquem vel aliquos auctoritate apostolica visitata, nobis humiliter supplicancium, ut providere super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur supplicacioni huiusmodi velut racioni consone benignius inclinati discrecioni vestre, de qua fiduciam in domino gerimus pleniorem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vos vel alter vestrum ad eandem Vicegradensem ecclesiam personaliter conferentes ipsamque ecclesiam et personas eiusdem tam in capite quam in membris hac vice auctoritate apostolica visitantes reformare ac corrigere, que ibidem in spiritualibus et temporalibus reformacionis ac correccionis remedio, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, indigere repereritis, studeatis,[a]) contradictores etc., sic vos super hiis habituri, quod ex vestris cohoperacionibus in hac parte salubribus sperata eidem ecclesie proveniant commoda, vosque preter perennis mercedis premium debeatis exinde merito commendari, de hiis autem, que circa premissa feceritis, nos per vestras litteras vel instrumentum publicum studeatis efficere cerciores. D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Marcii a. secundo.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 214′ n. 788. — [a]) ‚iudicii — studeatis' stat in rasura V.

---

316. *Priori domorum Franciae et simili modo priori Bohemiae hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani mandatur, quatenus quartam partem responsionum suarum procuratori magistri dicti hospitalis in subsidium pro repressione Turcorum solvere non postponant.*

Apud Villamnovam, 1344 Martii 4.

D. f. . . priori domorum Francie hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. Tuam prudenciam supponimus indubie non latere, quod dudum rumore horribili et displicibili ad sedem apostolicam et communem noticiam fidelium deducente, quod gens illa ferocissima nacionis abhominabilis, Turchorum videlicet infidelium, ad effundendum christianorum sanguinem et exstirpandum de partibus transmarinis

nomen christianitatis aspirans, Romanie[a]) ac alias transmarinas partes et vicinas, in quibus catholice fidei viget cultus, et christicolas habitatores earum invadere, molestare, offendere, capere ac alias affligere durius et crudelius solito in nostri salvatoris opprobrium et fidei catholice detrimentum moliti suis temerariis et presumptuosis ausibus fuerant et moliebantur eciam incessanter. Nos eisdem christicolis paterno compacientes affectu et cupientes fidem eandem in illis partibus, sicut multum toti christianitati expedit, defensari, presentibus apud sedem eandem quorundam regum ac principum et communitatum ambassatoribus necnon certis prioribus et proceribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et tunc in nostra presencia constitutis, certum galearum sufficienter munitarum et armatarum subsidium pro repressione dictorum hostium fidei et tuicione fidelium per nos et ecclesiam Romanam et ipsos ordinavimus exhibendum. Sane cum in huiusmodi subsidio hospitale predictum sex galeas sufficienter munitas et armatas tenere debeat et habere pro illisque tenendis extiterit per prefatos priores et proceres ordinatum, quod tu et alii priores hospitalis predicti quartam partem responsionum vestrarum dilecto filio . . magistro predicti hospitalis vel eius procuratoribus solvere debeatis, quod adhuc per te, sicut asseritur, non est factum, discrecionem tuam requirimus et hortamur tibique nichilominus districcius iniungendo mandamus, quatinus huiusmodi quartam partem procuratori dicti magistri sic prompte ac libere cessante dilacionis obstaculo solvere non postponas, quod tua possit et debeat inde commendari devocio et nos providere de alio remedio super hiis, quod aliter nequiremus omittere,[b]) non sit opus. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Marcii a. secundo.

. . . .

Item in e. m. . . priori domorum Boemie. D. ut s.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 214'—215 n. 779 et 793. — a) corr. ex ‚Romannie' V. b) ‚ommittere' V.

---

317. *Hermannus Hermanni de Libochovicz supplicat, quatenus supplicatio prius ab ipso porrecta corrigatur et litterae secundum tenorem supplicationis correctae expediantur.*

Apud Villamnovam, 1344 Martii 18.

Significat S. V. Hermannus Hermanni de Lubochowicz, acolitus Pragensis diocesis, pauper scriptor librorum vestrorum, quod olim secum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et coniugata, et quia tacito de dicto defectu se fecit, alias tamen rite, ad omnes minores ordines promoveri, quod premissis nequaquam obstantibus posset in sic susceptis ordinibus ministrare ac [beneficium][a]) ecclesiasticum sine cura animarum obtinere, auctoritate litterarum domini Gaucelini, episcopi Albanensis, penitenciarii sedis apostolice, in forma solita extitit dispensatum. Unde cum in infrascripta [1]) supplicacione per errorem

dictum fuerit dumtaxat, quod olim secum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et coniugata, quod dicto non obstante defectu posset ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere, fuerat auctoritate apostolica dispensatum, dignetur S. V. mandare, quod littere super dicta supplicacione expediantur iuxta premissam veram narracionem, et alias prout dicta supplicacio stat.

Fiat R.[2]) D. apud Villamnouam, A. d., XV kal. Aprilis a. secundo.

Clementis VI S II 2 (1) f. 262. — [a]) deest in S., suppletum ab editore. — [1]) sic S., confer num. 277. [2]) littera ista non est reperta.

318. Episcopo Pragensi mandatur, quatenus castrum Landsberg cum suis pertinentiis a monasterio Aulae Regiae alienatum ad proprietatem ipsius monasterii reducere procuret.

V̄ .X. *Avinione, 1344 Martii 25.*

V. f. . . episcopo Pragensi s. etc. Tunc officii nostri debitum diligenter exquirimus, cum indempnitatibus ecclesiarum et monasteriorum occurrimus et erga illorum presumpcionem temerariam, qui bona et iura ecclesiarum ac monasteriorum ipsorum alienare contra canonica instituta presumunt, oportunum remedium adhibemus. Exhibita siquidem nobis nuper dd. ff. Johannis Prulerii, Conradi de Praga et Bernardi de Monte, monachorum monasterii Auleregie, Cisterciensis ordinis, tue diocesis, peticio [1]) continebat, quod Johannes, abbas dicti monasterii, contra constituciones per f. r. Benedictum papam XII, predecessorem nostrum, super statu et reformacione dicti ordinis editas necnon statuta ordinis memorati, que idem Johannes abbas observare iuravit, castrum dictum Landesperg cum quibusdam oppidis, villis ruralibus, pensionibus, censibus, iuribus, iurisdiccionibus ac dominio et suis pertinenciis universis, quorum proventus et redditus ad duo milia florenorum auri ad minus annis singulis se extendunt, et super quibus bonis dictum monasterium est fundatum, nobis et dd. ff. . . patre abbate dicti monasterii necnon generali capitulo eiusdem ordinis inconsultis alienavit imperpetuum [2]) in grave ipsius monasterii et personarum in eo degencium preiudicium et iacturam, contra iuramenta super observacione constitucionum et statutorum predictorum per eum ut predicitur prestita temere veniendo, et quod propter hoc dicta alienacio est irrita ipso iure, quodque prefatus abbas dictos monachos pro eo, quod ipsi alienacionem huiusmodi tam in capitulo quam aliis locis dicti monasterii publicarunt et contradixerunt eidem, de monasterio eiecit eodem eisque notam apostasie et conspiracionis imponit ac ipsos propterea per unum annum suspendit eciam a divinis et alias eos odio prosequitur capitali. Quare prefati monachi nobis humiliter supplicarunt, ut indempnitati ac statui dicti monasterii et eorum providere super hiis dictumque abbatem propter premissa punire iuxta constituciones predictas paterna diligencia dignaremur. Nos igitur nolentes talia,

sicut eciam consciencia salva non possumus, que veritate nituntur, incorrecta conniventibus oculis pertransire, fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, si reperiris ita esse, alienacionem [a]) huiusmodi declares penitus esse nullam necnon castrum, oppida, villas, pensiones, census, iura, iurisdicciones et dominium prefata cum pertinenciis supradictis ad ius et proprietatem ipsius monasterii, sicut iustum fuerit, reducere et revocare ac predictos monachos ad statum et honorem suum reducere procures et super aliis premissis facias auctoritate apostolica iusticie complementum, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita [b]) compescendo, non obstante, si eidem abbati [c]) vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione VIII kal. Aprilis a. secundo.

Clementis VI A II/4 (74) f. 132' n. 677, diversarum formarum qu. 17 = V. 162 f. 215' n. 677. — [a]) suppl. in margine A. [b]) ‚appellacione postposita' suppl. in margine A. [c]) suppl. supra A. — [1]) petitio ista non est reperta. [2]) castrum Landsberg venditum erat a Johanne, abbate monasterii Aulae Regiae, Johanni, episcopo Olomucensi, cuius obligationem dd. Pragae, 1343 Junii 15 vide in RBM. IV n. 1279; confer Sedláček, Hrady a zamky II. 101.

319. *Paulo Johannis, laico, et Annae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione II kal. Aprilis a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

V
.X. *Avinione, 1344 Martii 31.*

Clementis VI A II/3 (73) f. 75, de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 96 n. 566.

320. *Sbinconi dicto Lepori de Hasenburg,[a]) militi, et Adelheidi,[b]) eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione II kal. Aprilis a. secundo.' [1]) Forma ut in n. 65.*

V
.X. *Avinione, 1344 Martii 31.*

Clementis VI A II/3 (73) f. 75', de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 96 n. 567. — [a]) ‚Hasemburch' A. [b]) ‚Adelheydi' A. — [1]) Datum deest in A., suppletum e littera praecedenti sub num. 566, quae est apud nos n. 319.

321. *Smiloni*[a]) *de Vetoria,*[b]) *militi, et Annae, eius uxori, Olomucensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione II kal. Aprilis a. secundo.'*[1]) *Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$
.X. *Avinione, 1344 Martii 31.*

Clementis VI A II/3 (73) f. 75', de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 96 n. 568. — a) ,Smyloni' A. b) ,Veronia' A. — 1) Datum deest in A., suppletum e littera praecedenti sub num. 566, quae est apud nos n. 319.

---

322. *Vleoni*[a]) *de Wintritz, militi, et Chunegundi, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione II kal. Aprilis a. secundo.'*[1]) *Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$
.X. *Avinione, 1344 Martii 31.*

Clementis VI A II/3 (73) f. 75', de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 96 n. 570. — a) ,Wlconi' A. — 1) Datum deest in A., suppletum e littera praecedenti sub num. 566, quae est apud nos n. 319.

---

323. *Busconi de Vilharticz,*[a]) *domicello, et Gerussiae,*[b]) *eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione II kal. Aprilis a. secundo.'*[1]) *Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$
.X. *Avinione, 1344 Martii 31.*

Clementis VI A II/3 (73) f. 75', de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 96 n. 571. — a) ,Wilharticz' A. b) ,Gerussie' A. — 1) Datum deest in A., suppletum e littera praecedenti sub num. 566, quae est apud nos n. 319.

---

324. *Vanconi*[a]) *de Wartenberg,*[b]) *militi, et Annargae,*[c]) *eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione II kal. Aprilis a. secundo.'*[1]) *Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$
.X. *Avinione, 1344 Martii 31.*

Clementis VI A II/3 (73) f. 75', de absolutione qu. 2 = V. 159 f. 96 n. 572. — a) ,Wanconi' A. b) ,Wartemberch' A. c) ,Annarge', corr. in margine ex ,Yrengart' A. — 1) Datum deest in A., suppletum e littera praecedenti sub num. 566, quae est apud nos n. 319.

---

325. *Johannes, rex Bohemiae supplicat, quatenus Nicolao, filio domini Thomae de Septemfontibus, Treverensis dioecesis, militis et consiliarii sui, canonico ecclesiae Coloniensis, de canonicatu ecclesiae Leodiensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . D. Auinione VI id. Aprilis a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 8.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 276.

326. *Decano ecclesiae sanctae Crucis, Leodiensis dioecesis, mandatur, quatenus Nicolao, nato Thomae de Septemfontibus, militis Treverensis dioecesis, canonico Coloniensi, ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Leodiensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. secundo.' Forma ut in n. 304.*

Avinione, 1344 Aprilis 8.

Clementis VI A II 5 (75) f. 264', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 158 f. 212' n. 370.

327. *Abbati monasterii sancti Remigii Remensis mandatur, quatenus Erardo, nato Colini dicti Saux de Sancta Mahulde, clerico Cathalaunensis dioecesis, ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *de canonicatu ecclesiae Remensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. secundo.' Forma ut in n. 304.*

Avinione, 1344 Aprilis 8.

Clementis VI V. 171, f. 5' n. 9. — In A. non fuit repertum. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

328. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus capellanus suus Robertus de Sancto Germano, canonicus Gebennensis, capellanus honoris domini papae et sedis apostolicae fiat et creetur. ‚Fiat R.* [1]) *. . . . D. Auinione II id. Aprilis a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 12.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 280. [1]) littera ipsa non est reperta.

329. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Roberto dicto Halle bannum et poena, quae occasione cuiusdam homicidii incurrerat, remittantur.*

Avinione, 1344 Aprilis 13.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quod, cum olim dilectus familiaris suus Robertus dictus Halle, clericus Rothomagensis diocesis, occasione cuiusdam homicidii in personam quondam Roberti le Tailleur, in eadem diocesi ut dicitur interfecti, per diffinitivam sentenciam per . . officiales vestros seu auctoritate ipsorum, dum Rothomagensis ecclesie regimini preeratis, a civitate et diocesi ac tota provincia Rothomagensi bannitus extiterit sibique ingressus earundem sub pena perpetui carceris interdictus et decretum in ipsa sentencia, quod idem clericus, si secus faceret, ipso facto pene huiusmodi subiaceret, dignemini prefato clerico ipsius regis supplicantis obtentu bannum et penam de speciali gracia et benignitate vestra remittere supradicta, et quod libere et sine pena aliqua possit ingredi civitatem, diocesim et provinciam supradictos, presertim cum idem Robertus cum amicis interfecti plene concordaverit et per septem annos a dicta provincia absens fuerit et in servicio continue dicti regis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione id. Aprilis a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 282′.

---

330. *Roberto dicto Halle, clerico Rothomagensis diocesis, familiari Johannis, regis Bohemiae, remittuntur ad supplicationem eiusdem regis bannum et poena, quae occasione homicidii in personam quondam Roberti Letailleur*[a]*) perpetrati incurrerat, et conceditur ei, quatenus civitatem, diocesim et provinciam Rothomagensem libere sine poena aliqua ingredi valeat. ‚D. Auinione id. Aprilis a. secundo.‘*

X
X
.X.

Avinione, 1344 Aprilis 13.

Clementis VI A. II/6 (76) f. 180′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 159 f. 340′ n. 1556. — [a]) ‚Letalleur‘ A.

331. *Nicolao dicto Stocharner, in subdiaconatus ordine constituto, providetur de canonicatu ecclesiae Pataviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione id. Aprilis a. secundo'. — In e. m. abbati monasterii Altenburgensis et praeposito Montis sancti Petri in Brunna, Pataviensis et Olomucensis diocesium, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

. X X .

Avinione, 1344 Aprilis 13.

Clementis VI A. II 5 (75) f. 230', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 158 f. 186' n. 323'.

332. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus omnibus vere poenitentibus et confessis, qui pro reaedificatione monasterii Hortus*[a]) *Coeli, ordinis Cisterciensis, Maguntinensis diocesis, quod paupertatis onere est devastatum, manus porrexerint adiutrices vel ipsum in festivitatibus beatae Virginis Mariae ac dedicatione ipsius ecclesiae devote visitaverint, indulgentiae aliquae concedantur. ‚Fiat R. De uno anno et una quadragena R.*[1]) *D. Auinione XII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 20.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 296. — [a]) ‚Ortus' S. — [1]) littera ista non est reperta.

333. *Thomas de Septemfontibus, miles et consiliarius Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus filio suo Thomae, canonico ecclesiae sancti Gereonis Coloniensis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Coloniensi vacantibus provideatur. ‚Fiat de canonicatu sub expectacione prebende R.*[1]) .... *D. Auinione XII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 20.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 296'. — [1]) littera ista non est reperta.

334. *Johannes quondam Johannis de Kamenicz supplicat, quatenus secum super defectu natalium et oculi dispensetur.*

Avinione, 1344 Aprilis 20.

Significat S. V. devotus vester orator Johannes quondam Johannis de Kemnicz, Pragensis diocesis, quod olim dictus Johannes, pater suus, cum matre sua matrimonium clandestine contraxit et per multos annos insimul ut coniuges habitarunt et ipsum Johannem ac plures alios liberos procrearunt, licet dictus

pater suus postmodum senescere incipiens et cupiens in clericali statu domino famulari et de consensu et voluntate dicte matris sue se fecerit in subdiaconum ordinari. Ne igitur propter clandestinum matrimonium supradictum possit aliquis sibi maculam illegitimitatis impingere[a]) vel contra eum detraccionis labia aperire, [supplicat idem Johannes, quatenus][b]) cum eo, qui se credebat prout credit legitimum, et qui tamquam legitimus omnes sacros minores et maiores ordines suscepit et beneficia ecclesiastica, videlicet prepositiuram capelle regie Omnium Sanctorum in castro Pragensi et canonicatus sub expectacione prebendarum per eleccionem capituli in Pragensi et S. V. provisionem [in][c]) Wratislauiensi ac canonicatum et prebendam in Melnicensi, Pragensis diocesis, ecclesiis extitit assecutus, super defectu natalium in casu, in quo indigeat, quod eo ac defectu oculi sinistri, in quo quedam macula orta fuit, et quem quidam medicus Parisius, qui promiserat sibi maculam removere de illo, totaliter destruxit, nequaquam obstantibus possit in susceptis ordinibus ministrare ac beneficia ecclesiastica quecunque se adinvicem compaciencia, eciam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus et officia cum cura vel sine cura et in ecclesiis cathedralibus existant, si sibi alias canonice conferantur, libere recipere et una cum predictis obtentis licite retinere ac obtenta et obtinenda dimittere et permutare et alia recipere tociens, quociens sibi placuerit et videbitur expedire, et ad omnes actus legitimos et status ecclesiasticos et mundanos perinde admitti, ac si esset, prout eciam credit, de legitimo thoro natus, constitucionibus et statutis et consuetudinibus quibuscunque seu quarumcunque ecclesiarum etc. contrariis non obstantibus, auctoritate apostolica dignemini de speciali gracia dispensare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 302. — [a]) correctum ex ,impugnare' S. [b]) deest in S., suppletum ab editore. [c]) deest in S., suppletum ab editore.

335. *Cum Johanne quondam Johannis de Kamenicz dispensatur super defectu natalium et oculi.*

X
X
.X.

Avinione, 1344 Aprilis 20.

D. f. Johanni, nato quondam[a]) Johannis de Kemnitz, presbytero Pragensis diocesis, s. etc. Vite ac morum honestas, litterarum sciencia et alia multiplicia tue probitatis merita, super quibus apud nos fidedignis commendaris testimoniis, nos inducunt, ut personam tuam prerogativa specialis gracie prosequentes illa tibi favorabiliter concedamus, que oportuna statui tuo existere dinoscuntur. Sane peticio tua nuper nobis[b]) exhibita continebat, quod quondam Johannes, pater tuus, cum quondam matre tua matrimonium licet clandestine[c]) noscitur contra-

xisse ac ipsi per multos annos postmodum insimul ut coniuges habitarunt teque et plures alios liberos procrearunt, quamvis dictus pater tuus, processu temporis senescere incipiens et cupiens in clericali statu domino famulari, de consensu [d]) et voluntate dicte matris tue [e]) se fecerit in subdiaconum ordinari, tuque postmodum, qui te credebas prout credis fore de legitimo matrimonio procreatum, omnes minores ordines suscepisti et deinde quadam macula in oculo tuo sinistro orta prepositiuram capelle regie Omnium Sanctorum in castro regio Pragensi et in Melnicensi, Pragensis diocesis, canonicatum et prebendam ac in Pragensi ecclesiis per eleccionem dd. ff. capituli eiusdem ecclesie canonicatum fuisti alias canonice assecutus teque fecisti ad omnes sacros ordines promoveri, quodque postmodum quidam medicus existens Parisius, qui tibi promiserat huiusmodi maculam de ipso oculo removere, oculum ipsum destruxit, ac deinde canonicatum sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis per nostras litteras assecutus fuisti. Verum quia, prout eadem peticio subiungebat, tu dubitas, ut ex eo, quod prefatum matrimonium inter predictos patrem et matrem tuos contractum clandestine [f]) ut prefertur non posset plene probari, presertim cum dictus pater tuus se fecerit ut premittitur in subdiaconum ordinari, et propterea posset tibi imposterum forsitan obici, quod tu non esses de legitimo thoro natus, licet tu credas contrarium esse verum, nobis humiliter supplicasti [g]), ut providere tibi et statui tuo super hiis ad cautelam de oportune dispensacionis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur volentes personam tuam premissorum meritorum intuitu speciali gracia prosequi et favore, huiusmodi supplicacionibus inclinati tecum, si indigeas, super defectu natalium, si quem pateris, quod eo et macula et aliis omnibus premissis et quibuscunque constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus quarumcunque ecclesiarum contrariis nequaquam obstantibus possis in susceptis ordinibus ministrare ac beneficia ecclesiastica quecunque se adinvicem compaciencia [h]), eciam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus vel officia cum cura vel sine cura et in ecclesiis cathedralibus existant, si tibi alias canonice conferantur, libere recipere et una cum obtentis predictis canonice licite retinere necnon obtenta et obtinenda dimittere et permutare et alia recipere tociens, quociens tibi placuerit et videbitur expedire, ac ad omnes actus legitimos et status ecclesiasticos ac mundanos perinde admitti valeas, ac si esses prout credis de legitimo thoro natus ac dictam maculam non habuisses, auctoritate apostolica de specialis dono gracie dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. Auinione XII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI A. II/6 (76) f. 288', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9 = V. 159 f. 414 n. 1735. — [a]) suppletum supra A. [b]) corr. ex ‚nobis nuper' A. [c]) ‚clamdestine' A. [d]) corr. ex ‚concensu' A. [e]) suppletum in margine A. [f]) ‚clamdestine' A. [g]) corr. in margine ex ‚supplicanti' A. [h]) corr. in marg. ex ‚compassiencia' A.

336. *Johanni Johannis, praeposito capellae regiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VIIII kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1344 Aprilis 23.

Clementis VI A. II/3 (73) f. 545′ n. 329, de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 162 f. 330 n. 329.

---

337. *Petzoldo de Egra, laico, et Elisabeth,*[a]) *eius uxori, civibus Pragensibus, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IX*[b]) *kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1344 Aprilis 23.

Clementis VI A. II/3 (73) f. 545′ n. 331, de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 162 f. 330 n. 331. — [a]) ‚Helyzabeth' V. [b]) sic scriptum in V.

338. *Bertholdo de Lipa,*[a]) *domicello, et Agneti, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IX*[b]) *kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1344 Aprilis 23.

Clementis VI A. II/3 (73) f. 545′ n. 333, de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 162 f. 330 n. 333. — [a]) ‚Lippa' V. [b]) sic scriptum in V.

339. *Herkae de Vilharticz,*[a]) *mulieri Pragensi,*[b]) *conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IX*[c]) *kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1344 Aprilis 23.

Clementis VI A. II/3 (73) f. 545′ n. 334, de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 162 f. 330 n. 334. — [a]) ‚Wilharticz' V. [b]) sic V. [c]) sic scriptum in V.

340. *Catherinae Johannis, mulieri civi Pragensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VIIII kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1344 Aprilis 23.

Clementis VI A. II 3 (73) f. 516 n. 352. de absolutione qu. 2. rubrica tota quaterni deficit; litterae in V. 162 f. 330' n. 352.

341. *Johannes, rex Bohemiae, et Carolus, marchio Morariae, supplicant, quatenus parrochiales ecclesiae in curia dicta Regnitz*[a]) *Bambergensis*[b]) *ac in Bundorf*[c]) *(?) Ratisponensis diocesium, in quibus abbas et conventus monasterii Waldsassensis ius patronatus obtinent, cum capellis suis earumque pertinentiis eidem monasterio incorporentur. ‚Fiat R.*[1]) . . . . *D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 306'. — a) ‚Regniez' S. b) ‚Pabenbergensis' S. c) ‚Bundrefe' S. — [1]) littera ista non est reperta.

342. Wymmarus *de Gymnich*,[a]) *miles et camerarius marchionis Morariae, supplicat, quatenus filio suo Arnoldo, clerico Trevérensis diocesis, de canonicatu ecclesiae beatae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R . . . . Item sine examine. Fiat R.*[1]) *D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 306'. — a) ‚Gymnik' S. — [1]) littera ipsa non est reperta.

343. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni dicto de Glatz de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis provideatur.*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Supplicat S. V. devotus f. v. . . Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam Johannis dicti de Glacz, clerici Wratislauiensis diocesis, specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem, eleccionem, prov., pres. seu q. a. d. . . episcopi et capituli ecclesie

Wratislauiensis c. vel d., si quod in ecclesia Wratislauiensi [a]) vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem Johanni conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat usque ad summam triginta marcharum cum cura, viginti sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 309'. — [a]) ‚communiter – Wratislauiensi' suppletum in margine S.

344. *Johanni dicto de Glatz, clerico Vratislaviensis diocesis, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, in ecclesia Vratislaviensi vacante vel vacaturo, [etiam si officium existat],[a]) cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectante ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis. ‚D. Avinione VIII kal. Maii a. secundo'. — In e. m. abbati monasterii beatae Mariae in Arena foris muros Vratislavienses et sacristae Avinionensis ac Nicolao de Panericz,[b]) canonico Vratislaviensis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

| =|= .X X. *Avinione, 1344 Aprilis 24.*

Clementis VI A. II/5 (75) f. 451, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 4 = V. 158 f. 340 n. 621. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 295. — [a]) clausula: ‚eciam si officium existat' deest in A., suppl. ex V. [b]) ‚Panewitz' A.

345. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Hynconi Smilonis de Vetovia de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti clerici sui Hynconis, nati Smilonis de Vetouia, Olomucensis diocesis, sui fidelissimi et cari militis et consiliarii, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, si in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini misericorditer providere et, cum dictus Hynco in duodecimo sue etatis anno constitutus existat, secum, ut huiusmodi defectu non obstante dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, si sibi canonice conferantur, possit et valeat licite obtinere, dignemini

misericorditer dispensare, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 309'.

346. *Hyneoni,*[a]) *nato n. v. Smilonis de Vetoria, militis, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.' — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis, Pragensis diocesis, et praeposito Omnium Sanctorum*[b]) *in castro Pragensi ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

I / .X — I / = / X.

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Clementis VI A. II/5 (75) f. 310, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 9. — V 158 f. 249 n. 434. — a) corr. ex ‚Hyconi' A. b) corr. ex verbo illegibili A.

347. *Johannes Albus de Lucemburgo supplicat, quatenus Paulo nato quondam Andreae Durionis de Hlubčicz de beneficio cum vel sine cura vacaturo ad collationem episcopi et capituli Olomucensis vel praepositi et capituli ecclesiae sancti Petri in Brunna provideatur.*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Supplicat devotus vester Johannes Albus de Lucemburga, quatenus sibi in personam dilecti sui Pauli quondam Andree Durionis de Luperschicz,[a]) clerici Olomucensis diocesis, graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante c. vel d. ad collacionem, pres., prov. seu q. a. d... episcopi, . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Olomucensis, si quod ad presens in dicta ecclesia, civitate vel diocesi vacat, vel quamprimum vacaverit, de solita clemencia et benignitate sedis apostolice dignemini providere, cum acceptacione etc. et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, vel eidem similem graciam facientes etc. ad collacionem . . prepositi et capituli ecclesie sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis.

Fiat usque ad summam XXX marcarum cum cura, XX sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 309'. — a) ‚Lupschicz' habet S.

348. *Paulo quondam Andreae Durionis*[a]) *de Hlubčicz,*[b]) *clerico Olomucensis diocesis, providetur*[1]) *de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectante ad collationem praepositi et capituli ecclesiae sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, si quod in civitate vel diocesi Olomucensi vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.' — In e. m. patriarchae Jerosolimitano et abbati monasterii Montis Sion prope Pragam ac praeposito ecclesiae Olomucensis. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1344 Aprilis 24.*

Clementis VI A. II/2 (72) f. 443 n. 277, de beneficiis vacaturis qu. 8 = V. 160 f. 254 n. 277. — Ed. CDM. VII n. 541. RBM. IV deest. — [a]) ‚Durronis' A. [b]) ‚Lupschitz' A — [1]) de supplicatione Johannis Albi de Lucemburgo, quam vide in n. 347, in littera ipsa nulla fit mentio.

349. *Carolus, marchio Morariae, supplicat, quatenus Nicolao de Panevicz de dignitate, personatu seu officio vacaturo ad collationem episcopi Vratislaviensis provideatur.*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Supplicat S. V. devotus v. f. Karolus, primogenitus regis Boemie, marchio Morauie, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Nicolai de Panewitz, canonici Wratislauiensis, doctoris decretorum, specialem graciam facientes, eidem Nicolao de dignitate seu personatu vel officio cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, prov., pres. vel quamcunque a. d. episcopi Wratislauiensis, vacante ad presens vel vacaturo proxime in ecclesia Wratislauiensi, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini providere, non obstante, quod idem Nicolaus in dicta ecclesia canonicatum obtinet et prebendam, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus. Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 311'.

350. *Nicolao de Panewicz,[a] canonico Vratislaviensi decretorum doctori provideatur[b] de dignitate, personatu seu officio cum vel sine cura, in ecclesia Vratislaviensi vacante vel vacaturo, spectante ad collationem episcopi Vratislaviensis, non obstante ut in n. 349. ‚D. Avinione VIII kal. Maii a. secundo.' — In e. m. abbati monasterii beatae Mariae in Arena et decano sanctae Crucis extra muros Vratislavienses ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 52.*

. X X . *Avinione, 1344 Aprilis 24.*

Clementis VI A. II/5 (75) f. 597 de dignitate, personatu vel officio sub expectatione qu. 1 = V. 158 f. 21 n. 32. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — a) Panewitz A. — b) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, quam vide sub num. 349, nulla fit mentio in littera ipsa.

---

351. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Arnaldo de Molont, clerico Xanctonensis diocesis, familiari clerici sui magistri Geraldi de Magnaco, capellani domini papae, de parrochiali ecclesia de Bellomonte, Pictaviensis diocesis, nunc vacante provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Avinione VIII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 312.

---

352. *Imberto de Chamborenco, succentori, et Hugoni de Nayda ac Aymerico Hugonis, canonicis ecclesiae Pictaviensis, mandatur, quatenus ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, providere procurent Arnaldo de Molont, clerico Xanctonensis diocesis, de parrochiali ecclesia de Bellomonte, Pictaviensis diocesis, vacante, cuius fructus quinquaginta librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum ut asseritur non excedunt. ‚D. Avinione VIII kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 78.*

V
. X . *Avinione, 1344 Aprilis 24.*

Clementis VI A. II/1 (71) f. 549, de beneficiis vacantibus qu. 16 = V. 157 f. 451 n. 899.

---

353. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus familiari domestico suo Arnaudo de Bosco, diacono Sanctipapuli diocesis, de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi, decani et capituli ecclesiae Lingonensis provideatur. ,Fiat usque ad summam sexaginta librarum cum cura, quadraginta sine cura R. Eciam in ecclesia cathedrali R.' Item supplicat, quatenus eidem Arnaudo officium tabellionatus concedatur. ,Fiat, si sit sufficiens R.*[1]*) . . . . D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 312. — [1]) littera ista non est reperta.

354. *Arnaudo de Bosco, familiari domestico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, si quod in ecclesia, civitate vel diocesi Lingonensi vacat ad praesens, vel cum vacaverit, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, spectante ad collationem episcopi, decani et capituli Lingonensis. ,D. Auinione VIII kal. Maii a. secundo.' Forma ut in n. 76.*

| ═ (with | above and below) .X X.

Avinione, 1344 Aprilis 24.

Clementis VI A II/5 (75) f. 530, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 7 = V. 158 f. 398 n. 740.

355. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Hynconi Smilonis de Vetovia de beneficio sine cura vacaturo ad collationem episcopi et capituli Pragensis provideatur.*

Avinione, 1344 Aprilis 27.

Supplicat S. V. devotissimus vester Karolus, marchio Morauie, quatenus sibi in personam dilecti sui Hinconis, nati Smylonis, militis de Wetauia, clerici Olomucensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem Hinconi de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante c. vel d. ad collacionem, prov. seu q. a. d. . . episcopi et capituli Pragensis, si quod eciam in ecclesia Pragensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini providere, cum reservacione, acceptacione, inhibicione, decreto, anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.
Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.

Item dignemini propter longitudinem et pericula viarum, ut parcatur laboribus et expensis, committere examen ipsius ad partes. Fiat R.[1]) D. Auinione V kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 328. — [1]) littera ipsa non est reperta.

356. *Carolus, primogenitus regis Bohemiae et marchio Moraviae supplicat, quatenus Johanni Tylmanni a) de Vienna, subdiacono Trevirensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Monasteri in Maifeld, eiusdem diocesis, sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.[1]) . . . . D. Auinione IIII kal. Maii a. secundo.‘*

Avinione, 1344 Aprilis 28.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 314'. — a) ‚Tylomani‘ S. — [1]) littera ista non est reperta.

357. *Carolus, primogenitus regis Bohemiae et marchio Moraviae,[a]) supplicat, quatenus familiari suo Egidio, nato Egidii de Reichendorf,[b]) clerico Trevirensis[c]) diocesis, de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem decani et capituli ecclesiae sancti Castoris in Confluentia, dictae diocesis, provideatur. ‚Fiat usque ad summam triginta marcarum cum cura, viginti sine cura R.[1]) . . . . D. Auinione IIII kal. Maii a. secundo.‘*

Avinione, 1344 Aprilis 28.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 319'. — a) corr. ex ‚Marie‘ S. b) ‚Reychidorf‘ S. c) ‚Treuensis‘ S. — [1]) littera ista non est reperta.

358. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni Pauli, notario Pistoriensi, de officio scriptoriae poenitentiariae apostolicae provideatur.*

Avinione, 1344 Aprilis 28.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti et antiqui familiaris sui Johannis Pauli, notarii Pistoriensis, Romanam curiam nunc sequentis, specialem graciam facientes, eidem Johanni de officio scriptorie penitenciarie vestre dignemini providere, mandantes exnunc ipsum ad dictum officium cum emolumentis et commodis consuetis recipi et admitti et aliorum scriptorum ipsius officii numero aggregari, non obstante de certo ipsorum scriptorum numero, seu quod ipse Johannes coniugatus existit, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat cum vacabit R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII kal. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 322. — [1]) littera ista non est reperta.

359. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Henrico de Guimenich,*[a]) *milite, et nobili muliere Jutta de Zaffemberg,*[b]) *Coloniensis diocesis, quam Hemondus miles, pater dicti Henrici, de sacro fonte levaverat, super matrimonio iam contracto dispensetur. ‚Fiat, sed solvat centum florenos ad scutum camere in subsidium contra Turcos R. . . . . D. Auinione IIII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 28.

Clementis VI S. II/2 (4) 322. — a) Fortasse idem quod ‚Gymnich'? (vide num. 342.) b) sic in S., locus situs ignoti.

---

360. *Cum nobili viro Henrico de Guimenich,*[a]) *milite, et Jutta de Zaffemberg,*[b]) *nobili muliere, Coloniensis diocesis, dispensatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, super matrimonio iam contracto, non obstante impedimento affinitatis spiritualis, ita tamen, quod ipse Henricus centum aureos ad scutum camerae apostolicae in subsidium christianae fidei contra Turcos persolvi teneatur. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. secundo.'*

.X̿. *Avinione, 1344 Aprilis 28.*

Clementis VI A. II/6 (76) f. 419' n. 7, „litterarum anni secundi, que fuerunt portate post reddicionem librorum" qu. 1. In margine annotatio: ‚Diversarum formarum. Debet scribi in pergameno. Scriptum in pergameno per A.' — a) vide num. 359. n. a. b) vide num. 359 n. b.

361. *Fulco, primicerius Metensis, supplicat, quatenus domum quandam seu fortalicium in villa de Ottonvilla, Metensis diocesis, ad primiceriatum praedictum spectantem, in feudum reddibile pro se et suis succesoribus a rege Bohemiae recipere valeat, sic etiam, ut ipse rex illud in homagium et retrofeudum pro se et suis successoribus, comitibus Lucemburgensibus, ab episcopo Metensi recipiat. ‚Possit concedi per episcopum Metensem auctoritate apostolica, si utilitati ecclesie viderit expedire, super quo eius conscienciam oneramus R. . . . . D. Auinione IIII kal. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Aprilis 28.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 333.

---

362. *Episcopo Metensi mandatur, quatenus Fulconi, primicerio ecclesiae Metensis, licentiam concedat, ut domum quandam in Ottonvilla pro se et suis successoribus in feudum reddibile a Johanne, rege Bohemiae, recipere possit. (D. Avinione IIII kal. Maii a. secundo.)*

V
.X. *Avinione, 1344 Aprilis 28.*

Clementis VI A. III 3 (79) f. 124, de indultis etc. qu. 3 = V. 165 f. 164 n. 513.

363. *Ecclesia Pragensis in metropolitanam erigitur, eidemque Litomyslensis ac Olomucensis ecclesiae subiciuntur.*

.CL. *Avinione, 1344 Aprilis 30.*

Clemens episcopus, s. s. d.,[a]) ad p. r. m. Ex superne providencia maiestatis Romanus pontifex, constitutus in superne specula dignitatis, circa gregem dominicum sue cure commissum et ecclesiarum profectum, prout ex debito eidem incumbit officii pastoralis, diligenter prospicit et intendit et ecclesiarum ipsarum statum mutat et honorem accrescit, prout ipsarum ecclesiarum et locorum requirit necessitas, cause suadent racionabiles, catholici populi augmentum expostulat et salus exigit animarum. Sane quidem pro parte ch. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, et d. f. n. v. Karoli, marchionis Morauiensis, primogeniti sui, coram nobis et fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, expositum extitit reverenter, quod Pragensis per decem et Olomucensis ecclesie ipsarumque civitates et dioceses in regno Boemie consistentes, que de Maguntina provincia existebant et subiacebant iure metropolitico archiepiscopo Maguntino, qui est pro tempore, ac ecclesie Maguntine eidem, a civitate Maguntina per duodecim dietas vel circa distabant, et quod incole dicti regni, qui locuntur[b]) idioma sclavonicum, omnino diversum et non intelligibile incolis aliorum episcopatuum dicte provincie, qui purum idioma theotonicum loqui noscuntur, sunt omnino diversi in idiomate ab eisdem, quodque illi de dictis Pragensi et Olomucensi civitatibus et diocesibus tum propter predones et raptores in itineribus occurrentes, ut itinerum ipsorum discrimina et asperitates, nemora et montanas in exitu et regressu dicti regni existencia, tum eciam quia oportebat eos per aliam seu alias provincias transire, cum Maguneiam volebant accedere pro appellacionum et aliis causis ad forum archiepiscopalis curie Maguntine metropolitico iure spectantibus prosequendis, predictis periculis ac importabilibus expensis et laboribus subiacebant et preter hoc non erat memoria hominum, quod ecclesie, civitates et dioceses Pragensis et Olomucensis predicte forent per archiepiscopum Maguntinum nisi semel tantummodo visitate, et quod altissimus in tanta multitudine populi dictas Pragensem et Olomucensem diocesim, quarum prima per quinque et altera per quatuor dietas protenduntur[c]) vel circiter, et eciam in ecclesiis et locis ecclesiasticis fecundavit et auxit, quod singularum ipsarum singulos vultus unicus

pastor nequibat, ut officium pastorale decet, inspicere et alias partes boni pastoris implere, quodque durum erat atque difficile in qualibet tam latarum et diffusarum diocesium ad unum tantum pastorem a tot personis ecclesiasticis et mundanis recursum haberi. Quare pro parte ipsorum regis et primogeniti fuit nobis humiliter supplicatum, ut dictas Pragensem et Olomucensem ecclesias ab omni dominio et potestate dictorum archiepiscopi et ecclesie Maguntine eximere ipsamque ecclesiam Pragensem in metropolitanam et aliquas ecclesias in eisdem diocesibus sic diffusis in cathedrales erigere illasque ac praefatam Olomucensem ecclesiam dicte Pragensi ecclesie metropolitico iure subicere auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus auditis, volentes in premissis gravitatem et modestiam debitam observare ac de causis huiusmodi nobis expositis certitudinaliter informari, v. f. Bertrando, episcopo Ostiensi, et dd. ff. nn. Bernardo, tituli sancti Ciriaci in Termis presbytero, ac Raymundo, sancte Marie Nove diacono cardinalibus, commisimus oraculo vive vocis, ut de premissis causis et earum circumstanciis in talibus attendendis se diligencius informarent et, quecunque super hiis invenirent, nobis fideliter referre curarent. Et quia per relacionem episcopi Ostiensis et cardinalium predictorum, [qui] [d]) iuxta commissionem nostram huiusmodi eis factam informacionem super predictis receperunt, fideliter nobis factam comperimus causas huiusmodi esse veras et quodammodo manifestas et postulata huiusmodi fieri non solum utile fore, sed summe necessarium ac eciam oportunum, et propterea cultum augere divinum ac spiritualem animarum profectum, quem ex hiis indubie provenire speramus, promovere salubriter intendentes, deliberacione super hiis cum fratribus nostris prehabita diligenti, premissis et nonnullis aliis racionabilibus causis suadentibus ecclesiam, civitatem et diocesim Pragensem predictas de ipsorum fratrum consilio et apostolice plenitudine potestatis auctoritate apostolica et ex certa nostra sciencia ab omni iurisdiccione, potestate ac subieccione archiepiscopi, qui est pro tempore, et dd. ff. capituli ecclesie Maguntine exnunc eximentes penitus et totaliter liberantes ac eam soli Romane ecclesie de cetero subiacere immediate perpetuo decernentes ipsam Pragensem ecclesiam ad dei laudem et gloriam, exaltacionem catholice fidei, eiusdem cultus augmentum et animarum profectum in metropolitanam erigimus ipsamque honoribus et insigniis sedis metropolitice decoramus, auctoritate predicta nichilominus statuentes, quod ipsa Pragensis ecclesia pro metropolitana imperpetuum habeatur et eius presul archiepiscopus eciam censeatur. Et quia dignum est, ex quo dicta ecclesia Pragensis, olim filia, nunc mater effecta, metropolitice [e]) dignitatis suscepte [f]) insignia suffraganeos et provinciam decentem habeat, ut ad iudicium archiepiscopi Pragensis, qui pro tempore fuerit, omnes cause suffraganeorum episcoporum et personarum ecclesiasticarum ac civitatum et diocesium eiusdem provincie iuxta sacrorum instituta canonum referantur, villam Luthomusselensem, de Pragensi diocesi existentem, locum itaque nobilem et insignem, ad laudem divini nominis et honorem necnon pro incremento, profectu et exaltacione predictis in civitatem erigimus ipsamque civitatis vocabulo insignimus et nichilominus ecclesiam monasterii huiusmodi nove civitatis, Premonstratensis ordinis, in cathedralem ecclesiam erigentes eam decernimus fore perpetuo ipsius nove civitatis ecclesiam cathedralem, cui certam partem de dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus adiacentem eidem et certis finibus distinguendam intendimus

facere assignari, et tam Olomucensem et Luthomusselensem ecclesias et ipsarum civitates quam Olomucensem necnon prefatam eidem Luthomusselensi ecclesie assignandam diocesim exnunc ipsius Pragensis ecclesie suffraganeas et de provincia Pragensi imperpetuum fore decernimus et iuri metropolitico subicimus et subiectas fore volumus archiepiscopo Pragensi, qui erit pro tempore, et Pragensi ecclesie memorate, ecclesiam, civitatem et diocesim Olomucensem a metropoliticis archiepiscopi et ecclesie Maguntine predictorum necnon Luthomusselensem ecclesiam et civitatem prefatas ac diocesim ei ut premittitur assignandam ab ordinarii [g]) olim Pragensis episcopi necnon dilectorum filiorum capituli ipsius Pragensis ecclesie ac qualibet [h]) prelatorum et capituli generalis dicti ordinis iurisdiccione, subieccione ac dominio prorsus eximimus auctoritate ac de plenitudine supradictis. Hec igitur per apostolice sedis prudenciam et providenciam circumspectam sic facta salubriter et utiliter ordinata perpetuis esse valitura temporibus et robur firmitatis inmutabilis obtinere volentes, auctoritate predicta districcius inhibemus, ne quis, cuiuscunque preeminencie, ordinis, condicionis aut status, eciam si archiepiscopali aut episcopali seu regia vel maiori prefulgeat dignitate, huiusmodi ordinaciones apostolicas et alia supradicta quovis quesito colore vel modo sive causa vel occasione qualibet adimentis turbare seu quomodolibet impedire presumat, et nichilominus in eos, qui ex certa sciencia contrarium attemptare presumpserint, nisi infra octo dierum spacium post publicacionem presencium resipuerint, cum effectu excommunicacionis necnon in universitates, terras et loca eorum interdicti ac capitula et conventus seu collegia suspensionis sentencias de predictis auctoritate et consilio promulgamus, a qua quidem sentencia excommunicacionis illi, qui eam incurrerint, nonnisi per Romanum pontificem preterquam in mortis articulo absolucionis beneficium valeant obtinere, decernentes irritum et inane, si secus super premissis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum exempcionum, liberacionis, ereccionum, subieccionis, voluntatis, inhibicionis et constitucionum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione II kal. Maii p. n. [i]) a. secundo.

Originale in pergameno, cum bulla plumbea Clementis papae VI in filo serico, in archivio capituli metropolitani Pragensis; cuius variae lectiones hic per ‚Or.' designantur [Alterum originale in archivio c. r. aulico Vindobonensi asservatur.] Registratum in Clementis VI A. II 4 (74) f. 414—414' n. 651, diversarum formarum qu. 17 = V. 162 f. 235 n. 651. — Ed. Goldast, Supplementum actorum publicorum, p. 277 n. 30, ad a. 1343. Balbinus-Miscellanea, dec. I l. VI p. 35, extr. ap. Dobner MHB. IV p. 312 n. 175, CDM. VII n. 542, RBM. IV n. 1398. — [a]) ‚Clemens — dei' deest in A. [b]) ‚loquuntur' A. [c]) ‚pretenduntur' Or. [d]) deest in Or., suppletum ex A. [e]) ‚metropolite' Or. [f]) ‚suscepit' A. [g]) ‚ordinariis' A. [h]) ‚quolibet' Or. [i]) ‚pontificatus nostri' deest in A.

364. Arnestus, episcopus olim Pragensis, in archiepiscopum Pragensem praeficitur.

— — — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
. X X X X X X X .

Avinione, 1344 Aprilis 30.

Clemens episcopus, s. s. d.,[a]) v. f. Arnesto, episcopo olim Pragensi, in archiepiscopum Pragensem electo, s. et a. b.[b]) In supreme dignitatis specula ex divina disposicione licet immeriti constituti, de universis orbis ecclesiis, quarum cura nobis imminet generalis. iuxta pastoralis officii debitum, quantum nobis ex alto permittitur, solicite cogitamus, ut per nostre providencie studium pastores eis preficiantur idonei ac rectores providi deputentur, sub quorum regimine huiusmodi ecclesie spiritualibus proficiant incrementis et temporalibus commodis gratulentur. Nuper siquidem suadentibus manifestis et racionabilibus causis ecclesiam,[c]) civitatem et diocesim Pragensem, que tunc de Maguntina provincia existebant et subiacebant iure metropolitico archiepiscopo Maguntino, qui est pro tempore, ac ecclesie Maguntine, te[d]) regimini eiusdem Pragensis[e]) ecclesie presidente, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine auctoritate apostolica ab omni iurisdiccione, potestate ac subieccione dicti archiepiscopi et dd. ff. capituli et ecclesie Maguntine eximentes penitus et totaliter liberantes ac eam soli Romane ecclesie de cetero immediate subiacere perpetuo decernentes, ipsam Pragensem ecclesiam[f]) in metropolitanam ereximus ipsamque honoribus et insigniis sedis metropolitice[g]) decoravimus, auctoritate predicta nichilominus statuentes, quod ipsa Pragensis ecclesia[h]) pro metropolitana imperpetuum habeatur et eius presul archiepiscopus eciam censeatur, prout in nostris litteris inde confectis plenius et seriosius continetur.[1]) Attendentes igitur, quod tu[i]) regimen eiusdem Pragensis ecclesie,[k]) dum episcopalis existebat, gessisti[m]) hactenus fideliter et prudenter, sumpta ex preteritis fiducia de futuris verisimiliter credimus, quod regimen ipsum eo imposterum geres[n]) attencius, quo te[o]) maiori honore ac[p]) dignitate prospicies[q]) decoratum, te[r]) ipsi Pragensi ecclesie[s]) de dictorum fratrum consilio auctoritate predicta in archiepiscopum preficimus[t]) et pastorem, curam et administracionem ipsius tibi[u]) in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod eadem Pragensis ecclesia[v]) sub tuo[x]) felici regimine gracia tibi[y]) suffragante divina utilius dirigetur et votiva continue suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi impositum tibi onus a domino suscipiens reverenter sic ipsius Pragensis ecclesie, sponse tue, curam geras solicite, fideliter et prudenter, gregem dominicum in ea tibi commissum doctrina verbi et operis informando, quod de talento tibi credito dignam possis in extremo examine reddere racionem, tuque proinde perpetue felicitatis gaudia consequaris, ac nos gratulari possimus in domino, cum de te concepta fiducia fuerimus non fraudati. D. Auinione II kal. Maii[z]) a. secundo.

In e. m. dd.[aa]) ff. capitulo ecclesie Pragensis s. etc.[bb]) In supreme etc. usque incrementa.[cc]) Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes ei obedienciam et reverenciam debitam et devotam

eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis, ita quod mutuo inter vos et ipsum spirituale possit abundare [illegible]) gaudium et prosperitatis optate consurgere incrementum, alioquin sentenciam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. D. ut s.

In e. m. dd.ee) ff. clero civitatis et diocesis Pragensis s. etc.ff) In supreme etc. usque incrementa.gg) Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes ei obedienciam et reverenciam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis, ita quod mutuo inter vos et ipsum spirituale possit abundare hh) gaudium et prosperitatis optate consurgere incrementum, alioquin sentenciam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. D. ut s.

In e. m. dd.kk) ff. populo civitatis et diocesis Pragensis s. etc.ll) In supreme etc. usque incrementa.mm) Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificencia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis,nn) ita quod ipse in vobis devocionis filios et vos subsequenter in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. D. ut s.

In e. m. dd. ff. universis vassallis ecclesie Pragensis s. etc. In supreme etc. usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem electum pro nostra et apostolice sedis reverencia debita honorificencia prosequentes ei fidelitatem solitam necnon consueta servicia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis, alioquin sentenciam sive penam, quam idem electus rite tulerit vel statuerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. D. ut s.

In e. m. vv. ff. universis suffraganeis ecclesie Pragensis s. etc. In supreme etc. usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem electo tanquam membra capiti obsequentes exhibeatis ei obedienciam et reverenciam debitam et devotam, ita quod mutuo inter vos et ipsum gracia gratos sorciatur effectus et nos oo) devocionem vestram proinde valeamus dignis in domino laudibus commendare. D. ut s.

In e. m. c. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, s. etc. In amore virtutum et operibus caritatis decet celsitudinem regiam haberi continuo studiosam, maxime cum ex hiis procul dubio retribucionis eterne bravium et humane laudis preconium acquiratur. Nuper siquidem etc. usque incrementa. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus dei ministros ac presertim pontificali dignitate preditos benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem electum dictamque Pragensem ecclesiam, sue cure commissam, habens pro divina et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, eidem electo circa manu-

tenenda et ampliandа bona et iura ecclesie supradicte te liberalem exhibeas et in cunctis oportunitatibus graciosum, ita quod idem electus regii favoris fultus auxilio in commissa sibi huiusmodi cura possit assidue deo propicio prosperari, ac tibi exinde a retributore bonorum omnium perennis vite premium rependatur et a nobis condigna proveniat accio graciarum. D. ut s.

Originalia litterarum ad Arnestum episcopum (E.), capitulum (C.), clerum (Cl.) et populum (P.) Pragenses in archivio capituli metropolitani Pragensis asservantur. Reliqua tria deperdita sunt. Omnia autem reperiuntur registrata in Clementis VI A. II 4 (74) f. 552′, de provisionibus praelatorum qu. 2 = V. 157 f. 67 n. 214. — Ed. Werunsky n. 54, RBM. IV n. 1399 et 1400. — [a]) ‚Clemens — dei' deest in A. [b]) ‚etc.' loco ‚et apostolicam benediccionem' A. [c]) sequitur ‚vestram' C. [d]) ‚v. f. nostro Arnesto, episcopo olim Pragensi, in archiepiscopum Pragensem electo' loco ‚te' C. Cl. P. [e]) ‚vestre' C. [f]) ‚ecclesiam' deest in Cl. ‚ecclesiam vestram' loco ‚Pragensem ecclesiam' C. [g]) ‚metropolice' Cl. [h]) ‚ecclesia vestra' loco ‚Pragensis ecclesia' C. ‚in metropolitanam — ecclesia' suppl. in marg. A. [i]) ‚idem Arnestus electus' C. Cl. ‚idem Arnestus' P. loco, tu'. [l]) ‚ecclesie vestre' loco ‚Pragensis ecclesie' C. ‚ecclesie Pragensis' Cl. P. [m]) ‚gessit' C. Cl. P. [n]) ‚geret' C. Cl. P. [o]) ‚se' C. Cl. P. [p]) ‚et' Cl. P. [q]) ‚prospiciet' C. Cl. P. [r]) ‚eundem Arnestum electum' C. Cl. ‚eundem Arnestum' P. loco ‚te'. [s]) ‚ecclesie vestre' loco ‚Pragensi ecclesie' C. ‚ecclesie Pragensi' Cl. P. [t]) ‚prefecimus' C. Cl. P. [u]) ‚sibi' C. Cl. P. [v]) ‚ecclesia vestra' loco ‚Pragensis ecclesia' C. ‚ecclesia Pragensis' Cl. P. [x]) ‚suo' C. Cl. P. [y]) ‚sibi' C. Cl. P. [z]) sequitur ‚pontificatus nostri' C. Cl. P. [aa]) praecedit: ‚Clemens episcopus, servus servorum dei' C. [bb]) ‚et apostolicam benediccionem' loco ‚etc.' C. [cc]) ut in littera principali, quae ad Arnestum episcopum dirigitur, ubi etiam vide varias lectiones partis in regestro omissae. [dd]) ‚habundare' A. [ee]) praecedit: ‚Clemens episcopus, servus servorum dei' Cl. [ff]) ‚et apostolicam benediccionem' loco ‚etc.' Cl. [gg]) ut in littera principali, quae ad Arnestum episcopum dirigitur, ubi etiam vide varias lectiones partis in regestro omissae. [hh]) ‚habundare' A. [ii]) praecedit: ‚Clemens episcopus, servus servorum dei' P. [ll]) ‚et apostolicam benediccionem' loco ‚etc.' P. [mm]) ut in littera principali, quae ad Arnestum episcopum dirigitur, ubi etiam vide varias lectiones partis in regestro omissae. [nn]) ‚intendentes' P. A., emendatum ab editore. [oo]) ‚vos' A. — [1]) vide n. 363.

---

365. *Johannes, abbas Lucensis, in episcopum Litomyšlensem praeficitur.*

X X X X X
.X X X X X.

Avinione, 1344 Aprilis 30.

D. f. Johanni, [electo][a]) Luthomuslensi, s. etc. Ad universalis ecclesie regimen exercendum divina disposicione vocati, ad cuiuslibet statum ecclesie aciem solicite extendimus consideracionis, pastoralis partes officii vigilanti studio adhibentes, ut ecclesie singule pastoribus gubernentur idoneis et providis rectoribus committantur, quorum circumspeccione provida et prudencia circumspecta illius cooperante clemencia, qui verus pastor et rector agnoscitur animarum, spiritualium et temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis racionabilibus causis, que ad hoc animum nostrum induxerunt, villam Luthomuslensem, tunc infra limites Pragensis diocesis constitutam, que locus insignis existit et ubertate multiplici hominum et rerum exuberat, de fratrum nostrorum

consilio et apostolice plenitudine potestatis in civitatem ereximus[a] ipsamque civitatis vocabulo duximus decorandam, statuentes ac decernentes, ut monasterium ipsius loci Luthomuslensis, Premonstratensis ordinis, monasterio Strahoviensi ordinis et diocesis predictorum, tunc immediate subiectum, extunc haberetur et existeret ecclesia cathedralis. Postmodum vero de celeri et salubri provisione ecclesie Luthomuslensis, ut sponsi letaretur solacio, cogitantes, tandem post cogitaciones multiplices, quas primo intra mentis nostre precordia, et tractatus, quos deinde cum fratribus nostris habuimus diligentes, ad preficiendum talem eidem ecclesie personam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis ac in suis manutenere iuribus et eciam adaugere, ad te, abbatem monasterii Lucensis, predicti ordinis, Olomucensis diocesis, litterarum sciencia preditum, vita ac morum honestate decorum, in temporalibus providum et in spiritualibus circumspectum, direximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona tua, nobis et eisdem fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio eidem ecclesie providemus, preficientes te prefate ecclesie in episcopum et pastorem tibique curam et administracionem ipsius in spiritualibus et temporalibus committendo, dictoque monasterio Lucensi sic vacanti de persona d. f. Henrici, abbatis olim ante ereccionem predictam ecclesie prefate, tunc monasterii existentis, duximus providendum, preficiendo eundem Henricum in abbatem Lucensis monasterii prelibati, firma spe fiduciaque tenentes, quod eadem ecclesia divina tibi assistente clemencia per tue circumspeccionis et industrie studium fructuosum preservabitur a noxiis et adversis et spiritualibus ac temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur iugum domini tam leve colli tui humeris quamque suave ac in dileccione pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigilias diligens solicitusque custodi, ut liber non pateat aditus invasori, et domino insuspicabili hora venturo, si te invenerit sic agentem, cursu consummato, qui tuo labori proponitur, et horum fide servata, que tue solicitudini committuntur, te repertum fidelem in modico supra multa constituat ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. D. Auinione II kal. Maii a. tercio.[1])

In e. m. dd. ff. capitulo ecclesie Luthomuslensis s. etc. . . . . . D. ut s.

In e. m. carissimo in Christo filio Johanni, regi Boemie illustri, s. etc. . . . . . D. ut s.

In e. m. dd. ff. clero civitatis et diocesis Luthomuslensis s. etc. . . . . . D. ut s.

In e. m. dd. ff. . . populo civitatis et diocesis Luthomuslensis s. etc. . . . . . D. ut s.

Clementis VI A III,3 (79) f. 404′ n. 38. de promocionibus qu. 2 = V. 163 f. 56′ n. 38. Ed. CDM. VII n. 601. RBM. IV n. 1540. — a) deest in A., suppl. ab editore. — 1) Hae litterae per errorem in registra anni tertii scriptae esse videntur. Data enim diei II kalendas Maii — cum numeris 363, 364, 366 correspondet, qui ad annum secundum pertinent. Numerus autem 366 scribi non potuit ante numerum 365, qui parte ex altera quoad rem ipsam cum numeris 363, 364 strictissime connexus esse videtur. Quam ob rem hic ‚secundo' loco ‚tertio' legendum esse putamus. Vide etiam RBM. IV n. 1540 in nota.

366. *Henricus, abbas olim monasterii Litomyšlensis, in abbatem monasterii Lucensis preficitur.*

V V V
. X X X .

Avinione, 1344 Aprilis 30.

D. f. Henrico, abbati monasterii Lucensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, s. etc. Summi disposicione rectoris ad regimen universalis ecclesie deputati angimur[a]) curis assiduis,[b]) ut opem et operam, quantum nobis ex alto conceditur, impendamus, quod orbis ecclesie ac monasteria universa, pastorum destituta regimine, per nostre providencie ministerium viris committantur idoneis, qui sciant, velint ac valeant ecclesias et monasteria ipsa eis commissa studiose regere, prudenter dirigere ac feliciter gubernare. Nuper siquidem monasterio Lucensi, Premostratensis ordinis, Olomucensis diocesis, pro eo vacante, quod nos de persona d. f. Johannis, electi Luchemusllensis, tunc dicti Lucensis monasterii abbatis, licet absentis, ecclesie Luchemusllensi, quam, tunc monasterii, ordinis et diocesis predictorum, cui tu[c]) tunc preeras, certis racionibus de fratrum nostrorum consilio ac apostolice potestatis plenitudine in ecclesiam cathedralem ereximus, duximus providendum, preficiendo dictum Johannem eidem ecclesie in episcopum et pastorem: nos ad provisionem ipsius monasterii Lucensis, de quo nullus preter nos se hac vice intromittere potest pro eo, quod nos diu ante provisionem huiusmodi omnia monasteria, per provisiones per nos tunc factas et imposterum faciendas de prelatis eorum ubilibet constitutis quibusvis[d]) cathedralibus ecclesiis et monasteriis tunc vacancia et inantea vacatura, disposicioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam super hoc cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam, prout fidedignorum relacione didicimus, dominus insignivit, convertimus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis de persona tua eidem monasterio Lucensi auctoritate predicta[e]) de dictorum fratrum consilio providemus teque illi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii Lucensis tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod prefatum monasterium Lucense sub tuo felici regimine, gracia tibi suffragante divina, spiritualiter et temporaliter regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus onus regiminis dicti monasterii debita devocione suscipiens, sic te in cura ipsius salubriter exercendo exhibeas studiosum, quod per tue laudabilis diligencie studium monasterium ipsum preservetur a noxiis et ad salutaria dirigatur, tuque proinde retribucionis eterne premium ac nostram et eiusdem sedis benediccionem et graciam uberius consequi merearis. D. Auinione II kal. Maii a. secundo.

In e. m. dd. ff. conventui monasterii Lucensis, Premostratensis ordinis, Olomucensis diocesis, s. etc. Summi disposicione rectoris ad regimen universalis ecclesie deputati angimur curis assiduis etc. usque et prospere dirigetur. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Henricum abbatem pro nostra et apostolice sedis reverencia benigne recipientes et

honeste tractantes exhibeatis ei obedienciam et reverenciam debitam[f]) et[g]) devotam, eius salubria monita et mandata suscipiendo ilariter et efficaciter adimplendo, alioquin sentenciam, quam idem abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari. D. ut s.

In e. m. d. f. n. v. Carolo, marchioni Morauie, s. etc. Gracie divine premium et preconium humane laudis acquiritur, si per seculares principes prelatis singulis, secularibus et regularibus, honor debitus impendatur. Nuper siquidem etc. usque et prospere dirigetur. Cum itaque sit virtutis opus dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari[h]), nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Henricum abbatem et prefatum monasterium Lucense, sue cure commissum, habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos, predictum abbatem benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem abbas tuo fultus auxilio in commissa sibi monasterii predicti cura possit deo propicio prosperari ac tibi exinde perennis vite premium et a nobis condigna proveniat accio graciarum. D. ut s.

Clementis VI A. III 6 (V. 216) f. 43. de provisionibus praelatorum qu. 1 = V. 167 f. 31' n. 49. — Ed. CDM. VII n. 602, RBM. IV n. 1541. — [a]) corr. ex ‚atigimur' A. [b]) ‚curis assiduis' suppl. in marg. A. [c]) suppl. supra A. [d]) sequitur ‚ecclesiis', sed cancellatum A. [e]) suppl. supra A. [f]) ‚debita' A. [g]) suppl. supra A. [h]) corr. ex ‚venerabili' A.

---

367. *Erectio, dotatio et ordinatio collegii mansionariorum in ecclesia Pragensi confirmatur.*

.CC. *Avinione, 1344 Aprilis 30.*

Clemens episcopus, s. s. d.,[a]) ad p. r. m. Ingens et sincera devocio, qua d. f. n. v. Karolus, marchio Morauie ac primogenitus c. in Ch. f. n. Johannis,[b]) regis Boemie illustris, deum, nos et Romanam ecclesiam reveretur, summumque desiderium, quod ad nostri redemptoris obsequium et divini cultus augmentum[c]) se reddit, prout facti docet experiencia, solicitum atque promptum, non indigne merentur, ut huiusmodi eius pium desiderium oportunis prosequamur favoribus et, que per eum circa dicti cultus augmentum eiusque decorem sunt provide et canonice instituta, confirmacionis apostolice munimine roboremus. Exhibita siquidem nobis ipsius Karoli nuper peticio[1]) continebat, quod ipse, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad honorem dei omnipotentis et beate Marie virginis, beatorum martirum Viti et Wentzeslai atque Adalberti et aliorum sanctorum omnium necnon pro sue,[d]) progenitorum, predecessorum, successorum suorum cunctorumque fidelium, vivorum et defunctorum, animarum salute et cultus divini nominis incremento in ecclesia Pragensi vigintiquatuor clericorum secularium numerum seu collegium, precentore in eo computato, quorum duodecim presbyteri, sex diaconi et sex subdiaconi fore deberent, et quos

mansionarios voluit[e]) nuncupari, quique tenerentur et deberent cotidie in ipsa manere ecclesia et eciam residere ac personaliter et non per alium horis canonicis continue interesse, de novo creavit, statuit ac[f]) eciam ordinavit et voluit, quod dicti mansionarii habitum decentem intra et extra ecclesiam suo proposito congruentem et tonsuram clericis dicte ecclesie Pragensis conformem gestarent ac sustenstacionem pro vestimentis et aliis necessariis de suis porcionibus [haberent],[g]) quas pro singulis horis, in quibus usque ad finem earum interessent, per precentorem predictum, qui esset pro tempore, et unum ex dictis mansionariis, quem omnes vel maior pars eorundem mansionariorum duxerint eligendum, qui coadiutor seu cooperator appellari deberet[h]) et eius officium per unum annum tantummodo perdurare,[i]) ac eisdem in pecunia numerata dari et distribui [voluit][l]) in hunc modum: videlicet ut singulis diebus, quibus ipsi matutinali interessent officio vel misse, quatuor, singulis aliis vero horis duos parvos denarios currentis et usualis monete habere deberent,[m]) minores autem clericos mansionarios, qui matutinis aut misse interessént, duos, singulis aliis vero horis unum denarios dicte monete recipere voluit esse contentos, eorum negligencia eo modo per precentorem multanda, prout supra cuilibet officio seu horis divinis interessenti fuit pro sua porcione expressum, et quod, quicquid ob negligenciam aliquorum remaneret, tres partes porcionis remanentis inter mansionarios officio interessentes, quarta vero clericis pauperibus, qui cum ipsis mansionariis officio huiusmodi interessent, per precentorem et coadiutorem seu cooperatorem eius dividerentur. Idemque Karolus ad huiusmodi horarum et porcionum distribucionem hoc modo faciendam et perpetuo duraturam assignavit et irrevocabili donacione cum omnibus iuribus, libertatibus, obvencionibus et pertinenciis suis, ius tamen patronatus sibi specialiter reservans, donavit bona sua, que iusto empcionis titulo comparaverat seu acquisiverat ab Hyncone de Nachod,[n]) videlicet Tzyrnyerolo et Jassenni,[o]) in quibus sunt de certis redditibus centum et viginti sexagene grossorum denariorum Pragensium, sexaginta grossos pro sexagena qualibet computando, et in Zlonitz, quam emerat ab Octone pannicida, cive Pragensi, in qua sunt eciam sexaginta quinque sexagene grossorum, ac Lhotam, in qua sunt tresdecim sexagene grossorum de certis redditibus, villas Pragensis diocesis, quas comparaverat et emerat a Remundo de Kostomlat,[p]) volens, ut de censu dictarum villarum per precentorem colleccio et distribucio cotidiana pro singulis horis nocturnis et diurnis et missa eo modo, quo supradictum est, fieret et fieri deberet cum effectu per eundem precentorem seu coadiutorem vel cooperatorem ipsius, quodque quilibet ex ipsis mansionariis, qui omnes horas vel aliquam earum negligeret, totaliter a commodo seu emolumento pro horis seu hora deputata eadem die penitus foret exclusus, nisi ex racionabili causa de licencia . . decani ecclesie Pragensis, qui foret pro tempore, vel precentoris, si hoc sibi decanus duceret committendum, se aliquis absentaret, qua pena precentorem astringi noluit propter crebras circa bona predicta occupaciones, ordinans idem Karolus, quod omnes mansionarii predicti in habitu, processione et officiis sive horis in eadem ecclesia tempore estatis decentibus superpelliciis et birretis, tempore quoque hiemali[q]) capis et mitris de vario infra divinum officium ad modum installatorum ecclesie Pragensis uterentur; stallum vero, cum eosdem mansionarios cum prelatis canonicis installatis ad cantandum missam vel vesperas[r]) diebus solemnibus ut infra dicetur concurrere contingeret,

solus dumtaxat precentor obtineret post installatos predictos, alias vero cum eos cum prefatis prelatis et clericis minime concurrere in divinis contingeret, mansionarii predicti, scilicet chori dextri duodecim, precentore incluso, sex presbyteri, tres diaconi et tres subdiaconi,[s]) chori quoque sinistri duodecim, sex presbyteri, tres diaconi et tres subdiaconi, singuli utpote presbyteri duodecim loca iuxta prioratus seu senioratus[t]) ordinem sive statum obtinerent; in processionibus autem supradictos[u]) installatos iidem mansionarii tamquam minores precederent[v]) et ad offertorium subsequerentur, de sua propria pecunia offertorium deferentes; minores autem mansionarii locum cum aliis vicariis et altaristis infra eosdem obtinerent, se ipsis in habitu conformantes. Voluit eciam dictus Karolus,[x]) quod predicti mansionarii interessent singulis diebus dominicis et festivis, prepulsaciones habentibus, summe misse diei, processionibus et vesperis utrisque eorundem festorum, cantantes cum aliis prelatis et clericis ecclesie sepedicte,[y]) processionibus quoque in diebus letaniarum sive rogacionum aliisque temporibus, quas pro aliqua pia et honesta seu necessaria causa, ut pro recepcione prelati vel principis aut impetranda salute fecit[z]) et facere dicta Pragensis ecclesia consuevit, ac in decantandis et celebrandis divinis officiis eiusdem Virginis gloriose hec tempora, locum modum et ordinem ipsos mansionarios voluit observare: videlicet matutinale de sero circa occasum solis, nisi eadem hora Pragensem ecclesiam idem officium contingeret decantare, quo casu post completum officium[aa]) supradictum eodem sero vel in mane possent complere, prout eis expediens videretur, prime et tercie ante missam eiusdem Virginis, que per ipsos mansionarios et presbyteros per Lupum sacristam deputatos [decantatur],[bb]) duobus videlicet mansionariis ministraturis[cc]) misse eidem vestibus sacris indutis more solito ecclesiarum omnium cathedralium et collegiatarum, diaconi videlicet et subdiaconi, quos ad huiusmodi misse celebracionem idem precentor per singulas ebdomadas duceret deputandos, aliis vero mansionariis assistentibus in choro et cantantibus ac respondentibus ordinatim, qua completa sexta et nona post missam immediate perficerentur, vespertina et completoria[dd]) officia post vesperas et completorium diei decani, canonicorum et ministrorum ecclesie memorate perpetuis temporibus diebus singulis idem Karolus per ipsos mansionarios voluit decantari, cum nota excepto die Parasceues,[ee]) in qua voce summissa legi per ipsos horas easdem et a missa abstinere predicta ob reverenciam dominice passionis et eius matris doloris, cuius tunc animam filii mortis gladius pertransivit, qua decet Christi fideles et servientes matris eiusdem plus plangere quam cantare, excepta eciam die Nativitatis domini nostri Jhesu Christi, in qua propter prolixum canonicorum dicte ecclesie ipsius diei officium ipsi mansionarii officium suum prime, tercie, misse, sexte et none adimplere non possent, et quod dicti mansionarii uti omnibus ceremoniis et sacris vestibus in matutinis, missis, vesperis et aliis horis, et in omnibus aliis et singulis pertinentibus ad cultum divinum tenerentur se dicte Pragensi ecclesie conformare, quorum effectualis adimplecio pertineret ad ipsum decanum. Idemque Karolus cupiens dictos mansionarios in matutinali officio, missa et ceteris horis cantandis per anni circulum, videlicet in festivitatibus Concepcionis, Nativitatis, Annunciacionis, Purificacionis et Assumpcionis eiusdem Virginis gloriose et in octavis ipsius in psalmis, antiphonis,[ff]) responsoriis, leccionibus, omeliis, capitulis, hymnis,[gg]) collectis et aliis modum et ordinem iuxta consuetudinem dicte Pra-

gensis ecclesie et rubricam in breviario annotatam per omnia observare, sabatis vero et novem leccionum diebus, quibus dicta Pragensis ecclesia festum novem leccionum perageret, dicti mansionarii novem psalmos et novem lecciones similiter decantare studerent,[hh]) ferialibus autem diebus, videlicet trium leccionum, memorati mansionarii novem psalmos et tres lecciones beate Virginis cantare tenerentur, a festo vero Pasce usque ad diem sancte Trinitatis in matutinis, psalmis, leccionibus, responsoriis tribus, collectis autem consuetis et propriis eiusdem Virginis dicerentur, deficientibus vero legendis uterentur sermonibus tempore festorum beate Marie congruentibus, ante omnia lecciones de vita eiusdem gloriose Virginis legerentur, quibus perlectis leccionibus sermones,[ii]) quos sancti doctores in laudem Virginis ediderunt, dicerentur. Locum vero ad cantandum horas easdem et missas optavit ipse Karolus esse chorum et altare ipsius Virginis in ecclesia memorata. Et quia bone memorie Lupus, sacrista Pragensis, de quo [ll]) supra narratum existit, ad cantandum missam predictam tantum duos sacerdotes et quatuor clericos instituerat in ecclesia memorata, accedentibus ac hoc assensu et confirmacione bone memorie Johannis, episcopi Pragensis, et capituli ecclesie sepedicte,[mm]) voluit dictus Karolus, ut ipsis clericis in suo statu manentibus et duobus presbyteris deputatis per eundem sacristam singulis diebus missam Virginis gloriose decantantibus prefati mansionarii iuvarent cantare ut predicitur missam predictam. Preterea dictus Karolus, ut precentori et utriusque gradus mansionariis supradictis in divinis officiis serviendi assidue voluntas et perpetua tribueretur occasio, voluit, quod cum eisdem precentoria et mansionaria nullas dignitates, personatus seu parrochiales ecclesias aut alia quevis beneficia seu officia ecclesiastica, curam animarum habencia vel certa onera sibi annexa, aut que personalem requirerent residenciam, eciam dispensative valerent obtinere et, si que tunc habebant, ea cum effectu deberent dimittere infra mensem; ac rectoris clericorum istorum, quem nomen precentoris optavit sortiri, voluit hoc debitum esse officii, ut excessus predictorum mansionariorum prefato decano Pragensi denunciare teneretur, ad cuius denunciacionem decanus predictus cognita causa eosdem mansionarios pro huiusmodi excessibus iuxta modum culpe corrigere et castigare deberet; duos quoque ebdomadarios,[nn]) diaconos videlicet et subdiaconos, ordinare ad cantandum missam predictam ad precentorem predictum pertineret, ad cuius eciam vel alterius eius nomine imperium horis debitis signum daretur campane per campanarios dicte ecclesie, quibus pro eorum laboribus satisfacere tenerentur. Voluit eciam, quod ad precentoris spectaret curam providere de luminaribus necessariis pro missa et horis predictis, conservare vestes sacras, ornamenta altaris, calices, corporalia, libros et mapas. Insuper pro capis, brunis superpelliciis, mitris quoque et birretis[oo]) cuilibet maiorum mansionariorum semel tantum in anno in festo beati Galli unam sexagenam de redditibus predictis ministrari voluit per dictum precentorem et curari vigilanter, ne aliqua negligencia in horis committeretur eisdem, et quod ad eum pertineret terras, hereditates, possessiones, bona, redditus, proventus seu obvenciones quascunque bonorum predictorum tenere, possidere et gubernare ac colligere redditus et distribuere per se ipsum et coadiutorem seu cooperatorem ipsius dictis mansionariis horis interessentibus ad singulas horas diebus singulis expressis superius, et quod porcionibus nichilominus distributis per eum et cooperatorem eius, coram . . decano Pragensi et mansionariis pre-

dictis in communi bis in anno singulis annis de utroque censu, videlicet sancti Georgii et sancti Galli, de summa eos pro cotidianis distribucionibus, mitris, capis et superpelliciis contingente racionem redditurus, residuum census ipsum precentorem pro se et oneribus incumbentibus, quavis ipsorum mansionariorum reclamacione et contradiccione cessantibus, retinere volendo, et quod dictus Karolus advertens, quod, qui ad onus eligitur, repelli non debet [pp] a mercede, voluit, ut proventus, honorancie, culpe et quecunque obvenciones ultra redditus bonorum predictorum, que ipsis mansionariis et precentori donaverat, possent modo obvenire quocunque, dicto precentori tantum, quavis contradiccione seu excepcione cessantibus, dirivari deberent et eciam tenerentur, quodque, ut omnis [qq] dissidii, controversie et litigii materia inter ipsos mansionarios et precentorem eorundem in totum et per omnia amputaretur, voluit ipse Karolus, quod ipse precentor, qui esset pro tempore, una cum suo coadiutore de summa ipsos mansionarios pro singulis horis contingente secundum modum superius expressum racionem redderet competentem, et quod hoc ipsum faceret [rr] de summa pro capis, superpelliciis, mitris et birretis semel tantum infra annum eisdem maioribus mansionariis assignanda, et quod de superexcrescentibus et obvenientibus ultra predicta racionem reddere minime teneretur, sed ea in usus suos deberet et posset convertere, prout sibi expediens videretur, et quod nonnisi in casu necessitatis liceret predicto precentori exaccionem aliquam super homines predictorum bonorum imponere citra consilium et consensum mansionariorum predictorum, eciam, si dictus precentor negligens esset in premissis exequendis vel aliquo premissorum, per decanum Pragensem, qui esset pro tempore, corrigeretur, precentor vero, cum necessitas ingrueret in hiis, que ad suum spectarent officium, a decano predicto absentandi sese requireret licenciam, quam sibi decanus sine difficultate impendere teneretur. Presentacionem quoque precentoris et undecim mansionariorum maiorum ad ipsum Karolum et successores, reges [ss] Boemie, minorum vero diaconalium et subdiaconalium ad maiores mansionarios et precentorem, institucionem vero eorundem precentoris, mansionariorum omnium et singulorum, maiorum videlicet et minorum, [tt] ad decanum predictum voluit pertinere, quodque memorati mansionarii ad omnes ordines superiores, minores vero tantum ad diaconatus et subdiaconatus [uu] ordines dumtaxat infra annum promoveri ad requisicionem decani predicti tenerentur, et quod ipsi alienare nec obligare bona sua predicta possent, nisi ad hoc consensus episcopi et capituli Pragensis accederet et [vv] suo maiori sigillo contractus alienacionis et obligacionis duceret sigillandos. Quibus omnibus sic per dictum Karolum peractis et completis ac realiter de premissis redditibus assignacione facta, venerabilis frater noster Arnestus, episcopus Pragensis, et dilecti filii Heinricus [xx] prepositus, Thobias decanus, Thomas archidiaconus, Theodericus scolasticus et singuli canonici et capitulum ecclesie Pragensis predicte, plenarie informati de prefatis redditibus et proventibus bonorum ipsorum, quod prefati mansionarii poterant tunc et imposterum de illis decenter et congrue sustentari, ac prospicientes premissa in magnum divini cultus augmentum et decorem ipsius ecclesie redundare, deliberacione et tractatu super hiis per eos prehabita diligenter, ad ipsius Karoli instanciam dictum vigintiquatuor clericorum numerum dicto precentore computato in eo in eadem Pragensi ecclesia auctoritate ordinaria crearunt, statuerunt et eciam ordinarunt omniaque et singula per pre-

fatum Karolum marchionem superius disposita et expressa roborarunt, ratificarunt[yy] et eciam approbarunt, prout in patentibus litteris inde confectis, episcopi, prepositi, decani, archidiaconi, scolastici et singulorum canonicorum et capituli sigillis eorum subscripcionibus roboratis,[2] tenorem litterarum dicti Karoli super premissis confectarum[3] continentibus, continetur. Quare prefatus Karolus nobis humiliter supplicavit, ut premissis robur apostolice firmitatis adicere dignaremur. Nos igitur huiusmodi laudabilia opera dicti marchionis dignis in domino laudibus commendantes illaque, ut perpetuo illibata consistant, volentes presidiis apostolicis confovere, huiusmodi supplicacionibus inclinati premissa omnia et singula, per ipsos marchionem, episcopum, prepositum, decanum, archidiaconum, scolasticum, canonicos et capitulum facta, rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo[zz] omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere[A] vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione II kal. Maii p. n.[B] a. secundo.

In archivio capituli metropolitani Pragensis *duo* ‚originalia' eiusdem tenoris reperiuntur sub signatura communi VII. 9. 10, ita ut discerni non possit, qualis numerus uni cuique ‚originali' proprius existat. Utrumque in pergameno cum bulla plumbea Clementis papae VI in filo serico, a diversis tamen manibus scriptum est. Sed de uno solo, quod in dorso annotationem ‚R[egistrata]' et in plica nomen ‚Mar. de Testis' habet, e diversis circumstantiis demonstrari potest, quod originale verum existat et — ut tale — etiam registratum fuerit. Illi igitur signaturam VII. 9 apponimus, varias autem lectiones ipsius per litteram O. distinguemus. Alteri vero documento signum R in dorso deest, in plica autem nomen ‚A. de Luca' a dextera et annotatio: ‚Ascultata est cum regestro P. de Meunaco' a sinistra leguntur. Qua ex re putare licet, istud nihil aliud esse quam duplicatum, quod in cancellaria pontificia — Clemente papa VI vivente — e regestro ipsius depromptum et ad instar originalis confectum esse videtur. Cui itaque signaturam VII. 10 apponendam et varias lectiones ipsius per litteram D. distinguendas duximus. — Registratum ex O. in Clementis VI A. II/4 (74) f. 415 n. 652, diversarum formarum qu. 17 = V. 162 f. 235' n. 652. — Ed. Dobner MHB. III p. 323 n. 3, excerptum in CDM. VII n. 543, RBM. IV n. 1401. — a) ‚Clemens — dei' deest in A. b) suppl. in marg. A. c) ‚augumentum' D. d) ‚sua' A. D. e) ‚volunt' O. f) ‚et' A. D. g) deest in O. A. D., suppletum ab editore. h) ‚debeat' O. i) ‚perdurante' D. l) deest in O. A. D., suppletum ab editore. m) ‚habere deberent' suppl. in margine A. n) ‚Nathod' A. D. o) ‚Jassemii' A. D. p) ‚Kostoiulat' O. q) ‚iemali' D. r) ‚vesperos' O. s) sequitur ‚et' A. D. t) ‚senioritatus' O. u) ‚supradictis' O. v) ‚procederent' O. A. D. x) ‚dictus Karolus' suppl. in marg. A. y) ‚supradicte' A. D. z) sequitur ‚consuevit', sed cancellatum A. aa) sequitur ‚eodem', sed cancellatum A. bb) deest in O. A. D., suppletum ab editore. cc) ‚ministratis' O. A. D., emendatum ab editore. dd) ‚completorii' A. D. ee) ‚paraseues' A. D. ff) ‚antiphanis' O. gg) ‚hynnis' O., deest in D. hh) ‚studeant' A. D. ii) ‚sermonum' O. A. D. ll) ‚qua' O. mm) corr. ex ‚supradicte' A. nn) ‚ebdomodarios' D. oo) ‚biretis' D. pp) ‚non debet repelli' D. qq) ‚onus' A. D. rr) sequitur ‚liceret predicto precentori', sed cancellatum A.; hoc loco scilicet registrator saltavit unam lineam in originali O, quae incipit ‚de summa' et finit „cum voce necessitatis", sed postea errorem suum correxit. ss) ‚regum' O. A. D. tt) ‚maiorum — minorum' omissum in A. D. uu) ‚diaconatum et subdiaconatum' D. vv) ‚ac' D. xx) ‚Henricus' D. yy) ‚roboraverunt, ratificaverunt' D. zz) sequitur ‚etc.' in A., loco: ‚omnino — paginam'. A) sequitur ‚etc.' in A. loco: ‚vel ei — incursurum'. B) ‚pontificatus nostri' deest in A. — 1) Petitio ista in registris supplicationum non reperitur 2) confirmationem Arnesti, episcopi Pragensis, etc. vide in RBM. IV n. 1369. 3) litteras Caroli, marchionis Moraviae, vide in RBM. IV n. 1322.

368. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus: canonici capellae regiae Omnium Sanctorum fructus aliorum beneficiorum, etiam si non resideant apud eadem, percipere valeant, unio parrochialis ecclesiae in Jaromer cum eadem capella facta confirmetur, Petro, abbati monasterii Montis Sion, eiusque successoribus usus pontificalium insigniorum concedatur, omnibus capellam supradictam visitantibus indulgentiae largiantur et abbati Portae Apostolorum ac abbatissis Doranensis et in Tynecz monasteriorum et capitulo ecclesiae in Sadska cum suis monasteriis in civitatem Pragensem transferri permittatur.*

Avinione. 1344 Maii 3.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, primogenitus domini regis Boemie et marchio Morauie, quatenus sibi specialem graciam facientes, dignemini de [a] solita V. S. liberalitate apostolice sedis privilegio perpetuo concedere et indulgere capelle regie Omnium Sanctorum in castro Pragensi, quam et ministros ipsius bonis suis propriis ex magna devocione dotavit, quod prelati et canonici eiusdem capelle, presentes et futuri, apud ipsam capellam duntaxat residentes, in aliis suis beneficiis et officiis ecclesiasticis, curatis vel non curatis, eciam si dignitates, personatus seu ecclesie parrochiales forent, personaliter residere minime teneantur, quodque vi eiusdem concessionis seu dispensacionis eorundem beneficiorum et officiorum suorum predictorum fructus, redditus et proventus in absencia sua cum [ea] [b] integritate possint percipere, ac si in eisdem personaliter residerent, cotidianis distribucionibus exceptis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, statutis, indulgenciis ac consuetudinibus quarumcunque ecclesiarum vel personarum, iuramento, confirmacione sedis apostolice seu alia quacunque firmitate vallatis, eciam si de ipsis et eorum tenore expressam et de verbo ad verbum specialem fieri oporteat mencionem.

Fiat ad decennium R. [1])

Item supplicat, quatenus eadem S. unionem seu incorporacionem ecclesie parrochialis in Jermyer, Pragensis diocesis, de patronatu regis Boemie factam prepositure dicte capelle, dignetur cum inclusione litterarum, predictas unionem et incorporacionem continencium, cum omnibus suis non obstantibus et clausulis ex certa sciencia confirmare.

Fiat R. [2])

Item supplicat, quatenus eiusdem S. clemencia per specialia sedis apostolice privilegia concedere et indulgere dignetur monasterio Montissyon, Premonstratensis ordinis, Pragensis diocesis, quod ipsi et quilibet eorum et eorum successores intra et extra monasteria sua predicta infulis seu mitris, zandaliis et aliis insigniis et ornatibus episcopalibus uti et frui licite et libere valeant atque possint, presertim cum dictus abbas Montissyon plures abbatias solennes et membra nobilia sub se habeat, et alii abbates huiusmodi membra non habentes ac ipso longe minores, dicte Pragensis diocesis, huiusmodi sint pontificalibus insigniti.

Fiat pro abbate Montissyon, ordinis Premonstratensis, diocesis Pragensis, et successoribus suis, et solvat marcam auri singulis bienniis camere R. [3])

Item supplicat, quatenus eadem S. prefate capelle, apud quam de spinea corona domini et multe alie magne reliquie sunt recondite, indulgencias in festo Omnium Sanctorum et per octabas eiusdem festi dignetur concedere ac indulgere, prout providencie eiusdem S. videtur convenire.

Fiat de uno anno et una quadragena in dicto festo, et in octabis et per octabas de centum diebus R.[4])

Item cum nonnulla monasteria et loca alia utriusque sexus, Pragensis diocesis, in locis et viis publicis, veluti Porte Apostolorum, sancti Benedicti, marium, et Doxanense, Premonstratensis, et quedam alia in solitudine et nemoribus, ut in Tyncz, sancti Francisci, feminarum, ordinum monasteria ac ecclesia collegiata in Saczca, secularium clericorum, fore constituta noscantur et tempore guerrarum bonis et rebus suis omnibus quodammodo totaliter spolientur et cessantibus guerris propter multitudinem nobilium et aliorum hospitum illuc confluencium expensis innumeris et importabilibus adeo pregraventur, quod persone ipsorum monasteriorum et locorum nequeunt congrue de residuo sustentari, et preter hec in monasteriis dominarum predictis virgines et nobiles in eis domino famulantes, presertim iuvenes, gravi periculo et discrimini subiacere noscantur, humiliter supplicat, quatenus eidem marchioni, quod monasteria et loca predicta, si . . episcopo Pragensi, . . abbati Montis Syon predicto et ministro provincie ordinis fratrum Minorum, dicte Pragensis diocesis, ipsorum monasteriorum et locorum superioribus, expediens et utile videbitur, possint ad civitatem Pragensem vel preurbia ipsius civitatis transferri cum omnibus iuribus, privilegiis, libertatibus et immunitatibus, que obtinent de presenti, pro dictis gravaminibus evitandis, maxime cum una mecum . . prepositus et . . decanus dicte Saccensis ecclesie pro translacione huiusmodi sue ecclesie humiliter supplicent dicte Vestre Sanctitati, dimissis tamen in antiquis locis certis personis pro cultu divino et aliis oportunis, quodque huiusmodi antiqua loca membra dictorum transferendorum postmodum censeantur, quacunque constitucione contraria non obstante, auctoritate apostolica concedere dignemini de gracia speciali, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat de monasterio Doxanensi,[5]) ordinis Premonstratensis, et de ecclesia collegiata in Saczca,[6]), Pragensis diocesis, R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 332. — [a]) suppletum supra S. [b]) deest in S., suppl. ab editore. — [1]) vide n. 369. [2]) vide n. 370. [3]) vide n. 371. [4]) vide n. 372 et 373. [5]) vide n. 374. [6]) vide n. 375.

***369.** Praeposito et capitulo ac singulis canonicis capellae regiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi indulgetur, ut, etiam si in ea capella sola personaliter resideant, fructus omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum usque ad decennium libere percipere valeant. Forma ut in n. 132.*

.L.L=. *Avinione, 1344 Maii 3.*

Ad f. r. m. Personarum illustrium, deo et ecclesie devotarum, clare devocionis affectum tunc digne duximus efferendum, cum ipse de bonis suis elargitis sibi a domino fundant et dotant canonice venerandas ecclesias seu capellas ad cultum divini nominis ampliandum. Attendentes igitur, quod d. f. n. v. Karolus, primogenitus c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, et marchio Moravie, zelo fidei et devocionis accensus, capellam regiam Omnium Sanctorum in castro Pragensi fundavit ut asserit ac eciam et eius ministros bonis suis propriis dotavit, ac volentes premissis paterna meditacione pensatis dilectos filios prepositum et capitulum ac singulares canonicos, presentes et futuros, eiusdem capelle specialis prerogativa gracie honorare, eiusdem Karoli devotis in hac parte supplicacionibus inclinati, eisdem preposito et capitulo et singulis canonicis, qui sunt et erunt pro tempore, auctoritate presencium indulgemus, ut ipsi prepositus et canonici in ipsa capella personaliter residendo fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, eciam si dignitates, personatus vel officia existant, et eciam si curam habeant animarum, dummodo maiores in cathedralibus post episcopales aut in collegiatis ecclesiis principales dignitates huiusmodi non existant, cum ea integritate usque ad decennium libere percipere valeant, cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in ecclesiis, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, personaliter residerent, et ad residendum in eisdem ecclesiis interim minime teneantur nec ad id a quoquam inviti valeant coarctari. . . . . D. Auinione V non. Maii a secundo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Brenouensis et . . preposito Saczensis, Pragensis diocesis, ac . . decano Pragensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. II 1 (74) f. 112, diversarum formarum qu. 18, cancellata cum nota ‚Attende de fructibus percipiendis. Scripta est in quaterno de fructibus percipiendis.' In V. 162 hoc loco deficit. Reperitur autem de novo registrata in A. II 3 (73) f. 526' in rubricis tantum quaterni 2 de fructibus percipiendis n. 56 (quaternus ipse deest), descripta iterum in V. 160 f. 390 n. 56. Exc. ap. Werunsky, Excerpta n. 55, RBM. IV n. 1403.

370. *Unio parrochialis ecclesiae in Jaroměř cum praepositura collegiatae ecclesiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi confirmatur.*

.L. *Avinione, 1344 Maii 3.*

Ad perpetuam rei memoriam. Sincere devocionis affectus, quem d. f. n. v. Karolus, marchio Morauiensis et c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, primogenitus, ad nos et Romanam ecclesiam gerere noscitur, promerentur, ut peticionibus suis, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis ipsius Karoli peticio [1]) continebat, quod olim b. m. Johannes, episcopus Pragensis, attendens pie devocionis affectum, quem ipse Karolus ad ecclesiam, tunc capellam, Omnium Sanctorum in castro regio Pragensi situatam gesserat et gerebat, dictam capellam ad ipsius Karoli precum instanciam, habitis super hiis cum dd. ff. capitulo Pragensis ecclesie deliberacione et tractatu solemnibus, in ecclesiam collegiatam erexit ac duas dignitates, videlicet preposituram et decanatum, et undecim prebendas cum totidem canonicatibus de bonis et possessionibus per ipsum Karolum eidem ecclesie propter hoc pia liberalitate collatis creavit una cum dictis capitulo in eadem. Et nichilominus, quia dicta prepositura adeo tenues et exiles redditus et proventus reputabatur habere, quod prepositus ipsius ecclesie, qui tunc erat et foret pro tempore, non poterat ex eis iuxta statum et decenciam eiusdem congruam sustentacionem habere, ac propterea prefatus episcopus, volens eiusdem prepositure necessitatibus providere, tractatu et deliberacione similibus cum eisdem capitulo precedentibus et de ipsorum consilio et expresso consensu parrochialem ecclesiam in Jaromir, Pragensis diocesis, de patronatu regis et marchionis predictorum existentem, prefate prepositure pro evidenti utilitate et necessitate urgenti eiusdem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eciam de assensu regis et marchionis prefatorum auctoritate ordinaria annectendam duxit et incorporacione perpetua uniendam, ita tamen, quod d. f. Johannes Johannis, ipsius ecclesie Omnium Sanctorum prepositus, et successores sui, prepositi eiusdem ecclesie, qui essent pro tempore, in dicta ecclesia in Jaromir perpetuum et idoneum vicarium haberent canonice institutum, qui vellet et posset eidem ecclesie in Jaromir congrue deservire et in ea residenciam facere personalem, quodque ipsi vicario de proventibus et obventibus ipsius ecclesie tantum pro porcione dare et assignare deberent, quod ex eo congrue sustentari, hospitalitatem tenere, nuncios sedis apostolice et legatorum eiusdem procurare, episcopalia et archidiaconorum aliaque iura sibi incumbencia solvere posset et explere, residuo ex dictis fructibus dicte parrochialis ecclesie usibus dicti prepositi applicando, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum episcopi et capituli sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius et seriosius continetur. Quare prefatus marchio nobis humiliter supplicavit, ut unionem et annexionem huiusmodi confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes ipsius marchionis pia vota favorabiliter prosequi in hac parte, huiusmodi supplicacionibus inclinati unionem et annexionem predictas de ipsa ecclesia in Jaromir prefate prepositure ut premittitur factas ratas et gratas habentes illas auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Volumus autem, quod, si huiusmodi

porcio pro dicto vicario taxata non existat, taxari per loci ordinarium congrue debeat et ipsi vicario assignari, vel si forte taxata existat et non sufficiat, suppleatur per dictum ordinarium de ipsius ecclesie fructibus ad premissa omnia supportanda, alioquin confirmacionem nostram huiusmodi haberi volumus pro non facta. Tenor autem dictarum litterarum talis est: Nos Johannes, dei gracia Pragensis episcopus, ad universorum volumus noticiam pervenire, quod illustris princeps noster dominus Karolus, domini nostri domini . . regis Boemie primogenitus, marchio Morauie, devocionem et affectum, quos ad capellam Omnium Sanctorum in castro Pragensi, regali seu regie domui contiguam et coniunctam,[a] ob eorundem sanctorum reverenciam specialem gessit et gerit, pie cupiens redigere in effectum, nobis et nostro Pragensi capitulo cum omni, qua debuit, instancia supplicavit, ut eandem capellam in conventualem seu collegiatam ecclesiam erigere duasque dignitates, utpote preposituram et decanatum, ac undecim prebendas et totidem canonicatus ad laudem dei omnipotentis et beate Virginis Marie et ad honorem Omnium Sanctorum creare in eadem ecclesia debeamus. Nos eiusdem domini marchionis tanquam piis, iustis et favorabilibus[b] votis et peticionibus annuentes prefatam capellam de consensu nostri capituli supradicti, habitis super hoc prius multis tractatibus et premissis, in collegiatam ecclesiam erigentes duas dignitates predictas et undecim prebendas cum totidem canonicatibus una cum dicto nostro capitulo de bonis et possessionibus per dictum dominum marchionem eidem ecclesie Omnium Sanctorum pie et graciose largitis et collatis creavimus in eadem. Verum quia dignitas prepositure predicte adeo tenues et exiles redditus et proventus dicitur et reputatur habere, quod ex ipsis nec honorabilis vir dominus Johannes, dicti domini marchionis notarius et capellanus, qui eandem preposituram noscitur obtinere, nec aliquis successorum suorum potest et poterit iuxta statum et decenciam personarum congruam sustentacionem habere, propter quod volentes eiusdem prepositure commoditatibus provide et utiliter providere ipsiusque condicionem facere meliorem, ecclesiam in Jaromir, nostre diocesis, accedentibus ad hoc dictorum principum nostrorum, scilicet regis Boemie et marchionis Morauie, patronorum ecclesie prelibate, necnon sepedicti nostri capituli, cum quo ad tractandum super hoc sepius fuimus congregati, connivencia, consilio et expresso consensu, presertim cum evidens utilitas et urgens necessitas id exposcant, memorate prepositure cum omnibus iuribus et pertinenciis, utilitatibus et obvencionibus suis duximus annectendam et incorporacione perpetua uniendam, ita tamen, quod dominus Johannes supradictus, quem oportet in maiori ecclesia deservire, in dicta ecclesia parrochiali, scilicet in Jaromir, et quilibet successorum suorum perpetuum et idoneum vicarium habeat canonice institutum, qui velit et possit eidem ecclesie congrue deservire et apud ipsam residenciam facere personalem, quodque eidem vicario de proventibus et obvencionibus ecclesie pretaxate tantum dare et assignare deproperet et procuret, unde hospitalitatem tenere, nuncios sedis apostolice et legatorum eiusdem procurare ac episcopalia et archidiaconorum aliaque iura sibi incumbencia possit et valeat solvere et explere, quod autem residuum et superfluum fuerit, debet et potest prefatus dominus prepositus suis et successorum suorum usibus applicare. In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri et nostrorum ac nostri capituli antedicti sigillorum munimine et appensione fecimus roborari. Actum et datum Prage,

anno domini millesimo trecentesimo tricesimo nono, proxima dominica die post Circumcisionem domini. Nos quoque Dyzlaus prepositus, Przedborius decanus, Thomas archidiaconus totumque capitulum ecclesie Pragensis, domino Michaele, scolastico nostro, in curia Romana tunc agente, predictis omnibus et singulis, videlicet tam ereccioni predicte capelle in ecclesiam collegiatam quam creacioni dignitatum et prebendarum ac canonicatuum predictorum necnon unioni predicte, interfuimus ipsasque confitemur et publice protestamur de nostra connivencia et expresso consensu processisse, in robur premissorum et testimonium huiusmodi confessionis et consensus nostrorum sigillum nostrum presentibus litteris appendentes. Datum loco, anno et die predictis. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI A. II 6 f. 237'. de indultis, privilegiis et dispensacionibus qu. 8 = V. 159 f. 383' n. 1666. — [a]) sequitur ‚et', sed cancellatum A. [b]) ‚farabilibus' A. — [1]) vide n. 368.

371. Petro, abbati monasterii Montis Sion, et successoribus eius indulgetur, ut insigniis pontificalibus uti possint.

.L. *Avinione, 1344 Maii 3.*

D. f. Petro, abbati monasterii Montissyon, Premonstratensis ordinis, Pragensis diocesis, s. Exposcit tue devocionis sinceritas et religionis promeretur honestas, ut tam personam tuam, quam speciali dileccione prosequimur, quam monasterium tuum dignis honoribus attollamus. Cum itaque, sicut peticio pro parte tua nuper nobis exhibita continebat, tu plures abbacias solennes et membra nobilia monasterio tuo subiecta habeas, sintque in diocesi Pragensi nonnulli alii abbates, abbacias et membra huiusmodi non habentes ac te longe minores, qui sunt insigniis pontificalibus insigniti: nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, ut tu et successores tui, abbates dicti [a]) monasterii, qui erunt pro tempore, imperpetuum infra et extra dictum monasterium, quociens solenniter celebrabitis, infula seu mitra, sandaliis et aliis insigniis et ornatibus episcopalibus uti et frui libere et licite valeatis, tibi et eisdem successoribus auctoritate apostolica tenore presencium indulgemus. Volumus autem, ut tu et iidem successores camere apostolice unam marcham auri singulis bienniis solvere teneamini, alioquin indultum huiusmodi sit irritum et inane. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI A. II/4 (74) f. 440' n. 698, diversarum formarum qu. 18 = V. 162 f. 249 n. 698. — [a]) suppl. supra A.

372. *Capellam Omnium Sanctorum in castro Pragensi visitantibus indulgentiae largiuntur. Forma ut in n. 261.*

.X̿. *Avinione, 1344 Maii 3.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis s. etc. Splendor paterne glorie . . . . Cum itaque in capella regia Omnium Sanctorum, sita in castro Pragensi, de spinea corona domini et multe alie magne reliquie recondite asserantur, nos cupientes, ut ipsa capella, quam d. f. nobilis vir Karolus, marchio Morauiensis et carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, primogenitus,[1]) ex magna devocione, quam gerit ad eam, de bonis suis pro certis canonicis et ministris et aliis servitoribus domino famulantibus in eadem sufficienter dotasse dicitur, congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem, quo ibidem uberius dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo Omnium Sanctorum, unum annum et unam quadragenam, illis vero, qui in octabis et per ipsius festi octavas dictam capellam devote visitaverint, annuatim centum dies de iniunctis eis penitenciis, videlicet festivitatis et octavarum ipsarum diebus, quibus capellam ipsam visitaverint ut prefertur, misericorditer relaxamus. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI A. II/6 (76) f. 176–176′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 159 f. 337′ n. 1541. Aliam similem litteram vide sub numero sequenti 373. — [1]) supplicationem ipsius vide in n. 368.

373. *Capellam Omnium Sanctorum in castro Pragensi visitantibus indulgentiae conceduntur. Forma ut in n. 261.*

.X̿. *Avinione, 1344 Maii 3.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Splendor paterne glorie.... Cum itaque, sicut d. f. nobilis vir Karolus, primogenitus carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, nobis nuper exposuit,[1]) in capella regia Omnium Sanctorum in castro Pragensi, quam idem Karolus et ministros suos bonis suis propriis ex magna devocione dotavit, de spinea corona domini et multe alie magne reliquie recondite existant, nos cupientes, ut dicta capella congruis honoribus frequentetur et fidelium populus eo[a]) concurrat devocius ad eandem, quo salutis munera se ibi consequi speraverint ampliora, ipsius Karoli supplicacionibus inclinati de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, [apostolorum][b]) eius, auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festivitate Omnium Sanctorum, unum annum et quadraginta

dies, illis vero, qui in octabis et per octabas festivitatis ipsius[c]) prefatam capellam devote visitaverint, annuatim centum dies de iniunctis eis penitenciis, singulis videlicet festivitatis et octabarum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint ut prefertur, misericorditer relaxamus. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI A. II, 1 (74) f. 442 n. 702, diversarum formarum qu. 18 — V. 162 f. 250' n. 702. Alia similis littera sub numero praecedenti 372 reperitur. [a]) sequitur ‚libencius', sed cancellatum A. [b]) deest in A., suppletum ab editore. [c]) corr. ex ‚illius' A. — [1]) supplicationem ipsius vide in n. 368.

***374.** Episcopo Pragensi mandatur, quatenus abbati (sic!)[1]) et conventui monasterii Doxanensis concedat, ut idem monasterium in civitatem Pragensem transferre possint.*

X
X
.X.

Avinione, 1344 Maii 3.

V. f. . . episcopo Pragensi s.[a]) Pastoralis officii debitum, quo sumus universis obligati ecclesiis et monasteriis[b]), nos compellit, ut eorum[c]) et personarum in eis degencium intendamus utilitatibus et in hiis, que[d]) ipsorum commodum et honorem respiciunt, nos exhibeamus favorabiles et benignos. Cum itaque, sicut peticio pro parte dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii Doxanensis, Premonstratensis ordinis[e]), tue diocesis, nobis nuper exhibita[1]) continebat, idem monasterium[f]) in solitudine et nemoribus constructum[g]) existat et tempore guerrarum bonis et rebus suis omnibus quodammodo totaliter spolietur et cessantibus guerris propter multitudinem nobilium et aliorum hospitum illuc confluencium expensis innumeris et importabilibus adeo pregravetur, quod ipse abbas ac conventus[h]) et alie persone ipsius monasterii[i]) nequeunt congrue de residuo sustentari: pro parte ipsorum abbatis et conventus[l]) nobis extitit humiliter supplicatum, ut eisdem abbati et conventui[m]) pro dictis gravaminibus evitandis[n]) edificandi pro eis monasterium[o]) in civitate tua Pragensi vel eius preurbiis, in decenti tamen loco per eos legitime acquirendo, seque ad ipsum monasterium,[p]) cum edificatum[q]) fuerit, transferendi auctoritate apostolica licenciam concedere dignaremur. Nos igitur de premissis noticiam non habentes ac gerentes de tue circumspeccionis industria in hiis et aliis fiduciam in domino specialem, huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus eisdem abbati et conventui,[r]) si tibi expediens et utile videatur, edificandi ut prefertur predictum monasterium[s]) in civitate vel preurbiis memoratis seque ad dictum monasterium,[t]) cum edificatum[u]) fuerit, cum omnibus iuribus, privilegiis, libertatibus et immunitatibus, que obtinent, presencialiter transferendi, dimissis tamen in predicto monasterio,[v]) in solitudine ac nemoribus ut premittitur constituto,[x]) certis personis pro cultu divino et aliis necessariis inibi conservandis, quod quidem monasterium[y]) membrum abbatis et conventus et monasterii edificandi,[z]) cum edificatum[aa]) fuerit ut prefertur, perpetuo censeatur,

quibuscunque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate predicta plenam et liberam licenciam largiaris. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI A. II/4 (74) f. 440' n. 699, diversarum formarum qu. 18 = V. 162 f. 250 n. 699. Eiusdem fere tenoris litterae ad eundem episcopum pro capitulo ecclesiae in Sadska diriguntur (n. 375), quarum varias lectiones in sequentibus duximus annotandas: a) sequitur ,etc.' b) ,et monasteriis' deest c) ,earum' d) sequitur ,in' e) ,capituli ecclesie in Sadczal loco ,abbatis — ordinis'. f) ,eadem ecclesia' loco ,idem monasterium' g) ,constituta'. h) ,capitulum' loco ,abbas et conventus'. i) ,ecclesie'. k) ,capituli' loco ,abbatis et conventus' m) ,capitulo' loco ,abbati et conventui'. n) ,cantandis' o) ,ecclesiam' p) ,ad ipsam ecclesiam'. q) ,edificata'. r) ,capitulo' loco ,abbati et conventui'. s) ,predictam ecclesiam'. t) ,ad eandem ecclesiam'. u) ,edificata'. v) ,in predicta ecclesia' x) ,constituta' y) ,que quidem ecclesia' z) ,capituli et alteriusvis ecclesie edificande predictorum' loco ,abbatis — edificandi'. aa) ,edificata'. — [1]) Vide num. 368. Monasterium Doxanense *monialium* ordinis Praemonstratensis fuisse satis notum est. Quam ob rem littera ista ad *priorissam* (aut praepositum) et conventum dirigenda erat! Causa autem manifesti erroris, in quem hic cancellaria apostolica incidisse videtur, faciliter investigari potest et sine dubio in supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, haud recte intellecta consistit (vide n. 368: ,Item cum nonnulla monasteria — feminarum, ordinum monasteria'), ubi tamen monasterium Doxanense inter *feminarum* monasteria explicite positum est!

—

375. *Episcopo Pragensi mandatur, quatenus capitulo ecclesiae in Sadska licentiam largiatur, ut aliam ecclesiam in civitate vel praeurbiis Pragensibus aedificare seque ad ipsam transferre possint* [1]). *,D. Auinione V non. Maii a. secundo.'*

X
X
.X.

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI A. II/4 (74) f. 434 n. 680, diversarum formarum qu. 17 = V. 162 f. 246 n. 680. — Excerptum apud Werunsky, Excerpta n. 56, RBM. IV n. 1402. — Eiusdem fere tenoris litteras, quae ad eundem episcopum pro abbate et conventu monasterii Doxanensis diriguntur, vide in num. praecedenti 374, ubi etiam varias lectiones annotatas invenies. — [1]) Supplicationem Caroli, marchionis Moraviae, vide in n. 368.

376. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Velconi, nato Hayne de Sedlčano, de ecclesia parrochiali in Netolicz vacante provideatur.*

Avinione, 1344 Maii 3.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, marchio Morauie, primogenitus regis Boemie, quatenus sibi in personam dilecti capellani, secretarii [a]) et consiliarii sui Welconis, nati Hayne de Sedlichzano, Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de ecclesia parrochiali in Netolicz, eiusdem diocesis, vacante per mortem

Raynaldi, ultimi rectoris ipsius ecclesie, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, et cuius beneficia ante ipsius mortem fuerunt per S. V. eidem reservata[b]), cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini misericorditer providere, cum inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Welco canonicatus et prebendas in ecclesiis Pragensi, Visegradensi prope Pragam et in capella regia Omnium Sanctorum in castro Pragensi noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II, 2 (4) f. 325. — a) secretari S. — b) suppl. supra S. — 1) littera ista non est reperta.

377. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus litterae Přibislao de Letkor de praebenda ecclesiae Pragensis concessae reformentur et eidem de novo de dignitate, personatu vel officio cum vel sine cura ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Pragensis provideatur.*

Avinione, 1344 Maii 3.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, primogenitus illustris regis Boemie, marchio Morauie, quod, licet Przibislaus de Leckow, capellanus et secretarius ipsius dilectus, qui in Pragensi ecclesia mediam prebendam obtinebat prout obtinet et presertim medias porciones percipiat sive distribuciones et ex gracia capituli eiusdem ecclesie vocem in capitulo habebat et habeat ipsius, a. S. V. graciam de integra prebenda in eadem ecclesia obtinuerit specialem, tamen[a]) pro eo, quod in dicta ecclesia per errorem illius, qui supplicacionem formavit, fuit canonicus nominatus, licet non esset nec sibi in dicta gracia canonicatus eiusdem ecclesie fuit collatus, huiusmodi gracia sortire non potest effectum. Quare humiliter supplicat idem Karolus, quatenus graciam huiusmodi cum provisione canonicatus ipsius ecclesie et sub eadem data mandare dignemini refici et eciam reformari, cum non obstantibus omnibus, que voluistis in dicta gracia non obstare, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat et sub eadem data R.[1])

Item supplicat, quatenus dicto Przibislao specialem graciam facientes, sibi de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem . . episcopi, prepositi, decani et capituli Pragensis communiter vel divisim, si in dicta ecclesia vel extra ecclesiam vacat ad presens, vel [cum][b]) vacaverit, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini providere, non obstante, quod in dicta Pragensi ecclesia dimidiam prebendam et medias distribuciones et sancti Georgii ac Omnium Sanctorum ecclesiis in castro Pragensi canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam in Costelecz, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, quam

parrochialem ecclesiam habita possessione dignitatis vel personatus aut officii predictorum[c]) dimittere est paratus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 326. — [a]) sequitur ,quia' in S., om. ab editore. [b]) deest in S., suppl. ab editore. [c]) ,predictis' S. — [1]) hanc litteram *reformatam* vide sub num. 134, ex A. I 15 (70); littera, quae *reformanda erat*, registrata est in A. I 4 (59), sed cancellata.

378. *Přibislao de Letkov reservatur dignitas, personatus vel officium cum vel sine cura, spectans ad collationem archiepiscopi, praepositi, decani et capituli Pragensis. Forma ut in n. 52.*

.L. *Avinione, 1344 Maii 3.*

D. f. Pezybislao de Letkow, canonico Pragensi, salutem etc. Ex tue probitatis meritis . . . . Volentes igitur te p. m. t. i.[1]) in ecclesia Pragensi, in qua existis canonicus, amplius honorare, dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, ad v. f. n. . . archiepiscopi et dd. ff. . . prepositi, decani et capituli Pragensis collacionem, pres., prov. seu q. a. d. e. vel d. pertinens, si qua, si quis vel si quod in ipsa ecclesia vel extra vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam vel conferendum tibi . . . . donacioni apostolice reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in predicta Pragensi canonicatum et dimidiam prebendam et distribuciones sub expectacione integre prebende ac in sancti Georgii ecclesiis et in capella regia Omnium Sanctorum in castro Pragensi canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam in Costeletz, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, postquam vigore presencium dignitatem vel personatum seu officium huiusmodi fueris pacifice assecutus, prefatam parrochialem ecclesiam, quam ut premittitur obtines, quamque extunc vacare decernimus, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. . . . . D. Auinione V non. Maii a. secundo.

In e. m. v. f. . . patriarche Jerosolimitano et d. f. . . Brewnouiensis prope Pragam ac . . de Insula, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. II 3 (73) f. 525′ n. 50, rubrica sola; litterae in A. II 7 (V. 215) f. 247 n. 50, de dignitatibus vacaturis qu. 2 = V. 161 f. 156′ n. 50. — [1]) ad supplicationem Caroli, marchionis Moraviae, quam vide in n. 377.

379. Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus: Friderico de Schönburg de dignitate etc. in ecclesia Naumburgensi vacatura, Henrico quondam Conradi Leubneri de Bernsdorf de canonicatu ecclesiae Citicensis sub expectatione praebendae et Wilhelmo de Vilharticz de beneficio cum vel sine cura ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Vratislaviensis provideatur.

Avinione, 1344 Maii 3.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, primogenitus . . regis Boemie, marchio Moravie, quatenus sibi in personam Friderici Frizconis de Schonenburch, canonici ecclesie Nuemburgensis, devotissimi sui, specialem graciam facientes, de dignitate vel personatu seu officio cum cura vel sine cura, si vacat ad presens, vel cum vacaverit in eadem ecclesia[a]), eidem Friderico dignemini providere, cum acceptacione, anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, seu quod canonicatum et prebendam in dicta Nuemburgensi et in Magdeburgensi ecclesiis canonicatum et prebendam et scolastriam, que dignitas existit, noscitur obtinere, quam scolastriam dimittere teneatur, cum huiusmodi gracie possessionem pacificam fuerit consecutus.

Fiat R. [1])

Item supplicat, quatenus sibi in personam sui dilecti Henrici presbyteri, nati quondam Cunradi Leubneri de Bernstorf, Nuemburgensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Cycensis, dicte diocesis, cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam in dicta ecclesia vacantem vel vacaturam sibi conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, seu quod idem Henricus ecclesiam parrochialem in Reynherstorf, eiusdem diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R. [2])

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Wilhermi, nati Buchonis de Wilarticz, Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, spectante ad collacionem, prov., pres., vel si quis eciam per eleccionem assumi consuevit, seu q. a. d. . . episcopi, . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Wratislauiensis communiter vel divisim, si quis, que vel quod in ecclesia, civitate vel diocesi vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto cum clausula anteferri dignemini providere, non obstante, quod idem Wilhermus canonicatum et prebendam in capella regia Omnium Sanctorum in castro Pragensi et ecclesiam parrochialem in Sbeczna, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, quam ecclesiam parrochialem adepta possessione dignitatis paratus est resignare, et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis et executoribus deputatis.

Fiat usque ad summam triginta marcarum cum cura, viginti sine cura R. [3])

Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 328'. — [a]) ‚eadem ecclesia' suppl. supra S. — [1]) littera ista non est reperta. [2]) vide n. 380. [3]) littera ista non est reperta.

380. *Henrico, nato quondam Conradi Leubneri de Bernsdorf*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Citicensis, Naumburgensis diocesis, sub expectatione praebendae.*[1]) *‚D. Auinione V non. Maii a. secundo.' In e. m. episcopo Misnensi et abbati monasterii Kemnitzensis, Misnensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

| — .X X.

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI A. II 5 (75) f. 236, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 7 = V. 158 f. 190′ n. 331. — a) ‚Berastorf' A — 1) De supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, quam pro dicto Henrico porrexit (vide num. 379), in ista littera gratiosa *nulla fit mentio.*

381. *Carolus, primogenitus regis Bohemiae, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Alberto, filio quondam Artolfi de Polhaim, militis Pataviensis diocesis, de beneficio cum vel sine cura, spectante ad collationem episcopi Pataviensis, si quod in civitate vel diocesi Pataviensi vacat ad praesens, vel cum vacaverit, provideatur. ‚Fiat usque ad summam triginta marcarum cum cura, viginti sine cura R. . . . . D. Auinione V non. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 328′.

382. *Alberto, nato quondam Artolfi, militis de Polhaim, clerico Pataviensis diocesis, providetur de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi Pataviensis spectante, prout in supplicatione praecedenti expressum existit.*[1]) *‚D. Auinione V non. Maii a. secundo.' — In e. m. abbati monasterii Medlicensis et praeposito Montis sancti Petri in Brunna, Pataviensis et Olomucensis diocesium, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

| — .X X.

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI A. II/5 (75) f. 524′, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 6 = V. 158 f. 393 n. 730. — 1) cuius vero supplicationis in littera ipsa nulla fit mentio.

***383.** Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus sibi donetur denarius sancti Petri, quem incolae civitatis et diocesis Vratislaviensis per 17 annos non solverunt, et ipsi incolae a poenis, quas propter hoc incurrerant, absolvantur.*

Avinione, 1344 Maii 3.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, dominus civitatis Wratislauiensis et certe partis diocesis ipsius, quod incole civitatis et diocesis predictarum a solucione denarii sancti Petri, ecclesie Romane singulis annis debiti, iam per decem et septem annos preteritos cessaverunt,[a]) cuius occasione nuncii sedis apostolice in partibus illis auctoritate apostolica contra eos nonnullos processus, excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias continentes, fecisse noscuntur. Quare humiliter supplicat idem rex, quatenus sibi specialem graciam facientes, huiusmodi denarium, ab incolis dicte civitatis et aliis subditis dicti regis et aliorum ducum, ipsius regis vassallorum, eiusdem diocesis, pro dictis annis eidem ecclesie debitum, de speciali gracia regi donetis eidem ac omnes processus et sentencias occasione huiusmodi contra eos, civitatem et loca ipsorum habitos relaxari et eos ab illis absolvi mandetis, cum omnibus clausulis oportunis.

Fiat R. De hiis, que pro dicto tempore preterito soluta non existunt R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V non. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II 2 (4) f. 328'. Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 304. — [a]) ‚cassaverunt' S. — [1]) littera ista non est reperta.

***384.** Arnaldo de Lacaucina, canonico ecclesiae Titulensis, Colocensis diocesis, in Ungariae et Poloniae regnis ac partibus circumvicinis apostolicae sedis nuntio, mandatur, quatenus decimae sexennalis, olim per Clementem papam V in concilio Viennensi in subsidium Terrae Sanctae impositae, nonnulla residua in Ungariae ac Poloniae regnis ac circumvicinis partibus colligere procuret. ‚D. Auinione V non. Maii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 250' n. 1036.

385. *Eidem Arnaldo de Lacaucina conceditur, quatenus censum annuum, qui denarius beati Petri vulgariter nuncupatur, in regno Poloniae partibusque circumvicinis Romanae ecclesiae debitum, colligere et recipere valeat. ‚D. ut s.*[1]) *[Auinione V non. Maii a. secundo].'*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 251 n. 1037. — [1]) ut in n. 384.

---

386. *Arnaldo de Lacaucina conceditur, quatenus diversa negotia, cameram sedis apostolicae in Ungariae et Poloniae regnis ac partibus circumvicinis contingentia, super quibus tam magistris Galhardo de Carceribus, praeposito ecclesiae Titulensis, Colocensis diocesis, et Petro Gervasii, canonico Aniciensi, quam nonnullis aliis ad eadem regna et partes super eisdem negotiis diversis temporibus destinatis diversae litterae apostolicae directae fuerunt, exequi valeat, ac si ei ipsi litterae illae directae fuissent. ‚D. ut s.*[1]) *[Auinione V non. Maii a. secundo].'*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 251' n. 1038. — [1]) ut in n. 384.

387. *Arnaldo de Lacaucina committitur et mandatur, quatenus ab omnibus et singulis subcollectoribus, qui tam per magistrum Galhardum de Carceribus quam quoscunque alios collectores in Ungariae et Poloniae regnis et circumvicinis partibus a sede apostolica hactenus super proventibus ad cameram apostolicam ibidem spectantibus constituti fuerunt, rationes una cum pecunia recipere et examinare ac eos, a quibus illas receperit, absolvere et quittare valeat. ‚D. ut s.*[1]) *[Auinione V non. Maii a. secundo].'*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 252 n. 1041. — [1]) ut in n. 384.

---

388. *Arnaldo de Lacaucina conceditur, ut quascunque personas ecclesiasticas, in Ungariae et Poloniae regnis et partibus circumvicinis existentes, ad suscipiendas, exequendas et complendas commissiones, quas eis circa negotia sibi commissa duxerit faciendas, necnon ad securum conductum sibi praestandum per censuram ecclesiasticam compellere valeat. ‚D. ut s.*[1]) *[Auinione V non. Maii a. secundo.]*'

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 252' n. 1042. — [1]) ut in n. 384.

---

389. *Arnaldo de Lacaucina conceditur, ut certos processus, tam excommunicationis quam alias poenas et sententias continentes, quos magister Galhardus de Carceribus, praepositus ecclesiae Titulensis, Colocensis diocesis, dudum in partibus regnorum Ungariae et Poloniae apostolicae sedis nuntius, adversus Nicolaum de Baucz, canonicum Vratislaviensem, et Boleslaum, ducem Bregensem, ratione quorundam proventuum ad cameram apostolicam spectantium, in quibus tenebantur sicut adhuc tenentur, fecerat, et quibus ipsi parere non curaverunt, prosequi et aggravare vel alios de novo facere valeat. ‚D. ut s.*[1]) *[Auinione V non. Maii a. secundo.]*'

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 252' n. 1043. Ed. Theiner MP. I n. 608. — [1]) ut in n. 384.

---

390. *Arnaldo de Lacaucina conceditur, ut de pecuniis in Ungariae et Poloniae regnis ac partibus circumvicinis collectis Jacobo de Malabayla, mercatori Astensi, curiam Romanam sequenti, vel eius sociis aut factoribus in villa de Brugis, Tornacensis diocesis, usque ad summam centum marcarum auri de viginti duobus caracteribus singulis vicibus assignare valeat, per eundem mercatorem postmodum camerae apostolicae persolvendam, ita tamen, quod aliam summam consimilem non assignet, antequam sibi constiterit, illam primo assignatam ipsi camerae persolutam esse; de assignationibus huiusmodi potest absolutionem plenam a dicto mercatore recipere, tenetur vero cameram praedictam, quotiens eas fecerit, per publicum instrumentum certiorem facere. ‚D. ut s.*[1]) *[Auinione V non. Maii a. secundo.]*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 253 n. 1044. Ed. Theiner MP. I n. 609. — [1]) ut in n. 384.

---

391. *Jacobo de Malabayla conceditur, ut pecunias ab Arnaldo de Lacaucina in Ungariae et Poloniae regnis ac partibus circumvicinis collectas nomine camerae apostolicae recipere et dictum Arnaldum de summis sibi assignatis absolvere et quittare valeat, prout in numero praecedenti latius continetur. (D. ut s.[1]) [Avinione V non. Maii a. secundo].*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 253 n. 1045. Ed. Theiner MP. I n. 610. — [1]) ut in n. 384.

---

392. *Johanni, regi Bohemiae, et simili modo Carolo, marchioni Moraviae, commendatur Arnaldus de Lacaucina, canonicus ecclesiae Titulensis, Colocensis diocesis, collector fructuum ad cameram apostolicam infra terras dicti regis partium Poloniae spectantium deputatus. (D. ut s.[1]) [Avinione V non. Maii a. secundo].*

Avinione, 1344 Maii 3.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 253' n. 1048 et 1049. — [1]) ut in n. 384.

---

393. *Archiepiscopis Pragensibus conceditur, ut reges Bohemiae inungere et coronare possint.*

Avinione, 1344 Maii 5.

Clemens episcopus, s. s. d.,[a]) ad p. r. m. Romanus pontifex a deo, per quem reges regnant et principes imperant, et qui solus habet in regno hominum potestatem, constitutus super gentes et regna, illa, que ad utilitatem regum et principum ac subditorum salutem et pacem expedire conspicit, observancias antiquas commutando quandoque, prout oportunitas temporis requirit, in melius de potestatis plenitudine ordinat et disponit. Sane pro parte c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, peticio [1]) nobis exhibita continebat, quod olim reges Boemie, ad successionem regni sui Boemie venientes, de manibus archiepiscopi Maguntinensis, tunc ipsorum metropolitani, sue inunccionis et coronacionis solennia consueverunt recipere ab antiquo, sed in nullo alio, nisi solum quia metropolitanus erat eorum, sibi subiecti quomodolibet existebant. Cum autem nos pridem certis iustis, honestis et racionabilibus causis suadentibus ecclesiam Pragensem, infra dictum regnum Boemie consistentem, tunc ecclesie Maguntinensi suffraganeam et metropolitico iure subiectam, deliberacione cum fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, prehabita provida et matura et de ipsorum

consilio ac apostolice plenitudine potestatis a iure ac subieccione predictis per nos exemptam totaliter et sedi apostolice immediate subiectam, in ecclesiam metropolitanam duxerimus erigendam, ipsam dignitate et auctoritate metropolitica nichilominus decorando: fuit nobis pro parte eiusdem regis instanter et humiliter supplicatum, ut concedere, quod reges Boemie, qui erunt [b]) de cetero, dum ad regni predicti successionem eos contigerit devenire, sue huiusmodi unccionis et coron[acionis solemnia] [c]) de manibus archiepiscopi Pragensis, qui erit pro tempore, recipere valeant, et idem archiepiscopus illas eis possit deinceps perpetuis futuris temporibus impendere, [de benignitate apostolica] [d]) dignaremur. Nos igitur deliberacione previa et matura super hiis habita ex certis causis nos ad hec racionabiliter inducentibus supplicacioni huiusmodi benignius inclinati, quod archiepiscopus Pragensis, qui est et erit pro tempore, graciam et communionem eiusdem apostolice sedis habens, reges predictos Boemie, in fide ac devocione prefate Romane ecclesie persistentes, quos ad successionem venire contigerit supradictam, inungere ac coronare cum solennitate debita valeat, ipsique reges perpetuis futuris temporibus solennia inunccionis et coronacionis huiusmodi de manibus ipsius archiepiscopi devote possint recipere, auctoritate predicta tenore presencium indulgemus. Nulli ergo [e]) omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione III non. Maii p. n. [f]) a. secundo.

Originale in archivio c. r. aulico Vindobonensi asservatur. Clementis VI V. 137 f. 263 n. 1085. — Ed. Balbinus, Miscellanea dec. I l. VIII p. 38, CDM. VII n. 544, RBM. IV n. 1404. Reg. in Vatik. Akten n. 2184. — [a]) ‚Clemens — dei‘ deest in V. [b]) ‚erant‘ V. [c]) [ ] in originali lacuna, suppletum ex V. [d]) [ ] lacuna in originali, suppletum ex V. [e]) loco: ‚omnino — incursurum‘ sequitur ‚etc.‘ in V. [f]) ‚pontificatus nostri‘ deest in V. — [1]) supplicatio ista non est reperta.

---

394. *Carolus, marchio Moraviae, primogenitus regis Bohemiae, supplicat, quatenus familiari suo Petro de Pinu, clerico Caturcensis diocesis, nepoti patriarchae Aquilegiensis, de beneficiis in beatae Mariae de Rayoneta, sancti Johannis Dandaycha, sancti Johannis* [a]) *Delpla ac sancti Petri de Serra ecclesiis,* [1]) *decimis ruralibus vulgariter nuncupatis, Lectorensis diocesis, summam 40 librarum Turonensium non excedentibus, in curia Romana per mortem Arnaudi, fratris eiusdem Petri, vacantibus, provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione VI id. Maii a. secundo.‘*

Avinione, 1344 Maii 10.

Clementis VI S. II, 2 (4) f. 339'. — [a]) ‚Dandaycha, sancti Johannis‘ suppl. in margine S. — [1]) ubi dictae ecclesiae existerent, eruere non potui.

395. *Johannes de Marolio supplicat, quatenus sibi canonicatus cum praebenda ecclesiae Remensis, quos possidet, confirmentur aut de novo conferantur, et quatenus sibi de novo de canonicatu et praebenda ecclesiae sancti Johannis in Burgo Laudunensi provideatur.*

Avinione, 1344 Maii 11.

Significat S. V. devotus vester Johannes de Marolio, dominorum Francie et Boemie regum clericus, quod S. eadem sibi ad supplicacionem dicti domini regis Boemie kalendis Julii, pontificatus vestri anno primo,[1]) de canonicatu ecclesie Remensis et prebenda inibi vacante vel vacatura fecit specialem graciam, cuius gracie vigore ipse canonicatum et dimidiam prebendam ipsius ecclesie, vacantem per obitum quondam Balduini dicti Larcenel, qui Remis post sanctum Pasca novissime[a]) transactum diem suum clausit extremum, acceptavit et fecit sibi per alterum executorem dicte sue gracie provideri de eisdem; verum cum dubitet, ne beneficia dicti Balduini essent specialiter reservata, supplicat idem Johannes, quatenus dictas acceptacionem et provisionem ratas et gratas habere dignemini ipsasque auctoritate apostolica et ex certa sciencia confirmare eique, si fuerit necesse, dictos canonicatum et dimidiam prebendam sacerdotalem, que residenciam continuam requirit, sic ut predicitur vel alias quovismodo vacantes, si non fuerit alteri in eisdem ius in re specialiter quesitum, dignemini, eciam si dicti[b]) canonicatus et dimidia prebenda[c]) forent generaliter vel specialiter reservati, cum acceptacione et clausulis necessariis conferre et de eisdem providere, non obstante gracia predicta et canonicatu et prebenda ecclesie sancti Johannis in Burgo Laudunensi, quos idem Johannes noscitur obtinere, necnon quod ad capellaniam sancti Petri de Caillons sit presentatus et capellania Castri de Briquessart sibi fuerit collata per dominum ducem Normannie, quarum quidem capellaniarum nondum[d]) possessionem est adeptus.

Providemus sibi quomodocunque vacet hic, si non fuerit alteri ius quesitum R.

Item supplicat eidem S. V., quatenus eidem dignemini de novo de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Johannis in Burgo Laudunensi, quos pacifice possidet et per tres annos immediate transactos pacifice possedit, in quibus nulli alii quam sibi ius est quesitum, dignemini providere, non obstantibus quibuscunque reservacionibus per predecessores vestros factis, seu quod in ecclesia Remensi canonicatum sub expectacione prebende noscitur obtinere, et aliis non obstantibus supradictis.

Fiat R.[2]) Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V id. Maii a. secundo.

Clementis VI S. II/2 (4) f. 344. — [a]) corr. ex ‚remissione' S. [b]) ‚dictos' S. [c]) corr. ex ‚dimidiam prebendam'; sequitur ‚sacerdotalem', sed cancellatum S. [d]) ‚nundum' S. — [1]) 1342 Julii 1, vide num. 27. [2]) litterae istae non sunt repertae.

396. *Arnaldo de Lacaucina conceditur, quatenus singulis diebus, quibus in Ungariae ac Poloniae regnis et partibus circumvicinis in prosecutione negotiorum camerae apostolicae laboraverit, pro se et familiaribus suis unum florenum et dimidium auri de proventibus eiusdem camerae nomine stipendii percipere valeat. ‚D. Auinione XVI kal. Junii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Maii 17.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 267 n. 1093.

---

397. *Arnaldo de Lacaucina conceditur. quatenus duobus clericis non coniugatis nec in sacris ordinibus constitutis, quos ad hoc idoneos repererit, officium tabellionatus concedere valeat. ‚D. Auinione XVI kal. Junii a. secundo.'*

Avinione, 1344 Maii 17.

Clementis VI V. 137 (secr. a. II) f. 269 n. 1094.

398. *Abbati monasterii sancti Lupi Trecensis et priori sancti Johannis in castro Trecensi ac Johanni de Pistorio, canonico Belvacensi, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Henrico dicto Halle, canonico Traiectensi, clerico et secretario dicti regis, canonicatum et praebendam in ecclesia Trecensi vacantes conferre et assignare procurent. ‚D. Auinione VII kal. Junii a. tercio.'*

Forma ut in n. 79.

V
. X .

Avinione, 1344 Maii 26.

Clementis VI A. III/2 (78) f. 197 n. 50, de praebendis vacantibus qu. 2 = V. 163 f. 171 n. 50.

---

399. *Martino Pertoldi dicti „Pfeffslaisch" de Egra providetur de canonicatu ecclesiae Ratisponensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione XVII kal. Julii a. tercio.' — In e. m. episcopo Frisingensi et decano ecclesiae Pataviensis ac plebano plebis de Egra, Ratisponensis diocesis. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1344 Junii 15.

Clementis VI A. III/5 (81) f. 517 n. 81, de praebendis vacaturis qu. 3, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 163 f. 274' n. 81.

400. *Carolo, marchioni Moraviae, respondetur, quod circa negotium Ludovici de Bavaria ad praesens nihil scribendum esse videtur, et ipse admonetur, ut, quae interim nuntianda occurrerint, scribere non postponat.*

Avinione, 1344 Junii 16.

D. f. n. v. Carolo, c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, primogenito, marchioni Moranie. Nuper venientem ad presenciam nostram d. f. . . abbatem monasterii Walsacensis, Ratisponensis diocesis, tue nobilitatis nuncium, et litteras tuas nostro apostolatui per eum presentatas benigne recepimus et, que ipse pro parte tua nobis explicare voluit et predicte continebant littere, pleno collegimus intellectu; et quia explicata per eundem nuncium de negocio tangente Ludouicum de Bauaria faciebant inter cetera mencionem, sibi ad illa respondimus et eciam tue prudencie respondemus, quod, cum super eodem negocio nunciis dicti Ludouici certus terminus, ut eadem non ignorat prudencia, sit prefixus, nosque illum usque ad instans festum Nativitatis beate Marie duxerimus prorogandum, aliud tibi [a]) scribere, quousque sciatur, quid in eodem agetur termino, expediens quomodolibet non videmus, tu vero fili, que super hiis vel aliis nunciaanda interim occurrerint, nobis, quociens oportunum cognoveris, scribere non postponas. D. Auinione XVI kal. Julii a. tercio.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 15 n. 55. — [a]) ‚sibi‘ V.

401. *Stephano de Sternberg,*[a]) *militi, et Annae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione X kal. Julii a. tercio.‘ Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$ *Avinione, 1344 Junii 22.*
.X.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 43 n. 40, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 342′ n. 40. — [a]) ‚Sternunberk‘ A.

402. *Alberto de Sternberg,*[a]) *militi, et Elisabeth, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione X kal. Julii a. tercio.‘ Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$ *Avinione, 1344 Junii 22.*
.X.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 43 n. 41, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 342′ n. 41. — [a]) ‚Sterninberk‘ A.

403. *Jaroslao de Sternberg*,[a]) *militi, et Elisabeth, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione X kal. Julii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

V̄
. X .

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 43 n. 42, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 342′ n. 42. — [a]) ,Sterumberk' A.

404. *Hayllino Ylonerii, laico, et Catherinae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione X kal. Julii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

V̄
. X .

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 43′ n. 43, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 342′ n. 43.

405. *Thomlino Wolflini, laico, et Catherinae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione X kal. Julii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

V̄
. X .

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 43′ n. 44, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 342′ n. 44.

406. *Menhardo*[a]) *Wolframi, laico Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione X kal. Julii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

☰
. X .

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 43′ n. 47, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 343 n. 47. — [a]) ,Meynhardo' A.

407. *Pelkoni Jacobi, laico Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. „D. Auinione X kal. Julii a. tercio.“ Forma ut in n. 65.*

X.

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III (80) f. 43' n. 49, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 343 n. 49.

408. *Petro Melczer, laico Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. „D. Auinione X kal. Julii a. tercio.“ Forma ut in n. 65.*

X.

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III (80) f. 43' n. 50, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 343 n. 50.

409. *Johanni Lewlini, laico Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. „D. Auinione X kal. Julii a. tercio.“ Forma ut in n. 65.*

X.

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III (80) f. 43' n. 51, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 343 n. 51.

410. *Jacobo, plebano plebanatus in Stebnicz,*[a]) *Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. „D. Auinione X kal. Julii a. tercio.“ Forma ut in n. 65.*

X.

Avinione, 1344 Junii 22.

Clementis VI A. III (80) f. 43' n. 52, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 343 n. 52. — a) „Stebuntz“ A.; probabiliter „Stonnitz“ (Palacký, Popis 315), cfr. Kalousek, De regni Bohemiae mappa historica Commentarius pag. 35.

411. *Frenclino Jacobi, militi Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione X kal. Julii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

III
.X. *Avinione, 1344 Junii 22.*

Clementis VI A. III/4 (80) f. 44 n. 53, de absolutione qu. 1 = V. 166 f. 343 n. 53.

412. *Symoni de Herbipoli providetur de canonicatu ecclesiae Herbipolensis sub expectatione praebendae, non obstante, quod ibidem praebendam sacerdotalem, consuetam aliis quam canonicis ipsius ecclesiae assignari, ac in Pragensi et Vyssegradensi*[a]) *prope Pragam ecclesiis canonicatus et praebendas obtinere noscitur, ita tamen, quod, quamprimum vigore praesentium praebendam pacifice fuerit assecutus, praedictam aliam praebendam sacerdotalem dimittere teneatur. ‚D. Auinione VII kal. Julii a. tercio.' Forma ut in n. 6.*

I I
.X X. *Avinione, 1344 Junii 25.*

Clementis VI A. III/4 (80) f. 385, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 164 f. 41 n. 71. — [a]) ‚Wischgradensi' A.

413. *Casimiro, regi Poloniae, declaratur, intentionis papae nequaquam fuisse seu esse, ut episcopus Culmensis et praepositus Budissinensis, Misnensis diocesis, ac decanus Olomucensis ecclesiarum, conservatores bonorum episcopi et capituli Vratislaviensis constituti,*[1]) *vigore litterarum sibi super hoc concessarum contra eum quovis modo procedere possint, quod eis insuper expresse prohibetur. ‚D. Auinione kal. Julii a. tercio.' — In e. m. episcopo Culmensi et praeposito Budissinensis, Misnensis diocesis, ac decano Olomucensis ecclesiarum.*

X X
X X
.X X. *Avinione, 1344 Julii 1.*

Clementis VI A. III/1 (77) f. 247 n. 41, diversarum formarum qu. 1 = V. 166 f. 129 n. 41. — Ed. Theiner, MP. I n. 613. — [1]) vide num. 312.

414. *Iudicibus mandatur, quatenus Floriano Petri de Moecsco canonicatum et praebendam ecclesiae Opoliensis conferant et assignent. Forma ut in n. 79.*

X
. X .

Apud Villamnovam, 1341 Julii 28.

V. f. . . archiepiscopo Gneznensi et dd. ff. . . abbati monasterii de Andreow, Gneznensis diocesis, ac . . decano ecclesie Cracouiensis s. etc. Nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque merita probitatis, super quibus apud nos d. f. Florianus, natus d. f. nobilis viri Petri de Moecsco,[1]) canonicus ecclesie Visliciensis, Cracouiensis diocesis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Hodie siquidem pro parte dicti Floriani nobis exposito, quod ipse olim in sextodecimo etatis sue anno vel circa illum constitutus parrochialem ecclesiam sancti Stephani Cracouiensis, cuius fructus, r. et p. decem marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedunt, tunc vacantem, alias sibi canonice collatam, sine dispensacione aliqua receperat et eam duobus annis cum dimidio tenuerat, ad sacros ordines non promotus, et quod in proximo anno collector camere sedis apostolice medietatem fructuum ecclesie predicte perceperat pro camera supradicta, et in secundo anno persolverat pro fabrica dicte ecclesie quinque marchas argenti, alias eciam canonice ecclesiam ipsam postmodum cum canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie Visliciensis, valoris quinque marcharum argenti, permutarat et demum in ecclesia Opoliensi, Wratislauiensis diocesis, canonicatum et prebendam valoris sex marcharum argenti pacifice fuerat assecutus, ac pro parte eiusdem Floriani nobis humiliter supplicato, ut providere sibi super hiis de oportuno remedio dignaremur: nos ipsius supplicacionibus inclinati omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, si quam idem Florianus ex premissis vel eorum occasione quomodolibet contraxerat, de apostolice potestatis plenitudine auctoritate apostolica abolevimus ipsumque plenarie habilitavimus et in integrum restituimus ac insuper fructus ex dictis beneficiis per ipsum Florianum indebite ut prefertur perceptos sibi remisimus et donavimus ac nichilominus permutacionem predictam, de prefata parrochiali ecclesia cum dictis canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie Visliciensis ut premittitur factam, premissis et quibuscunque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus auctoritate predicta duximus confirmandam; voluimus autem, quod idem Florianus extunc realiter omnino dimitteret canonicatum et prebendam predictos Opoliensis ecclesie memorate. Nos igitur, volentes eundem Florianum p. m. i. favore prosequi ampliori, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, predictis canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie Opoliensis per eundem Florianum realiter primitus omnino dimissis, ipsos canonicatum et prebendam secundum premissa vacantes, dummodo in eis tempore date presencium non sit[a]) alicui specialiter ius quesitum, cum p. i. c. ac o. i. et p. s. eidem Floriano auctoritate nostra conferre et assignare curetis. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., V kal. Augusti a. tercio.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 322'. de beneficiis vacantibus qu. 16: in V. 167 deest. — [a]) sequitur ,in eis', sed cancellatum. — [1]) fortasse Miejsce prope Krosno in Galicia.

415. *Nicolao, nato Johannis, regis Bohemiae, providetur de canonicatu et praebenda et praepositura in ecclesia Osiliensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

.X X. *Apud Villamnovam, 1344 Augusti 13.*

D. f. Nicolao, nato c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, canonico et preposito ecclesie Osiliensis, capellano nostro, s. Nobilitas generis . . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ac prepositura ecclesie Osiliensis, quos quondam Johannes de Molendino, canonicus et prepositus eiusdem ecclesie, dum viveret, obtinebat, per ipsius obitum, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, apud eandem sedem vacare noscantur ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas necnon dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud dictam sedem quocunque modo vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre duximus reservanda, decernentes extunc irritum et inane, si quid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum et prebendam ac preposituram predictos sic vacantes cum p. i. c. ac o. i. et p. s. motu proprio . . . . apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., id. Augusti a. tercio.

In e. m. v. f. . . archiepiscopo Rigensi et dd. ff. . . preposito Tharbacensis ac . . decano Reualiensis ecclesiarum s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. III/3 (79) f. 166' n. 7, de dignitatibus vacantibus qu. 1 = V. 163 f. 86 n. 7.

416. *Magistro Geraldo de Magnaco providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Pragensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

.X X. *Apud Villamnovam, 1344 Augusti 13.*

D. f. magistro Geraldo de Magnaco, canonico Pragensi, capellano nostro, in utroque iure licenciato, s. etc. Litterarum sciencia, vite ac morum honestas . . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis, quos d. f. Sdezlaus de Sternberch, olim eiusdem ecclesie canonicus, dudum obtinuit, per liberam resignacionem ipsius, in manibus d. f. n. Guidonis, tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, apud apostolicam sedem per procuratorem suum, ad hoc ab eo speciale mandatum habentem, sponte factam et ab eodem cardinali de mandato nostro sibi super hoc facto oraculo vive vocis admissam, apud sedem ipsam vacavisse et ad presens vacare noscantur, nullusque de ipsis preter nos hac vice disponere possit pro eo, quod nos dudum ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud dictam sedem quocunque

modo vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre specialiter reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi p. t. m. i. g. f. s., predictos canonicatum et prebendam sic vacantes cum p. i. c. ac o. i. et p. s. apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod archidiaconatum de Bantesio in Constanciensi ac in eadem et in Nannetensi canonicatus et prebendas ac in Caturcensi ecclesiis auctoritate litterarum f. r. Benedicti pape XII, predecessoris nostri, canonicatum sub expectacione prebende ac dignitatis, personatus seu officii et perpetuam vicariam ecclesie de Vernons, Bituriçensis diocesis, nosceris obtinere. . . . . D. apud Villam nouam, A. d., id. Augusti a. tercio.

In e. m. v. f. episcopo Niuernensi et dd. ff. . . Brewnouiensis ac Strahouiensis monasteriorum abbatibus, Pragensis diocesis, s. etc. . . . D. ut s.

Clementis VI A. III 6 (V. 216) f. 136, de beneficiis vacantibus qu. 2 = V. 167 f. 104 n. 168.

417. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, pallium conceditur.*

V
.X. *Apud Villamnovam, 1344 Augusti 24.*

V. f. Arnesto, episcopo olim Pragensi,[a]) in archiepiscopum Pragensem electo, s. etc. Nuper suadentibus racionabilibus causis Pragensem ecclesiam, olim suffraganeam ecclesie Maguntine ac de provincia Maguntina existentem, te regimini eiusdem Pragensis ecclesie presidente, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in archiepiscopalem et metropolitanam ereximus et honoribus ac insigniis sedis metropolitice duximus decorandam, ac attendentes, quod tu regimen eiusdem Pragensis ecclesie, dum episcopalis existebat, hactenus gessisti fideliter et prudenter, et quod illud imposterum attencius gereres, te ipsi ecclesie Pragensi in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administracionem illius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem palleum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per d. f. Nicolaum de Lucemburgko, canonicum Pragensem, nuncium tuum, cum ea, qua decuit, instancia postulatum, nos tuis precibus annuentes ipsum de corpore beati Petri sumptum per vv. ff. nn. . . Wratislauiensem et . . Norathenensem episcopos assignandum per prefatum Nicolaum et d. f. Nicolaum Hostizlay de Horauitz, presbyterum Pragensis diocesis, duximus destinandum, ut iidem episcopi vel eorum alter tibi illud assignent sub forma, quam eis sub bulla nostra mittimus interclusam, et a te nostro et ecclesie Romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipiant iuramentum: tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus utaris, qui expressi in ipsius Pragensis ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed, quod geris

exterius, intus serves in mente, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem et iusticiam dante domino, qui dat [b]) premia et munera elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servitorem, et Pragensem ecclesiam, sponsam tuam, cures solicite auctore domino spiritualiter et temporaliter augmentare. D. apud [c]) Villamnouam, A. d., VIIII kal. Septembris a. tercio. [1])

Clementis VI A. II 6 (76) f. 343', litterarum communium qu. 1 = V. 159 f. 147 n. 1822. In registris anni *tertii* non reperitur! — [a]) ‚Pragensem' A. [b]) ‚datur' A., corr. ab editore. [c]) ‚adud' A. — [1]) datum suppletum ab alia manu. In margine nota: ‚Deficit data in istis duabus' (scil. in nostro n. 417 et 418). Et iterum alia manus subiunxit: ‚Posita est'.

418. *Vratislariensi et Narathenensi episcopis mandatur, quatenus Arnesto, archiepiscopo Pragensi, pallium assignent et iuramentum fidelitatis ab eo recipiant.*

=
. X .

Apud Villamnovam, 1344 Augusti 24.

Clemens episcopus, s. s. d.[a]), vv. ff. . . Wratislauiensi et . . Narathenensi episcopis s. et a. b.[b]). Nuper suadentibus racionabilibus causis Pragensem ecclesiam, olim suffraganeam ecclesie Maguntine ac de provincia Maguntina existentem, v. f. n. Arnesto, episcopo olim Pragensi, in archiepiscopum Pragensem electo, regimini eiusdem Pragensis ecclesie presidente, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in archiepiscopalem et metropolitanam ereximus et honoribus ac insigniis sedis metropolitice duximus decorandam, ac attendentes, quod ipse Arnestus regimen eiusdem Pragensis ecclesie, dum episcopalis existebat, hactenus gessit fideliter et prudenter, et quod illud imposterum attencius gereret, prefatum Arnestum ipsi ecclesie Pragensi in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administracionem illius eidem Arnesto in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem palleum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte prefati Arnesti per d. f. Nicolaum de Lucemburgko, canonicum Pragensem, nuncium suum, fuerit a nobis cum ea, qua decuit, instancia postulatum, nos ipsius precibus annuentes palleum ipsum de corpore beati Petri sumptum per vos vel vestrum alterum assignandum secundum formam, quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam, per prefatum Nicolaum et d. f. Nicolaum Hostizlay de Horauitz, presbyterum Pragensis diocesis, duximus destinandum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum palleum ipsum iuxta premissam formam sibi assignare curetis et ab ipso Arnesto archiepiscopo nostro et ecclesie Romane nomine sub forma, quam vobis sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipere iuramentum. Formam autem iuramenti, quod ipse archiepiscopus prestabit, nobis de verbo ad

verbum per eius patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare curetis. D. apud[c]) Villamnouam. A. d., VIIII kal. Septembris, p. n.[d]) a. tercio.[1])

Originale cum bulla plumbea in filo cannabis in archivio capituli Pragensis VIII 4. Registratum in A. II 6 (76) f. 343, litterarum communium qu. 1 = V. 159 f. 447 n. 1824. In registris anni *tertii* non reperitur! — Ed. RBM. IV n. 1429. — a) „Clemens — dei' om. in A. — b) „etc.' loco „et apostolicam benediccionem' A. — c) „adud' A. — d) „pontificatus nostri' om. in A. — [1]) Datum in A. suppletum ab alia manu. In margine f. 343' nota: „Deficit data in istis duabus' [scil. in nostro n. 417 et 418]. Et iterum alia manus subiunxit: „Posita est'.

419. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, eiusque successoribus pallium conceditur et indulgetur, ut ipso certis expressis diebus uti possint.*

X
X
X
. X .

Apud Villamnovam, 1344 Augusti 25.

Clemens episcopus, s. s. d.[a]), ad p. r. m. Attendentes Pragensem ecclesiam magne titulo dignitatis inter alias parcium illarum ecclesias prefulgere, dignum et racionabile fore conspicimus, ut ipsam Pragensem ecclesiam et archiepiscopos, qui pro tempore illi prefuerint, spiritualibus graciarum largicionibus in hiis potissime, que ad suum decus et decorem ex ipsius ecclesie excellencia dignitatis pertinent[b]), honoremus. Nuper siquidem suadentibus racionabilibus causis eandem Pragensem ecclesiam, olim suffraganeam ecclesie Maguntine ac tunc de provincia Maguntina existentem, et v. f. n. Arnesto, episcopo olim Pragensi, in archiepiscopum Pragensem electo, regimini eiusdem Pragensis ecclesie presidente, de fratrum nostrorum consilio[c]) et apostolice plenitudine potestatis in archiepiscopalem et metropolitanam ereximus et honoribus ac insigniis sedis metropolitice duximus decorandam, et attendentes, quod ipse Arnestus in eiusdem Pragensis ecclesie regimine, dum episcopalis existebat, hactenus se gessit fideliter et prudenter, et quod illud imposterum attencius gereret, prefatum Arnestum ipsi ecclesie Pragensi in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administracionem ipsius eidem Arnesto in spiritualibus et temporalibus committendo, sibique deinde palleum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii,[d]) a nobis ex parte sua humiliter postulatum, duximus concedendum. Ut autem idem Arnestus et eius successores, archiepiscopi Pragenses, qui erunt[e]) pro tempore, eo licencius palleo uti possint, quo specialiori apostolice sedis super hoc fuerint privilegio communiti, ipsius Arnesti supplicacionibus inclinati eidem Arnesto et successoribus suis prefatis,[f]) ut in ipsa Pragensi et aliis sue Pragensis provincie ecclesiis, videlicet[g]) in Nativitatis Domini et beati Johannis Evangeliste, sancti Stephani et Circumcisionis ac Epiphanie Domini Ramispalmarumque et Cene Domini, Sabbato Sancto, tribus diebus Resurreccionis necnon in Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis sancti Johannis Baptiste et omnium apostolorum et quatuor beate Marie Virginis, in commemoracione Omnium Sanctorum et sancti Michaelis archangeli

et ecclesiarum dedicacionibus ac in principalibus ipsius Pragensis ecclesie festivitatibus et die anniversarii consecracionis ipsius Arnesti et ecclesiarum provincie Pragensis predicte, ubi ipsum Arnestum vel successores eius predictos interesse ac missarum solemnia celebrare contigerit, principalibus festis ac eciam in consecracionibus episcoporum et ordinacionibus clericorum, in abbatum et abbatissarum ac monialium benediccionibus palleo, alias eis rite concesso et eciam assignato, uti licite valeant, auctoritate apostolica tenore presencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[h]) nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.[i]) D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Septembris, p. n.[l]) a. tercio.

Originale in archivio capituli Pragensis VIII 2., cum bulla plumbea in filo serico. Registratum in A. III 1 (77) f. 271′ n. 94, diversarum formarum qu. 2 = V. 166 f. 141′ n. 94. Ed. RBM. IV n. 1428. — a) ,Clemens — dei' om. in A. b) ,pertinerit' A. c) ,concilio' A. d) deest in A. e) corr. ex ,erant' A. f) ,prefatus' A. g) suppl. supra A. h) ,etc.' loco ,omnino — paginam' A. i) ,etc.' loco ,vel ei — incursurum' A. l) ,pontificatus nostri' deest in A.

420. *Saalfeldensis*[a]) *et Cellae Paulinae*[b]) *ac in Retin (?) monasteriorum abbatibus, Maguntinensis et Herbipolensis diocesis, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae*[1]), *quatenus Henrico, plebano ecclesiae in Tanna, Naumburgensis*[c]) *diocesis, parrochialem ecclesiam in curia Regnicz,*[d]) *Bambergensis diocesis, vacantem conferre et assignare procurent. ,D. apud Villamnouam, A. d., VII kal. Septembris [a.]*[e]) *tercio'.*

Apud Villamnovam, 1344 Augusti 26.

Clementis VI A. III/5 (81) f. 523 n. 192, de beneficiis vacantibus qu. 6, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 163 f. 392′ n. 192. — a) ,Saluedensis' V. b) ,Cellepauline' V. c) ,Nuemburgensis' V. d) ,Reginez' V. e) deest in V., suppl. ab editore. — 1) supplicatio ista non est reperta

421. *Episcopo Naumburgensi*[a]) *mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae*[1]), *quatenus cum Henrico, nato n. v. Henrici, domini de Gera, domicello, et Jutta, nata n. v. Henrici Rutheni dicti de Plauen*[b]), *domicella, suae diocesis, qui quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt, super matrimonio contrahendo dispensare procuret. ,D. apud Villamnouam, A. d., VII kal. Septembris a. tercio'.*

X. *Apud Villamnovam, 1344 Augusti 26.*

Clementis VI A. III/3 (79) f. 190, de indultis etc. quaternus 5 = V. 165 f. 223′ n. 663. Ed. Schmidt, I p. 346 n. 56. — a) ,Nuemburgensi' A. b) ,Plawen' A

***122.** Preczlao, episcopo Wratislaviensi, mandatur, quatenus in sua civitate et diocesi ad executionem sibi commissam super collectione decimae regi Bohemiae concessae procedat.*

X
X
. X . *Apud Villamnovam. 1344 Septembris 2.*

V. f. Preczlao, episcopo Wratislauiensi, s.[1]) Pro parte c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, nuper fuit propositum coram nobis, quod nos dudum ex certis racionabilibus causis nos ad id moventibus decimam proventuum ecclesiasticorum, tam in tuis Wratislauiensi quam Pragensi et Olomucensi civitatibus et diocesibus ac terris aliis eidem regi subiectis consistencium, exigendam et solvendam in certis terminis eidem sub certis modis, formis et condicionibus auctoritate apostolica duximus concedendam,[2]) te collectore decime predicte in tuis predictis civitate et diocesi deputato,[3]) sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. Cum autem, sicut eiusdem regis peticio continebat, presentatis tibi et per te reverenter huiusmodi litteris receptis tu ad earum execucionem ut tenebaris procedens clerum dictarum tuarum civitatis et diocesis monueris et requisieris eisque auctoritate apostolica per processus tuos, quos auctoritate litterarum ipsarum, ut est moris, fecisti, continentes excommunicacionis et alias spirituales penas et sentencias, per te contra rebelles et inobedientes super hiis promulgatas, mandandum duxeris et eciam iniungendum, ut eandem decimam certis terminis exhibere ac solvere dicto regi iuxta tenorem concessionis nostre huiusmodi procurarent: ipsi per procuratorem seu sindicum suum ad impediendum exaccionem et colleccionem dicte decime in tuis prelibatis civitate et diocesi inter cetera proponentes, quod concessio dicte decime, facta per nos regi prefato ut premittitur, ex multis causis per procuratorem predictum allegatis et propositis nulla erat nec tu per consequens ad execucionem litterarum nostrarum predictarum ex eo inter cetera poteras procedere quoquomodo, quod prelibatus rex propter obsidionem hostilem, invasionem et occupacionem castri dicti Militz, ad tuam Wratislauiensem ecclesiam pertinentis, et alia per ipsum regem aut gentem suam eius nomine vel mandato adversus ipsam ecclesiam, iura, bona, homines et subditos ipsius tam in eodem castro eiusque pertinenciis quam in cathedrali et aliis ecclesiis civitatis Wratislauiensis ac personas et bona ecclesiarum ipsarum commissa et alios excessus, tam ibidem quam alibi adversus ecclesias et personas ecclesiasticas civitatis et diocesis predictarum perpetratos, tam cuiusdam statuti olim per bone memorie Gentilem, tituli sancti Martini in Montibus presbyterum cardinalem, tunc in partibus illis apostolice sedis legatum, editi, quam processuum per bone memorie Nambertum,[a]) episcopum Wratislauiensem, predecessorem tuum, premissorum racione vel occasione habitorum auctoritate tempore concessionis dicte decime multis et diversis erat excommunicacionis sentenciis innodatus et nichilominus iniuriosus invasor et persecutor ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum predictarum notorius existebat, a te tuisque predictis processibus ad sedem apostolicam appellarunt, adhuc exhibere ac solvere memorato regi eandem decimam recusantes. Quare rex ipse nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi de oportuno in hac parte remedio dignaremur. Nos igitur attendentes, quod, antequam nos regi prefato predictam concederemus decimam, ipse tecum et ec-

clesia tua predicta tam super dicto castro quam aliis, super quibus tibi et ecclesie predicte iniurias, offensas et dampna per se vel suos irrogasse vel intulisse dicebatur, cum tuis procuratoribus in nostra presencia concordavit et deinde a predictis sentenciis, quibus propter predicta vel eorum occasione fuerat innodatus, per nos extitit iuxta formam ecclesie absolutus: fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus opposicionibus et appellacionibus predictis nequaquam obstantibus ad execucionem tibi super colleccione dicte decime per supradictas litteras commissam iuxta tenorem et continenciam earundem procedere non postponas, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. D. apud Villamnouam, A. d., IIII non. Septembris a. tercio.

Clementis VI A. III 1 (77) f. 279 n. 109, diversarum formarum qu. 3 = V. 166 f. 145' n. 109 = V. 138 (secr. a. III) f. 77 n. 258. Ed. Theiner MP. I n. 616. — a) sic A., V. 138 habet ‚Namkerum'. — 1) A. habet in margine notam: ‚de camera'. 2) vide num. 218. 3) vide num. 222.

---

423. *Johannes, episcopus Cracoviensis, supplicat, quatenus sibi conservatores deputentur.*

Avinione, 1344 Octobris 3.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Johannes, episcopus Cracouiensis,

. . . .

Supplicat insuper S. V., quatenus sibi et ecclesie sue dignemini episcopum Vratislauiensem, episcopum Holomucensem et episcopum Misnensem iuxta formam consuetam conservatores bonorum et iurium clementer deputare.

Fiat ad triennium in forma. Eciam s. a. l. Fiat R. D. Auinione V non. Octobris a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 13'. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 300.

424. *Sdeslaus, archidiaconus Horsoviensis, supplicat, ut sibi absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1344 Octobris 5.

Supplicat S. V. humilis servus vester Sdeslaus presbyter, archidiaconus Horsouiensis, Pragensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, eligendi confessorem, qui ipsum absolvat in mortis articulo, dignemini concedere potestatem, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Octobris a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 2.

425. *Sdeslao*[a]), *archidiacono Horsoviensi*[b]) *in ecclesia Pragensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione III non. Octobris a. tercio'. Forma ut in n. 65.*

III / .X.

Avinione, 1344 Octobris 5.

Clementis VI A. III 2 (78) f. 370, de absolutione qu. 1 = V. 164 f. 259 (sine numero!). — a) ‚Sdelao' A. b) ‚Harsoniensi' A.

426. *Johannes, episcopus Cracoviensis, supplicat, quatenus Bohuslao de Verona de beneficio ecclesiastico, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi Cracoviensis provideatur.*

Avinione, 1344 Octobris 8.

Supplicat S. V. devota vestra creatura Johannes, episcopus Cracouiensis, quatenus sibi specialem graciam facientes in personam dilecti capellani sui Bouslay de Verona, Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, prov., pres. seu q. a. d. episcopi Cracouiensis, si vacat ad presens vel cum vacaverit, donacione apostolica sibi dignemini providere, cum clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam triginta marcarum cum cura, viginti sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII id. Octobris a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 14'.

427. *Bohuslao*[a]) *de Verona, presbytero Pragensis diocesis, capellano Johannis, episcopi Cracoviensis, reservatur ad supplicationem eiusdem episcopi beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, vacans vel vacaturum ad collationem episcopi Cracoviensis. ‚D. Auinione VIII id. Octobris a. tercio'. — In e. m. episcopo Olomucensi et abbati monasterii Montis Sion, Pragensis diocesis, ac praeposito ecclesiae sanctae Mariae Cracoviensis. Forma ut in n. 2.*

I / .X I / X.

Avinione, 1344 Octobris 8.

Clementis VI A. III 5 (81) f. 310 n. 23, „litterarum anni tercii post ligacionem librorum" qu. 2. In V. quaterni isti deficiunt. — a) ‚Bouslao' A.

428. *Tylmannus de[a]) Rosseme, laicus Leodiensis diocesis, receptor Johannis, regis Bohemiae, in comitatu Lucemburgensi, et Mathildis, eius uxor, supplicant, quatenus sibi absolutio plena in mortis articulo concedatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XVII kal. Novembris a. tercio'.*

Avinione, 1344 Octobris 16.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 22'. — a) ‚Thylemanus' S.

---

429. *Bohuslao, abbati monasterii in Insula, et successoribus eius conceditur, ut insigniis pontificalibus uti valeant.*

X
X
. X .

Avinione, 1344 Octobris 25.

D. f. Bouslao, abbati monasterii sancti Johannis Baptiste in Insula, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, s. etc. Ut pulcra et devota filia Jerusalem fidelibus et infidelibus appareat terribilis ut castrorum acies ordinata, militaris ecclesia variis insignitur titulis dignitatum, per quas tanquam ornata monilibus et circumamicta varietate venustatem profert virtutum illustrium ecclesie triumphantis, et quod tandem in re habebit, in spe gerere se ostendens, veritatem indicat per figuram; propter que sedes apostolica, mater ecclesiarum omnium et magistra, ceteras ecclesias tanquam adolescentulas suas honorum insigniis libenter adornat pro meritis singularum, sperans, ut sic ornate tanto se immaculatas studeant diligencius observare, quanto propensius tenentur diligere decus proprium et decorem. Cum igitur, sicut tu et dd. ff. conventus monasterii tui nobis significare curastis, ipsum monasterium inter alia monasteria parcium illarum sit nobile et insigne, nos volentes tam[a]) personam tuam tuis multiplicium virtutum meritis exigentibus quam monasterium ipsum apostolicis graciis decorare, tuis et dictorum conventus supplicacionibus inclinati, tibi et successoribus tuis, abbatibus ipsius monasterii, qui erunt pro tempore, ut tu et illi mitra, anulo, sandaliis et aliis insigniis pontificalibus uti et cum ipsis solenniter celebrare ac in ipsius solenniis necnon in mensa benediccionem solennem facere, locis tamen, horis et temporibus ad hoc aptis, libere valeatis, dummodo in benediccione ipsa aliquis antistes vel legatus sedis eiusdem non sit presens, auctoritate apostolica de speciali gracia indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione VIII kal. Novembris a. tercio.

Clementis VI A. III 3 (79) f. 158', de indultis etc. qu. 4 = V. 165 f. 197 n. 590. — a) suppl. in marg. A.

430. *Držislaus de Hradištan supplicat, quatenus sibi et uxori suae absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1344 Octobris 31.

Supplicat S. V. Dyrzislaus de Hradystyan, miles Pragensis diocesis, quatenus sibi et consorti sue concedere dignemini de gracia speciali, ut ipsi et quilibet eorum semel in mortis articulo possint aliquem idoneum eligere confessorem, qui eos et eorum quemlibet auctoritate vestra absolvere valeat ab omnibus peccatis suis iuxta formam in talibus consuetam.

Fiat R. Et q. i. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II kal. Novembris a. tercio.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 39'.

431. *Držislao de Hradištan*[a], *militi, et Mstislavae*[b], *eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. „D. Auinione II kal. Novembris a. tercio.“ Forma ut in n. 65.*

V
. X .

Avinione, 1344 Octobris 31.

Clementis VI A. III 1 (80) f. 76' n. 582, de absolutione qu. 2 — V. 166 f. 362 n. 570 (sic!). — a) „Dyrzislao de Ardystyan“ A. b) „Mscyslawe“ A.

432. *Galhardo, electo Cenadiensi, in Ungariae, Bohemiae et Poloniae regnis nuntio, mandatur, quatenus a collectoribus camerae apostolicae in partibus illis existentibus rationes exigere et ad cameram ipsam transmittere non postponat.*

Avinione, 1344 Novembris 3.

Eidem nuncio [D. f. Galhardo, electo Senadiensi, in partibus regnorum Vngarie et Polonie apostolice sedis nuncio].[1]) Dudum per f. r. Johannem XXII et Benedictum XII, Romanos pontifices, predecessores nostros, diverse persone ad regna Vngarie, Boemie et Polonie partesque illis vicinas pro diversis negociis, ecclesiam Romanam et cameram apostolicam tangentibus, destinate fuerunt, que, licet diversas pecuniarum summas ad easdem ecclesiam et cameram spectantes receperint, de illis tamen raciones legitimas nequaquam sicut intelleximus reddiderunt. Volentes igitur, quod persone ipse, quecunque sint, in illis partibus existentes, necnon subcollectores et receptores deputati ab ipsis reddant de hiis, que quomodolibet egerint circa hec, fideles et legitimas raciones, discrecioni tue, de qua fiduciam in domino gerimus specialem, exigendi, audiendi, examinandi et

recipiendi a quibuscunque collectoribus, subcollectoribus vel receptoribus[a]) proventuum predictorum, ad ecclesiam vel cameram supradictas spectancium, in eisdem partibus consistentibus, cuiuscunque status, ordinis, dignitatis vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, raciones de illis clare, particulariter et distincte, ipsosque ad easdem raciones ponendas et reddendas tibi per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compellere valeas, non obstante, si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, plenam concedimus tenore presencium facultatem. Volumus tamen, quod raciones huiusmodi, cum eas examinaveris et receperis conscriptas, fideliter ad eandem cameram mittere non postponas. D. ut s. [Auinione III non. Novembris a. tercio][2]).

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 119 n. 414. — [a]) in rasura V. — [1]) suppletum e V. 138 num. 410. [2]) suppletum e V. 138 n. 410.

---

433. *Galhardus, electus Cenadiensis, apostolicae sedis nuntius, commendatur Casimiro, regi Poloniae, et simili modo Johanni, regi Bohemiae, et Carolo, marchioni Moraviae.*

Avinione, 1344 Novembris 3.

C. in Ch. f. Kazimiro, regi Polonie illustri. Cum nos d. f. Galhardum, electum Senadiensem, apostolice sedis nuncium, de cuius fidelitate ac circumspeccione plene confidimus, ad partes regni tui pro nostris et ecclesie Romane negociis specialiter destinemus, excellenciam regiam attencius deprecamur, quatinus eundem electum, quem tui honoris et commodi fervidum cognovimus et existere non ambigimus zelatorem, favorabiliter et benigne recipiens habere velit super premissis regia benivolencia sic propicius pro nostra et eiusdem sedis reverencia commendatum, quod nos devocionem regiam digne in hac parte possimus cum graciarum accionibus commendare. D. ut s. [Auinione III non. Novembris a. tercio][1]).

Item in e. m. c.[a]) in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. D. ut s.

Item in e. m. d. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. D. ut s.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 119 n. 417—419. Ed. Vatik. Akten n. 2194, RBM. IV n. 2218. [a]) ‚carissime‘ V. — [1]) suppletum e num. 410.

434. *Jaroslaus, archiepiscopus Gneznensis, supplicat, quatenus Dionysio Prandothae de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1344 Novembris 7.

Exponit S. V. devota vestra et sedis apostolice creatura Jaroslaus, archiepiscopus Gneznensis, ...

Item supplicat, quatenus dilecto suo Dyonisio Prandoche specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Wratislauiensis dignemini providere, prebendam in eadem ecclesia vacantem vel vacaturam sibi conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione etc., non obstante, quod in ecclesia Cracouiensi canonicatum obtinet et prebendam, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Novembris a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 55.

435. *Dionysio Prandothae* [a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 434. ,D. Auinione VII id. Novembris a. tercio.' — In e. m. episcopo Cracoviensi et abbati monasterii Tinciensis, Cracoviensis diocesis, ac sacristae Avinionensi. Forma ut in n. 6.*

| ‡
.X X.

Avinione, 1344 Novembris 7.

Clementis VI A. III (5, 81) f. 471 n. 57, post redditionem librorum qu. 3; in V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ,Dzywissio Prandoche' A.

---

436. *Johannes, dominus de Berwart (?)* [a]) *miles Johannis, regis Bohemiae, fraterque abbatis monasterii beatae Mariae Lucemburgensis, Treverensis diocesis, supplicat, quatenus sibi et Agneti, uxori suae, ac Johannae, eiusdem uxoris matri, absolutio plena in mortis articulo concedatur. ,Fiat R.' Item supplicat, quatenus sibi concedatur, ut altare portatile habere possit. ,Fiat in locis suis R.' Item supplicat, quatenus cum filio suo Johanne, clerico, dispensetur super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium etiam curatum obtinere valeat. ,Fiat R. . . . . D. Auinione XVI kal. Decembris a. tercio.'*

Avinione, 1344 Novembris 16.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 60. — a) ,Berruar' S.

437. *Johannes, dominus in Falkenstein,*[a]) *miles et consiliarius domini regis Bohemiae, Trevercnsis diocesis, supplicat, quatenus sibi indulgeatur, ut confessorem religiosum vel etiam secularem eligere possit. ,Fiat in forma ad sex annos R.' Item quatenus idem confessor in mortis articulo sibi plenam remissionem peccatorum concedere valeat. ,Fiat R.' Item quatenus sibi liceat habere altare portatile et missam ante diem coram se familiaribusque suis facere celebrari. ,Fiat in locis suis R.' Item quatenus cum Johanne, filio suo, de coniugato genito et soluta, super defectu natalium dispensetur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione XVI kal. Decembris a. tercio.'*

Avinione, 1344 Novembris 16.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 60. — a) ,Falkestein' S.

---

438. *Petro, nato quondam Dluhomili de Swaynecz,*[1]) *clerico Pragensis diocesis, in diaconatus ordine constituto, reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum clericis secularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi et conventus monasterii monialium in Doxano, per praepositum soliti gubernari, ordinis Praemonstratensis, Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione XVI kal. Decembris a. tercio.' — In e. m. decano et archidiacono Gradicensi, Pragensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

.X X.

Avinione, 1344 Novembris 16.

Clementis VI A. III/5 (81) f. 495′ n. 100, ,litterarum anni tercii post reddicionem librorum' qu. 4. In V. quaterni huiusmodi non inveniuntur. — [1]) fortasse Schweinitz = Sviny Trhové.

---

439. *Walramo, archiepiscopo Coloniensi, scribitur, sedem apostolicam in eis, quae ad negotium Ludovici de Bavaria pertinent, de devotione sua non dubitare neque iura vel consuetudines imperii laedere velle. ,Denique super hiis, que pro c. in Ch. f. n. Johanne, rege Boemie illustri, fecisti, de quibus utique nobis gratis ipse cum multis tue benevole assistencie commendacionibus nobis scripsit, eidem fraternitati graciarum referimus acciones.' Admonetur etiam, ut, quae nuntianda occurrerint, scribere non omittat. ,D. Auinione XIII kal. Decembris a. tercio.'*

Avinione, 1344 Novembris 19.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) n. 460. — Ed. Vatik. Akten n. 2196, RBM. IV n. 2219.

---

440. *Venceslaus,*[a] *natus Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus clerico suo Joffrido, Gottfridi de Rodemacra filio, Metensis diocesis, de aliquo beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Willibrodi*[b] *Epternacensis, ordinis sancti Benedicti, Treverensis diocesis, provideatur. ‚Fiat usque ad summam septuaginta librarum cum*[c] *cura, quadraginta sine cura R. . . . . ‚D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.‘*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 62'. — a) ‚Wenteslaus‘ S. b) ‚Willibordi‘ S. c) ‚cum cure‘ S.

441. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Hermanno, nato Henrici, comitis in Blankenburg,*[a] *dispensetur super inhabilitatis macula, quam ex eo contraxerit, quod in minori olim constitutus aetate et ad sacros ordines non promotus praeposituram curatam ecclesiae Jecheburgensis, Maguntinensis diocesis, et archidiaconatum Wedderstedensem*[b] *in ecclesia Halberstadensi receperit illosque insimul etiam post tenuerit, et quatenus eidem Hermanno, qui nunc ad legitimam aetatem pervenerit et dictum archidiaconatum dimittere paratus existat, concedatur, ut praedictam praeposituram et fructus iam perceptos retinere et quotcunque beneficia se adinvicem compatientia, etiam curata, usque ad ducentarum marcarum argenti valorem annuum recipere valeat. ‚Habilitamus cum et dictam preposituram conferimus sibi et fructus perceptos remittimus, sed quartam partem convertat in opera pietatis R.‘ — Item supplicat dictus rex, quatenus Henrico, comiti de Hohenstein, secretario suo, concedatur, ut ecclesiam parrochialem sancti Andreae in Sondershausen,*[c] *Maguntinensis diocesis, in monasterium monialium ordinis Cisterciensis convertere valeat, et quatenus eidem monasterio parrochiales ecclesiae sancti Andreae in Sondershausen necnon in Jecha*[d] *et Berg,*[e] *Maguntinensis diocesis, incorporentur et omnia privilegia ordinis praedicti concedantur. ‚Concedimus licenciam fundandi et dotandi R. Ante autem fundacionem non decet talia concedi.‘ — Item supplicat, quatenus illi comiti concedatur, ut missam coram se familiaque sua super altari portatili ante diem legi facere possit. ‚Fiat R.‘ — Item supplicat, quatenus Henrico, plebano in Jecha, de canonicatu ecclesiae Jecheburgensis, Maguntinensis diocesis, sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . . ‚D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.‘*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 63. — a) ‚Blankenborgh‘ S. b) ‚Werderstedensem‘ S. c) ‚Sundrishusen‘ S. d) ‚Jecho‘ S. e) ‚Berko‘ corr. ex ‚Beko‘ S.

442. *Cum Hermanno, nato Henrici, comitis in Blankenburg, dispensatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, super inhabilitatis macula, quam contraxerat, cum praeposituram curatam ecclesiae Jecheburgensis et archidiaconatum Wedderstedensem simul illicite retineret, et tres partes fructuum iam ex eisdem perceptorum ei remittuntur, ita tamen, quod residuam quartam partem in opera pietatis convertat et praeposituram et archidiaconatum praedictos realiter omnino dimittat. ‚D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.'*

$\overline{\mathrm{V}}$
.X. *Avinione, 1344 Novembris 21.*

Clementis VI A. III, 1 (77) f. 468' n. 493, diversarum formarum qu. 10 = V. 166 f. 256' n. 493. — Ed. Schmidt, Päpstl. Ukk. und Regesten I pag. 349 n. 65.

443. *Judicibus mandatur, quatenus Hermanno, nato Henrici, comitis in Blankenburg, canonico Magdeburgensi, praeposituram curatam ecclesiae Jecheburgensis conferant et assignent. Forma huius litterae in partibus omissis cum numero 6 concordat.*

$\overline{\overline{\overline{\mathrm{V}}}}$
.X. *Avinione, 1344 Novembris 21.*

V. f. . . archiepiscopo Magdeburgensi et dd. ff. . . Wilkenridensi ac . . Iueldensi, Maguntine diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. Nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia merita probitatis, super quibus apud nos d. f. Hermannus, natus d. f. Henrici, comitis in Blankenborgh, canonicus Osnaburgensis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur in exhibicione gracie liberales. Hodie siquidem pro parte dicti Hermanni nobis exposito,[1]) quod olim idem Hermannus, tunc in Osnaburgensi et Halberstadensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinens et in etate legitima minime constitutus, preposituram curatam ecclesie Jechenburgensis, Maguntine diocesis, tunc vacantem, alias sibi canonice collatam, ac archidiaconatum Wederstedensem in eadem Halberstadensi ecclesia receperat illosque insimul eciam post et contra constitucionem, que incipit „Execrabilis", tenuerat atque tenebat, eciam ad sacros ordines, quos prepositura et[a]) archidiaconatus prefati requirunt, non promotus, fructus et redditus percipiens ex[b]) eisdem: nos omnem inhabilitatis ac infamie maculam sive notam, quas dictus Hermannus ex premissis vel earum occasione contraxerat, in eo penitus auctoritate apostolica abolevimus ipsumque habilitavimus et habilem reddidimus[c]) de apostolice plenitudine potestatis ac insuper tres partes fructuum, per dictum Hermannum ex ipsis prepositura et archidiaconatu perceptorum, dicto Hermanno remisimus et donavimus de gracia speciali, ita tamen, quod ipse residuam quartam partem eorundem fructuum converteret in opera pietatis, alioquin prefata remissio haberetur penitus pro non facta; voluimus[d]) autem, quod prefatus Hermannus preposituram et archidiaconatum

predictos extunc dimitteret realiter et omnino. Nos igitur volentes eundem Hermannum, qui nunc ut asseritur est in etate legitima constitutus, p. m. s. l. necnon consideracione c. m. Ch. f. Johannis, regis Boemie illustris, pro dicto Hermanno nobis in hac[e]) parte humiliter supplicantis, favore prosequi ampliori, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo vel unus vestrum per vos vel alium seu alios, si est ita, predictis prepositura et archidiaconatu per eundem[f]) Hermannum realiter primitus omnino dimissis, ipsam preposituram secundum premissa vacantem ad presens, dummodo in ea tempore date presencium non sit alicui specialiter ius quesitum, cum[g]) omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Hermanno auctoritate nostra[h]) conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem preposiiture ac iurium et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum, amoto ab ea[i]) quolibet illicito[k]) detentore, ac facientes eundem Hermannum vel procuratorem suum pro eo ad huiusmodi preposituram, ut est moris, admitti sibique de ipsius prepositure fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; non obstantibus quibuscunque[m]) statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Jecheburgensis contrariis . . . . roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie speciales vel de beneficiis . . . . sit processum, quibus omnibus dictum Hermannum in assecucione dicte prepositure volumus anteferri, sed nullum[n]) per hoc eis quoad assecucionem dignitatum, personatuum vel officiorum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si . . archiepiscopo Maguntino, qui est pro tempore, et dd. ff. capitulo ecclesie Jecheburgensis vel quibusvis[o]) aliis communiter vel divisim . . . . et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis aut[p]) aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem . . . . mencio specialis, seu si dictus Hermannus presens non fuerit ad prestandum . . . . corporaliter illud prestet, aut quod ipse in dictis Halberstadensi ac Osnaburgensi ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere.[q]) Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 192', de beneficiis vacantibus qu. 12 = V. 167 f. 348 n. 605. — [a]) suppl. in marg. A. [b]) suppl. supra A. [c]) corr. ex ,reddimus' A. [d]) corr. ex ,volumus' A. [e]) suppl. supra A. [f]) corr. ex ,eandem' A. [g]) ,cuius' A. [h]) sequitur ,appellacione postposita compescendo', sed cancellatum A. [i]) ,eo' A. [l]) suppl. supra A. [m]) corr. ex ,quibus' A. [n]) corr. ex ,nullus' A. [o]) ,quibus' A. [p]) suppl. supra A. [q]) corr. ex ,obtinerent' A. — [1]) vide num. 441.

444. *Henrico, comiti de Hohenstein, conceditur, ut missam ante diem celebrari facere possit.*

.X. *Avinione, 1344 Novembris 21.*

D. f. nobili viro Henrico, comiti de Hohenstein. s. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut votis tuis favorabiliter annuamus, illis presertim, per que, sicut pie desideras, divinis officiis intentus existas et spiritualis salutis tibi proveniat incrementum. Hinc est, quod nos consideracione eciam c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, secretario suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis, ipsius regis ac tuis devotis supplicacionibus inclinati, ut missam, antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negociorum pro tempore ingruencium id exegerit, liceat tibi per proprium vel alium sacerdotem idoneum facere celebrari, ita quod id nec tibi nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari, devocioni tue auctoritate presencium de speciali gracia indulgemus, proviso, quod parce huiusmodi concessione utaris, quia, cum in altaris officio immoletur dominus noster dei filius Jhesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis fieri tenebris, sed in luce. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.

Clementis VI A. III/2 (78) f. 150 n. 25, de celebrando ante diem qu. 1 et unicus = V. 166 f. 378 n. 25.

445. *Henrico de Jecha, presbytero, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, et capituli Jecheburgensis de canonicatu ecclesiae Jecheburgensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.' Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1344 Novembris 21.*

Clementis VI A. III/4 (80) f. 381, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 164 f. 39 n. 67. — Reg. Schmidt, Päpstl. Urkunden und Regesten I pag. 351 num. 70.

446. *Arnaldus, dominus de Pitenges,*[a] *miles et consiliarius Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus Maria, Gosseti de Villari filia, puella litterata Leodiensis diocesis, in monasterio de Clarofonte, Cisterciensis ordinis, Trevevensis diocesis, in monacham recipi mandetur. ,Fiat in forma R. . . . . D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.'*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 64. — a) ,Pittingen' S.

447. *Henricus de Jene supplicat, ut sibi absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Supplicat S. V. devotus vester Henricus de Jene, civis Pragensis, quatenus, ut confessor, quem elegerit,[a] semel tantum in mortis articulo plenam remissionem omnium suorum peccatorum sibi impertiri valeat, auctoritate apostolica indulgere dignemini de gracia speciali in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 65. — a) „eligerit" S., corr. ab editore.

448. *Arnaldus de Arlano, domini regis Bohemiae locumtenens in comitatu Lucemburgensi, supplicat, quatenus omnibus, qui ad reaedificationem hospitalis pauperum sanctae Catharinae in Arlano, Trevcrensis diocesis, manus porrexerint adiutrices, indulgentiae aliquae concedantur. „Habeant indulgenciam unius anni et quadraginta dierum R. . . . . D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio."*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 65.

449. *Ditmarus de Meckenbach supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Supplicat S. V. Ditmarus de Meckebach, clericus Maguntinensis diocesis, familiaris et clericus regis Bohemie, presens una cum aliis ipsius domini regis ambaxiatoribus in curia, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus vel vacaturis, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri in forma consueta dignemini providere, non obstantibus, quod canonicatum et prebendam ecclesie sancti Seueri Erfordensis, dicte diocesis, obtinet ac super[a]) parrochiali ecclesia in Lyssa, Pragensis, ac canonicatu et prebenda Glogouiensi, Wratislauiensis diocesis, litigat et auctoritate S. V. in ecclesia Cracouiensi prebendam expectat, et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis.

Fiat R. Item q. t. s. a. l. Item quod transeat sine examine, quia ipsi propter diversa ipsius domini regis negocia intendere non potest aliquomodo. Fiat R. D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 65'. — a) suppletum supra S

---

450. *Ditmaro de Meckenbach providetur de canonicatu ecclesiae Vratislariensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 449. ‚D. Auinione XI kal. Decembris a. tercio.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1344 Novembris 21.

Clementis VI A. III 5 (81) f. 518 n. 157, de praebendis vacaturis qu. 5, rubrica sola (quaternus deficit): litterae in V. 163 f. 304 n. 137. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 295.

451. *Abbati monasterii de Sancto Lamberto, Salzburgensis, et praeposito sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, quatenus contra praepositum, decanum et capitulum ecclesiae Pataviensis ac Ulricum dictum Wildhauser,[a]) clericum Salzburgensis diocesis, qui praebendam eiusdem ecclesiae Pataviensis, a Friedliebo[b]) Hospitis de Wagram, canonico Pataviensi, acceptatam, illegitime occupatam tenet, in executionis negotio procedant. ‚D. Auinione VIIII kal. Decembris a. tercio.'*

V
.X.

Avinione, 1344 Novembris 23.

Clementis VI A. III 6 (V. 216) f. 447, litterarum communium qu. 1 = V. 165 f. 290 n. 876. — a) ‚Wilchauser' A. b) ‚Fridliebo' A.

---

452. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus omnibus capellam, quam Rudolfus, dux Saxoniae, sororius suus, in loco habitationis eius [in Wittenberg],[a]) Brandeburgensis diocesis, ad reverentiam et conservationem unius spinae de spinea corona Domini construi fecerit et dotaverit, visitantibus indulgentiae aliquae concedantur. ‚Fiat in festis sancte Corone et sancte Crucis et in Paraceue, dominicis in Passione et in Ramis palmarum, de uno anno et una quadragena R. . . . . D. Auinione kal. Decembris a. tercio.'*

Avinione, 1344 Decembris 1.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 80. — a) deest in S., suppl. ab editore.

---

453. *Reinhardus, natus Ulrici domini de Hanau, supplicat, quatenus fructus beneficiorum suorum in absentia per triennium libere percipere possit.*

Avinione, 1344 Decembris 3.

Supplicat S. V. devotus vester Reynhardus, natus n. v. Vlrici, domini de Hanowe, eiusdem S. V. capellanus, quatenus sibi specialem graciam facientes, eidem, quod possit stare in studio per triennium in Romana curia vel extra et fructus, redditus et proventus canonicatuum et prebendarum suarum in Bambergensi necnon in Brunna, Olomucensis diocesis, ac prepositure in Lynensi,[1] Pragensis diocesis, ecclesiis ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que medio tempore adeptus fuerit, libere percipere cum ea integritate, qua ipsos perciperet, cotidianis distribucionibus duntaxat exceptis, ac si in dictis ecclesiis corporaliter resideret, et quod a nullo invitus possit ad faciendum residenciam in dictis beneficiis coartari, dignemini concedere, constitucionibus, consuetudinibus, statutis quacunque firmitate vallatis in contrarium editis nequaquam obstantibus, seu quod idem Reynhardus a dicta prepositura ultra septennium in studio fuit absens, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat ad biennium in forma R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Decembris a. tercio.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 86'. — [1]) sic S., recte ‚Tynensi'.

454. *Reinhardo, nato Ulrici de Hanau, conceditur, ut fructus beneficiorum suorum usque ad biennium libere percipere valeat, etiam si in eis personaliter non resideat. Forma huius litterae in partibus omissis cum num. 132 concordat.*

. X $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1344 Decembris 3.*

D. f. Reynhardo, nato d. f. n. v. Vlrici, domini de Hanowe, preposito ecclesie Tynensis, Pragensis diocesis, capellano nostro, s. etc. Nobilitas generis, morum decor et alia racionabilia tue devocionis merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut personam tuam oportunis favoribus prosequamur. Tuis itaque supplicacionibus inclinati tibi, qui a prepositura ecclesie[a]) Tynensis, Pragensis diocesis, cuius existis prepositus, ultra septennium absens fuisti in studio residendo, auctoritate presencium indulgemus, ut litterarum studio sive in Romana [curia][b]) sive alibi in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo fructus, redditus et proventus dicte prepositure ac canonicatuum et prebendarum, quos in Bambergensi necnon in Brunna, Olomucensis diocesis, ecclesiis nunc obtines, et aliorum omnium beneficiorum ecclesiasticorum, que in quibuscunque aliis ecclesiis imposterum obtinebis, cum ea integritate usque ad biennium libere

percipere valeas, cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, si in ecclesiis ipsis personaliter resideres, et ad residendum interim in eisdem vel earum aliqua minime tenearis neque ad id a quoquam invitus valeas coartari: non obstantibus quibuscunque statutis . . . . et ipsis litteris non utendo, eciam a te vel alio seu aliis impetratis aut alio quovis modo concessis, per te vel procuratorem tuum prestitisti hactenus vel forsan imposterum te prestare contigerit iuramentum, ... personas ecclesiarum suarum civitatum et diocesium, in dignitatibus vel personatibus aut officiis constitutos, per subtraccionem proventuum suorum ecclesiasticorum . . . . personis earundem ecclesiarum eciam in dignitatibus vel personatibus seu officiis constitutis non residentibus in eisdem fructus, redditus et proventus ecclesiarum ac prebendarum et dignitatum vel personatuum seu officiorum aut beneficiorum suorum ecclesiasticorum ministrare minime teneantur . . . . deserviatur inibi laudabiliter in divinis. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione III non. Decembris a. tercio.

In e. m. dd. ff. . . preposito Omnium Sanctorum Pragensis et . . scolastico sancti Stephani Maguntinensis ac Guillelmo de Mirica, canonico Patauiensis ecclesiarum s. etc. Nobilitas generis etc. usque laudabiliter in divinis. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eidem Reinhardo vel procuratori suo eius nomine faciatis auctoritate nostra predictos fructus, redditus et proventus iuxta huiusmodi nostre concessionis tenorem per idem biennium integre ministrari: non obstantibus omnibus supradictis, ... contradictores auctoritate nostra etc. D. ut. s.

Clementis VI A. III/1 (77) f. 163′ n. 47, de fructibus percipiendis qu. 2 = V. 166 f. 81. n. 47. Ed. CDM. VII n. 564. RBM. IV n. 1477. — a) suppletum supra A. b) deest in A., suppletum ab editore.

---

455. *Johanni, electo Litomyšlensi, conceditur, ut a quocunque antistite catholico munus consecrationis recipere possit.*

.X̿. *Avinione, 1344 Decembris 10.*

D. f. Johanni, electo Luthomuslensi, s. etc. Cum nos pridem[a]) ex certis racionabilibus causis statuerimus[b]) et eciam decreverimus,[c]) ut monasterium Luthomuslense, Premonstratensis ordinis, tunc[d]) Pragensis diocesis et monasterio Strahouiensi, ordinis et diocesis predictorum, tunc immediate subiectum, extunc haberetur et existeret ecclesia cathedralis, ac deinde de persona tua, nobis et fratribus nostris ob tuorum exigenciam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio eidem ecclesie providerimus, preficientes te prefate ecclesie in episcopum et pastorem tibique curam et administracionem ipsius in spiritualibus et temporalibus[e]) committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur: nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, tuis supplicacionibus inclinati tibi, ut a quocunque malueris catholico

antistite, graciam et communionem apostolice sedis habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis, similem graciam et communionem habentibus, munus consecracionis recipere valeas, ac eidem antistiti, ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Volumus autem, quod idem antistes, qui tibi prefatum munus[f]) impendet, postquam illud tibi impenderit, a te nostro et ecclesie Romane nomine fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam, ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare procures, quodque per hoc v. f. n. archiepiscopo Pragensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur. D. Auinione IIII id. Decembris a. tercio.

Clementis VI A. III 6 (V. 216) f. 149', litterarum communium qu. 1 = V 165 f. 292 n. 880. — a) ‚priden' A. b) corr. ex ‚statueremus' A. c) corr. ex ‚decreveremus' A. d) suppl. in marg. A. — e) sequitur ‚plenarie', sed cancellatum A. f) corr. ex ‚munus prefatum' A.

456. *Petrus, abbas monasterii Montis Sion, supplicat, quatenus Jaroslao Vojslai gratia de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae renovetur et fratri Egidio de parrochiali ecclesia in Albaecclesia vacante provideatur.*

Avinione, 1344 Decembris 14.

Supplicat S. V. assiduus orator vester Petrus, abbas monasterii Montis Syon, ordinis Premonstratensis, diocesis Pragensis, quod, cum de primo anno creacionis Vestre Sanctitatis, XIIII die mensis Octobris,[a]) predictus abbas eidem S. V. humiliter supplicavit pro fratre suo germano Jaroslao Weylay, presbytero, super canonicatu et prebenda vacante vel vacatura in ecclesia Pragensi, et de mandato S. V. speciali huiusmodi supplicacio per dominum Guillelmum, episcopum Carnotensem, fuit recepta et in studio S. V. reposita, licet de ipsa[a]) peticione adhuc aliqua nova predictus abbas minime reportavit: quare supplicat eidem S. V., quatenus huiusmodi graciam fiendam supradicto Jaroslao dignemini clementissime renovare cum clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod idem Jaroslaus ecclesiam parrochialem in Cyessnowicz, Olomucensis diocesis, modici valoris, noscitur obtinere. Vel in ecclesia Olomucensi.

Fiat R.

Item supplicat eidem S. V., quatenus sibi specialem graciam facientes in personam fratris Egidii, canonici monasterii Montis Syon prope Pragam, ecclesiam parrochialem in Alba ecclesia, diocesis Olomucensis, solitam per canonicos ordinis Premonstratensis gubernari, vacantem per promocionem ipsius . . abbatis in curia S. V., dignemini conferre predicto fratri Egidio, non obstante, quod frater Vlricus,

canonicus monasterii Gradicensis, ipsam ecclesiam de facto detinet occupatam, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, ut in forma, non obstante eciam, quod dictus frater Egidius non sit canonicus monasterii Gradicensis, tamen eiusdem ordinis existit.

Fiat cum translacione R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIX kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 101'. — a) sequitur ‚pacifice', sed cancellatum S. — 1) 1342 Octobris 14.

457. *Jaroslao Vojslai providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 456. D. Auinione XVIIII kal. Januarii a. tercio.*[1] *— In e. m. episcopo Carnotensi et dd. ff. Brevnoviensis ac Lucensis monasteriorum abbatibus, Pragensis et Olomucensis diocesis. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1344 Decembris 14.*

Clementis VI A. III/4 (80) f. 373', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 164 f. 32' n. 56. — Ed. CDM. VII n. 570, RBM. IV n. 1486.

458. *Egidio Rudgeri providetur de parrochiali ecclesia in Albaecclesia vacante. Forma ut in n. 85.*

≡ V
.X X. *Avinione, 1344 Decembris 14.*

D. f. Egidio Rudgeri, rectori parrochialis ecclesie in Albaecclesia, Olomucensis diocesis, solite per canonicos monasterii Gradicensis, Premonstratensis ordinis, iuxta Olomuczch gubernari, s. etc. Religionis zelus . . . . Cum itaque parrochialis ecclesia in Albaecclesia, Olomucensis diocesis, solita per canonicos monasterii Gradicensis, Premonstratensis ordinis, iuxta Olomucz gubernari, quam d. f. Petrus, abbas monasterii Montissyon, dicti ordinis, Pragensis diocesis, promocionis sue tempore per nos facte de ipso Petro, tunc apud sedem apostolicam constituto, ad prefatum monasterium Montissyon, tunc abbate carens, obtinebat, per huiusmodi promocionem suam apud sedem ipsam vacaverit et vacare noscatur ad presens, nullusque de ipsa parrochiali ecclesia preter nos hac vice disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud dictam sedem vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre specialiter reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate

scienter vel ignoranter contingeret attemptari; nos volentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus, decernentes te, postquam vigore presentis gracie dicte parrochialis ecclesie fueris possessionem pacificam assecutus, de prefato monasterio Montissyon, cuius existis canonicus, ad predictum monasterium Gradicense auctoritate eadem transferendum et in eo recipiendum in canonicum et in fratrem et sincera in domino caritate tractandum . . . .; non obstantibus . . . . seu quod d. f. Vlricus Petri dicti Bradewicie, canonicus prefati monasterii Gradicensis, predictam ecclesiam de facto detinere dicitur occupatam. D. Auinione XVIIII kal. Januarii a. tercio.

In e. m. v. f. . . episcopo Carnotensi et dd. ff. . . Lucensis ac . . Brewoniensis, Olomucensis et Pragensis diocesium, monasteriorum abbatibus s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. III 6 (V. 216) f. 325', de beneficiis vacantibus qu. 8 = V. 167 f. 261 n. 443. Ed. CDM. VII n. 569, RBM. IV n. 1485.

459. *Theodericus, abbas monasterii Portae Apostolorum, supplicat, quatenus monasterium sanctimonialium in Teplicz ad pristinum statum reducatur, sibi et monasterio suo conservatores concedantur et cum sorore Margareta dispensetur, ut in ordine sancti Benedicti et regimine dicti monasterii Teplicensis permanere possit; supplicat etiam, quatenus sibi, patri suo Alberto de Kryr et fratri Henrico absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1344 Decembris 15.

Supplicat S. V. devotus vester orator frater Theodricus, humilis abbas monasterii Porte Apostolorum, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, quod, cum prepositura in Tepplicz, sanctimonialium ordinis et diocesis predictorum, sit et fuerit monasterii predicti Porte Apostolorum et semper a tempore, cuius contrarii memoria hominum non existit, per abbatem et fratres eiusdem ordinis et monasterii solita fuerit gubernari, nunc autem dilectus filius vester . . rex Boemie de novo contulit et de facto eandem preposituram cuidam militi mere laico, non in modicum preiudicium et gravamen eiusdem monasterii et in scandalum ordinis, et per hoc inhonestas et indisciplina invaluit nec aliqua clausura, que ante fuerat, observatur nec aliqua persona religiosa ibidem inhabitat, dignemini mandare et ex certa sciencia alicui probo viro, ut dictam preposituram ad statum pristinum et debitum habeat reducere, cum non obstantibus et clausulis oportunis, ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat eidem S. V., quatenus eidem specialem graciam facientes, concedere dignemini contra iniuriatores, invasores et depredantes[a]) personas et bona dicti monasterii conservatores usque ad decem annos iuxta formam concilii Viennensis, maxime cum dictum monasterium sit situm in medio nacionis perverse et de suis malefactoribus non possit habere iusticie complementum propter eorum potenciam, quam merito perhorrescit, et placeat eidem S. V., quod de hiis, que iudicialem indaginem requirunt, possint se intromittere, non obstantibus constitucionibus contrariis et aliis non obstantibus et clausulis oportunis, ut in forma.

Habeat conservatores in forma concilii[b]) Viennensis ad quinquennium R.

Supplicat S. V. devota soror Margareta, abbatissa monialium monasterii in Tepplicz, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, quod olim, antequam recepta esset ad prefatum ordinem in monasterio predicto, intraverat quoddam aliud monasterium sororum, dictum Cralup, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura ordinis fratrum Predicatorum vivencium, predicte diocesis, et professionem fecerat in eodem, quod quidem monasterium dictum Cralup per potenciam et tyrannidem laicalem postmodum destructum extitit penitus et est hodie desolatum, ita quod lapis super lapidem non remansit et sorores, que tunc in ipso degebant monasterio, eiecte fuerunt et disperse, in qua quidem dispersione et eieccione dicta Margareta in dicto monasterio Tepplicensi, arcioris[c]) regule, non habens alias, ubi reclinaret capud suum, recepta extitit in monacham et sororem ibidemque professionis vinculo se astrinxit,[d]) processu vero temporis dicta Margareta vacante dicti monasterii abbacia electa extitit in abbatissam et est consecrata. Supplicat eadem,[e]) quatenus cum ipsa, quod possit, quibuscunque constitucionibus in contrarium editis et specialiter illa, que incipit „Ut professores", et quibuslibet statutis et consuetudinibus dictorum ordinum non obstantibus, in dicto ordine sancti Benedicti et regimine abbacie dicti monasterii Tepplicensis permanere et ipsius administracionem in spiritualibus et temporalibus sicut prius exercere, dignemini auctoritate apostolica ex plenitudine potestatis misericorditer dispensare, ratificantes et approbantes illa, que per ipsam tamquam abbatissam sunt habita atque facta, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis, ut in forma.

Fiat per diocesanum auctoritate apostolica, si sit ita, approbando, que alias rite egit R.

Item supplicat eidem S. V. predictus abbas, quatenus sibi et patri suo dicto Alberto de Krirr et Henrico, fratri suo germano, et eorum cuilibet in solidum plenam remissionem omnium peccatorum suorum in mortis articulo concedere dignemini, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III 2 (7) f. 112. — a) ‚depredatores' S., corr. ab editore. b) ‚consilii' S. c) ‚arciori' S. d) ‚astrinxerit' S. e) suppletum in margine S.

460. *Iudicibus mandatur, quatenus praeposituram monasterii sanctimonialium in Teplicz in statum pristinum et debitum reducere procurent.*

V
. X .

Avinione, 1344 Decembris 15.

V. f. . . archiepiscopo Pragensi et dd. ff. . . abbati monasterii de Ossyek. Pragensis diocesis, ac . . decano ecclesie Pragensis[a]) s. etc. Licet ex debito pastoralis officii divina nobis disposicione commissi de universis orbis ecclesiis et monasteriis cogitare propensius teneamur, ad illa tamen specialem nostre consideracionis intuitum dirigimus, que pluribus subiacere dispendiis presentimus. Ex serie siquidem pro parte Theoderici, abbatis monasterii Porte Apostolorum. ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, nobis nuper oblate peticionis percepimus, quod, licet prepositura monasterii sanctimonialium in Tepplicz, ordinis et diocesis predictorum, sit et fuerit eidem monasterio Porte Apostolorum immediate subiecta et per abbatem et monachos dicti monasterii tanto tempore, cuius contrarii memoria hominum non existit, consueverit gubernari, tamen carissimus in Christo f. n. Johannes, rex Boemie illustris, eam d. f. Sbizchoni Lepori dicto de Ansburch, militi mere laico, eiusdem diocesis, noviter contulit et de facto, propter quod ibidem inhonestas et indisciplina invaluerunt, cum persona religiosa aliqua non habitet in eadem neque clausure, que antea fuerant, ibidem observentur, in magnum preiudicium monasterii, abbatis et monachorum predictorum. Quare idem abbas nobis humiliter supplicavit, ut providere super hiis de oportuno remedio paterna solicitudine dignaremur. Nos itaque attendentes, quod iusta postulantibus non est denegandus assensus, ac volentes indempnitati monasterii ipsius Porte Apostolorum, abbatis et monachorum predictorum in hac parte salubriter subvenire, ipsius abbatis supplicacionibus inclinati discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, vocatis dicto milite et aliis, qui fuerint evocandi, si premissa inveneritis vera esse, prefatam preposituram cum omnibus iuribus et pertinenciis eiusdem in statum pristinum et debitum, collacione et aliis premissis nequaquam obstantibus, reducere procuretis, amoto ab ea dicto milite et quolibet alio illicito detentore, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI A. III/6 (V. 216) f. 460, litterarum communium qu. 1 = V. 165 f. 301 n. 900. Ed. Werunsky, Excerpta n. 71, RBM. IV n. 1487. [a]) ‚ac — Pragensis' suppl. in margine.

461. *Episcopus Misnensis, abbas monasterii Montis Sion, Pragensis diocesis, ac praepositus ecclesiae Olomucensis constituuntur conservatores bonorum Theoderici, abbatis, et conventus monasterii Portae Apostolorum, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, usque in quinquennium. ,D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.' Forma ut in n. 92.*

X
X
.X. *Avinione, 1344 Decembris 15.*

Clementis VI A. III/2 (78) f. 526', de conservatoriis qu. 2 = V. 165 f. 78 n. 220. — Ed. CDM. VII n. 571, RBM. IV omissum.

---

462. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, ut electionem, confirmationem et benedictionem Margaritae, abbatissae monasterii in Teplicz, auctoritate apostolica confirmet et cum ea dispenset, ut in ordine sancti Benedicti et regimine monasterii eiusdem remanere possit.*

X
.X. *Avinione, 1344 Decembris 15.*

V. f. . . archiepiscopo Pragensi s. etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas ac devocionis sinceritas, quos dilecta in Christo filia Margareta, abbatissa monasterii in Tepplicz, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, erga nos et Romanam gerit ecclesiam, promeretur, ut votis suis, illis presertim, que ad sui status reparacionem et dicti monasterii commoditatem cedere conspicimus, ad exaudicionis graciam, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane exhibita nobis nuper pro parte eiusdem abbatisse peticio continebat, quod dudum priusquam ipsa quoddam monasterium canonicarum, Cralup vulgariter nuncupatum, ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, sub cura et secundum instituta fratrum ordinis Predicatorum vivencium, dicte diocesis, fuerat ingressa ibidemque recepta in monialem et sororem et vinculo professionis astricta, quod quidem monasterium dictum Cralup processu temporis potencia et tyrannide laicali destructum extitit penitus et est hodie desolatum, adeo quod lapis in eo supra lapidem non remansit, quodque ipsa et alie moniales, tunc ibidem degentes, exinde disperse fuerunt et deiecte, et ob hoc, quia dicta abbatissa cum aliis monialibus, ubi reclinaret capud suum, non habebat, ad dictum monasterium in Tepplicz postmodum sine alicuius superioris licencia se transtulit ibidemque in monialem recepta extitit et sororem et professionis vinculo se astrinxit ac demum, vacante dicto monasterio in Tepplicz, in eiusdem monasterii abbatissam per dilectas in Christo filias conventum ipsius monasterii fuit alias canonice electa, ipsaque eleccioni huiusmodi prestans assensum obtinuit eleccionem ipsam per b. m. Johannem, episcopum Pragensem, qui tunc erat, auctoritate ordinaria confirmari sibique munus benediccionis impendi et extunc predicto monasterio prefuit, prout adhuc preest, tanquam abbatissa ipsius monasterii pacifice et quiete, curam et administracionem monasterii eiusdem tam in spiritualibus quam in temporalibus

fideliter et solerter gerendo. Verum quia eadem Margareta dubitat, quod translacio ad dictum monasterium in Tepplicz et recepcio et professio, eleccio et confirmacio ac muneris benediccionis impensio huiusmodi et alia inde secuta, dispensacione super hoc apostolica non obtenta, possent forsitan imposterum impugnari, dicta abbatissa nobis humiliter supplicavit, ut sibi super hiis de remedio oportuno providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod, sicut habet fidedignorum assercio, ipsa prefato monasterio plurimum utilis fore dinoscitur et in administracione spiritualium et temporalium eiusdem monasterii laudabiliter se gessit et illi esse poterit plurimum fructuosa, ac volentes premissorum obtentu statui abbatisse, conventus et monasterii in Tepplicz predictorum, quantum cum deo possumus, in hac parte salubriter providere, ipsius abbatisse supplicacionibus inclinati fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, cum dicta abbatissa, ut in dicto ordine sancti Benedicti et regimine prefati monasterii in Tepplicz permanere et ipsius monasterii administracionem tam in spiritualibus quam in temporalibus libere et licite exercere valeat, f. r. Clementis pape V, predecessoris nostri, et quibusvis aliis constitucionibus ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinum predictorum contrariis nequaquam obstantibus, apostolica auctoritate dispenses illaque nichilominus, que per eam tanquam abbatissam in dicto monasterio in Tepplicz alias rite administrata sunt sive gesta, auctoritate eadem approbes et confirmes. D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI A. III/3 (79) f. 183', de indultis etc. qu. 5 = V. 165 f. 218' n. 640. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 70, RBM. IV n. 1488.

---

463. *Theoderico, abbati monasterii Portae Apostolorum, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X. *Avinione, 1344 Decembris 15.*

Clementis VI A. III/4 (80) f. 70 n. 475, de absolutione qu. 2 = V. 166 f. 358' n. 463 (sic!).

---

464. *Alberto dicto de Kryr, laico Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X. *Avinione, 1344 Decembris 15.*

Clementis VI A. III/4 (80) f. 70' n. 476, de absolutione qu. 2 = V. 166 f. 358' n. 464 (sic!).

---

465. *Henrico dicto de Kryr, laico Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVIII kal. Januarii a. tercio.' Forma ut in n. 65.*

III .X.

Avinione, 1344 Decembris 15.

Clementis VI A. III/4 (80) f. 70′ n. 481, de absolutione qu. 2 = V. 166 f. 358′ n. 469 (sic!).

466. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus cum Petro dicto Hopf et Agnete, uxore eius, super matrimonio iam contracto dispensetur.*

Avinione, 1344 Decembris 22.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, marchio Morauie, primogenitus regis Boemie, quod olim XV annis elapsis dilectus suus Petrus dictus Hopf, civis Chuttnensis, et quedam Agnes, eiusdem loci, Pragensis diocesis, ignorantes inter eos aliquod impedimentum existere, quod matrimonium impediret, matrimonium ad invicem ad modum et consuetudinem illius patrie, in qua non consueverunt banna aliqua in matrimonio civium et nobilium proclamari, bannis non editis in facie ecclesie solenniter contraxerunt et in ipso matrimonio decem tam filios quam filias susceperunt. Verum tribus annis proxime lapsis, in quibus parati sancte matris ecclesie obedire mandatis ab omni carnali copula cessaverunt, ad eorum noticiam est deductum, quod . . quondam mater dicti Petri predictam Agnetem de sacro fonte levavit. Cum autem, pater sanctissime, ex divorcio, si fieret inter eos, possent inter ipsius Petri, qui in montana Chuttnensi, ubi ad magnam utilitatem dicti marchionis argentum foditur, potens existit, et predicte Agnetis consanguineos et amicos argentifodinas [a] et alios guerre, dissensiones,[b] occisiones et scandala plurima in populi christiani illarum parcium destruccionem et ipsius marchionis non modicum dampnum oriri, supplicat humiliter eidem S. V. idem marchio, quatenus ad evitanda scandala et dampna predicta cum ipsis Petro et Agnete, ut in sic contracto matrimonio impedimento non obstante predicto legitime valeant ut coniuges remanere, ex benignitate solita dignemini misericorditer dispensare, prolem susceptam et suscipiendam legitimam decernentes.

Fiat per diocesanum, si sit ita, sed fundent et dotent infra biennium unam capellam de vigintiquinque florenis R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 118′. — [a]) sic S. [b]) ‚discenciones' S.

467. *Archiepiscopo Pragensi mandatur ad supplicationem Caroli, marchionis Moraviae, quatenus cum Petro dicto Hopf, laico, et Agnete, muliere de Chutnis, auctoritate apostolica dispenset, ut impedimento cognationis spiritualis non obstante in matrimonio contracto licite remanere possint, sub conditione tamen, ut ipsi Petrus et Agnes unam capellaniam [1]) instituere et eam de annuis redditibus 25 florenorum auri dotare procurent, super quibus complendis praedictus archiepiscopus ab eisdem ante omnia sufficientem et idoneam cautionem recipere tenetur. ‚D. Auinione XI kal. Januarii a. tercio.'*

V̄
. X . *Avinione, 1344 Decembris 22.*

Clementis VI A. III/1 (77) f. 376 n. 306, diversarum formarum qu. 6 = V. 166 f. 202 n. 306. — [1]) sic A.; in supplicatione vero (num. 466) ‚capella' dicitur loco ‚capellania'.

468. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus Henrico quondam Conradi de Glogovia de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1344 Decembris 22.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Pretzlaus, Wratislauiensis episcopus, quatenus sibi in personam sui capellani dilecti Henrici quondam Conradi de Glogouia, presbyteri Wratislauiensis diocesis, sui et ecclesie Wratislauiensis servitoris antiqui, graciam facientes specialem, eidem Henrico de canonicatu ecclesie Wratislauiensis predicte ac prebenda vacante ad presens vel vacatura proxime in eadem ecclesia, quarum quidem prebendarum collacio ad dictum episcopum pertinet, dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Henricus altare sancti Thome ac vicariam perpetuam obtinet,[a]) quam vicariam perpetuam, postquam dictorum canonicatus et prebende possessionem pacificam assecutus fuerit, dimittere est paratus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 123. — [a]) sequitur ‚dignemini providere', sed cancellatum S.

469. *Henrico quondam Conradi de Glogovia providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1344 Decembris 22.

D. f. Henrico, nato quondam Conradi de Glogouia, canonico Wratislauiensi, s. Attributa tibi probitatis et virtutum merita . . . . Volentes itaque tibi, pro quo eciam v. f. n. Preczlaus, Wratislauiensis episcopus, te presbyterum ac suum et ecclesie sue Wratislauiensis antiquum servitorem existere asserens, nobis in hac parte humiliter supplicavit, p. i. g. f. s., canonicatum dicte ecclesie Wratislauiensis, in qua prefatus episcopus eciam asserit prebendarum ipsius ecclesie collacionem ad episcopum Wratislauiensem, qui est pro tempore, pertinere, cum p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . sive quod perpetuum beneficium altaris sancti Thome et quandam perpetuam vicariam in dicta Wratislauiensi ecclesia nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentis gracie in dicta ecclesia prebendam pacifice fueris assecutus, beneficium et vicariam predictam, que ut premittitur obtines, et que extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. . . . . D. Auinione XI kal. Januarii a. tercio.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii sancti Vincencii et . . decano sancte Crucis Wratislauiensis ac . . archidiacono Eluensis ecclesiarum s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. III/5 (81) f. 516′ n. 47, de praebendis vacaturis qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 163 f. 256 n. 47. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 291, sed erronee sub data ‚1344 Octobris 10‘.

---

470. *Universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis et personis ecclesiasticis mandatur, quatenus Geraldo de Magnaco, nuntio apostolico, ad partes Alemanniae et Bohemiae destinato, pro suis necessariis et de securo conductu providere procurent.*

Avinione, 1344 Decembris 28.

Vv. ff. patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dd. ff. electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis ac aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus eorumque vices gerentibus ac aliis personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, capitulis quoque conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum necnon hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theutonicorum et Calatravensi ac Humiliatorum magistris, prioribus, preceptoribus, ad quos presentes littere pervenerint, s. etc.[a]) Cum d. f. magistrum Geraldum de Magnaco, archidiaconum de Bautesio in ecclesia Constanciensi, capellanum nostrum, ad partes Allamannie

et Boemie pro quibusdam ecclesie Romane negociis destinemus, universitatem vestram requirimus et hortamur attente per apostolica scripta vobis mandantes, quatenus eundem capellanum nostrum ob reverenciam apostolice sedis et nostram benigne recipientes et honeste tractantes sibi diebus singulis in quatuor florenis auri pro suis necessariis et de securo conductu, cum super premissis per ipsum vel eius nuncium fueritis requisiti, in eundo, morando et redeundo sic liberaliter providere curetis et prompte, quod inde possitis merito commendari. Et quia onera in partes divisa facilius perferuntur, volumus, quod, si eundem nuncium in aliquibus locis vel loco morari pro eisdem negociis contingeret, vos fratres patriarche, archiepiscopi, episcopi alieque persone ecclesiastice non solum earundem sed eciam vicinarum parcium, sicut ipse nuncius pro huiusmodi oneribus dividendis et facilius supportandis expedire viderit, contribuere in subvencione teneamini supradicta, sic itaque mandatum nostrum huiusmodi adimplentes, quod nos devocionem vestram exinde commendare merito valeamus, alioquin senteneiam, quam idem capellanus per se vel alium rite tulerit in rebelles, super quo sibi plenam tenore presencium auctoritate apostolica concedimus potestatem, ratam habebimus et faciemus auctore[b]) domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari; non obstantibus, si vobis vel vestrum alicui aut aliquibus seu quibuscunque locis et ordinibus communiter vel divisim a sede sit indultum predicta, quod nunciis dicte sedis procuracionem aliquam exhibere vel in ipso contribuere, nisi ad vos declinaverint, minime teneamini et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi et toto eius tenore plenam et expressam non fecerint mencionem, et quibuslibet privilegiis, quibuscunque locis, personis et ordinibus sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris mencio sit habenda, et per que mandati nostri presentis effectus posset quomodolibet impediri. D. Auinione V kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI V. 138. (secr. a. III) f. 294 n. 1100. — [a]) ‚abbatibus — salutem etc.' suppl. infra in margine V. [b]) ‚actore' V.

---

471. *Johanni, regi Bohemiae, scribitur, quatenus Geraldo de Magnaco, nuntio apostolico, fidem adhibeat et super negotiis ab ipso exponendis per eum respondeat vel rescribat.*

Avinione, 1344 Decembris 28.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Quia super hiis, pro quibus pridem tue celsitudinis nuncii ad nostram venerunt presenciam, tunc tibi, fili carissime, commode nequivimus respondere per ipsos: ecce quod d. f. magistrum Geraldum de Magnaco, archidiaconum de Bautesio in ecclesia Constanciensi, capellanum nostrum tuumque consiliarium, instructum plene super hiis, ad tuam presenciam destinamus, qui tibi verbotenus ea, que super responsione predicta

et hiis, que tangunt ambassiatam nunciorum ipsorum, eidem imposuimus, seriosius explicabit: cui tua regalis magnificencia fidem super exponendis huiusmodi adhibeat credulam et nobis per ipsum respondeat quesumus vel rescribat per litteras certitudinaliter super eis. D. Auinione V kal. Januarii a. tercio.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 169' n. 623. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 72, RBM. IV n. 1493.

---

472. *Geraldus de Magnaco supplicat, quatenus Annae de Sternberg concedatur, ut monasterium monialium ordinis sanctae Clarae in civitate Pragensi libere ingredi possit.*

Avinione, 1345 Januarii 7.

Supplicat S. V. humilis servus vester Geraldus de Magnaco, capellanus vester, ...

Item supplicat, quatenus nobili mulieri domine Anne de Sternberch, Pragensis diocesis, concedere dignemini, quod ipsa cum tribus matronis honestis monasterium monialium inclusarum sancti Francisci in civitate Pragensi, ordinis sancte Clare, in quo filiam et plurimas habet consanguineas, libere ingredi possit et cum eisdem religiosis comedere et bibere[a]), quibuscunque statutis ipsius monasterii et ordinis et aliis quibuscunque non obstantibus quovis modo. .

Fiat R. Item supplicat, q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 132. — [a]) corr. ex ,libere' S.

473. *Blanca, marchionissa Moraviae, supplicat, quatenus monasteria religiosarum inclusarum quarumcunque ordinum libere ingredi possit.*

Avinione, 1345 Januarii 7.

Supplicat S. V. devota filia vestra Blanchia, marchionissa Morauie, quatenus sibi specialem graciam facientes dignemini sibi concedere, quod ipsa cum octo matronis honestis quarumcunque monasteria religiosarum inclusarum, quorumcunque ordinum, libere ingredi et cum eisdem religiosis comedere et bibere[a]) possit, quibuslibet statutis ipsorum monasteriorum et ordinum et aliis quibuscunque statutis non obstantibus quovis modo.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 135. — [a]) corr. ex ,libere' S.

474. *Iudicibus mandatur, ut super certa parte ex Olomucensi et Pragensi diocesibus distinguenda et ecclesie Litomyslensi assignanda se informent et referant.*

X
X
X
.X.

Avinione, 1345 Januarii 8.

Dd. ff. . . Breunouiensis et . . in Zar, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac . . decano ecclesie Olomucensis[a]) salutem. Nuper pro parte carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, et d. f. nobilis viri Karoli, marchionis Morauie, primogeniti sui, coram nobis et fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, reverenter exposito, quod Pragensis per decem et Olmucensis ecclesie ipsarumque civitates et dioceses, in regno Boemie consistentes, que de Maguntina provincia existebant et subiacebant iure metropolitico archiepiscopo Maguntino, qui est pro tempore, ac ipsi ecclesie Maguntine, a civitate Maguntina per duodecim dietas vel circa distabant, et quod incole dicti regni, qui locuntur idioma sclavonicum, omnino diversum et non intelligibile incolis aliorum episcopatuum dicte provincie, qui purum idioma theothonicum loqui noscuntur, erant prout sunt omnino diversi in idiomate ab eisdem, quodque illi de dictis Pragensi et Olomucensi civitatibus et diocesibus tum propter predones et raptores in itineribus occurrentes ac[b]) itinerum ipsorum discrimina et asperitates, nemora et montanea, in exitu et regressu dicti regni existencia, cum eciam quia oportebat eos per aliam seu alias provincias transire, cum Maguneiam vellent accedere[c]) pro appellacionum et aliis causis, ad forum archiepiscopalis curie Maguntine metropolitico iure spectantibus, prosequendis, predictis periculis ac importabilibus expensis et laboribus subiacebant, et preter hec non erat memoria hominum, quod ecclesie civitatis et diocesis Pragensis et Olomucensis predicte forent per archiepiscopum Maguntinum nisi semel tantummodo visitate[d]), et quod altissimus in tanta multitudine populi dictas Pragensem et Olomucensem dioceses, quarum prima per quinque et altera per quatuor dietas protendebantur vel circiter, et eciam in ecclesiis et locis ecclesiasticis fecundaverat et auxerat, quod singularum ipsarum singulos vultus unicus pastor nequibat, ut officium pastorale decebat, inspicere et alias partes boni pastoris implere, quodque durum erat atque difficile in qualibet dictarum tam latarum et diffusarum diocesium ad unum tantum pastorem a tot personis ecclesiasticis et mundanis recursum haberi, ac pro parte ipsorum regis et primogeniti nobis humiliter supplicato, ut dictas Pragensem et Olomucensem ecclesias ab omni dominio et potestate dictorum archiepiscopi et ecclesie Maguntine eximere ipsamque ecclesiam Pragensem in metropolitanam et aliquas ecclesias in eisdem diocesibus sic diffusis in cathedrales erigere illasque ac prefatam Olomucensem ecclesiam dicte Pragensi ecclesie metropolitico iure subicere auctoritate apostolica dignaremur: nos huiusmodi supplicacione audita volentes in premissis gravitatem et modestiam debitam observare ac de causis huiusmodi nobis expositis certitudinaliter informari, v. f. Bertrando, episcopo Ostiensi, et dd. ff. nn. Bernardo, tituli sancti Ciriaci in Termis presbytero, ac Raymundo, sancte Marienoue diacono cardinalibus, commisimus oraculo vive vocis, ut de premissis causis et earum circumstanciis in talibus attendendis se diligencius informarent, et quecunque super hiis invenirent, nobis fideliter referre curarent.

Et quia per relacionem episcopi Ostiensis et cardinalium predictorum, qui iuxta commissionem nostram huiusmodi eis factam informacionem super premissis receperant, fideliter nobis factam comperimus causas huiusmodi esse veras et quodammodo manifestas et postulata huiusmodi fieri non solum utile fore sed summe necessarium et eciam oportunum et propterea cultum augere divinum ac spiritualem animarum profectum, quem ex hiis indubie provenire speravimus, promovere salubriter intendentes, deliberacione super hiis cum fratribus nostris prehabita diligenti, premissis et nonnullis aliis racionabilibus causis suadentibus ecclesiam, civitatem et diocesim Pragensem predictas de ipsorum fratrum consilio et apostolice plenitudine potestatis auctoritate apostolica et ex certa nostra sciencia ab omni iurisdiccione, potestate et subieccione archiepiscopi, qui esset pro tempore, et dd. ff. capituli ecclesie Maguntine extunc eximentes penitus et totaliter liberantes et eam soli Romane ecclesie [e]) de cetero subiacere immediate perpetuo decernentes, ipsam Pragensem ecclesiam ad dei laudem et gloriam, exaltacionem catholice fidei, eiusdem cultus augmentum et animarum profectum in metropoliticam ereximus ipsamque honoribus et insigniis sedis metropolitice decoravimus, auctoritate predicta nichilominus statuentes, quod ipsa Pragensis ecclesia pro metropolitana in perpetuum haberetur et eius presul archiepiscopus eciam censeretur. Et quia dignum erat, ex quo dicta Pragensis ecclesia, olim filia, tunc mater effecta, metropolitice dignitatis susceperat insignia, suffraganeos et provinciam decentem haberet, ut ad iudicium archiepiscopi Pragensis, qui pro tempore foret, omnes cause suffraganeorum episcoporum et personarum ecclesiasticarum civitatum et diocesium eiusdem provincie iuxta sacrorum instituta canonum referrentur, villam Luthomuslensem, tunc de Pragensi diocesi existentem, locum itaque nobilem et insignem, ad laudem divini nominis et honorem necnon pro incremento, profectu et exaltacione predictis in civitatem ereximus ipsamque civitatis vocabulo insignivimus, et nichilominus ecclesiam monasterii huiusmodi nove civitatis, Premonstratensis ordinis, in cathedralem eciam erigendo eam decrevimus fore perpetuo ipsius nove civitatis ecclesiam cathedralem, cui certam partem de dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus, adiacentem eidem et certis finibus distinguendam, intendebamus facere assignari.[1]) Postmodum vero de persona dilecti filii Johannis, electi Luthomuslensis, tunc abbatis dicti monasterii Lucensis, ordinis et Olomucensis diocesis predictorum, de ipsorum fratrum consilio eidem ecclesie Luthomuslensi [providimus],[f]) preficientes [g]) [eum][h]) in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus [ei][i]) committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.[2]) Nos igitur volentes, ut eidem ecclesie Luthmuslensi certa pars de dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus, adiacens eidem ecclesie Luthmuslensi, certis finibus distinguenda iuxta intencionem nostram huiusmodi assignetur, gerentes quoque de vestre probitatis industria fiduciam in domino specialem ac sperantes firmiter, quod ea, que vobis committimus, studebitis exequi fideliter et prudenter: discrecioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel duo vestrum ad partes illas sublato dilacionis obstaculo personaliter accedentes, vocatis archiepiscopo et episcopo et electo predictis ac capitulis ipsarum ecclesiarum et aliis, qui fuerint evocandi, de predicta certa parte ex dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus, eidem Luthomuslensi ecclesie adiacente, certis finibus ut premittitur

distinguenda et eidem ecclesie eciam assignanda, necnon de ecclesiis, dignitatibus, personatibus et officiis et aliis beneficiis ecclesiasticis, que in parte predicta eidem ecclesie Luthomuslensi ut premittitur assignanda consistunt, ac de ipsorum valore ac de circumstanciis et aliis omnibus et singulis, universis, que sunt in talibus attendenda, super quibus vestram et vestrum cuiuslibet conscienciam oneramus, omni diligencia et solicitudine adhibitis, que super hiis adhibenda fuerint, vos auctoritate nostra informare curetis et ea, que per informacionem huiusmodi repereritis fore utilia et decencia pro assignacione et distinccione huiusmodi faciendis, per instrumentum publicum vel vestras litteras vestris sigillis munitas, harum seriem continencia, clare, dilucide et aperte nobis et predicte sedi curetis quantocius fideliter intimare, ut super hiis certa et indubitata informacione suscepta[l]) ad predictam partem eidem ecclesie Luthomuslensi ut premittitur assignandam et eciam distinguendam consulte ac celeriter per providenciam sedis apostolice procedatur, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellacione cessante cogatis veritati testimonium perhibere, non obstantibus, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione VI id. Januarii a. tercio.

Clementis VI A. III/1 (77) f. 344 n. 277, diversarum formarum qu. 5 = V. 166 f. 188 n. 277. — Ed. CDM. VII n. 582, RBM. IV n. 1503. — [a]) correctum ex ,Coloniensis' A. [b]) ,ut' A. [c]) sequitur, cogebantur', non cancellatum A. [d]) ,visitare' A. [e]) sequitur ,subiacere', sed cancellatum A. [f]) deest in A., suppl. ab editore; sequitur: ,certa pars — certis finibus distinguenda', sed cancellatum A. [g]) ,prefecimus' A. [h]) deest in A., suppl. ab editore. [i]) deest in A., suppl. ab editore. [l]) corr. ex ,susccepta' A. — [1]) vide num. 363. [2]) vide num. 365.

---

475. *Thomas dictus de Septemfontibus, miles Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus filio suo Johanni, clerico Treverensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Treverensis sub expectatione praebendae provideatur. ,Fiat R. . . . D. Auinione V id. Januarii a. tercio.'*

Avinione, 1345 Januarii 9.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 137.

---

476. Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus litterae nuper fratri Johanni de Dionanto super prioratu sancti Theobaldi de Castroportuensi concessae reformentur.

Avinione, 1345 Januarii 11.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quod nuper S. V. ad eiusdem regis supplicacionem concessit dilecto suo fratri Johanni de Dionanto, monacho monasterii sancti Humberti in Ardenna, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, ac priori prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, dicti ordinis, Remensis diocesis, ei per dominum Henricum, abbatem dicti monasterii, usque ad eiusdem abbatis beneplacitum per suas litteras, ut moris est, commendati, quod [a]) ab ipso prioratu, quamdiu vixerit, pro sola voluntate absque alia causa amoveri non posset. Cum autem in dicta supplicacione positum fuerit per errorem, quod abbas et conventus dicti monasterii dicto Johanni prefatum prioratum contulerant seu commendarent, et quod de collacionibus seu commendis huiusmodi prioratuum littere dari non consuevissent, ac dictus Johannes de hoc, quod predicitur de conventu ipso, quod dictam collacionem seu commendam cum dicto abbate, ac quod non dentur littere collacionum seu commendarum dicti abbatis, cum fuerit de prioratibus huiusmodi, per eundem docere non potuerit in cancellaria vestra, cum verum non esset, ipseque Johannes habeat litteras patentes de commenda sibi facta de prioratu predicto, quem tenet et possidet pacifice et quiete, supplicat idem rex, quatenus, omisso de dicto conventu, et [b]) quod non dentur littere de commendis predictis, dicto Johanni concedere dignemini de gracia speciali, quod a dicto prioratu pro sola voluntate absque alia causa racionabili nequeat amoveri; non obstantibus constitucionibus ac statutis [c]) et consuetudinibus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. [1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 139. — [a]) repetitum, sed cancellatum S. [b]) suppl. supra S. [c]) ‚ac statutis' suppl. supra S. — [1]) vide num. 477, confer etiam num. 519 et 520.

477. Johanni de Dionanto conceditur, ut a prioratu sancti Theobaldi de Castroportuensi non possit amoveri.

V
.X.

Avinione, 1345 Januarii 11.

D. f. Johanni de Dionanto, priori prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, ordinis sancti Benedicti, Remensis diocesis, s. etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam fidedigno testimonio iuvari percepimus, nos inducunt, ut te prerogativa specialis favoris et gracie prosequamur. Nuper siquidem ex parte tua fuit expositum coram nobis, quod dudum d. f. Henricus, abbas monasterii sancti Huberti in Ardenna,

ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, de tuis moribus et probitate confidens, prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, dicti ordinis, Remensis diocesis, curam et regimen, cuius quidem prioratus fructus r. et p. viginti librarum Parisiensium s. t. d. valorem annuum prout asseritur non excedunt, consuetum[a]) per monachos ipsius monasterii, cuius existis monachus, gubernari, ad quem pro libito voluntatis abbatis ipsius monasterii, qui est pro tempore, prior consuevit et potest institui et destitui ab eodem, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis tibi per suas patentes litteras graciose commisit, donec commissionem suam huiusmodi revocaret, prout in patentibus litteris exinde confectis, eiusdem abbatis sigillo munitis, quorum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius et seriosius continetur, quodque tu vigore commissionis huiusmodi prioratum eundem extunc tenuisti et possedisti et adhuc tenes et possides pacifice et quiete; quare nobis humiliter supplicasti, ut, cum timeas, prout eciam posses, pro libito supradicto imposterum amoveri a prioratu predicto, providere tibi super hoc de oportuno remedio de speciali gracia dignaremur. Nos itaque volentes te p. m. t. i. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te super hoc nobis humiliter supplicantis, in hac parte favore prosequi gracioso, huiusmodi supplicacionibus inclinati volumus et apostolica auctoritate tibi concedimus, ut a prioratu predicto pro sola voluntate dicti abbatis prefati monasterii, qui est pro tempore, absque alia causa racionabili non possis, quoad vixeris, amoveri,[1]) constitucionibus apostolicis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum contrariis non obstantibus quibuscunque. Tenor autem dictarum litterarum talis est: Henricus, dei paciencia abbas monasterii sancti Huberti in Ardenna, dilecto nobis in Christo Johanni de Dionanto, nostro commonacho, salutem. Nos enim de moribus et probitate tui confidentes, tibi graciam specialem facere volentes, curam, regimen et solicitudinem prioratus nostri sancti Theobaldi de Castroportuensi, Remensis diocesis, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis tibi committimus per presentes, donec presens mandatum duxerimus revocandum, precipientes omnibus et singulis subditis dicti prioratus, ut tibi tanquam vero priori obediant et pareant in omnibus licitis et honestis. Datum sub sigillo nostro, anno a nativitate domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, feria sexta post beatorum Petri et Pauli apostolorum.[2]) Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. Auinione III id. Januarii a. tercio.

Clementis VI A. III 3 (79) f. 125', de indultis etc. qu. 3, sed cancellata cum nota: „Cassata de mandato"; invenitur copiata etiam in V. 165 f. 165'—166, sed iam sine numero, posita inter n. 516 et 517, et cancellata est hic quoque cum nota: „Cassata de mandato". — [a]) ‚consuetus' A. — [1]) confer etiam num. 519 et 520. [2]) 1338 Julii 3.

478. *Johannes Svatonis de Pilsna supplicat, quatenus sibi de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem archiepiscopi et capituli Strigoniensis provideatur.*

Avinione, 1345 Januarii 11.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Johannes Swatoni de Pilzna, diocesis Pragensis clericus, nuncius devote filie vestre regine Hungarie, quatenus sibi specialem graciam facientes, eidem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si capella magistralis seu quarta decimarum existat, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu eleccionem vel quamvis aliam disposicionem archiepiscopi et capituli Strigoniensis, si quod vel si qua in ecclesia, civitate vel diocesi Strigoniensi aut alibi ubicunque vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini providere, cum acceptacione, reservacione,[a]) inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstantibus, quod idem Johannes in sancte Sapiencie Tituliensis et in sancti Salvatoris alias dicti sancti Martini in Pozonio, Colocensis et Strigoniensis diocesium, ecclesiis canonicatus sub expectacione prebendarum noscitur obtinere, et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam triginta marcharum cum cura, viginti sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Januarii a. tercio.

Clementis VI S. III/2 (7) f. 139'. — Ed. Strnad, Listář města Plzně n. 406. — a) suppl. supra S. b) suppl. supra S.

---

479. *Johanni Svatonis*[a]) *de Pilsna,*[b]) *canonico ecclesiae sancti Salvatoris, alias sancti Martini in Posonio,*[c]) *Strigoniensis diocesis, reservatur beneficium ecclesiasticum, consuetum clericis secularibus assignari, cum vel sine cura, etiam si capella magistralis seu quarta decimarum existat, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectans ad collationem archiepiscopi et capituli Strigoniensis, si quod in ecclesia, civitate vel diocesi Strigoniensi aut alibi ubicunque vacat ad praesens, vel cum vacaverit, non obstante ut in num. 478. ‚D. Auinione III id. Januarii a. tercio.' — In e. m. Scotorum in Vienna*[d]) *et sancti Benedicti de Goron, Pataviensis et Strigoniensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 76.*

Avinione, 1345 Januarii 11.

Clementis VI A. III/5 (81) f. 513 n. 114, de beneficiis vacaturis qu. 4, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 163 f. 475' n. 114. — Ed. Theiner MH. I n. 1028a. — a) ‚Swatonii' V. b) ‚Pilzna' V. c) ‚Pozonio' V. d) ‚Wienna' V.

---

480. *Johanni, regi Bohemiae, et simili modo Carolo, marchioni Moraviae, Arnesto, archiepiscopo Pragensi, et Johanni, episcopo Olomucensi, commendatur nuntius Engelberti, archiepiscopi Rigensis.*

Avinione, 1345 Februarii 6.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Cum v. f. n. Engelbertus, archiepiscopus Rigensis, ad utilem administracionem, gubernacionem et custodiam bonorum, honorum et iurium, ad suam ecclesiam Rigensem spectancium, sicut tenetur cupiens intendere fideliter et solerter, pro recuperandis et habendis[a] quibusdam castro et villis aliisque bonis, redditibus et proventibus, in regno tuo consistentibus, per b. m. Fredericum Rigensem, predecessorem suum, de bonis et pecuniis Rigensis ecclesie sicut asseritur acquisitis, suum nuncium, exhibitorem presencium, ad tuam presenciam et partes illas ordinaverit sicut intelleximus destinandum, regiam excellenciam attencius deprecamur, quatenus nuncium ipsum benigne recipiens et gratanter super recuperandis et habendis castro, villis et aliis bonis et iuribus, ad ipsos archiepiscopum et ecclesiam Rigensem spectantibus, pro divina et apostolice sedis reverencia sic favores exhibeas oportunos, quod apud deum augearis meritis et digne laudis commendari propterea preconiis merearis. D. Auinione VIII id. Februarii a. tercio.

Item in e. m. d. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Item in e. m. v. f. Arnesto, archiepiscopo Pragensi, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Item in e. m. v. f. Johanni, episcopo Olomucensi. D. ut s.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 195' n. 724—727; n. 727 ed. CDM. VII n. 586, RBM. IV n. 1510. — [a]) ‚et habendis' repetitum V.

---

481. *Johanni, regi Bohemiae, respondetur super facto Ludovici de Bavaria et Casimiri, regis Poloniae, ac super dispensatione matrimonii domini de Lippia.*

Apud Villamnovam, 1345 Martii 9.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Intellectis, que nobis pro parte tue celsitudinis d. f. Petrus de Walen, tuus nuncius, explicavit, licet super quibusdam eorum responderimus, aliis tamen respondendum non duximus, cum per d. f. magistrum Geraldum de Magnaco, capellanum nostrum, quem pridem ad tuam presenciam destinavimus, responsionem tue magnificencie miserimus super eis. Porro super facto Ludouici de Bauaria noviter audivimus, quod eius nuncii, videlicet nobilis vir . . comes de Ottingen et magister Wlaicus, circa

instans festum Resurreccionis Dominice ad nostram presenciam sunt venturi, et nisi mandatis sufficientibus et aliis, que sufficere videantur super negocio, de quo agitur, sint muniti, facere novos processus et antiquos recensere ac publicare in proximo festo Ascensionis Dominice intendimus, sicut nobis expedire videbitur, contra ipsum. De hiis autem, que c. in Ch. f. n. Casimirum, regem Polonie illustrem, commisisse percepimus, dolemus admodum, providere super illis, quantum cum deo et honestate iusticie poterimus, intendentes. Demum quia tuis beneplacitis libenter, prout cum honestate potest fieri, annuimus, peticionem super dispensacione matrimonii [a]) d. f. nobilis viri . . domini de Lippia nobis oblatam tui consideracione ad exaudicionis graciam favorabiliter duximus admittendam. D. apud Villamnouam, A. d., VII id. Marcii a. tercio.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 223' n. 856. Ed. Theiner MP. I n. 619, Vatik. Akten n. 2210, Werunsky, Excerpta n. 79, (erronee sub data 1345 Februarii 23), RBM. IV n. 1515 (cum eodem errore), et iterum n. 2221 (ex Vatik. Akten n. 2210) sub data vera! [a]) suppl. in margine V.

482. Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum n. v. Bernardo, milite, domino de Lippia, et n. m. Richardi de Marka, Coloniensis diocesis, qui se quarto consanguinitatis et tertio affinitatis gradibus attingunt, super matrimonio iam contracto dispensetur ac proles de praedicto matrimonio suscepta et in posterum suscipienda legitima decernatur. ,Fiat per diocesanum, si sit ita R.' — Item supplicat, quatenus eisdem coniugibus liceat habere altare portatile, super quo missas et alia divina officia celebrari facere possint. ,Fiat in forma R.' — Item supplicat, quatenus clerico et familiari suo Gottfriedo [a]) de Walegarden (?), clerico Monasteriensi, de canonicatu ecclesiae Hamelensis sub expectatione unius de maioribus praebendis provideatur, ,non obstante impetracione facta per eum in communi forma, videlicet ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii sancti Egidii Brunsvicensis, ordinis sancti Benedicti, Halberstadensis diocesis, quam sibi dignemini ex certa sciencia reservare. . . . . Fiat, et remaneat sibi gracia R. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., VI id. Marcii a. tercio.'

Apud Villamnovam, 1345 Martii 10.

Clementis VI S. III/1 (6) f. 86. — [a]) ,Godefridi' S.

483. *Egidio quondam Conradi de Vienna,[a]) clerico Pataviensis diocesis, reservatur beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. l. d. valorem annuum non excedant, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii* **Gottwicensis,**[b]) ***ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, vacat ad praesens,*** *vel cum vacaverit. D. apud Villamnovam, A. d., IIII id. Marcii a. tercio. — In e. m. abbati monasterii Scotorum in Vienna et praeposito Montis sancti Petri in Brunna, Pataviensis et Olomucensis diocesium, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

I I
.X X.

Apud Villamnovam, 1345 Martii 12.

Clementis VI A. III l. 80, f. 514', de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 2 = V. 164 f. 125 n. 219. — a) ‚Chunradi de Wienna' A. — b) ‚Chotwicensis' A.

---

484. *Clemens papa VI Balduino, archiepiscopo Trevirensi, respondet, se litteras eius benigne recepisse, sed nihil sibi quoad episcopum, de quo scripserat, concedendum videri, attamen in causa nepotis dicti episcopi se partes suas interponere velle et de prudentia ac bonitate filii eiusdem episcopi magnopere consolari.* ***'Ceterum super facto Ludouici de Bauaria noviter audivimus, quod idem Ludouicus procuratores cum mandatis deputavit sufficientibus circa instans festum Resurreccionis Dominice ad nostram presenciam destinandos. Nos equidem reconciliacionem[a]) eiusdem, sicut cum honore dei et nostro ac ecclesie fieri poterit, ferventer et pie optavimus et optamus, presertim propter multitudinem christiani populi parcium Alamannie, ut a periculis, quibus subiciuntur propter eum, eripi valeant et salvari, prefatusque Ludouicus a suis precipiciis et deviis ad mortem ducentibus pedes suos retrahens ad viam salutis dirigat gressus suos. Nec in tractatu, si quem fieri contingat utiliter, c. in Ch. f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, pretermittendum intelligimus, quantum sua intererit et debitum exiget honestatis. Denique volumus, quod super hiis, que tue occurrent prudencie tuisque oportunitatibus videris expedire, fiducialiter nobis scribas. D. Apud Villam nouam, A. d., IIII id. Marcii a. tercio.'***

Apud Villamnovam, 1345 Martii 12.

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) n. 876. — Ed. Vatik. Akten n. 2211, RBM. IV n. 2222. — a) reconsiliacionem' V.

485. *Iudicibus mandatur, quatenus Colomanum, filium Martini annulatoris de Vienna, in monasterio sancti Hippoliti in Sancto Hippolito in canonicum et fratrem recipi faciant. Forma cum num. 90, paucis exceptis, concordat.*

III .X.

Apud Villamnovam, 1345 Martii 12.

Dd. ff. . . Medlicensi et . . Scotorum in Wienna monasteriorum abbatibus ac . . preposito ecclesie Montis sancti Petri in Brunna, Patauiensis et Olomucensis diocesium, s. etc. Cupientibus vitam ducere regularem apostolicum debet adesse presidium, ut eorum pium propositum possint ad laudem divini nominis adimplere. Cum itaque d. f. Cholomannus, Martini annulatoris de Wienna [a]) filius, clericus Patauiensis diocesis, cupiat sicut accepimus una cum dilectis in Christo filiis . . preposito et conventu monasterii sancti Ypoliti in Sancto Ypolito, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, in eodem monasterio sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos volentes ipsum in huiusmodi suo laudabili proposito confovere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Cholomannum, si sit idoneus et aliud canonicum non obsistat, in dicto monasterio, si in eo certus canonicorum numerus non habetur, vel eciam si huiusmodi numerus forsan existat et de ipso numero aliquis deest ad presens, exnunc, alioquin quamprimum aliquem deesse contigerit, recipi faciatis auctoritate nostra in canonicum et in fratrem sibique regularem habitum iuxta ipsius monasterii consuetudinem exhiberi ac ei de communibus eiusdem monasterii proventibus sicut uni ex aliis dicti monasterii canonicis integre provideri ipsumque ibidem sincera in domino caritate tractari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo; non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si pro aliis in dicto monasterio scripta forsan apostolica sint directa, seu si dilectis filiis . . preposito et conventui dicti monasterii vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis. D. apud Villamnouam, A. d., IIII id. Marcii a. tercio.

Clementis VI A. III 2 (78) f. 322, de religionis ingressu qu. 2 = V. 164 f. 223 n. 469. — [a]) sequitur ‚monasteriorum abbatibus ac', sed cancellatum A.

486. *Nicolao Henrici de Wratislavia, canonico Quinqueecclesiensi conceditur absolutio plena in mortis articulo. D. apud Villamnouam, A. d., id. Marcii a. tercio. Forma ut in n. 65.*

. X.

Apud Villamnovam, 1345 Martii 15.

Clementis VI A. III 1 (80) f. 93' n. 848, de absolutione qu. 3. — V. 166 f. 371, n. 836 [illegible]

487. *Clemens papa VI monasterium sanctimonialium in Pustimer, ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, in suam protectionem suscipit. D. Auinione non. Aprilis a. tercio.*

Avinione, 1345 Aprilis 5.

In archivio Cremsiriensi originale asservatur, cuius copia mihi in promptu non fuit. In registris cum Avenionensibus tum Vaticanis non est repertum. Registratum in CDM. VII n. 592, RBM. IV n. 1525.

488. *Johanni, regi Bohemiae, scribitur super negotio Ludovici de Bavaria.*

Apud Villamnovam, 1345 Maii 14.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Ut ea, que circa negocium tangens Ludouicum de Bauaria facta sunt ultimo, tua regia magnificencia non ignoret, eam volumus non latere, quod, licet nuncii dicti Ludouici ad nostram presenciam novissime venientes eiusdem Ludouici procuratoria, sicut ordinata fuerant, apud sedem apostolicam detulissent, nichil tamen ab eodem Ludouico, sicut se mandatum habere dicebant, voluerunt agere super illis, nisi primo nos faceremus illa, que continentur in articulis per eos nobis datis, quorum copiam d. f. Johannes de Pistorio, canonicus Beluacensis, familiaris noster, de nostro beneplacito tibi mittit. Quare nos facta ipsius Ludouici merito illustria reputantes, predictis suis nunciis simpliciter dedimus licenciam recedendi. D. ut s. [apud Villamnouam, A. d., II id. Maii a. tercio].[1])

Clementis VI V. 138 (secr. a. III) f. 283 n. 1066. — [1]) ut in V. 138 n. 1065. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 82, RBM. IV n. 1548.

489. *Archiepiscopo Gneznensi mandatur, quatenus in suis necnon Vratislaviensi, Posnaniensi, Lubucensi et Caminensi civitatibus et diocesibus omnes debitores census annui, qui denarius beati Petri nuncupatur, ad solvendum compellat et pecunias sic collectas Arnaldo de Lacaucina, collectori camerae apostolicae, aut certis mercatoribus assignare procuret.*

Apud Villamnovam, 1345 Maii 27.

V. f. . . archiepiscopo Gneznensi. Dudum exigendi, colligendi et recipiendi censum annuum, qui denarius beati Petri vulgariter nuncupatur, nobis et ecclesie Romane in partibus regni Polonie debitum, concessimus d. f. Arnaldo de Lacaussina, canonico ecclesie Titulensis, Colocensis diocesis, per nostras certi tenoris litteras, sicut in eis continetur plenius, potestatem. Volentes igitur pecunias de dicto censu tam per eundem canonicum quam quosvis alios collectas et colligendas ad nostram cameram fideliter destinari, fraternitati tue, de qua fiduciam in domino gerimus pleniorem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, non derogando in aliquo commissioni dicto canonico super predictis aut processibus per ipsum factis, quoscunque debitores census predicti tuarum necnon Wratislauiensis, Posnaniensis, Lubicensis et Caminensis civitatum et diocesium ad solvendum censum ipsum per te vel alium seu alios, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compellere non postponas, non obstante, si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et nichilominus easdem pecunias collectas una cum prefato canonico, si presens fuerit, alias per te ipsum certis mercatoribus fide ac facultatibus idoneis assignare procures, qui eorum periculis et expensis pecunias ipsas eidem camere vel in villa Brugensi, Tornacensis diocesis, d. f. Jacobo de Malabayla, mercatori Astensi, vel eius sociis aut factoribus ibidem morantibus infra octo vel decem menses a die assignacionis, que per te facta eis fuerit de dictis pecuniis, computandos persolvere debeant integraliter et perfecte, faciendo super assignacione, quam de dictis pecuniis feceris ut prefertur, publica instrumenta confici, per te ad ipsam cameram, quam certificare studeas nichilominus super hiis, fideliter transmittenda. D. ut s. [Apud Villamnouam, A. d., VI kal. Junii a. quarto].[1])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) f. 41 n. 20. — Ed. Theiner, MP. I n. 620. — [1]) suppletum e V. 139 num. 19.

490. *Johanni, duci Carinthiae, conceditur, ut altare portatile habere possit.*

Apud Villamnovam, 1345 Maii 29.

D. f. n. v. Johanni, duci[a]) Karinthie, nato c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, s. etc. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur, ut peticionibus tuis, illis presertim, quas ex devocionis fervore prodire conspicimus, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod tuis devotis supplicacionibus inclinati, ut liceat tibi habere altare portatile cum debita reverencia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possis per proprium vel alium sacerdotem idoneum missam et alia divina officia sine iuris alieni preiudicio in tua et familie tue presencia facere celebrari, devocioni tue tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. apud Villamnouam. A. d., IIII kal. Junii a. quarto.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 31, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1, rubrica sola — V. 172 f. 150′ n. 339 litterae. — [a]) corr. ex ‚duci Johanni'.

---

491. *Johanni, duci Carinthiae, nato Johannis, regis Bohemiae, conceditur, ut missam ante diem celebrari facere possit. ‚D. apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Junii a. quarto.' Forma ut in n. 444.*

Apud Villamnovam, 1345 Maii 29.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 35, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 2, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 150′ n. 341.

492. *Johanni, duci Carinthiae, nato Johannis, regis Bohemiae, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Junii a. quarto.' Forma ut in n. 65.*

Apud Villamnovam, 1345 Maii 29.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 19, de absolutione qu. 1, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 1 n. 599.

493. *Thobias de Postupenicz, decanus ecclesiae Pragensis, collector fructuum, reddituum et proventuum, in civitate et diocesi Pragensi ac ducatu Vratislaviensi camerae apostolicae debitorum, destinatur.*

Apud Villamnovam, 1345 Maii 31.

D. f. Thobie, decano ecclesie Pragensis. Dudum in nostre promocionis ad summi apostolatus apicem primordiis multiplicium necessitates onerum, camere nostre incumbencium, et raritatem ipsius camere proventuum, ad eadem onera supportanda nequaquam sufficiencium, attendentes, necessario habuimus vias et modos licitos exquirere, quibus eidem camere posset super hiis de aliqualis subvencionis remedio provideri. Quam ob rem quorundam Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, in hac parte vestigiis inherentes, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, regularium et secularium, cum cura vel sine cura, cum eciam dignitatum, personatuum, administracionum, officiorum et locorum ecclesiasticorum, ubicunque consistencium, que tunc vacabant vel usque ad biennium extunc computandum vacare contingeret, ad disposicionem nostram ex nostra vel predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, generali vel speciali reservacione seu alias quomodolibet spectancia, reservandos sub certis modis, formis et condicionibus in litteris nostris inde confectis plenius et eidem camere pro relevandis utilius eisdem necessitatibus duximus applicandos, et subsequenter instante fine dicti biennii et nondum necessitatibus ipsis subductis, nos reservacionem et applicacionem predictas usque ad aliud biennium a fine dicti biennii computandum sub eisdem modis, formis et condicionibus duximus extendendas. Volentes igitur fructus, redditus et proventus huiusmodi, in civitate, diocesi ac provincia Pragensi ac ducatu Wratislauiensi consistentes, ex causis predictis eidem camere debitos, exigi nomine ipsius camere fideliter et levari, et de tue circumspeccionis et fidelitatis industria plenius confidentes, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios collectores et subcollectores fide ac facultatibus[a]) idoneos,[b]) quos ad hoc, quociens opus fuerit, duxeris deputandos, huiusmodi fructus, redditus et proventus, in eisdem civitate, diocesi, provincia et ducatu consistentes ut prefertur, tam pro primo quam secundo biennio, necnon et quascunque pecuniarum summas, in eisdem civitate, diocesi, provincia et ducatu eidem camere debitas seu ad eam ex aliis eciam causis spectantes, super quibus simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, si necesse fuerit, te informes, petere, exigere ac recipere cum integritate procures, contradictores quoslibet et rebelles super hiis, cuiuscunque status,[c]) ordinis, dignitatis vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo,[d]) non obstantibus exempcionis et quibuslibet aliis privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, cuiuscunque tenoris existant, eciam si de illis esset de verbo ad verbum specialis et expressa in nostris litteris mencio facienda, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Volumus autem, quod eos, qui tibi solverint

seu assignaverint dictos fructus, redditus et proventus ac pecuniarum quantitates, possis absolvere plenius et quitare de hiis, que inde receperis ab eisdem, te taliter super hiis habiturus, quod inde valeas commendari merito et legitimam eidem camere reddere racionem. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Junii a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 22. — Reg. in Vat. Akten n. [illegible], RBM IV n. 2224, ZVGA Schlesiens XXV, 301. — a) ‚vel alium' — facultatibus suppl. in margine V. b) sequitur ‚procures', sed cancellatum V. c) ‚stantus' V. d) ‚per censuram — compescendo' deest in V., suppletum ab editore.

494. *Johannes, rex Bohemiae, rogatur, quatenus Danieli, episcopo Verdensi, et collegis eius in colligendis et conservandis bonis Balduini, archiepiscopi Treverensis, favoribus et auxiliis opportunis assistat.*

Apud Villamnovam, 1345 Junii 16.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Dudum infestis rumoribus intellecto v. f. n. Baldwinum, archiepiscopum Treuerensem, patruum tuum, gravi sui corporis infirmitate ac debilitate gravatum, ne bona ipsius mobilia deperire vel asportari valerent per aliquos indebite, sed conservarentur pocius fideliter, ut inde posset fieri, quod iustum et expediens videremus, disposicione bonorum ipsorum nobis specialiter reservata, v. f. n. Danieli, episcopo Werdensi, et quibusdam aliis suis in hac parte collegis super colligendis et conservandis bonis predictis, si dictum archiepiscopum contingeret ab hac luce migrare, litteras direximus oportunas.[1]) Quocirca magnificenciam regiam rogamus attente, quatenus prefatis episcopo et collegis, si casu accidente premisso ad predicta procederent, velit tua regia celsitudo super predictis pro nostra et apostolice sedis reverencia favoribus et auxiliis assistere oportunis. D. ut s. [apud Villamnouam, A. d., XVI kal. Julii a. quarto].[2])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV.) n. 72. — [1]) litterae hic citatae sequuntur in V. 139 sub n. 73 et diriguntur: ‚V. f. Danieli, episcopo Werdensi, et dd. ff. .. preposito .. decano .. archidiacono et .. thesaurario ecclesie Treuerensis'. Datum ut in n. 72. [2]) ut in V. 139 n. 68.

495. *Beatrix, regina Bohemiae, supplicat, quatenus Hugoni de Vivariis de canonicatu et praebenda, quos in ecclesia Suessionensi obtinet, de novo provideatur.*

Apud Villamnovam, 1345 Junii 19.

Supplicat S. V. devota filia vestra Beatrix, Boemie regina, quatenus dilecto suo capellano Hugoni de Viuariis de novo de canonicatu et prebenda, quos in ecclesia Suessionensi pacifice obtinet, eciam si ante sui adepcionem forent apud sedem apostolicam reservati, dignemini providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie sancti Florencii de Roya, Ambianensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Julii a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 36'.

---

496. *Raimundus, vicecomes Frontiaci, supplicat, quatenus ‚consanguineo suo domino Arnaldo de Gararreto, canonico Burdegalensi, cui dudum ad supplicacionem domini regis Boemie illustris per f. r. dominum Johannem papam XXII de canonicatu sub expectacione prebende Eboracensis ecclesie gracia facta fuit', de canonicatibus ipsius Eboracensis et sancti Severini Burdegalensis ecclesiarum sub expectatione praebendarum provideatur. ‚Fiat R..... D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Julii a. quarto'.*

Apud Villamnovam, 1345 Junii 19.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 75.

---

497. *Carolus, marchio Moraviae, et Johanna, ducissa Austriae, supplicant, quatenus Johanni dicto Bunkouen de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem archiepiscopi Salzburgensis provideatur.*

Apud Villamnovam, 1345 Junii 20.

Supplicant S. V. devotissimi vestri Karolus, marchio Morauie, et Johanna, illustris principis domini Alberti, ducis Austrie, uxor, quatenus graciam specialem facientes eisdem in personam Johannis dicti Bunkouen, clerici Constanciensis diocesis, devotissimi eorum servitoris, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, presentacionem vel quamvis aliam disposicionem reverendi patris et domini, domini archiepiscopi ecclesie Saltzeburgensis,

vacante ad presens vel proxime vacaturo, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri eidem Johanni dignemini providere cum omnibus aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam viginti marcharum sine cura, triginta cum cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam. A. d., XII kal. Julii a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 18'.

---

498. *Johannes de Crosna supplicat, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Serchz(?) provideatur, et Johannes quondam Henrici de Krischau, quatenus sibi eadem gratia fiat de parrochiali ecclesia in oppido Pirna.*

Apud Villamnovam, 1345 Junii 24.

He sunt supplicaciones recepte de mandato domini nostri die festi eucaristie, pontificatus sui anno quarto [1]; qua die dominus noster ordinavit . . dalfinum Viennensem capitaneum contra Turchos. — Et primo de beneficiis vacantibus pro illis, qui nulla obtinent:

. . . .

Sequitur de beneficiis, que dicuntur vacare de iure:

. . . .

Item supplicat Johannes de Crosna, clericus Wratislauiensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Serchz, dicte diocesis, que tanto tempore vacavit, quod eius collacio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, dignemini cum suis iuribus et pertinenciis providere, non obstante, quod quidam frater nomine Johannes de Waczenrod de Wratislauia, monachus ordinis Cisterciensis, dicte ecclesie possessioni de facto incumbit etc., ut supra.

Fiat R.

. . . .

Item supplicat Johannes, natus quondam Henrici de Krischaw,[2] subdiaconus Pragensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia opidi Pirnis, Misnensis diocesis, vacante per liberam resignacionem Ottonis dicti Caras, olim eiusdem ecclesie rectoris, factam in illis partibus, dignemini cum suis iuribus et pertinenciis providere, non obstante, quod abbas et conventus monasterii in Ossek, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, patroni eiusdem ecclesie, quendam monachum ad regimen illius ecclesie minus canonice posuerunt, qui dictam ecclesiam gubernat et fructus percipit ex eadem, cum clausulis supradictis.

Fiat, si non sit alteri ius quesitum R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Julii a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 61—61'. — [1]) alias supplicationes huiusmodi vide in num. 500.
[2]) probabiliter Grischau, boh. Skrýšov prope Novam Domum.

499. *Judicibus mandatur, quatenus ecclesiam parrochialem de Serchz(?) vacantem Johanni de Crosna conferant et assignent. Forma ut in n. 78.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1345 Junii 24.*

V. f. . . episcopo Wratislauiensi et dd. ff. . . abbati monasterii sancti Vincencii extra muros Wratislauienses ac . . preposito ecclesie Wratislauiensis s. etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus d. f. Johannes de Crosna, clericus Wratislauiensis diocesis, apud nos fidedigno commendatur testimonio, promerentur, ut ad personam suam apostolice liberalitatis dexteram extendamus. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia de Seichz, dicte Wratislauiensis diocesis, quam quondam Nicolaus Pirdeuszel, ultimus ipsius ecclesie rector, dudum obtinuit, per liberam resignacionem ipsius Nicolai in manibus d. f. Apezkonis, officialis Wratislauiensis, in partibus illis canonice factam et ab eodem officiali de mandato b. m. Nenkeri, episcopi Wratislauiensis tunc viventis, admissam, tanto tempore vacaverit et vacet ad presens, quod ipsius ecclesie collacio iuxta Lateranensis statuta concilii [sit][a]) ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet Johannes de Waczenrod de Wratislauia, monacus monasterii in Leubens, Cisterciensis ordinis, dicte diocesis, dictam ecclesiam detinuerit, sicut adhuc detinet, occupatam: nos volentes dictum Johannem de Crosna premissorum[b]) meritorum suorum intuitu favore prosequi gracioso, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, si vocato dicto Johanne de Waczenrod et aliis, qui fuerint evocandi, inveneritis ita esse, et tempore date presencium non sit in dicta ecclesia parrochiali alicui specialiter ius quesitum, ecclesiam ipsam sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Johanni de Crosna auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . . D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Julii a. quarto.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 345' n. 210, de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 169 f. 390 n. 210. Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 293.

500. *Johannes de Crosna supplicat, quatenus sibi officium tabellionatus concedatur.*

Apud Villamnovam, 1345 Junii 24.

Isti petunt tabellionatus officium auctoritate apostolica, ut in forma, et non sunt coniugati nec in sacris ordinibus constituti:

. . . .

Johannes de Crossina, clericus Wratislauiensis diocesis.

. . . .

Fiat pro omnibus contentis in rotulo, si sunt bene sufficientes et alias habiles R. Et quod transeant sine alia leccione. Fiat R.[1] D. apud Villamnouam. A. d., VIII kal. Julii a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 68'—70. — [1] in margine nota „sunt VII^XX VIIII" (= CXLVIIII). Hic rotulus invenitur inter „supplicationes, quae receptae fuerunt die festi eucaristiae", ut in n. 498.

501. *Johannes de Annonia, cancellarius ecclesiae Vratislariensis, supplicat, quatenus sibi de canonicatu ecclesiae Magdeburgensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Apud Villamnovam, 1345 Julii 7.

Supplicat S. V. Johannes, cancellarius ecclesie Wratislauiensis, quatenus sibi specialem graciam facientes, eidem de canonicatu in ecclesia Magdeburgensi et prebenda, si vacat ibidem, vel quamprimum vacare contigerit, ad collacionem, eleccionem seu provisionem decani et capituli eiusdem ecclesie pertinente, eciam si una de maioribus fuerit, cum acceptacione dignemini providere, quacunque contraria consuetudine illius ecclesie non obstante, et non obstante, quod cancellariam in Wratislauiensi et canonicatum et prebendam in Cracouiensi ecclesiis obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., non. Julii a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 85.

502. *Johanni de Annonia*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Magdeburgensis sub expectatione praebendae, ad collationem decani et capituli eiusdem ecclesiae spectantis, non obstante ut in n. 501. ‚D. Apud Villamnouam, A. d., non. Julii a. quarto'. Forma ut in n. 6.*

| ǁ
. X X.

Apud Villamnovam, 1345 Julii 7.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 61', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 171 f. 21 n. 34. — Reg. G. Schmidt I p. 358 n. 81, ZVGA. Schlesiens XXV, 298. — [a]) ‚Aynonia' A.

503. Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Petro de Waben dispensetur, ut fructus ecclesiae parrochialis sancti Nicolai in Gandavo etiam in absentia usque ad triennium percipere possit nec interim teneatur se ad sacerdotium facere promoveri; item supplicat, quatenus Tilmanno quondam Egidii Balistarii de Lucemburgo de parrochiali ecclesia Sancti Viti provideatur.

Avinione, 1345 Julii 18.

Supplicat S. V. devotus v. f. Johannes, rex Boemie, quatenus, cum dilectus suus secretarius Petrus de Waben propter sua servicia, ob que ipsum oportet cotidie per diversas discurrere regiones, non possit in ecclesia parrochiali sancti Nicolai in Gandauo, Tornacensis diocesis, quam obtinet, personaliter residere, cum ipso Petro, in diaconatus ordine constituto, quod usque ad triennium fructus, redditus et proventus dicte ecclesie libere percipere valeat nec interim teneatur se facere ad sacerdocium promoveri nec in dicta ecclesia residenciam facere personalem, cum intendat in ea per sacerdotem idoneum facere deserviri, dignemini misericorditer dispensare, constitucione aliqua contraria non obstante, cum ceteris non obstantibus omnibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item significat idem rex, quod quondam Johannes de Scionemberg, dum viveret, Sancti Viti et Epternacensem parrochiales ecclesias, Leodiensis et Treuerensis diocesium, alias sibi rite collatas, post et contra constitucionem „Execrabilis" per plures annos et usque ad diem mortis sue absque dispensacione legitima detinuit occupatas, fructus percipiens ex eisdem. Quare humiliter supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Tilmanni quondam Egidii Balistarii de Lucemburgo, clerici dicte Treuerensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem Tilmanno, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, de predicta ecclesia Sancti Viti secundum premissa vacante dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod quidam possessioni eiusdem ecclesie de facto incumbit.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XV kal. Augusti a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 91'.

504. Petro de Waben indulgetur, ut usque ad triennium non teneatur se ad sacerdotium facere promoveri nec interim in ecclesia sua parrochiali personaliter residere, sed fructus ipsius libere percipere possit.

Avinione, 1345 Julii 18.

D. f. Petro de Waben, rectori parrochialis ecclesie sancti Nicolai in Gandauo, Tornacensis diocesis, s. etc. Meritis tue probitatis inducimur, ut personam tuam speciali benivolencia prosequentes peticionibus tuis, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut peticio pro parte tua nobis exhibita

continebat, propter servicia carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, cuius secretarius esse dinosceris, te oporteat iugiter per diversas discurrere regiones, nos eiusdem regis ac tuis in hac parte devotis supplicacionibus inclinati tibi, in diaconatus ordine constituto, ut huiusmodi regis eiusdem obsequiis insistendo non tenearis racione parrochialis ecclesie sancti Nicolai in Gandauo, Tornacensis diocesis, cuius rector et intra annum a tempore assecucionis pacifice possessionis ipsius existis, ad sacerdocium usque ad triennium te facere promoveri nec interim in ipsa ecclesia personaliter residere neque ad eam a quoquam coartari possis invitus, sed fructus, redditus et proventus ipsius libere percipias, ac si in illa personaliter resideres, quibuscunque tam apostolicis quam synodalibus aliisque constitucionibus in contrarium editis nequaquam obstantibus, auctoritate tibi presencium de speciali gracia indulgemus, proviso, quod interim prefate ecclesie per vicarium idoneum, cui de proventibus ipsius ecclesie necessaria congrue ministrentur, taliter facias deserviri, quod ipsa debitis interim non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione XV kal. Augusti a. quarto.

Clementis VI A. IV 3 (84) f. 32, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1, rubrica sola = litterae in V. 172 f. 130' n. 271.

505. *Quido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, supplicat, quatenus Nicolao quondam Friedlini de Brunna de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem abbatissae et conventus monasterii Aulae sanctae Mariae in Antiqua Brunna provideatur.*

Avinione, 1345 Julii 18.

Supplicat S. V. devota creatura vestra G[uido] de Bolonia, tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, quatenus sibi in personam dilecti et fidelissimi procuratoris sui in regno Boemie Nicolai, nati quondam Fridlini de Brunna, clerici Pragensis, graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante c. vel d. ad collacionem, pres. seu q. a. d. abbatisse et conventus monasterii Aule sancte Marie in Antiqua Brunna, ordinis Cisterciensis, diocesis Olomucensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, de benignitate apostolica dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum aliis omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam XXV marcharum cum cura, viginti sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XV kal. Augusti a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 96.

506. *Nicolao, nato quondam Friedlini*[a]) *de Brunna, clerico Pragensi, reservatur ad supplicationem Quidonis*[b]), *tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, cuius „procurator fidelissimus" in regno Bohemiae existit, beneficium cum vel sine cura consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii Aulae sanctae Mariae in Antiqua Brunna, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XV kal. Augusti a. quarto.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Olomucensi ac Johanni de Pistorio, canonico Cameracensi. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1345 Julii 18.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 233, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1. = V. 171 f. 109' n. 188. — Ed. CDM. VII n. 613, RBM. IV n. 1572. — a) ‚Fridlini' A. b) ‚Guidonis' A.

507. *Quido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, supplicat, quatenus sibi de archidiaconatu ecclesiae Pragensis provideatur.*

Avinione, 1345 Julii 28.

Dignetur S. V. providere devote creature vestre G[uidoni], tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, de archidiaconatu ecclesie Pragensis ad presens vacante per obitum Thome, ultimi archidiaconi ipsius ecclesie, sedis apostolice capellani, qui in partibus illis diem clausit extremum, dispensantes etc., non obstantibus quibuscunque dignitatibus etc., et cum ceteris non obstantibus, clausulis et executoribus oportunis.

Fiat motu proprio et dispensamus R. S. a. l. Fiat R. D. Auinione V kal. Augusti a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 107'.

508. *Quidoni, tituli sanctae Ceciliae presbytero cardinali, providetur de archidiaconatu ecclesiae Pragensis vacante. Forma ut in n. 52.*

Gratis. *Avinione, 1345 Julii 28.*

D. f. Quidoni, tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, s. Personam tuam, quam divina clemencia magnis dotavit graciarum muneribus . . . . Cum itaque archidiaconatus ecclesie Pragensis, quem quondam Thomas Blasii, ultimus ipsius ecclesie archidiaconus, sedis apostolice capellanus, dum viveret, obtinebat, per

obitum ipsius Thome, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacare noscatur ad presens, nullusque preter nos de ipso archidiaconatu hac vice disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica, per obitum capellanorum dicte sedis ubicunque decedencium tunc vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre ac sedis eiusdem reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi ob tuorum exigenciam meritorum, et ut per hoc expensarum onera, que te oportet continue de necessitate subire,[a]) facilius valeas supportare, graciam facere specialem, archidiaconatum predictum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vacantem motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate peticionis[b]) instanciam, sed de mera liberalitate nostra apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, ...; non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus . . . . solitum iuramentum, ad quod prestandum, dummodo per procuratorem idoneum illud prestes, te volumus non teneri. Nos enim tecum, ut archidiaconatum predictum libere recipere ac illum una cum ecclesia tua sancte Cecilie de Urbe, que titulus tui cardinalatus existit, et aliis prioratibus, archidiaconatibus, dignitatibus, personatibus, officiis, ecclesiis ac beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, que obtines vel expectas, seu in quibus vel ad que tibi ius competit, ut prefertur, licite valeas retinere, generalis concilii[c]) et quibuslibet aliis constitucionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, auctoritate predicta de ulterioris dono gracie dispensamus, proviso, quod ipse archidiaconatus ac ecclesia sancte Cecilie predicti necnon alia prioratus, archidiaconatus, dignitates, personatus, officia, ecclesie et beneficia ecclesiastica huiusmodi debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. D. Auinione V kal. Augusti a. quarto.

In e. m. dd. ff. . . Montis Sion et . . Brenouiensis extra muros Pragenses monasteriorum abbatibus ac Bartholomeo de Boschario, canonico Morinensi, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 182, de beneficiis vacantibus qu. 3 = V. 170 f. 108 n. 105. — a) suppl. in marg. A. b) corr. ex ‚peticionibus' A. c) ‚consilii' A.

---

509. *Johannes de Pistorio supplicat, quatenus Svatoslao de Netolicz de canonicatu et praebenda in ecclesia de Sadska vacantibus provideatur.*

Avinione, 1345 Augusti 4.

Supplicat S. V. humilima creatura vestra Johannes de Pistorio, familiaris vester, quatenus sibi in personam dilecti sui familiaris Swatoslai de Notoliz, subdiaconi Pragensis diocesis, graciam facientes specialem, eidem Swatoslao de canonicatu et prebenda ecclesie Satzensis, diocesis Pragensis predicte, vacantibus

ad presens per mortem magistri Thome Blasei, quondam sedis apostolice capellani, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, dignemini providere, non obstante, quod idem Swatoslaus super media prebenda in ecclesia Pragensi et eius occasione in Romana curia noscitur litigare, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II non. Augusti a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 118'.

510. *Svatoslao de Netolicz*[a] *providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia de Sadská vacantibus, prout in num. praecedenti supplicatum extitit*[1]. *‚D. Auinione II non. Augusti a. quarto'. — In e. m. decano Pragensis et Johanni de Pistorio, canonico Cameracensis ecclesiarum ac officiali Pragensi. Forma ut in n. 4.*

. X X .

Avinione, 1345 Augusti 4.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 228', de beneficiis vacantibus qu. 4 = V. 170 f. 139 n. 162. — [a]) ‚Swatoslao de Notolicz' A. — [1]) cuius vero supplicationis in hac littera nulla fit mentio.

511. *Nicolaus de Lucemburgo supplicat, quatenus Alberto de Falkenau de canonicatu et praebenda in ecclesia Boleslaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1345 Augusti 4.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Nicolaus de Lucemburgo, eiusdem S. V. capellanus, quatenus sibi in personam dilecti sui Alberti de Falkenowe, clerici, specialem graciam facientes, eidem Alberto de canonicatu et prebenda Boelislauiensi, Pragensis diocesis, vacantibus ad presens in curia[a]) per mortem magistri Thome Blasei, quondam sedis apostolice capellani, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II non. Augusti a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 118'. — [a]) ‚per in curia' S.

512. *Alberto de Falkenau*[a]) *providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Boleslaviensi*[b]) *vacantibus, prout in num. 511 supplicatum extitit.*[1]) *D. Auinione II non. Augusti a. quarto'. — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis,*[c]) *Pragensis diocesis, et praeposito Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

. X̄ X̿ . *Avinione, 1345 Augusti 4.*

Clementis VI A IV 1 (82) f. 303', de beneficiis vacantibus qu. 7 — V. 170 f. 193 n. 260 — a) ‚Falkenowe' A. b) ‚Bolislauiensis' A. c) ‚Brewnouiensis' A. — 1) de supplicatione illa in hac littera nulla fit mentio.

---

513. *Engelbertus, episcopus Leodiensis, supplicat, quatenus pronuntiatio, facta a Philippo, rege Franciae, in causa, quae olim inter ipsum Engelbertum et regem Bohemiae et archiepiscopum Coloniensem ex una et Johannem, ducem Brabantiae, parte ex altera versabatur, in quantum tangit episcopum, ecclesiam Leodiensem et ducem supradictos, confirmetur et sibi conservatores super hoc concedantur. ‚Videatur in cancellaria pronunciacio et confirmentur articuli, super quibus est debite pronunciatum, et qui continent certitudinem, et dentur conservatores R. D. Auinione II non. Augusti a. quarto.'*

Avinione, 1345 Augusti 4.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 125'.

---

514. *Priori domorum Franciae, et simili modo Gallo de Lemberg, priori domorum Bohemiae hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, mandatur, quatenus concilio ordinis sui apud Arelatum personaliter interesse non postponant.*

Avinione, 1345 Augusti 21.

D. f. Guillelmo de Malleo, priori domorum Francie hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani. Pro parte dd. ff. Odonis de Monteacuto, Aruernie locumtenentis d. f. Helionis de Villanoua, magistri hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, et Petri Planterii, conventus Rodi, ac Isnardi de Albarno, Capue, priorum domorum hospitalis predicti, ab eisdem magistro et conventu visitatorum generalium deputatorum in partibus cismarinis, nuper expositum extitit coram nobis, quod ipsi arduis negociis, hiis temporibus hospitali predicto et fratribus eiusdem tam pro defensione ac dilacione fidei catholice quam multis aliis incumbentibus, diligenter attentis et prehabita cum multis prioribus et proceribus aliisque amicis et devotis hospitalis eiusdem deliberacione provida et matura tandemque premissis nobis per ipsos expositis pro meliori et utiliori unanimiter et concorditer

ordinarunt, quod omnes priores et magis provecti proceres hospitalis eiusdem, in eisdem cismarinis partibus consistentes, vocarentur, ut prima die instantis mensis Aprilis [1]) apud Arelatum cum eis personaliter interessent tractaturi, audituri, facturi et completuri, quod pro honore ac utilitate dicti hospitalis et negociorum huiusmodi expediens videretur. Cum autem ipsi de nostris consciencia et beneplacito tibi dirigant sicut intelleximus super hoc scripta sua, discrecioni tue per apostolica scripta virtute obediencie districcius iniungendo mandamus, quatenus ad diem et locum predictos iuxta tenorem litterarum, per prefatos locumtenentem et visitatores tibi super hoc directarum, interesse personaliter non postponas, sic super hiis humiliter et efficaciter pariturus, quod de prompta et devota obediencia pocius commendari merito valeas, quam de inobediencia, que presertim in religiosis valde censetur execrabilis, redargui vel puniri. D. ut s. [Auinione XII kal. Septembris a. quarto] [2]).

Item in e. m. d. f. Gallo de Lembert, priori domorum Boemie hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 302 et 311. — [1]) 1346 Aprilis 1. [2]) ut in V. 139 num. 299.

515. Nicolaus, cancellarius Ludovici, regis Ungariae, supplicat, quatenus Johanni Bertholdi de Wilkow, Nicolao Arnoldi de Strzelce et Friderico Friderici de Vienna de certis gratiis provideatur.

Avinione, 1345 Septembris 11.

Supplicat S. V. devotus orator vester Nicolaus, comes capelle et secretarius cancellarius devotissimi f. v. domini Lodouici, regis Ungarie illustris, olim electus ecclesie Colocensis . . . .

. . . .

Item supplicat idem Nicolaus, quatenus sibi similem graciam faciatis [a]) in personam dilecti sui nepotis Johannis Bertholdi de Wylkow, Wratislauiensis diocesis, de canonicatu et prebenda ac dignitate, personatu seu officio cum cura vel sine cura, vacantibus vel vacaturis in ecclesia Transiluaniensi, cum acceptacione etc. ut supra, non obstante, quod idem Johannes in Waciensi et Posoniensi, Strigoniensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut supra.

Fiat R.

Item supplicat idem Nicolaus, quatenus dilecto suo Nicolao Arnoldi de Strelicz, Wratislauiensis diocesis memorate, quem S. V. tempore cardinalatus in clericum receperat commensalem, similem per omnia graciam facere dignemini ut supra de dignitate vel personatu seu officio cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo in ecclesia Agriensi, cum acceptacione etc., non obstante, quod dicta V. S. prefato Nicolao de canonicatu sub expectacione prebende vacature

in dicta Agriensi ecclesia providit, seu quod idem Nicolaus in ecclesia Vespriniensi per episcopum et capitulum eiusdem ecclesie auctoritate ordinaria in canonicum est receptus, seu quod in ecclesia Dymisiensi, Vespriniensis diocesis, idem Ni[colaus] canonicatum et prebendam noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut supra per omnia.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus Fridrico Fridrici de Wyenna, clerico Pataniensis diocesis, similem graciam facere dignemini ut supra de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis in ecclesia Olomucensi, cum acceptacione etc. ut supra et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

. . . .

D. Auinione III id. Septembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/2 (9) f. 179'. — a) ,facientes' S., corr. ab editore.

516. *Friderico Friderici*[a]) *de Vienna*[b]) *providetur de canonicatu ecclesie Olomucensis sub expectatione praebendae.*[1]) *,D. Auinione III id. Septembris a. quarto.' — In e. m. Scotorum in Vienna*[c]) *et Zabrdovicensis*[d]) *prope Brunnam, Pataviensis et Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

| = | .X X.

Avinione, 1345 Septembris 11.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 184, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 5 = V. 171 f. 102' n. 175. — Ed. CDM. VII n. 621, RBM. IV n. 1603. — a) ,Fridrici' A. b) ,Wyenna' A. c) ,Wyenna' A. d) ,Zauardowicensis' A. — 1) de supplicatione Nicolai, cancellarii regis Ungariae, in hac littera nulla fit mentio.

517. *Marcus, episcopus Famagustanus, supplicat, quatenus certis devotis suis, inter quos etiam fratri Henrico Boemo, ordinis Praedicatorum, licentia sepulcrum Domini et alia loca sancta cum duabus personis visitandi concedatur. ,D. apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Octobris a. quarto.'*

Apud Villamnovam, 1345 Septembris 28.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 59.

518. *Ladislao de Praga providetur de canonicatu ecclesiae Albensis Transsilvanae sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Apud Villamnovam, 1345 Septembris 28.

D. f. Ladislao de Plaga,[1]) canonico Albensi Transiluano, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. t. i. necnon consideracione carissime in Christo filie nostre Helysabeth, regine Vngarie illustris, pro te nobis in hac parte humiliter supplicantis, g. f. s., canonicatum ecclesie Albensis Transiluane c. p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ac dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, si que vel si quis aut si qua in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, ... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi . . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . . . aut quod in Strigoniensi canonicatum et prebendam obtines et in Waradiensi in canonicum es receptus et in eadem Waradiensi ecclesiis prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura per litteras apostolicas nosceris expectare, quas litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta quoad dignitatem vel personatum seu curatum officium huiusmodi exnunc cassamus, irritamus omnino et nullius fore decernimus roboris vel momenti, eis quoad canonicatum et prebendam et officium sine cura in sua remanentibus firmitate . . . . D. apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Octobris a. quarto.

In e. m. dd. ff. . . archidiacono Arodensis, Cenadiensis, et . . cantori Budensis, Wesprimiensis diocesis, ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/4 (85) f. 490, de dignitate sub expectatione qu. 1, rubrica sola = V. 171 f. 3' n. 6 litterae. — Ed. Theiner MH. I n. 1060. — [1]) sic scriptum in A., sed ‚Praga' legendum esse videtur. Die enim 15 Martii anni 1346 [apud nos num. 586] conceditur absolutio plena Ladislao de Praga cuidam, canonico Strigoniensi, qui haud alius vir atque Ladislaus ille de Praga fuisse videtur.

519. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus fratri Johanni de Dionanto, priori prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, concedatur, ut a dicto prioratu, quoad vixerit, amoveri nequeat.*

Apud Villamnovam, 1345 Septembris 30.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quod dominus Henricus, abbas monasterii sancti Humberti in Ardenna, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, confidens de moribus et probitate religiosi viri fratris Johannis, prioris prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, dicti ordinis, Remensis diocesis, dilecti eiusdem regis, curam et regimen eiusdem prioratus, cuius fructus, r. et p. ducentarum librarum Parisiensium s. t. d. valorem annuum non

excedunt, consueti per monachos ipsius monasterii, cuius idem Johannes extitit monachus, gubernari, cum omnibus iuribus et pertinenciis eiusdem prioratus dicto Johanni per suas litteras graciose commisit. Cum autem in ipso prioratu prior consueverit et possit pro libito voluntatis abbatis ipsius monasterii, qui est pro tempore, institui et destitui ab eodem, timeatque propterea dictus prior, prout eciam posset, pro libito supradicto ab eodem prioratu imposterum amoveri, humiliter supplicat idem rex, quatenus eidem Johanni, quod a prioratu predicto pro sola voluntate abbatis prefati monasterii, qui est et erit pro tempore, non possit, quoad vixerit, amoveri, dignemini auctoritate apostolica concedere de gracia speciali, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Octobris a. quarto.

Clementis VI S. IV 1 (8) f. 24. — [1]) confer num. 476 et 477.

520. *Johanni de Dionanto conceditur, ut a prioratu sancti Theobaldi de Castroportuensi, quoad vixerit, amoveri nequeat.*

.X̿. *Apud Villamnovam, 1345 Septembris 30.*

D. f. Johanni de Dionanco, priori prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, ordinis sancti Benedicti, Remensis diocesis, s. etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam fidedigno testimonio iuvari percepimus, nos inducunt, ut te prerogativa specialis favoris et gracie prosequamur. Sane peticio tua nobis nuper exhibita continebat, quod dudum d. f. Henricus, abbas monasterii sancti Huberti in Ardenna, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, de tuis moribus et probitate confidens, curam et regimen prioratus sancti Theobaldi de Castroportuensi, dicti ordinis, Remensis diocesis, cuius fructus, r. et p. ducentarum librarum Parisiensium s. t. d. valorem annuum prout asseritur non excedunt, consueti per monachos ipsius monasterii, cuius existis monachus, gubernari, ad quem pro libito voluntatis abbatis ipsius monasterii, qui est pro tempore, consuevit et potest institui et destitui ab eodem, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis tibi commisit, donec commissionem suam huiusmodi revocaret, prout in litteris inde confectis, eiusdem abbatis sigillo munitis, plenius continetur, quodque tu vigore commissionis huiusmodi dictum prioratum extunc tenuisti et possedisti et adhuc tenes et possides pacifice et quiete. Cum itaque, sicut eadem peticio subiungebat, tu timeas, prout posses, pro libito supradicto imposterum amoveri, nos igitur volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te super hoc nobis humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, ipsius regis ac tuis supplicacionibus inclinati volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, ut a prioratu predicto pro sola volun-

tate dicti abbatis prefati monasterii, qui est pro tempore, absque alia causa racionabili non possis, quoad vixeris, amoveri,[1]) constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Octobris a. quarto.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 290′ n. 538, diversarum formarum qu. 10 = V. 168 f. 392′ n. 538. — [1]) confer num. 476 et 477.

---

521. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Wernhardo Conradi de Pataria beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, si quod ad collationem archiepiscopi Salzburgensis vacat, vel cum vacaverit, conferendum reservet. Forma huius litterae in partibus omissis cum num. 6 concordat.*

X
.X. *Apud Villamnovam, 1345 Septembris 30.*

V. f. . . episcopo Olomucensi s. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Nos igitur volentes personam d. f. Wernhardi Chunradi de Patauia, rectoris parrochialis ecclesie in Gerispach, Constanciensis diocesis, favoribus prosequi graciosis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si simpliciter et de plano ad hoc ipsum Wernhardum idoneum esse repereris, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura, triginta, si vero sine cura fuerit, viginti marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, spectans ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem v. f. n. . . archiepiscopi Salzeburgensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, quod idem Wernhardus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori de illius vacacione constiterit, duxerit acceptandum, conferendum sibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue auctoritate nostra reserves, districcius inhibendo eidem archiepiscopo, ne de huiusmodi beneficio interim eciam ante acceptacionem predictam, nisi postquam ei constiterit, quod idem Wernhardus vel procurator predictus illud noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumat, ac nichilominus huiusmodi beneficium, quod reservabis, si ut premittitur vacat, vel cum illud vacare contigerit, post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate predicta eidem Wernhardo conferre et assignare procures, inducens per te vel alium seu alios eundem Wernhardum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii ac iurium et pertinenciarum predictorum et defendens inductum sibique faciens de ipsius beneficii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo; non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi

faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius . . . . preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus, dictum Wernhardum in huiusmodi beneficii assecucione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem aliorum beneficiorum preiudicium generari, aut si archiepiscopo supradicto vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, ... mencio specialis, seu quod idem Wernhardus parrochialem ecclesiam in Gerispach, dicte Constanciensis diocesis, et quoddam altare sancti Bartholomei sine cura in ecclesia Patauiensi noscitur obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum idem Wernhardus vigore presentis gracie beneficium curatum fuerit pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ut premittitur obtinet, quamque extunc vacare decernimus, omnino, prout eciam ad id sponte se obtulit, dimittere teneatur. Nos enim, si prefatus Wernhardus idoneus ad hoc repertus fuerit ut prefertur, exnunc decernimus irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presencium huiusmodi beneficium, si quod vacat, vel cum vacaret, quod idem Wernhardus duceret acceptandum, conferendum eidem Wernhardo collacioni et disposicioni nostre ac sedis apostolice cum interposicione decreti duxissemus specialiter reservandum. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Octobris a. quarto.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 427 n. 50, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 168 f. 21 n. 50. — Ed. CDM. VII n. 623, RBM. IV omissum.

---

522. *Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Pilgrimo Henrici de Huendlr,[a]) presbytero Pataviensis diocesis, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Medlicensis, ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, conferendum reservet. ‚D. Auinione V id. Octobris a. quarto.' Forma ut in n. 521.*

X
.X. *Avinione, 1345 Octobris 11.*

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 425' n. 48, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 168 f. 20' n. 48. — Ed. CDM. VII n. 624, RBM. IV omissum. — a) sic A.

523. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus cum Georgio de Catena super defectu natalium amplius dispensetur.*

Avinione, 1345 Octobris 12.

Supplicat S. V. humilis et devotus v. f. Johannes, rex Boemie, quatenus cum dilecto suo Georgio de Cathena, Cameracensis diocesis clerico, paciente defectum natalium, de soluto genito et soluta, super quo quidem defectu, quod posset beneficium ecclesiasticum eciam curatum obtinere, auctoritate litterarum penitenciarie V. S. [cum eo][a]) extitit dispensatum, quod unum beneficium cum cura et plura sine cura, eciam si in cathedralibus ecclesiis extiterint, possit virtute dispensacionis petite licite obtinere et illa ex causa permutacionis dimittere et loco dimissorum alia recipere, quociens sibi videbitur, dignemini auctoritate apostolica dispensare, cum omnibus non obstantibus etc. ut in forma.

Fiat de uno curato et duobus sine cura, eciam si alterum sit canonicatus et prebenda in ecclesia cathedrali R. Et. q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII id. Octobris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 61'. — [a]) deest in S., suppletum ab editore.

524. *Cum Georgio de Catena, clerico Cameracensis diocesis, dispensatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus unum curatum et duo sine cura beneficia ecclesiastica, etiam si eorum alterum canonicatus et praebenda fuerit in ecclesia cathedrali, libere recipere ac licite retinere et cum aliis commutare possit. ,D. Auinione IIII id. Octobris a. quarto.'*

≡
V
.X.

Avinione, 1345 Octobris 12.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 185' n. 311, diversarum formarum qu. 6 = V. 168 f. 328 n. 311.

525. *Johanni Wigandi providetur de canonicatu ecclesiae sancti Martini in Posonio, Strigoniensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione IIII id. Octobris a. quarto.' — In e. m. Sanctae Crucis et Zabrdovicensis,[a]) Pataviensis et Olomucensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1345 Octobris 12.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 98', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 171 f. 44' n. 79. — [a]) ,Zabordowicensis' A.

526. *Magistro Guillelmo de Pusterla mandatur, quatenus ad Johannem Bohemiae et Casimirum Poloniae reges se conferens ipsos moneat ac requirat, quatenus treugas inter se invicem usque ad certum tempus competens ineant, quo durante concordia et pax finalis tractari possint.*

Arimione, 1345 Octobris 18.

D. f. magistro Guillelmo de Pusterla, preposito ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellano nostro, apostolice sedis nuncio. Etsi iuxta pastoralis officii debitum ad omnium corda fidelium in concordie unitate servanda nostra suspiret intencio et ad hoc solicitudinis apostolice studia dirigantur, principes tamen aliosque magnates catholicos tanto magis desideramus servare concordes, quanto ipsorum periculosa discordia graviora procul dubio animarum et corporum germinare pericula consuevit. Sane dudum, sicut intelleximus, inter carissimos in Christo ff. nn. Johannem Boemie ex parte una et Kazimirum Polonie reges illustres ex altera dissensionibus, rancoribus et odiis hoste procurante humani generis suscitatis et ex hoc ad guerras et hostiles congressus hinc inde commotis, tandem bonis viris mediantibus et tractantibus inter reges ipsos treuge pacis representantes imaginem cessantibus commocionibus bellicis inite fuerunt hinc inde usque ad festum beati Martini venturum proximo [1]) durature. Instante autem nunc termino finis treugarum ipsarum, nos, qui reges eosdem in pacis et concordie unitate confovere cupimus, verisimiliter formidantes, quod post lapsum eiusdem termini ad offensas mutuas et congressus bellicos hoste instigante predicto, qui pacem odit et discordias fovet et diligit, prosilirent, et attendentes nichilominus, quod exinde lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius plangenda pericula necnon dispendia fidei catholice, cuius blasfemi ac persecutores crudeles et hostes illis partibus sunt vicini, et alia mala innumerabilia non reparanda faciliter possent sequi, eisque obviari salubriter paterne diligencie studiis cupientes, te, de cuius fidelitate ac probitatis et circumspeccionis industria plenam in domino fiduciam gerimus, ad ipsorum regum presenciam et partes illas providimus propterea specialiter destinandum. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus te ad presenciam et partes easdem conferre procurans prefatos reges ex parte nostra requiras, moneas et inducas, ut premissis consideranter attentis ad vias pacificas, deo placibiles et utrique ipsorum utiles, omissis commocionibus, offensionibus et congressibus bellicis, quibus offenderetur graviter rex pacificus et eternus, convertant et abilitent corda sua, et ut inter ipsos ad huiusmodi pacis et unitatis concordiam reformandam, circa quam nos more patris benivoli, quem non pretereunt incommoda filiorum, intendere sedule intendimus, melius et utilius turbacionum et guerrarum fremitibus quiescentibus [a]) intendi valeat divina gracia suffragante, treugas pacis representantes imaginem inter se invicem [b]) ineant usque ad certi temporis competentis spacium, infra quod dicta concordia tractari possit et donante domino perfici, duraturas, quodque, nisi te vel aliis bonis viris mediantibus reges ipsi ad concordiam mutuam pervenire valerent, suos ambassiatores et nuntios sufficienter instructos et idoneo mandato suffultos super premissis ad nostram curent propterea presenciam destinare. Si vero prenominati reges tuis immo nostris pocius, ut

speramus in domino, cum eis per alias nostras inde scribamus litteras, obtemperaverunt requisicionibus, exhortacionibus et monitis salubribus in hac parte treugas ineundo predictas, tu, si ipsi voluerint, treugas sic per eosdem initas penis et senteneiis spiritualibus, de quibus tibi videbitur, promulgandis adversus eos, qui eas infringerent vel eciam non servarent, auctoritate nostra studeas roborare, quascunque colligaciones, confederaciones et pacciones,[c]) per quas posset suscitata inter reges memoratos nutriri discordia vel huiusmodi treuge violari, sub quacunque forma vel concepcione verborum contractas inter quoscunque quomodolibet vel initas, eciam si penis adiectis et prestitis iuramentis presumpte fuissent, nullas, cassas et irritas esse ac fuisse, velut contra bonum pacis in summi regis offensam temere attemptatas nunciando, et, quatenus de facto processissent, annullando, cassando et irritando ac penas adiectas et iuramenta prestita super eis, cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, nichilominus relaxando, super quibus omnibus et aliis, circa premissa quomodolibet oportunis, faciendis, gerendis et exercendis plenam tibi concedimus tenore presencium facultatem. D. Auinione XV kal. Novembris a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 526. — Ed. Theiner MP. I n. 624, MH. I n. 1046, Vat. Akten n. 2232, RBM. IV n. 2225. — a) ‚quescentibus' V. b) ‚invicem invicem' V. c) ‚paciones' V. — 1) 1345 Novembris 11.

---

527. Magistro Guillelmo de Pusterla conceditur facultas, ut Johanne Bohemiae ac Casimiro Poloniae regibus pacem invicem inire recusantibus ipse inter eos treugas indicere et contra violatores ipsarum poenas spirituales promulgare possit.

Avinione, 1345 Octobris 18.

Eidem [1]) [Magistro Guillelmo de Pusterla, preposito ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellano nostro, apostolice sedis nuncio.] Etsi iuxta pastoralis officii debitum etc. ut supra usque destinare.[2]) Si vero prefati reges, quibus per alias litteras nostras super hiis scribimus, tuis huiusmodi immo nostris pocius requisicionibus, exhortacionibus et monitis utique salubribus obtemperare cum effectu forsitan recusarent, quod absit, ut predictis periculis et scandalis obvietur et utilius possint inter eos pacis commoda procurari, tu auctoritate nostra inter prefatos reges eorumque vassallos, adherentes, fautores, vallitores et subditos treugas procures indicere usque ad competentis temporis spacium, de quo tibi expedire videbitur, duraturas, in omnes et singulos, quos treuge ipse contingent, cuiuscunque status, ordinis, preminencie, condicionis vel dignitatis existant, eciam si pontificali, regali vel quacunque alia prefulgeant dignitate, qui treugas ipsas, postquam per te indicte ac publicate fuerint, violarent, infringerent vel eciam non servarent, in personas videlicet singulares excommunicacionis et in civitates, castra, oppida, villas, terras et loca ipsorum interdicti sentencias promulgando, super quibus omnibus necnon quascunque colligaciones,

paciones et societates, inter quoscunque contractas vel initas sub quacunque forma vel expressione verborum causa discordie inter reges nutriende predictos, esse ac fuisse nullas, cassas et irritas, velut contra bonum pacis in summi regis offensam presumptas indebite, nunciandi et, quatenus processissent de facto, annullandi, cassandi et irritandi ac penas adiectas et iuramenta prestita super eis, cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxandi aliaque gerendi, faciendi et exercendi, que circa premissa necessaria fuerint vel eciam oportuna, plenam tibi concedimus tenore presencium facultatem. Ceterum quia parum prodesset humilitas humilibus, si contemptus inobedientibus non obesset, nostre intencionis existit et volumus, quod huiusmodi per te promulgande pene ac sentencie sic illos, qui treugas predictas, dum per te indicte ac publicate fuerint, infringerent vel eciam non servarent, afficiant et apprehendant, quod alios easdem treugas observantes vel observare paratos in aliquo non contingant. D. ut s. [**Auinione XV kal. Novembris a. quarto.**] [3])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 527. — Ed. Theiner MP. I n. 625. MH. I n. 1048. — [1]) ut in V. 139 n. 526. [2]) ut in V. 139 n. 526 (apud nos num. 526). [3]) ut in V. 139. n. 526.

---

528. Johannes, rex Bohemiae, rogatur, quatenus cum Casimiro, rege Poloniae, treugas usque ad certum tempus ineat, quo durante pacis concordia tractari possit, et ambassatores suos ad sedem apostolicam transmittat; commendatur ei quoque ad idem negotium tractandum magister Guillelmus de Pusterla, nuntius apostolicus.

Avinione, 1345 Octobris 18.

Carissimo in Christo filio Johanni, regi Boemie illustri. Relatibus percepimus fidedignis, quod dudum inter te, carissime fili, ex una parte et c. in Ch. f. n. Kazimirum, regem Polonie illustrem, ex altera periculosis dissensionibus hoste procurante humani generis suscitatis et ex illis guerrarum motis insultibus, tandem bonis viris mediantibus et tractantibus inter vos invicem treuge pacis representantes imaginem omissis guerrarum huiusmodi fremitibus inite fuerunt, usque ad festum beati Martini venturum proximo [1]) durature. Verum quia treugarum predictarum terminus appropinquat, nos verentes, quod post lapsum eiusdem termini hostis predicti malicia instigante tu et rex predictus ad offensiones mutuas et hostiles congressus, ex quibus lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius deploranda pericula innumeraque alia non facile reparanda dispendia sequi possent, prorumperetis hinc inde, cupientesque huiusmodi dispendiosis periculis obviari salubriter et mutue pacis et unitatis federa inter vos invicem reformari, excellenciam rogamus regiam et in domino attencius exhortamur, quatenus premissis et aliis, que regie consideracioni circa ea possunt occurrere, diligenter attentis ad huiusmodi pacem et concordiam, pretermissis omnino congressibus bellicis, animum regium abilitans et disponens treugas inire cum rege predicto,

usque ad certi competentis[a]) temporis spacium, infra quod pacis huiusmodi concordia, circa quam vacare studiosis operibus intendimus, tractari et reformari suffragante gracia divina valeat, duraturas, procures, tuos nichilominus ambassiatores et nuncios sufficienter instructos et idonea potestate suffultos ad nostram presenciam, cum idem scribamus prefato regi Polonie super hiis, transmissurus[b]). Sane quia negocium huiusmodi ex causis predictis insidet admodum nobis cordi, d. f. magistrum Guillelmum de Pusterla, prepositum ecclesie Passoniensis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, virum utique litterarum sciencia preditum, probitatis et circumspeccionis maturitate conspicuum, ad tuam et memorati regis presenciam cum aliis nostris oportunis litteris providimus propterea destinandum, nostris precibus et exhortacionibus adicientes predictis, ut ea, que ipse tue celsitudini pro parte nostra circa premissa duxerit explicanda, plene intelligens et benigne, ipsius persuasionibus, exhortacionibus et monitis salubribus sic acquiescas efficaciter in hac parte, quod bona, que optamus, inde domino largiente proveniant timore malorum sublato regalisque devocionis prudencia digne laudis et commendacionis preconiis attollatur. D. ut s. [Auinione XV kal. Novembris a. quarto.] [2])

Item in e. m. dicto regi Polonie. D. ut s.

D. f. n. v. Carolo, primogenito carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. Relatis percepimus fidedignis, quod dudum inter carissimos in Christo ff. nn. Johannem Boemie, genitorem tuum, ex parte una, et Kazimirum, Polonie reges illustres ex altera periculosis dissensionibus etc. usque in finem, verbis competenter mutatis. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus premissa, prout in te fuerit, diligenter et benivole facias et procures. D. ut s.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 528—530. Theiner MP. I n. 626 et 627. — [a]) suppletum in margine V. [b]) ‚tramissurus' V. — [1]) 1345 Novembris 11. [2]) ut in V. 139 n. 526.

529. *Ludovicus, rex Ungariae, rogatur, quatenus ad pacis concordiam inter Johannem Bohemiae et Casimirum Poloniae reges procurandam laborare non postponat.*

Avinione, 1345 Octobris 18.

C. in Ch. f. Ludouico, regi Vngarie illustri. Relatibus percepimus fidedignis, quod dudum inter carissimos in Christo ff. nn. Johannem Boemie et Kazimirum Polonie reges illustres periculosis[a]) dissensionibus hoste procurante humani generis suscitatis invicem et ipsis regibus inde ad guerras et offensiones hostiles commotis, bonis viris mediantibus et tractantibus treuge inite fuerunt inter eos, usque ad festum beati Martini futurum proximo[1]) durature. Nos igitur verentes, quod lapso predictarum treugarum termino instigante hostis predicti malicia reges predicti ad congressus predictos, ex quibus lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius deploranda pericula et alia dispendia innumera possent sequi,

prorumperent, et cupientes dispendiosis periculis huiusmodi salubriter paterne solicitudinis studiis obviari, reges ipsos per nostras exhortamur litteras et rogamus, ut ad vias pacificas omissis bellicis insultibus se disponant et, ut ad pacis mutue concordiam inter eos invicem reformandam, circa quam intendimus interponere sedule partes nostras, melius, utilius et quiecius intendi divina gracia suffragante valeat, treugas ineant inter se usque ad certi competentis temporis spacium duraturas, nichilominus suos ambassiatores et nuncios super hiis sufficienter instructos et idonea potestate suffultos ad nostram presenciam, nisi pax ipsa reformari posset commode in illis partibus, transmissuri. Et quia negocium huiusmodi admodum insidet cordi nostro, d. f. magistrum Guillelmum de Pusterla, prepositum ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, ad tuam, carissime fili, et ipsorum regum presenciam partesque illas providimus propterea specialiter destinandum. Sane, fili dilectissime, quia commoda vel incommoda regum ipsorum, sicut intelleximus, te contingunt, magnificenciam tuam regiam rogamus attencius et in domino exhortamur, quatenus, ut ipsi a congressibus hostilibus et offensionibus mutuis penitus abstineant et ad viam pacificam iuxta monita nostra salubria effectualiter se disponant, laborare studiosis solicitudinibus, ut gaudii merearis esse particeps, quod promittit sapiens ineuntibus pacis consilia, non postponas. D. ut s. [Auinione XV kal. Novembris a. quarto.][2])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 531. Ed. Theiner MH. I n. 1049. — [a]) ‚periculis' V. — [1]) 1345 Novembris 11. [2]) ut in V. 139 n. 526.

---

530. *Casimiro, regi Poloniae, scribitur, ipsius excusationem super impositis per suos aemulos de participatione cum Ludovico de Bavaria gratam fuisse, et monetur, ut eum caveat.*

Avinione, 1345 Octobris 18.

C. in Ch. f. Kazimiro, regi Polonie illustri. Regalis tue magnificencie binas recepimus litteras inter cetera continentes, te, fili carissime, quibusdam amicis tuis de Romana curia nunciantibus percepisse, quod aliqui tui emuli ad tui detraccionem et infamiam in eadem curia seminarant, te cum Latwinis scismaticis, eos contra christianos iuvando, ac Ludouico de Bauaria, dampnato per ecclesiam, tractando parentelam cum ipso, confederaciones et amicicias fecisse et iniisse[a]) adversus ecclesiam sanctam dei, quam ob rem te tueque devocionis, quam ad Romanam geris ecclesiam, super hiis excusando per easdem litteras descripsisti, quod propter guerras, quas contra te ac terras et subditos tuos c. in Ch. f. n. Johannes, [rex][b]) Boemie illustris, movit terribiliter et potenter, tu consideranter attendens, quod predictis scismaticis guerras adversus te, sicut habent de more, moventibus resistere commode non poteras hostilitati et potencie dicti regis, treugas fecisti cum ipsis scismaticis, et nichilominus, quod . . natam tuam [filio][c])

prefati Ludouici de Bauaria copulares matrimonialiter, ut forcior contra dictum regem propter hoc existeres, tractatus aliquos habuisti, quamvis tractatus ipsi ad effectum perducti non fuerint, et esto, quod consummati fuissent et in domo Ludouici predicti multas tuas filias matrimonialiter collocasses, propter hoc cum ipso nec cum aliquo alio infideli aut rebelli et hoste[1]) eiusdem ecclesie te opponeres quomodolibet contra eam, nec predictis scismaticis prestitisti, prestas vel prestares adversus christianos auxilium vel favorem, quin pocius, si dissensiones inter te dictumque regem Boemie cessarent et guerre, paratus esses diffidare Ludouicum predictum et exercere contra dictos scismaticos vires tuas. Sane, fili dilectissime, licet nobis multa relata fuerint de premissis, nos tamen attendentes puritatem devocionis tue et illa, que te ad ea exequenda, que beneplacitum et honorem concernunt eiusdem ecclesie, debent suadente gratitudinis debito inducere, attencius meditantes, predictis sinistris relatibus plene nequivimus dare fidem. Subsequenter autem nobis predictis tuis litteris presentatis et contentis in eis intellectu pleno collectis letamur et consolamur in domino super eis, credentes verisimiliter scripta tua regia huiusmodi facti veritate fulciri. Porro tuam excellenciam, fili dilectissime, non credimus ignorare, cum in omnibus mundi partibus, in quibus catholice fidei viget cultus, tam per litteras et processus aliquos quam alias publice fuerit divulgatum, quod dictus Ludouicus de Bauaria, olim in regem Romanorum electus, propter graves excessus et detestanda crimina, per ipsum contra deum et eandem Romanam ecclesiam fidemque catholicam perpetrata, diversis excommunicacionum sentenciis innodatus ac omnibus bonis et feudis, que ab eadem Romana vel quibusvis aliis ecclesiis aut imperio quomodolibet obtinebat, ac iure, si quod ei ad regnum vel imperium Romanum quomodolibet competebat, privatus ac tandem[c]) de diversis heresibus et scismatibus, que in tocius christianitatis et cunctorum cetus fidelium contumeliam et opprobrium nequissime suscitaverat et perpetraverat seque illis dampnabiliter involverat, publice ac notorie iusto iudicio extitit condempnatus, quas quidem sentencias cum multis aggravacionibus, tam adversus eum quam quosvis fautores, sequaces et adherentes suos, prout racionabiliter et iuste fieri poterit, subsecutis, per longa tempora tanquam infidelis aversus a deo et in profundum malorum demersus prodolor sustinuit et adhuc, licet nos processus predictos recensendos[1]) in consistorio nostro publico duxerimus, animo sustinet dampnabiliter indurato. Ideoque tua regalis serenitas videat et recogitet diligenter, si regalem prosapiam de domo catholica descendentem deceat cum homine sic dampnato ac a deo et hominibus reprobato vel eius prole, propter crimen lese maiestatis divine infecta, facere parentelam, et si talis et tanta macula, que poneretur ex hoc procul dubio in gloria regie dignitatis, de facili posset abstergi. Cum autem nos inter te dictumque regem Boemie mutuam concordiam, sicut per alias tibi scribimus litteras, reformari desideriis optemus intensis et propterea nostrum specialem nuncium ad te dictumque regem et partes illas providerimus destinandum, celsitudinem rogamus regiam et in domino attencius exhortamur, quatenus premissis intra precordia regia prudenti et matura deliberacione discussis cum eodem Ludouico vel suis tractatus huiusmodi, qui possent in magnum tuum redundare dispendium, non admittas, et si forsan predicta non advertens admiseris, ab illis resilias festinanter; difficile quidem vel forsitan impossibile, si procederetur, quod absit, ad tractatus con-

summacionem huiusmodi, reputaretur merito, presertim attentis vinculis et circumstanciis matrimonii, te, fili amantissime, a participacione ipsius Ludouici, per quam penas et sentencias promulgatas in dictis processibus incurreres, posse preter gravem offensam dei et ecclesie remanere immunem. Caveas eciam, quesumus, prudenter et sedule, ne gentes, officiales et subditi tui supradictis scismaticis contra christianos prestent directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, sic te, fili precarissime, super hiis habiturus, quod deum tibi magis propicium[g]) constituas non indigne obturesque labia, que sinistris oblocucionibus lacerare in hac parte nituntur multipliciter famam tuam. D. ut s. [Auinione XV kal. Novembris a. quarto]. [1])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 533. — Ed. Theiner, MP. I n. 628. — [a]) ‚feceras et inieras‘ V. [b]) deest in V., suppl. ab editore. [c]) deest in V., suppl. ab editore. [d]) ‚hosti‘ V. [e]) suppl. in marg. V. [f]) ‚recesendos‘ V. [g]) ‚propricium‘ V. — [1]) ut in V. 139 n. 526.

531. *Magister Guillelmus de Pusterla, ad reges Ungariae, Bohemiae et Poloniae apostolicae sedis nuntius, omnibus personis ecclesiasticis in illis partibus residentibus commendatur.*

Avinione, 1345 Octobris 18.

Vv. ff. patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dd. ff. electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis vel eorum vices gerentibus et personis ecclesiasticis quibuscunque, religiosis et secularibus, et ecclesiarum ac monasteriorum capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cluniacensis, Cisterciensis, Cartusiensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon magistris, prioribus et preceptoribus sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theutonicorum ac Calatravensis hospitalium sive domorum, ad quos presentes littere pervenerint. Cum nos d. f. magistrum Guillelmum, prepositum ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, ad carissimos in Christo ff. nn. Vngarie ac Boemie et Polonie reges illustres et partes illas pro quibusdam arduis negociis destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem nuncium, cum per partes vestras transitum fecerit, ob reverenciam apostolice sedis et nostram benigne recipientes et graciose tractantes, diebus singulis eundo ad dictas partes et in eis morando ac redeundo de illis eidem in quatuor florenis auri pro suis necessariis et de securo conductu necnon eveccionibus oportunis, si sue forsan in via decesserint vel defecerint, vobis, quamprimum fieri poterit, restituendis, cum super premissis per eum vel eius nuncium fueritis requisiti, liberaliter providere ac mandatum nostrum huiusmodi sic efficaciter adimplere curetis, quod nos devocionem vestram exinde commendare merito valeamus, alioquin sentenciam, quam ipse nuncius per se vel alium rite

tulerit in rebelles, super quo plenam tenore presencium ei auctoritate apostolica concedimus potestatem, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari, non obstante, si vobis vel vestrum alicui aut aliquibus vel quibusvis aliis seu locis et ordinibus communiter vel divisim a sede sit indultum predicta, quod nunciis sedis eiusdem procuracionem aliquam exhibere vel in ea contribuere, nisi ad vos declinaverint, non teneamini et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et quibuslibet privilegiis et indulgenciis, quibuscunque locis, personis vel ordinibus sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, de quibus quorumque[a]) totis tenoribus in nostris litteris mencio sit habenda, et per que presentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri. D. Auinione XV kal. Novembris a. quarto.[1])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 1341. — Ed. Theiner MH. I n. 1047. — [a]) ‚quorumcunque' V. — [1]) idem Guillelmus de Pusterla destinatur nuntius sedis apostolicae et dantur ei litterae securi conductus „ad Brabancie et Hanonie et certas alias partes", dd. 1346 Januarii 2. (V. 139 n. 1344).

---

532. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, quatenus Petro Begonis de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi proxime vacaturis provideatur.*

Avinione, 1345 Octobris 20.

Supplicat S. V. humilis factura vestra G[uillelmus], ecclesie sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus sibi in personam dilecti capellani et familiaris sui commensalis Petri Begonis, clerici Castrensis, baquallarii in legibus, procuratoris sui in regnis Vngarie et Polonie, specialem graciam facientes, pro eodem P[etro] reservare dignemini canonicatum et prebendam ecclesie Wratislauiensis, quos ad presens obtinet Apetzco, electus in episcopum Lubucensem, eidem P[etro], cum per consecracionem eiusdem electi seu alias quovis modo preterquam per mortem ipsius electi vacaverint, conferendos, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIII kal. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 72.

533. *Petro Begonis, clerico Castrensi, baccallario in legibus, reservantur ad supplicationem Guillelmi, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, cuius ille Petrus capellanus et familiaris commensalis ac procurator in regnis Ungariae et Poloniae existit, canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis, qui per promotionem Apetzconis, electi Lubucensis, in brevi vacare sperantur. ‚D. Auinione XIII kal. Novembris a. quarto.' — In e. m. abbati monasterii sanctae Mariae in Arena, Vratislaviensis, et thesaurario Turonensis ac cancellario Belvacensis ecclesiarum. Forma ut in n. 11.*

.X̄ X̿. *Avinione, 1345 Octobris 20.*

Clementis VI A. IV 5 (V. 217) f. 366′ n. 30, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 169 f. 230 n. 30. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 296.

---

534. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Boleslao, filio Casimiri, ducis Tessinensis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vel Cracoviensi vacantibus vel vacaturis provideatur et fratribus ordinis sancti Augustini licentia concedatur, ut monasterium in oppido Albaaqua aedificatum recipere possint.*

Avinione, 1345 Octobris 26.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Johannes, rex Bohemie, quatenus sibi in personam Boleslai clerici, filii Kazimiri, ducis Thessinensis, sui fidelissimi, Wratislauiensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus vel vacaturis, dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri ac omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis, ut in forma, ac executoribus, vel similem graciam facientes eidem de canonicatu et prebenda in ecclesia Cracouiensi.

Fiat R.

Item supplicat S. V. idem Johannes, rex Bohemie, in personam Berthe, baronis sui regni, castellani Pragensis, qui ob singularem devocionem, quam habuit ad sanctum Augustinum et ordinem suum, unum locum in quodam oppido suo, quod dicitur Albaaqua, edificavit tradendum fratribus ordinis memorati, quatenus de vestre benignitatis clemencia fratribus ordinis antedicti licenciam concedere dignemini recipiendi locum predictum, situm in diocesi Pragensi, sine iuris preiudicio alicui, ac construendi ibidem oratorium, officinas necessarias, divina celebrandi et inhabitandi, Bonifaciana et qualibet alia constitucione edita in contrarium non obstantibus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII kal. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 79′.

---

535. *Boleslao, nato Casimiri, ducis Tessinensis,*[a]) *providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VII kal. Novembris a. quarto.' — In e. m. Tynciensi et de Ruda, Cracoviensis et Vratislaviensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

I ‒ I .X X. *Avinione, 1345 Octobris 26.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 79', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 171 f. 31' n. 55. — a) ‚Thessinensis' A.

536. *Priori provinciali fratrum Eremitarum ordinis sancti Augustini, provinciae Bohemiae et Bavariae, indulgetur, ut in oppido Albaaqua locum recipere et in eo monasterium construere possit.*

Avinione, 1345 Octobris 26.

D. f. . . priori provinciali fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini, provincie Boemie et Bawarie, s. etc. Consideracione provida intuentes, quod ordo fratrum Heremitarum sancti Augustini, ad dei laudem institutus, sub religionis observancia devotum impendit famulatum altissimo et eius populum doctrina verbi sedule dirigit ac exempli, ut felici tramite ad eterne salutis gloriam perducantur, dignum reputamus et debitum, ut circa ea, que augent statum eius, quantum cum deo possumus, paterna diligencia intendamus. Sane nuper c. in Ch. f. n. Johannes, rex Boemie illustris, nobis significare curavit, quod dudum d. f. n. v. Bercha, baro regni Boemie, castellanus Pragensis, zelo pie devocionis accensus,[a]) cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad honorem dei et dicti sancti, ad quem specialem devocionem habere dinoscitur, in oppido suo Albeaque, Pragensis diocesis, fundavit et edificavit unum locum, quem eidem ordini proponit libere concedere et donare, ac humiliter supplicavit, ut fratribus dicti ordinis predictum locum recipiendi ac in eo iuxta morem ipsius ordinis construendi et edificandi oratorium et necessarias officinas et perpetuis futuris temporibus commorandi divinaque officia celebrandi licenciam auctoritate apostolica concedere dignaremur. Nos itaque, predictorum regis et baronis ac tuis supplicacionibus inclinati, tibi et eisdem fratribus recipiendi locum ipsum ac ibidem construendi et edificandi oratorium, domos et necessarias officinas iuxta morem predictum et perpetuis futuris temporibus commorandi divinaque officia celebrandi, sine preiudicio parrochialis ecclesie dicti oppidi et iuris cuiuslibet alieni, f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, et qualibet alia constitucione super hoc in contrarium edita non

obstante, dummodo duodecim fratres dicti ordinis in ipso loco valeant sustentari congrue, auctoritate predicta tenore presencium de speciali gracia indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione VII kal. Novembris a. quarto.

Clementis VI A. IV 3 (81) f. 40', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 189' n. 502. — a) ,accessus' V.

---

537. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Nicolao Luczonis de Brunna de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, dignitatis, personatus seu officii provideatur.*

Avinione, 1345 Octobris 26.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, domini regis Boemie primogenitus, marchio Morauie, quatenus sibi in personam Nicolai Luczonis de Brunna, decani ecclesie Olomucensis, cancellarii sui, specialem graciam facientes, eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere, prebendam vero necnon dignitatem, personatum seu officium, eciam si dignitas ipsa in eadem ecclesia maior post archiepiscopalem existat, aut si ad eam per eleccionem consueverit quis assumi, si que, si quis vel si quod in eadem ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, conferendam ipsi Nicolao donacioni apostolice cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini reservare, non obstante, quod idem Nicolaus decanatum ac canonicatum et prebendam in ecclesia Olomucensi noscitur obtinere, quem decanatum idem Nicolaus paratus est dimittere, quamprimum vigore gracie vestre possessionem pacificam alterius dignitatis fuerit assecutus, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat eciam de dignitate etc., eciam si per eleccionem R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. Eciam si prima post archiepiscopalem et eciam si cum cura R.[1]) D. Auinione VII kal. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV 1 (8) f. 83. — [1]) ,eciam si prima — cum cura R' suppletum in margine ab alia manu cum annotatione: ,Correcta fuit predicta peticio per dominum nostrum' S.

---

538. *Nicolao Luczonis de Brunna providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1345 Octobris 26.

D. f. Nicolao Lutzonis de Brunna, canonico Pragensi, s. etc. Exposcunt laudabilia probitatis .... Volentes itaque tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Pragensis cum p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero necnon dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, eciam si ad illa consueverit quis per eleccionem assumi, si que aut si qui vel si qua in dicta ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, ... conferendas vel conferendos seu conferenda tibi ..... d. a. reservamus .....; non obstantibus ..... aut quod decanatum ac canonicatum et prebendam in ecclesia Olomucensi nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentis gracie dignitatem vel personatum seu curatum officium fueris[a]) pacifice assecutus, eundem decanatum, quem ut prefertur obtines, quemque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis... D. Auinione VII kal. Novembris a. quarto.

In e. m. dd. ff. .. Brunoniensis et .. Cedlitzensis, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Beluacensi, s. etc. ..... D. ut s.

Clementis VI A. IV/4 (85) f. 71 finis tantum reperitur, de dignitate sub expectatione qu. 1 = V. 171 f. 1 n. 1. — [a]) ‚fuerit' V.

539. *Johanni, regi Bohemiae, et simili modo Casimiro, regi Poloniae, scribitur, quatenus congressibus bellicis abstineant et adventum Guillelmi de Pusterla, apostolicae sedis nuntii, expectent.*

Avinione, 1345 Octobris 29.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Dudum, sicut intelleximus, inter te, fili carissime, et c. in Ch. f. n. Kazimirum, regem Polonie illustrem, gravis dissensionis materia, per quam hoste procurante humani generis ad guerrarum et congressuum hostilium fremitus invicem processistis seu inchoastis procedere, periculose nimium suscitata, tandem viris quibusdam pacificis mediantibus et tractantibus treuge[a]) pacis representantes imaginem inter vos hinc inde inite fuerunt, usque ad instans festum beati Martini proximo durature.[a]) Cum autem finis treugarum ipsarum instare noscatur, nos timentes, quod tu et rex predictus post dictum terminum ad offensas mutuas et congressus bellicos, ex quibus lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius deploranda pericula necnon dispendium fidei catholice, cuius hostes blasfemi et persecutores illis par-

tibus sunt propinqui, aliaque mala innumera, nisi obviaretur salubriter, possent sequi, eisque occurrere paterne solicitudinis studiis cupientes, d. f. magistrum Guillelmum de Pusterla, prepositum ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, virum utique providum, litterarum sciencia, circumspeccionis et fidelitatis industria preditum, pacis, veritatis et iusticie zelatorem, ad tuam et eiusdem regis presenciam et partes illas propterea providimus cum aliis nostris oportunis litteris destinandum. Verentes igitur, quod infra predictum terminum ad partes illas pervenire dicto nuncio non valente attemptarentur aliqua hostis predicti malicia instigante, que negocium reformacionis pacis mutue inter te dictumque regem exasperarent vel difficiliorem redderent viam pacis eiusdem, circa quam procurandam laborare intendimus solicitudinibus studiosis, tibi, dilectissime fili, et regi prefato celeriter super hiis scribendum providimus oportune. Quocirca regalem excellenciam attencius rogandam duximus et hortandam, quatenus premissis diligenter attentis sufferenciam usque ad adventum predicti nuncii cum rege predicto super premissis recipias et ab omnibus commocionibus, novitatibus, noxiis et congressibus bellicis procures pro nostra et apostolice sedis reverencia penitus abstinere, pro certo sciturus, quod, si contrarium, quod absit, faceres et nostris huiusmodi exhortacionibus salubribus non acquiesceres cum effectu, nobis displicibile redderetur: nam simili modo dicto regi scribimus et prenominatus nuncius ad partes predictas festinat, quantum potest commode, iter suum. D. Auinione IIII kal. Novembris a. quarto.

Item in e. m. dicto regi Polonie. D. ut s.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 534 et 535. Ed. Theiner, MP. I n. 632. — [a]) ‚treugas' V. [b]) ‚duraturas' V.

---

540. *Carolus, marchio Morariae, rogatur, quatenus patrem inducat, ut congressibus bellicis cum Casimiro, rege Poloniae, usque ad adventum nuntii sedis apostolicae abstineat.*

Avinione, 1345 Octobris 29.

D. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, principi Morauie. Dudum, sicut intelleximus, inter carissimos in Christo ff. nn. Johannem Boemie, genitorem tuum, et Kazimirum Polonie reges illustres gravis dissensionis materia, per quam hoste procurante humani generis ad guerrarum et hostilium congressuum fremitus invicem processerant seu intendebant procedere, periculose nimium suscitata, tandem quibusdam viris pacificis mediantibus et tractantibus treuge pacis representantes imaginem inter eos hinc inde inite fuerunt, usque ad instans festum beati Martini proximo durature.[a]) Cum autem finis treugarum ipsarum instare noscatur, nos timentes, quod reges ipsi

post dictum terminum ad offensas mutuas et congressus bellicos, ex quibus etc. usque oportune,[1]) verbis competenter mutatis. Quam ob rem prefatum regem, genitorem tuum, exhortamur attente, ut premissis consideratis attente sufferenciam usque ad adventum predicti nuncii cum eodem rege super predictis recipiat et ab omnibus commocionibus, novitatibus, noxiis et congressibus bellicis penitus abstinere procuret, sciens pro certo, quod, si contrarium, quod absit, faceret vel nostris huiusmodi exhortacionibus salubribus non acquiesceret cum effectu, nobis displicibile plurimum redderetur, cum simili modo scribamus dicto regi et nuncius prelibatus festinet ad partes illas, quantum potest commode, iter suum. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus ad hoc eundem genitorem tuum inducere tuque premissa promovere et, quantum in te fuerit, facere non postponas. D. ut s. [Auinione III kal. Novembris a. quarto.][1])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) f. 81 n. 536. Ed. Theiner MP. I n. 633. — [a]) ,duraturas' V. — [1]) ut in V. 139 n. 534 (apud nos num. 539). [2]) ut in V. 139 n. 534 (apud nos num. 539).

***541.** Ludovicus, rex Ungariae, rogatur, quatenus efficiendum curet, ut Johannes Bohemiae et Casimirus Poloniae reges congressibus hostilibus usque ad adventum apostolicae sedis nuntii abstineant.*

Avinione, 1345 Octobris 29.

C. in Ch. f. Ludouico, regi Vngarie illustri. Sicut regalis excellencia non ignorat, dudum inter carissimos in Christo ff. nn. Johannem, Boemie, et Kazimirum, Polonie reges illustres gravis dissensionis materia, per quam hoste procurante humani generis ad guerrarum et congressuum hostilium fremitus processerant hinc inde seu intendebant procedere, periculose nimium suscitata, tandem reges ipsi mediantibus et tractantibus viris pacificis treugas inierunt invicem, usque ad instans festum beati Martini venturum proximo duraturas. Instante autem fine treugarum ipsarum, nos timentes, quod ipsi post dictum terminum ad congressus huiusmodi, ex quibus lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius deploranda pericula necnon dispendium fidei catholice, cuius hostes blasfemi et persecutores illis partibus sunt vicini, aliaque mala innumera, nisi obviaretur salubriter, possent sequi, et eis occurrere paterne solicitudinis studiis cupientes, d. f. magistrum Guillelmum de Pusterla, prepositum ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, virum utique litterarum sciencia preditum, fidelitatis et discrecionis maturitate conspicuum, pacis, veritatis et iusticie zelatorem, ad eorundem regum presenciam et partes illas providimus propterea cum nostris oportunis litteris specialiter destinandum. Verentes quoque, quod infra instantem treugarum predictarum terminum ad partes illas pervenire dicto nuncio non valente attemptarentur aliqua hostis predicti

malicia instigante, que negocium reformacionis pacis inter reges predictos, circa quam laborare sedule intendimus, exasperarent forsitan vel ipsius difficiliorem redderent viam pacis, reges prefatos per nostras litteras exhortamur, ut premissis diligenter attentis sufferenciam super predictis usque ad adventum predicti nuncii, qui, quantum potest commode, festinat iter suum, recipiant et ab omnibus commocionibus, novitatibus, noxiis et hostilibus congressibus medio tempore penitus abstinere procurent. Quocirca excellenciam tuam regiam attencius deprecamur, quatenus super hiis partes tue solicitudinis efficaciter pro divina et apostolice sedis reverencia interponas. D. Auinione IIII kal. Novembris a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 537. — Ed. Theiner, MH. I n. 1051.

542. *Pro Johanne de Lessyk, praeposito Lubucensi, supplicatur, quatenus ei canonicatus et praebenda, qui in ecclesia Glogoviensi in proximo vacaturi sunt, aut conferantur aut saltem reserventur.*

Avinione, 1345 Novembris 3.

Sanctissime Pater. Cum S. V. nuper venerabilem patrem dominum Apetzkonem, electum Lubucensem[a]), ecclesie Lubucensi prefecerit in episcopum et pastorem, et breviter prefato electo de mandato vestro hic in Romana curia munus consecracionis credatur impendi, et propterea canonicatus et prebenda ecclesie Glogouiensis, Wratislauiensis diocesis, quos dictus electus ante provisionem huiusmodi obtinebat, in proximo per consecracionem eiusdem vacare incipiant: dignemini venerabili viro domino Johanni, preposito dicte Lubucensis ecclesie, de canonicatu et prebenda predictis exnunc cum omnibus suis iuribus et pertinenciis providere, vel saltem dictos canonicatum et prebendam sibi conferendos donacioni apostolice reservare, ut in forma, non obstante, quod preposituram, canonicatum et prebendam dicte Lubucensis ecclesie dinoscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis et executoribus etc.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 90. — [a]) ,venerabili patri domino Apetzkoni, electo Lubucensi' S.

543. *Johanni de Lessyk providetur de canonicatu et praebenda, qui in ecclesia Glogoviensi in proximo vacaturi sunt. Forma ut in n. 11.*

.X X. *Avinione, 1345 Novembris 3.*

D. f. Johanni de Lessyk, preposito ecclesie Lubucensis, s. etc. Honestas morum . . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Glongouiensis, Wratislauiensis diocesis, quos d. f. Apetzko, electus Lubucensis, tempore promocionis per nos facte nuper de persona ipsius Apetzkonis ad ecclesiam Lubucensem, tunc pastore carentem, in eadem Glogouiensi ecclesia obtinebat, sicut adhuc obtinet, per huiusmodi promocionem et consecracionis munus impendendum eidem electo in proximo vacare sperentur, nos volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., predictos canonicatum et prebendam conferendos tibi, cum illos premisso vel alio quocunque modo preterquam per ipsius Apetzkonis obitum vacare contingeret, cum p. i. c. ac o. i. et p. s. collacioni et disposicioni nostre specialiter reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in ecclesia Lubucensi preposituram ac[a]) canonicatum et prebendam nosceris obtinere. . . . . D. Auinione III non. Novembris a. quarto.

In e. m. vv. ff. . . Caminensi et . . Misnensi episcopis ac d. f. magistro Amanerio de Casis, canonico Cathalaunensi, capellano nostro, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV 1 (82) f. 289, de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 170 f. 182' n. 242. Registratum in ZVGA. Schlesiens XXV, 292. [a]) corr. ex ,et' A.

---

544. *Johanni, regi Bohemiae, scribitur, nuntiis iam responsum esse.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Super hiis, que dd. ff. magistri Nicolaus Lugzonis, decanus Olomucensis, et Nicolaus, prepositus Sayensis, Pragensis diocesis, ac Geraldus de Magnato, archidiaconus de Bautesio, Constanciensis ecclesiarum, capellanus noster, clerici et consiliarii tui, sub concessa eis per litteras tue magnificencie nobis presentatas credencia nobis exponere curaverunt, eisdem respondimus et tibi, fili carissime, prout dictus decanus, qui ad tuam revertitur presenciam, referre seriosius poterit, respondemus. D. ut s. [Auinione non. Novembris a. quarto.][1])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 588. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 86, RBM. IV n. 1618. — [1]) ut in V. 139 n. 584.

---

545. *Carolo, marchioni Moraviae, scribitur, nuntios patris iam responsum recepisse.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

D. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. Super hiis, que dd. ff. etc. ut supra[1]) usque clerici et consiliarii c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, genitoris tui, sub concessa eis per litteras tuas nobis presentatas credencia nobis exponere curaverunt, eisdem respondimus et tibi, fili, respondemus, sicut dictus decanus, qui ad dicti regis et tuam revertitur presenciam, referre plenius poterit viva voce. D. ut s. [Auinione non. Novembris a. quarto.][2])

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 589. — [1]) ut in V. 139 num. 588 (apud nos num. 544). [2]) ut in V. 139 num. 588 (apud nos num. 544).

546. *Johannes dictus Paduanus supplicat, quatenus electio sua in decanum ecclesiae Vyssegradensis confirmetur.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Exponit humiliter S. V. procurator venerabilis viri domini Johannis dicti Paduani, decretorum doctoris, canonici collegiate ecclesie Wisegradensis prope Pragam, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, quod vacante nuper decanatu eiusdem ecclesie Wisegradensis per obitum b. m. Petri, ipsius Wisegradensis ecclesie decani, eiusdemque Petri corpore ecclesiastice, prout moris est, tradito sepulture, custos et capitulum eiusdem ecclesie, prout pertinebat ad eos, certis die et loco, ad eleccionem futuri decani celebrandam canonice assignatis, convenientes in unum, presentibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, tractatu prehabito de et super eleccione huiusmodi diligenti, tandem assumpta concorditer forma, que dicitur media eligendi, videlicet canone „Cum dilecti“ et canone „Cum expediat“, iuxta et secundum formam eandem, servatis servandis, prefatum magistrum Johannem dictum Paduanum, decretorum doctorem, eiusdem ecclesie Wisegradensis canonicum, virum siquidem providum et discretum, litterarum sciencia, vita et moribus commendandum ac in sacris ordinibus et etate legitima constitutum et de legitimo matrimonio procreatum ac in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, recte ac solemniter elegerunt in decanum ecclesie memorate ipsamque[a]) eleccionem publicarunt eciam in communi, qui magister Johannes demum, eleccione huiusmodi sibi pro parte dictorum eligencium presentata suoque consensu cum instancia requisito, post deliberacionem congruam, nolens divine resistere voluntati, eidem eleccioni assensum prebuit humiliter et devote. Supplicat igitur dictus procurator, quatenus eleccionem eandem sic rite et canonice celebratam dignemini auctoritate apostolica confirmare illaque confir-

mata eundem magistrum Johannem mandare ac facere in possessionem dicti decanatus induci eoque pacifice gaudere, concessis sibi super his litteris apostolicis cum clausulis oportunis et executoribus.

Fiat, et eciam providemus sibi, si fuerit per nos aut predecessores nostros reservatus R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 91'. — [a]) corr. ex ‚ecclesiamque' S.

---

547. *Electio Johannis dicti Paduani in decanum ecclesiae Vyssegradensis confirmatur.*

V̄ V̄ .X X.

Avinione, 1345 Novembris 5.

D. f. Johanni dicto Paduano, decano ecclesie Wissegradensis prope Pragam, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, decretorum doctori, s. etc. Inter solicitudines varias, quibus assidue premimur, illa potissime pulsat et excitat mentem nostram, ut status ecclesiarum omnium illarum parcium, que ad Romanam ecclesiam immediate pertinere noscuntur, cure nostre divina providencia commissarum, spiritualiter et temporaliter augeatur, quodque illis, cum expedit, tales ministros preficere studeamus, per quorum regimen utiliter et salubriter valeant gubernari. Nuper siquidem decanatu ecclesie Wissegradensis prope Pragam, ad eandem Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, per obitum quondam Petri dicti Lyesek, ipsius ecclesie decani, qui extra Romanam curiam diem clauserat extremum, vacante, ac ipsius Petri corpore, prout moris est, ecclesiastice tradito sepulture, dd. ff. . . custos et capitulum dicte ecclesie, prout ad eos spectabat, certis die ac loco, ad eleccionem futuri decani celebrandam canonice assignatis, convenientes in unum, presentibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, tractatu prehabito de et super eleccione huiusmodi diligenti, tandem assumpta concorditer iuxta et secundum formam constitucionum f. r. Innocencii III et p. m. Bonifacii VIII, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, servatis servandis te, ipsius canonicum, virum siquidem providum et discretum, litterarum sciencia, vita ac moribus commendandum ac in sacris ordinibus et etate legitima constitutum et de legitimo matrimonio procreatum ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, rite et solempniter elegerunt in decanum ecclesie memorate ipsamque eleccionem publicarunt eciam in communi, tuque, eleccione huiusmodi tibi pro parte dictorum te eligencium presentata tuoque consensu ab eis cum instancia requisito, post deliberacionem congruam, nolens divine resistere voluntati, eleccioni predicte assensum prebuisti humiliter et devote, ac demum pro parte tua huiusmodi negocio eleccionis coram nobis exposito, fuit nobis eciam humiliter supplicatum, ut eleccionem eandem confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur considerantes cum dictorum custodis et capituli in te directa vota quam eciam fidedigna testimonia, que tibi de premissis

meritis suffragantur, et ne dictus decanatus prolixe vacacionis exponatur incommodis, solicitis studiis precavere a) volentes, eleccionem predictam, per eosdem custodem et capitulum ut premittitur de te factam, non obstante, si dictus decanatus per nos seu predecessores nostros, Romanos pontifices, forsan fuerit reservatus, ratam et gratam habentes, illam auctoritate apostolica confirmamus teque in ipsius ecclesie decanum preficimus, curam et administracionem illius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente domino actus tuos prefata ecclesia per tue circumspeccionis et industrie fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus curam et administracionem predictas sic diligenter, prudenter et fideliter studeas exercere, quod predicta ecclesia gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter retribucionis eterne premium nostram et sedis eiusdem benediccionem et graciam proinde uberius assequi merearis. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

In e. m. dd. ff. . . custodi et capitulo ecclesie Wissegradensis prope Pragam, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV 1 (82) f. 71′, de provisionibus praelatorum qu. 1 = V. 170 f. 31 n. 32. — a) ‚preuacare‘ A.

---

548. *Nicolaus de Lucemburgo supplicat, quatenus Alberto de Falkenau parrochialis ecclesia in Volina conferenda reservetur.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Supplicat S. V. humilis orator et capellanus vester Nicolaus de Lucemburgo, prepositus Sazeensis, secretarius regis Boemie, quatenus sibi in personam Alberti de Falkenow, clerici Pragensis diocesis, qui preposituram Sazeensem, antequam ipse Nicolaus ex gracia S. premisse assequeretur eandem, per XII annos et ultra de facto tenuerat, specialem graciam facientes, parrochialem ecclesiam in Wolina, Pragensis diocesis, cum illam per confirmacionem Johannis dicti Paduani, electi in decanum ecclesie Wissegradensis prope Pragam, Romane ecclesie immediate subiecte, seu per assecucionem decanatus ipsius aut alio quovis modo preterquam per ipsius Johannis obitum vacare contigerit, conferendam dicto Alberto donacioni apostolice cum inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini reservare, non obstante, quod idem Albertus canonicatum et prebendam in ecclesia Boleslauiensi, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 93′.

---

549. *Alberto de Falkenau reservatur parrochialis ecclesia in Volina, quae in proximo vacare speratur. Forma huius litterae in partibus omissis cum num. 6 concordat.*

. X X. *Avinione, 1345 Novembris 5.*

D. f. Alberto de Falkenow, canonico ecclesie Boleslauiensis, Pragensis diocesis, s. etc. Laudabile testimonium, quod tibi de vita perhibetur et moribus, nos inducit, ut personam tuam prerogativa specialis favoris et gracie prosequamur. Cum itaque parrochialis ecclesia in Walina, Pragensis [diocesis],[a] quam d. f. Johannes dictus Paduanus, rector eiusdem ecclesie, per dd. ff. capitulum ecclesie Wissegradensis prope Pragam, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, in decanum eiusdem ecclesie Wissegradensis electus, obtinet, quamprimum huiusmodi eleccionis confirmacionem obtinuerit ac decanatus eiusdem Wissegradensis ecclesie possessionem pacificam fuerit assecutus, in proximo vacare speretur: nos volentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, eandem parrochialem ecclesiam, cum ipsam premisso vel alio quocunque modo preterquam per ipsius obitum vacare contigerit, conferendam tibi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservamus, districcius inhibentes v. f. n. . . archiepiscopo Pragensi seu illi vel illis, ad quem vel ad quos eiusdem parrochialis ecclesie collacio, provisio seu quevis alia disposicio pertinet communiter vel divisim, ne de dicta parrochiali ecclesia contra reservacionem nostram huiusmodi disponere quoquomodo presumant, ac decernentes . . . . attemptari; non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi parrochialibus ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales sedis apostolice vel legatorum eius . . . . quibus omnibus te in assecucione dicte parrochialis ecclesie volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eidem archiepiscopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, ... mencio specialis, seu quod canonicatum et prebendam in ecclesia Boleslauiensi, dicte diocesis, nosceris obtinere. Nulli ergo etc. nostre reservacionis, inhibicionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

In e. m. dd. ff. de Pomunk et . . de Tepla, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac Johanni de Pistorio, canonico Beluacensi, s. etc. Laudabile testimonium, quod d. f. Alberto de Falkenov etc. usque noscitur idem Albertus[b]) obtinere. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eandem parrochialem ecclesiam, per nos[c]) ut prefertur reservatam, cum ipsam ut premittitur vacare contigerit, eidem Alberto cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes ipsum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem parrochialis ecclesie, iurium et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum, amoto ab ea quolibet detentore, ac facientes sibi de ipsius parrochialis ecclesie fructibus, ... contradictores auctoritate nostra etc. D. ut s.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 464 n. 105, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 168 f. 45 n. 105. — a) deest in A., suppl. ab editore. b) ‚idem Albertus‘ suppl. supra A. c) sequitur ‚ut per nos‘, non cancellatum A.

550. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Henrico Thesauri de Norimberga de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Supplicat S. V. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam Heinrici Thesauri de Nurenberch, notarii et secretarii sui dilecti, facientes graciam specialem, eidem de canonicatu ecclesie Pragensis dignemini providere, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacare contigerit, dicto Henrico et nulli alii de iure debitam donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc., non obstante, quod in ecclesia sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, canonicatum et prebendam et scolastriam ecclesie sancte Marie Glogouiensis, Wratislauiensis diocesis, in lite et canonicatum ecclesie Ratisponensis a S. V. sub expectacione prebende noscitur obtinere, et quod sibi ab eadem S. V. provisum est de prepositura dicte Ratisponensis [ecclesie][a] sub condicione, quod, postquam eius possessionem pacificam assequetur, dictam scolastriam dimittere tenetur, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 93'. — [a] deest in S., suppletum ab editore.

---

551. *Henrico Thesauri de Norimberga*[a]*, notario et secretario Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 551. ,D. Auinione non. Novembris a. quarto.' — In e. m. abbati monasterii Waldsassensis*[b]*, Ratisponensis diocesis, et decano Vyssegradensis prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.$\overline{X}$ $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1345 Novembris 5.*

Clementis VI A. IV 3 (84) f. 81, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 171 f. 32' n. 57. — [a] ,Nurenberch' A. [b] ,Waltsassensis' A.

***552.** Petrus, patriarcha Jerosolimitanus, supplicat, quatenus fratri Henrico, in praepositum monasterii Sderasiensis electo, parrochialis ecclesia in Mezeřič usque ad apostolicae sedis beneplacitum commendetur.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Significat S. V. devota creatura vestra Petrus, patriarcha Jerosolimitanus et protector sacri sepulcri dominici Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini, quod vacante prepositura monasterii Sderadiensis prope Pragam, eiusdem ordinis, consueta per canonicos eiusdem sepulchri gubernari, canonici et capitulum eiusdem monasterii fratrem Henricum, plebanum ecclesie [in][a]) Mesirziecz, Olomucensis diocesis, eiusdem sepulchri canonicum, communiter elegerunt, que eleccio extitit eidem patriarche postmodum presentata, et, quia ipsam invenit canonice celebratam, eam auctoritate sua confirmavit ipsumque fratrem Henricum ibidem prefecit in prepositum et pastorem. Tamen, Pater Sanctissime, [quia][b]) propter vacacionem eiusdem diutinam, malam administracionem prepositorum ipsius, qui fuerunt pro tempore, et nonnullas alias discordias, que ibidem inter fratres dicti monasterii hactenus extiterunt, que propter predictam eleccionem omnimode sunt sopite, dictum monasterium et eius bona sunt in sex milibus florenorum et ultra certis creditoribus ad usuram obligata, et[c]) ad evadendum ultimam desolacionem monasterii supradicti conventus eiusdem monasterii quasi omnia bona censuaria et reddituaria ipsius eisdem creditoribus assignavit per eos tenenda et possidenda ac ex eis fructus et census levando, donec eis de huiusmodi pecuniarum summis sit integraliter satisfactum, et ex hoc ipse prepositus secundum sui status decenciam et sine predicti ordinis obprobrio de residuis eiusdem monasterii redditibus non potest commode sustentari nec hospitalitatem ac alia sibi incumbencia onera supportare: supplicat dictus patriarcha, quatenus predictam ecclesiam parrochialem in Mesirziecz, quam dictus frater Henricus ut premittitur tempore dicte sue eleccionis obtinebat, et per confirmacionem suam huiusmodi ad presens vacantem, cuiusque collacio ad prepositum eiusdem monasterii pertinere dinoscitur, eidem fratri Henrico, ut predicta sibi incumbencia onera commodius supportare et hospitalitates tenere valeat, usque ad apostolice sedis beneplacitum dignemini commendare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 94. — [a]) deest in S., suppletum ab editore. [b]) deest in S., suppl. ab editore. [c]) ‚sed' S.

553. *Judicibus mandatur, quatenus Henrico, praeposito monasterii Sderasiensis, parrochialem ecclesiam in Mezeříč commendent. Forma in partibus omissis cum num. 78 concordat.*

X
.X.

Avinione, 1345 Novembris 5.

V. f. . . archiepiscopo Pragensi et dd. ff. . . abbati monasterii Brenowiensis, Pragensis diocesis, ac . . decano ecclesie Olomucensis s. etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas aliaque laudabilia merita probitatis, super quibus apud nos d. f. Henricus, prepositus monasterii Sderadiensis prope Pragam, per prepositum canonicum sepulcri dominici Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini, soliti gubernari, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut personam suam prerogativa favoris et gracie prosequamur. /,*Sane peticio pro parte dicti*[a] *Henrici nobis nuper exhibita continebat, quod dudum vacante monasterio prefato . . . . et alia sibi incumbencia onera supportare, pro parte dicti Henrici nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere super hoc de oportuno remedio dignaremur*', *ut in supplicatione sub num. 552*/. Cum itaque predicta parrochialis ecclesia, ad collacionem prepositi dicti monasterii, qui est pro tempore, alias ut asseritur pertinens, per eleccionem et confirmacionem huiusmodi ac adepcionem pacifice possessionis administracionis bonorum ipsius monasterii, per ipsum Henricum habite, ad presens vacare dicatur: nos cupientes, ut eadem parrochialis ecclesia utilius gubernatoris presidio fulciatur, ac volentes personam dicti Henrici premissorum intuitu,[b]) pro quo eciam prefatus patriarcha nobis super hoc humiliter supplicavit, prosequi favorabiliter in hac parte sibique de alicuius subvencionis auxilio providere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, si est ita, predictam parrochialem ecclesiam sic vacantem, dummodo tempore date presencium in ea non sit alicui specialiter ius quesitum, prefato Henrico preposito cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate apostolica commendetis, per eum usque ad sedis apostolice beneplacitum tenendam, regendam ac eciam possidendam, curam, regimen et administracionem eiusdem parrochialis ecclesie ac omnium bonorum ipsius prefato Herico plenam et liberam in eisdem spiritualibus et temporalibus usque ad dictum beneplacitum committentes ac concedentes ei auctoritate eadem, ut dictam parrochialem ecclesiam una cum prefato monasterio retinere valeat ac de fructibus, redditibus et proventibus eiusdem parrochialis ecclesie durante commenda huiusmodi, debitis ipsius parrochialis ecclesie oneribus supportatis, perinde ordinare et disponere possit, [ac si verus rector eiusdem ecclesie existeret, et sicut rectores ipsius ecclesie,][c]) qui fuerunt pro tempore, de illis ordinare et disponere potuerunt ac eciam debuerunt, alienacione tamen bonorum immobilium dicte ecclesie eidem Henrico penitus interdicta, ac inducentes eum . . . . . mencio specialis. Proviso, quod parrochialis ecclesia predicta debitis interim non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur. Nos enim irritum decernimus . . . . . attemptari. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 354', de beneficiis vacantibus qu. 9 = V. 170 f. 231 n. 325. — [a]) corr. ex ,dilecti' A. [b]) corr. ex ,intui' A. [c]) suppl. ex V. 170.

554. *Hermannus Vituli de Budissin supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Misnensi proxime vacaturis provideatur.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Supplicat S. V. devotus et humilis orator vester Hermannus Vituli de Budissin, clericus Misnensis diocesis, quatenus sibi graciam facientes specialem, ei de canonicatu et prebenda ecclesie Misnensis, quos venerabilis vir dominus Apetzko, electus Lubucensis, obtinebat, cui per S. V. de dicta Lubucensi ecclesia noviter est provisum, quique in proximo per consecracionem vacare creduntur, dignemini cum omnibus eorum iuribus et pertinenciis providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. ‚D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 94'.

---

555. *Hermanno Vituli de Budissin,*[a]) *clerico Misnensis diocesis, reservantur canonicatus et praebenda ecclesiae Misnensis, qui per promotionem Apetzkonis, electi Lubucensis, in proximo vacare sperantur. ‚D. Auinione non. Novembris*[b]) *a. quarto.' Forma ut in n. 11.*

.X X.

Avinione, 1345 Novembris 5.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 229, de beneficiis vacantibus qu. 4 = V. 170 f. 139 n. 163. — Reg. apud G. Schmidt I, 359 num. 84. — [a]) ‚Budissuçi' A. [b]) sequitur ‚pontificatus', sed cancellatum A.

---

556. *Burchardus Monachi de Basilia, miles Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus capellano et familiari suo Johanni de Moeskirch,*[a]) *presbytero, de canonicatu ecclesiae sancti Petri Basiliensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.' — Supplicat etiam, quatenus familiari suo Johanni de Bracellen, presbytero, de canonicatu et praebenda ecclesiae Sancti Amarini, Basiliensis diocesis, provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione non. Novembris a. quarto.'*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 95. — [a]) ‚Meskich' S.

557. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus certis familiaribus suis de diversis gratiis provideatur.*

Avinione, 1345 Novembris 5.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, regis Boemie primogenitus, marchio Morauie, quatenus sibi specialem graciam facientes, infrascriptis familiaribus et dilectis suis de subscriptis graciis dignemini providere, videlicet:

Ottoni Francisci de Brunna, clerico Olomucensis diocesis, de beneficio ecclesiastico, vacante vel vacaturo, cum cura vel sine cura, eciam si dignitas vel personatus aut officium existat, spectante communiter vel divisim ad collacionem vel presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii Thusnowicensis, ordinis Cisterciensis, Olomucensis diocesis, usque ad summam LX marcharum argenti cum cura et XL sine cura, cum reservacionis, acceptacionis, inhibicionis, decreti, anteferri et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam triginta cum cura, viginti sine cura R.

Michaeli Johannis, clerico Pragensi.[a] de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem abbatis et conventus Czedlicensis, ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis, usque ad summam predictam, non obstante, quod canonicatum et prebendam in ecclesia Omnium Sanctorum in castro Pragensi noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut supra.

Fiat ut supra R.

Petro de Luna, presbytero Pragensis diocesis, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende, ibidem vacantis vel vacature, non obstante, quod in predicta Omnium Sanctorum canonicatum et prebendam et in Olomucensi ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende ac parrochialem ecclesiam in Wodnano, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut supra.

Fiat R.

Luddouico de Anaso, clerico Patauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem vel presentacionem seu aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii Oslauiensis, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, usque ad summam predictam, cum reservacione et aliis clausulis et non obstantibus ut supra et executoribus.

Fiat ut supra R.

Conrado Conradi de Hosteten, clerico Augustensis diocesis, de beneficio cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collacionem vel presentacionem seu aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii Aule sancte Marie in Antiqua Brunna, Olomucensis diocesis, usque ad summam predictam, cum reservacione et aliis clausulis et non obstantibus et executoribus ut supra.

Fiat ut supra R.

Hugoni Hugonis, militis, magistri curie marchionis predicti, Pragensis diocesis, de canonicatu ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, cum reservacione prebende, inibi vacantis vel vacature, et aliis clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus ut supra.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus, cum alias premissa S. eiusdem marchionis intuitu graciam fecerit Welconi Hayne, canonico Pragensi, secretario suo, de dignitate vel personatu seu officio aut perpetua administracione cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura LX, si vero sine cura foret, XL marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excederent, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem vel aliam disposicionem . . archiepiscopi, tunc episcopi, . . decani et capituli Pragensis, si qua vel si quod tunc vacaret, vel cum illa vel illud vacare contingeret in civitate vel diocesi Pragensi, prout in litteris S. premisse continetur, dignemini eidem Welconi de ampliori dono concedere, quod predicta gracia etc. ad huiusmodi dignitatem vel personatum seu officium aut perpetuam administracionem, si qua vel si quis aut si quod in prefata Pragensi ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, se extendat, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.

Item quod examen predictorum absencium a curia dignemini committere ad partes, ut parcatur laboribus et expensis.

Committatur . . archiepiscopo vel decano Pragensi R. D. Auinione non. Novembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 96. — a) sequitur ‚diocesis', sed cancellatum S.

---

558. *Ottoni Francisci*[a]) *de Brunna, clerico Olomucensis diocesis, reservatur*[1]) *beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii Tišňovicensis,*[b]) *Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Novembris a. quarto.' — In e. m. abbati Zabrdovicensis*[c]) *prope Brunnam et praeposito Cunicensis,*[d]) *per praepositum soliti gubernari, monasteriorum, Olomucensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

I ╪ .X X. *Avinione, 1345 Novembris 5.*

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 468′ n. 111, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 168 f. 48 n. 111. — Ed. CDM. VII n. 626, RBM. IV n. 1619. — a) ‚Ottoni Francisci' cancellatum, sed repetitum A. b) ‚Thusnowicensis' A. c) ‚Zauardowicensis' A. d) ‚Chunicensis' A. — 1) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, quam vide sub num. 557, hic nulla fit mentio.

559. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur,*[1]) *quatenus Michaeli Johannis, canonico ecclesiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Sedlicensis,*[a]) *Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, conferendum reservet, non obstante ut in n. 557. 'D. Auinione non. Novembris*[b]) *a. quarto.' Forma ut in n. 521.*

X
.X.

Avinione, 1345 Novembris 5.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 457 n. 97, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 168 f. 41' n. 97. — a) 'Czedlicensis' A. b) sequitur: 'pontificatus nostri', sed cancellatum A. — 1) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae (num. 557), hic nulla fit mentio.

560. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur,*[1]) *quatenus Petro de Luna, canonico Olomucensi, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae providere procuret, non obstante ut in n. 557. 'D. Auinione non. Novembris p. n.*[a]) *a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X.

Avinione, 1345 Novembris 5.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 411' n. 82, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 169 f. 257 n. 82. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — a) sic in A. — 1) De supplicatione Caroli, marchionis Moraviae (num. 557), hic nulla fit mentio.

561. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur,*[1]) *quatenus Ludovico de Anaso, clerico Pataviensis diocesis, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii Oslaviensis, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, conferendum reservet. 'D. Auinione non. Novembris a. quarto.' Forma ut in n. 521.*

X
.X.

Avinione, 1345 Novembris 5.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 523' n. 190, de beneficiis vacaturis qu. 6 = V. 168 f. 84' n. 190. — Ed. CDM. VII n. 625, RBM. IV omissum. — 1) De supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, (num. 557) hic nulla fit mentio.

562. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur,*[1]) *quatenus Conrado, nato Conradi de Hochstetten,*[a]) *clerico Augustensis diocesis, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii Aulae sanctae Mariae in Antiqua Brunna, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, conferendum reservet.* ‚*D. Auinione non. Novembris a. quarto.*' *Forma ut in n. 521.*

X
. X . *Avinione, 1345 Novembris 5.*

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 497′ n. 152, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 168 f. 67 n. 152. — Ed. CDM. VII n. 627, RBM. IV n. 1620. — a) ‚Hosteten' A. — 1) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, (num. 557) hic nulla fit mentio.

---

563. *Decano ecclesiae Pragensis mandatur,*[1]) *quatenus Hugoni, nato Hugonis Dornsteinerii,*[a]) *militis, clerico Pragensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, sub expectatione praebendae providere procuret.* ‚*D. Auinione non.*[b]) *Novembris*[c]) *a. quarto.*' *Forma ut in n. 304.*

X
. X . *Avinione, 1345 Novembris 5.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 412 n. 83, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 169 f. 257′ n. 83. — a) ‚Dornstainerii' A. b) ‚Auinione nonis' suppl. ab alia manu A. c) sequitur ‚pontificatus nostri', sed cancellatum A. — 1) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, (num. 557) hic nulla fit mentio.

564. *Velconi Hayne providetur de dignitate, personatu, officio seu perpetua administratione cum vel sine cura ad collationem archiepiscopi, decani et capituli Pragensis. Forma ut in n. 52.*

. X X . *Avinione, 1345 Novembris 5.*

D. f. Welconi Hayne, canonico Pragensi, s. etc. Suffragancia tibi virtutum merita . . . . Dudum siquidem volentes tibi g. f. s., dignitatem vel personatum seu officium aut perpetuam administracionem cum cura vel sine cura, cuius fructus, r. et p., si cum cura, sexaginta, si vero sine cura foret, quadraginta marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excederent, ad v. f. n. . . archiepiscopi, tunc episcopi, et dd. ff. decani et capituli Pragensis collacionem, prov., pres. seu q. a. d. communiter vel divisim pertinentes vel pertinens, si qua vel si quis aut si quod

tunc vacabat, vel cum vacaret in civitate vel diocesi Pragensi, quam seu quem vel quod tu per te vel procuratorem tuum, ad hoc legitime constitutum, infra unius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori vacacio illius innotesceret, duceres acceptandam seu acceptandum, conferendum vel conferendam tibi post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservavimus, non obstante inter alia, quod in Pragensi et in Wissegradensi, Pragensis diocesis, ecclesiis et in capella Omnium Sanctorum castri Pragensis canonicatus et prebendas obtinebas, prout obtines, certis tibi super hoc executoribus deputatis, prout in diversis nostris litteris inde confectis plenius continetur. Volentes itaque p. m. t. i. [1]) huiusmodi tibi graciam ampliare et in eadem ecclesia Pragensi tuam amplius honorare personam, dignitatem vel personatum seu officium aut perpetuam administracionem cum cura vel sine cura, cuius fructus, r. et p. predictum valorem annuum non excedant, ad dictorum archiepiscopi, decani et capituli collacionem, prov. vel pres. seu q. a. d. communiter vel divisim pertinentes vel pertinens, si qua vel si quis aut si quod in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, conferendam seu conferendum tibi .... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... Volumus autem, quod, quamprimum sive dictarum priorum sive presencium litterarum vigore dignitatem vel personatum aut officium seu administracionem huiusmodi pacifice fueris assecutus, relique ex dictis litteris et processus habiti per easdem omniaque inde secuta extunc sint cassa et irrita et nullius existant roboris vel momenti. .... D. Auinione non. Novembris a. quarto.

In e. m. dd. ff. .. abbati monasterii Brewnouiensis, Pragensis diocesis, ac .. decano Wissegradensis prope Pragam ac .. sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. ... D. ut. s.

Clementis VI A. IV/4 (85) f. 96, de dignitate sub expectatione qu. 1 = V. 171 f. 14' n. 25. — [1]) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae, (num. 557) hic nulla fit mentio.

---

565. Episcopus Lubucensis et decanus Glogoviensis, Vratislariensis diocesis, ac scholasticus sanctae Crucis Vratislariensis ecclesiarum constituuntur conservatores abbatis et conventus monasterii sancti Vincentii extra muros Vratislarienses, Praemonstratensis ordinis, usque in biennium. ‚D. Auinione VIII kal. Decembris a. quarto.' Forma ut in n. 92.

Avinione, 1345 Novembris 24.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 31, de conservatoriis qu. 1, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 172 f. 101 n. 227. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 300.

---

566. *Iudicibus mandatur, ut litteras quasdam, ad Bogusconem, qui in Orlavia abbatem iniuste se gereret, missas, publice falsas esse pronuntient et earum auctores capiendos atque puniendos curent.*

Avinione, 1345 Decembris 3.

Vv. ff. . . archiepiscopo Gneznensi ac Wratislauiensi et . . Cracouiensi episcopis vel eorum vicariis in spiritualibus salutem etc. Nuper exhibitas nobis quasdam litteras, falso sub f. r. Johannis pape XXII, predecessoris nostri, nomine fabricatas, inter alia continentes, quod prefatus Johannes, predecessor noster, per quendam Bogusconem, pro abbate monasterii sancte Marie in Orlauia, ordinis sancti Benedicti, tue diocesis, frater episcope Wratislauiensis, sicut asseritur se gerentem, sibi exposito, quod ipse Boglusco olim ordinem sancti Benedicti in Orlauia intrans eundem ibi professus fuerat, et quod tandem duobus super abbacia litigantibus monasterium predictum ad tantam inopiam[a]) devenerat, quod dictus Bogusco in eo commode non poterat sustentari, propter quod de monasterio et ordine predictis exiens aliquamdiu in seculo permanserat et deinde ordinem fratrum Predicatorum in Ratibor ingressus ibi professionem fecerat et sicut professus in eodem ordine omnes ordines receperat et in eisdem eciam ministrarat, et quod demum, afflictus indebite per aliquos fratres ipsius ordinis, de predicto ordine de licencia . . prioris provincialis Polonie iterum ad ordinem sancti Benedicti in monasterio Tinciensi, Cracouiensis diocesis, se transtulerat, ubi multis annis sub abbate dicti monasterii continuum famulatum domino reddiderat et tandem ad regendum prefatam abbaciam Orlauiensem, dictis abbati et monasterio Tinciensi subiectam, promotus extiterat, et quod recepcio supradicta ipsius Bogusconis in dicto monasterio de Orlauia ad dictum ordinem sancti Benedicti minus canonica fuerat ex eo, quod abbas Orlauiensis potestatem recipiendi monachos non habebat, quod ipse Bogusco pro tunc ignorabat, nec erat notorium ipsum ibidem fuisse receptum atque professum, ac supplicato per eundem Bogusconem se ab excommunicacionis sentencia, quam dimittendo habitum et ordinem monachalem incurrerat, absolvi et secum super irregularitate, et ut in susceptis ordinibus ministrare posset, et super constitucione contraria, si indigeret, dispensari et recepcionem suam legitimari et dictam abbaciam, quam de facto[b]) occupaverat, sibi per eundem predecessorem conferri et, quicquid minus canonicum in eo existeret, de plenitudine apostolice potestatis suppleri, dictus predecessor ad supplicacionem devoti filii sui Wradislai, regis Polonie, ad ipsius Bogusconis conscienciam servandam, et ne emuli ipsius contra eum labia detraccionis[c]) aperirent, ipsum ab excommunicacionis sentencia, quam dimittendo habitum monachalem incurrerat, absolvit et super irregularitate, et ut in sic susceptis ordinibus ministrare posset, eciam dispensavit et, cum prima professio et non secunda dictum Bogusconem distringeret, ipsum non incidisse in constitucionem concilii[d]) Viennensis, que incipit: „Ut professores", declaravit et recepcionem dicti Bogusconis, quam idem Bogusco asseruerat minus canonicam, voluit robur canonicum obtinere et de abbacia Orlauiensi de iure vacante providerat eidem et, quicquid ex predictis minus canonicum in dicto Boguscone existebat, auctoritate apostolica supplevit, predicta et aliis constitucionibus seu statutis non obstantibus quibuscunque,

omnem inhabilitatis maculam in eodem Boguscone ex premissis[e]) obortam eciam abolendo: recepimus et examinavimus diligenter, et quia illas in carta, scriptura, stilo et earum serie ac appensione bulle clare et dilucide invenimus esse falsas, quecunque earundem litterarum falsarum pretextu facta et secuta sunt, quatenus processerunt de facto, nulla, vacua et inania prorsus esse decernimus nec per eas robur aliquod datum esse. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos et quilibet vestrum in solidum auctoritate nostra prefatas litteras, quarum copiam de verbo ad verbum sub bulla nostra vobis mittimus interclusam, ubicunque expedire videbitis, et presertim in dicto monasterio de Orlauia, denuncietis publice et nunciari per alios faciatis falsas esse et fuisse et, quecunque sunt illorum occasione presumpta, nullius prorsus existere firmitatis, ac nichilominus fabricatorem sive fabricatores litterarum ipsarum capi caute, si fieri et reperiri poterunt, faciatis, tam eosdem fabricatores quam ceteros alios, de quibus litteris illis scientes se usos esse vobis constiterit, iuxta constitucionem contra falsarios editam auctoritate apostolica punientes, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione III non. Decembris a. quarto.

Clementis VI A. IV 1 (77) f. 1, de curia qu. 1 et unicus, rubrica sola; litterae in V. 170 f. 1' n. 5. — Ed. Theiner MP. I n. 634. — [a]) ‚in oppiam' V. [b]) ‚fracto' V. [c]) corr. ex ‚detractacionis' V. [d]) ‚consilii' V. [e]) ‚premis' V.

---

567. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Bartholomaeo Figuli de beneficio sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem abbatis et conventus monasterii Lobiensis, et Johanni Arbalistarii de canonicatu ecclesiae beatae Mariae Magdalenae Virdunensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1345 Decembris 4.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quatenus sibi in personam dilecti sui Bartholomei Figuli, clerici Morinensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatis et conventus monasterii Lobiensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, vacante vel vacaturo, usque ad summam sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum taxacionem decime dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et omnibus non obstantibus et clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R.

Item supplicat eidem S., quatenus Johanni Arbalistarii, clerico Treuerensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie beate Marie Magdalene Virdunensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel quamprimum ibidem vacare contigerit, eidem auctoritate apostolica dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Johannes ad beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem etc. . . decani et capituli sancti Donaciani Brugensis, Tornacensis diocesis, communiter vel divisim, auctoritate litterarum [vestrarum][a] in gracia speciali sit expectans, quam graciam decernere dignemini in suo robore permanere, et cum omnibus aliis non obstantibus, clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R. Item quod transeant sine examine. Fiat R. D. Auinione II non. Decembris a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 122. — [a]) deest in S., suppletum ab editore.

568. *Bartholomaeo Figuli, clerico Morinensis diocesis, reservatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, beneficium sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 60 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Lobiensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ,D. Auinione II [1]) non. Decembris a. quarto.' Forma ut in n. 2.*

| =   *Avinione, 1345 Decembris 4.*
.X X.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 314, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 3; in V. 171 cum in rubricis tum in quaternis deest. — [1]) A. habet ,III', quod error registratoris esse videtur, cum in data supplicationis ,II' inveniamus; emend. ab editore.

---

569. *Johanni Arbalistarii providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae beatae Mariae Magdalenae Virdunensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione II non. Decembris a. quarto. Forma ut in n. 6.*

| =   *Avinione, 1345 Decembris 4.*
.X X.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 122, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 171 f. 62 n. 110.

570. *Johanni dicto Paduano mandatur, quatenus fructus, redditus et proventus, ad cameram apostolicam in civitate et diocesi Pragensi spectantes, colligere procuret.*

Avinione, 1345 Decembris 17.

D. f. Johanni dicto Paduano, decano ecclesie Vicegradensis extra muros Pragenses. Dudum post assumpcionem nostram ad summi apostolatus apicem nos attendentes gravia et importabilia expensarum onera, camere nostre incumbencia, et raritatem proventuum eiusdem camere, ad eadem onera supportanda nequaquam sufficiencium, diligencius compensantes, necessarium procul dubio vidimus prelibate camere subveniendum fore de oportunis subsidiis, ne propter sumptuum defectum et inopiam ecclesie Romane negocia subicerentur periculis et iacturis. Ideoque deliberacione previa provida et matura quorundam predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, vestigiis super hiis inherentes, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, eciam dignitatum, personatuum, administracionum, officiorum et locorum ecclesiasticorum, tunc vacancium et inantea usque ad biennium vacaturorum, ad disposicionem nostram[a]) ex nostris vel predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, specialibus vel generalibus reservacionibus aut alias ad nostram disposicionem inmediate spectancium, sub certis modis, formis et condicionibus, in litteris nostris inde confectis contentis plenius et expressis, reservandos duximus et eidem camere pro supportandis utilius eisdem sumptibus et oneribus applicandos, ac subsequenter instante fine huiusmodi biennii nec adhuc tunc necessitatibus huiusmodi camere prelibate subductis, nos reservacionem et applicacionem predictas sub eisdem modis, formis et condicionibus usque ad aliud biennium providimus extendendas. Cum autem, sicut intelleximus, fructus, redditus et proventus nonnullorum beneficiorum ecclesiasticorum huiusmodi, consistencium in civitate, diocesi et provincia Pragensi, vigore reservacionum et applicacionum huiusmodi adhuc pro toto vel pro parte debeantur camere supradicte: nos volentes ipsius providere indempnitatibus super hiis et de tue fidelitatis et circumspeccionis industria plenius in domino confidentes, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per te ac subcollectores fide ac facultatibus idoneos, a te super hiis, quociens oportunum cognoveris, super hoc deputandos, fructus, redditus et proventus huiusmodi, qui dicte camere nomine collecti fuerunt vel recepti, ac alios proventus, in eisdem civitate, diocesi et provincia cameram ipsam contingentes, super quibus simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, si necesse fuerit, te informes, tam pro preterito quam futuro tempore usque ad nostrum beneplacitum petere, exigere ac recipere ipsius camere nomine studeas fideliter et solerter, contradictores quoslibet super hiis et rebelles, cuiuscunque status, ordinis, dignitatis vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus exempcionis et quibusvis aliis privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, quibusvis personis, locis vel ordinibus ab eadem sede sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, per que tue iurisdiccionis execucio posset quomodolibet impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus esset in presentibus de verbo ad verbum speci-

alis et expressa mencio facienda, seu si aliquibus communiter vel divisim ab ipsa sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Volumus autem, quod eos, a quibus receperis predictos fructus, redditus et proventus, possis absolvere plenius et quitare de hiis, que inde tibi duxerint assignanda, te taliter super hiis habiturus, quod de premissis fidelem et legitimam eidem camere reddere valeas racionem ac nostram et eiusdem sedis graciam uberius promereri. D. Auinione XVI kal. Januarii a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 708. — a) ‚nostrarum‘ V.

---

571. *Casimiro, regi Poloniae, et simili modo Johanni, regi Bohemiae, et Carolo, marchioni Moraviae, commendatur Franciscus, episcopus Tergestinus, nuntius sedis apostolicae ad Ludovicum, regem Ungariae.*

Avinione, 1345 Decembris 28.

C. in Ch. f. Kazimiro, regi Polonie illustri. Cum v. f. n. Franciscum, episcopum Tergestinum, apostolice sedis nuncium, virum utique profunditate sciencie preditum, fidelitatis constancia et circumspeccionis maturitate conspicuum ac in arduis expertum negociis, ad carissimum in Christo f. n. Ludouicum, regem Vngarie illustrem, et partes illas pro certis per nos eidem impositis negociis destinemus, magnificenciam tuam regiam rogamus attente, quatenus eundem episcopum, si ad te, fili carissime, recurrerit, habens pro nostra et eiusdem sedis reverencia favorabiliter commendatum, eidem super hiis, de quibus pro parte nostra tuam requirendam duxerit excellenciam, velis assistere consiliis et favoribus oportunis, ita quod nos devocionem regiam exinde cum graciarum accionibus possimus merito commendare. D. ut s. [Auinione V kal. Januarii a. quarto.][1]

Item in e. m. c. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. D. ut s.

Item in e. m. d. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. D. ut s.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 742—744. — Ed. Theiner, MH. I n. 1059, Vat. Akten n. 2237, RBM. IV n. 2226. — 1) ut in V. 139 n. 724.

572. Johanni, regi Bohemiae, et simili modo quibusdam aliis commendatur Geraldus de Magnaco, nuntius sedis apostolicae.

Avinione, 1346 Januarii 2.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Cum nos d. f. magistrum Geraldum de Magnaco, archidiaconum Baltesii in ecclesia Constanciensi, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, de cuius fidelitate ac circumspeccionis maturitate plene confidimus, ad tuam presenciam ac Brabantie et Hanonie aliasque circumvicinas partes pro quibusdam negociis, per nos eidem impositis, bonum statum et utilitatem parcium predictarum tangentibus, destinemus, excellenciam rogamus regiam attencius et hortamur, quatenus eundem nuncium favorabiliter recipiens et benigne audiens super hiis, que tue prudencie pro parte nostra duxerit verbotenus explicanda, fidem adhibeas credulam et eis sic effectualiter acquiescas et prompte, quod inde commoda desiderata dante domino proveniant, et nos devocionem et prudenciam regiam commendemus in domino non indigne. D. Auinione IIII non. Januarii a. quarto.

Item in e. m. Johanni, duci Brabantie, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Item in e. m. Johanni de Anonia, comiti Suessionensi. D. ut s.

Item in e. m. . . Leodiensi, . . Cameracensi, . . Traiectensi et . . Tornacensi episcopis, singulis singulariter verbis competenter mutatis. D. ut s.

Item in e. m. communitati ville de Valenchinis, Cameracensis diocesis. D. ut s.

Item in e. m. communitati ville de Monte in Hanonia. D. ut s.

Item in e. m. d. f. Johanni Egreti, ordinis fratrum Predicatorum. D. Auinione IIII non. Januarii a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 764—770.

573. Geraldus de Magnaco supplicat, quatenus Dzeczkoni Wlostkonis de canonicatu ecclesiae Opoliensis sub expectatione praebendae provideatur et sibi ipsi concedatur, ut unum vel duos notarios publicos creare possit.

Avinione, 1346 Januarii 7.

Supplicat S. V. humillimus capellanus vester Geraldus de Magnaco, quatenus sibi in personam Zetzkonis, Wratislauiensis diocesis, capellani Kazimiri, ducis Thessinensis, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda vacante vel vacatura in collegiata ecclesia Opoliensi, eiusdem diocesis, dicto Zeczkoni dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Zeczko parrochialem ecclesiam in Belicz, Wratislauiensis diocesis, noscitur obtinere, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat idem capellanus vester Geraldus de Magnaco, quatenus sibi concedere dignemini, quod possit auctoritate S. V. unum vel duos notarios publicos creare et facere, ut in forma.

Fiat R. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Januarii a. quarto.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 159.

574. *Dzeczkoni[a]) Wlostkonis providetur[1]) de canonicatu ecclesiae Opoliensis, Vratislaviensis diocesis, sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 573. ‚D. Auinione VII id. Januarii a. quarto.' — In e. m. episcopo Lubucensi et praeposito monasterii Domus Dei, per praepositum soliti gubernari, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

I I = .X X. *Avinione, 1346 Januarii 7.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 393′ n. 61, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 169 f. 246 n. 61. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 293, sed erronee sub data 1346 Januarii 12. — a) ‚Zetzkoni' A. — 1) de supplicatione Geraldi de Magnaco (num. 573) in hac littera nulla fit mentio.

575. *Guillelmus, vicecomes Bellifortis, supplicat, quatenus Předvogio quondam Čadkonis de Sudomiř de canonicatu et praebenda, dignitate, personatu vel officio vacantibus vel vacaturis in ecclesia Pragensi provideatur.*

Avinione, 1346 Januarii 8.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Guillelmus, vicecomes Bellifortis, quatenus sibi in personam dilecti sui Prziedirogii, nati quondam Czadkonis, militis de Sudomirz, diocesis Pragensis, nepotis decani Pragensis, procuratoris sui in regno Boemie, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda, dignitate, personatu vel officio in ecclesia Pragensi, si que, qua, quis vel quod vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, eidem dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Prziedirogius canonicatum et prebendam in ecclesia Wratislauiensi et ecclesiam parrochialem in Piraczow, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, quam parrochialem ecclesiam adepta possessione dignitatis pacifica paratus

est resignare, et cum ceteris non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI id. Januarii a. quarto.

Clementis VI S. IV 1 (8) f. 157.

---

576. *Předrogio, nato quondam Čadkonis [de Sudomiř],[a] militis, providetur[1]) de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae ac dignitatis vel personatus seu officii, non obstante ut in num. 575, ita tamen, ut, postquam dignitatem vel personatum huiusmodi fuerit assecutus, parrochialem ecclesiam de Piráčov[b]) dimittere teneatur. ‚D. Auinione VI id. Januarii a. quarto.' — In e. m. decano Pragensis et archidiacono Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X̄ X̿. *Avinione, 1346 Januarii 8.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 229 n. 51, de dignitatibus vacaturis qu. 2 = V. 169 f. 143 n. 51. — a) ‚Przyedwogio, n. q. Czadkonis' A. b) ‚Pirazoro' A. — 1) de supplicatione Guillelmi, vicecomitis Bellifortis (num. 575), hic nulla fit mentio.

---

577. *Casimiro, regi Poloniae, ac simili modo Johanni, regi Bohemiae, et Carolo, marchioni Moraviae, commendantur Bertrandus, patriarcha Aquilegensis, et Franciscus, episcopus Tergestinus, apostolicae sedis nuntii.*

Avinione, 1346 Januarii 9.

C. in Ch. f. Kazimiro, regi Polonie illustri. Cum vv. ff. nn. Betrandum, patriarcham Aquilegensem, et Franciscum, episcopum Tergestinum, apostolice sedis nuncios, viros utique profunditate sciencie preditos, fidelitatis constancia et circumspeccionis maturitate conspicuos ac in arduis expertos negociis, ad c. in Ch. f. n. Ludouicum, [regem][a]) Vngarie illustrem, et partes illas pro certis per nos eidem impositis negociis destinemus, magnificenciam tuam regiam rogamus attente, quatenus eosdem patriarcham et episcopum, si ad te, fili carissime, recurrerint, habens pro nostra et eiusdem sedis reverencia favorabiliter commendatos, eisdem super hiis, de quibus pro parte nostra tuam requirendam duxerint excellenciam, velis assistere consiliis et favoribus oportunis, ita quod nos devocionem regiam exinde cum graciarum accionibus possimus merito commendare. D. ut s. [Auinione V id. Januarii a. quarto.][1])

Item in e. m. c. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. D. ut. s.

Item in e. m. d. f. n. v. Carolo, primogenito c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchioni Morauie. D. ut s.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 799–801. Vide Theiner MH. I n. 1066. Vat. Akten n. 2241, RBM. IV n. 2227. — a) deest in V., suppl. ab editore. — 1) ut in V. 139 n. 796.

---

578. *Arnaldus de Pitenges iunior, miles Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus sibi altare portatile concedatur. ‚Fiat in forma R.*[1]*) . . . . D. Auinione VI kal. Februarii a. quarto.‘*

Avinione, 1346 Januarii 27.

Clementis VI S. IV/1 (8) f. 176. — a) deest in S., suppl. ab editore. — 1) Sequuntur aliae tres supplicationes eiusdem.

---

579. *Abbati monasterii beatae Mariae de Lucemburgo, Treverensis diocesis, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]*) quatenus Symoni de Arluno, perpetuo capellano in castro Arlunensi,*[a]*) Treverensis diocesis, capellano eiusdem regis, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 40 resp. 25 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Huberti,*[b]*) ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, conferendum reservet. ‚D. Auinione II non. Februarii a. quarto.‘ Forma ut in n. 521.*

X
.X. *Avinione, 1346 Februarii 4.*

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 502 n. 159, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 168 f. 70 n. 159. — a) ‚Alunensi‘ A. b) ‚Vmberti‘ A. — 1) haec supplicatio non est reperta.

580. *Abbati monasterii beatae Mariae de Lucemburgo, Trevrensis dioecesis, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,[1]) quatenus Johanni, nato Werici, domini de Bärenberg,[a]) clerico eiusdem regis, de canonicatu ecclesiae Treverensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione II non. Februarii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Februarii 4*

Clementis VI A. IV 5 (V. 217) f. 414' n. 87, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 169 f. 259 n. 87. — [a]) ‚Berperch' A. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

---

581. *Hrosnatae, abbati monasterii Opatovicensis, et eius successoribus conceditur, ut insigniis pontificalibus uti et benedictionem solemnem facere possint. Forma ut in n. 428.*

.L. *Avinione, 1346 Februarii 8.*

Dd. ff. Hrosnate, abbati, et conventui monasterii in Opatowytz, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, s. etc. Ut pulcra et decora filia Jerusalem . . . . Igitur pensatis vestre devocionis affectu, quo nos ac Romanam ecclesiam reveremini, ac religionis honore aliisque virtutum donis, quibus pollere dicimini, propter que debetur vobis exhibicio benivolencie specialis, necnon observancia regulari, vigente laudabiliter in monasterio vestro in Opatowytz, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, quod inter alia monasteria illarum parcium reputatur nobile et insigne, vos et dictum monasterium honorum titulis decorare illaque gracia, per quam erga sedem eandem devocionis incrementa suscipere valeatis, digne prosequi intendentes, quod tu, fili abbas, et successores tui, abbates dicti monasterii, in missarum solempniis mitra, anulo, baculo pastorali, sandaliis ceterisque pontificalibus ornamentis et insigniis, quando et quociens tibi et eisdem successoribus videbitur expedire, horis tamen et temporibus ad hec aptis, libere uti ac in eisdem solempniis et mensa benediccionem solennem facere valeatis, dummodo in benediccione ipsa aliquis antistes vel legatus sedis apostolice non sit presens, tibi ac prefatis successoribus auctoritate apostolica de speciali gracia indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere. D. Auinione VI id. Februarii a. quarto.

Clementis VI A. IV,6 (V. 218) f. 292 n. 541, diversarum formarum qu. 10 = V. 168 . 393' n. 541.

582. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, ut cum Petro, praeposito domus Sepulchri Dominici Jerosolimitani in Reichenbach, super irregularitate dispenset.*

Avinione, 1346 Februarii 9.

V. f. . . episcopo Wratislauiensi s. etc. Oblata nobis d. f. Petri, prepositi domus Sepulchri Dominici Jerosolimitani extra muros oppidi Richembach, ordinis sancti Augustini, tue diocesis, peticionis series continebat, quod eodem in dicta domo quodam sero in crepusculo in sua camera existente Nicolaus de Richembach, dicti ordinis, portam dicte domus cum uno lapide impetuose pulsavit, quem cum intromitti fecisset idem prepositus, ipse Nicolaus, qui in dicto ordine excessus eciam alias commiserat, verbis turpibus tractans dictum prepositum, sibi ad verba huiusmodi respondentem, in eum irruit, propter quod dictus prepositus se ab ipso defendendo illum super collum suum cum manu percussit, et subsequenter tam prepositus quam Nicolaus predicti se ceperunt per pilos capitum et invicem se traxerunt; quibus deinde per fratres et familiam predicte domus ab invicem separatis, dictus Nicolaus, magno arrepto fuste seu ligno, iterato irruens in prepositum supradictum, ipsum cum dicto ligno super scapulas acriter verberavit, ex quo idem prepositus iterum se defendens prefatum Nicolaum per pilos cepit et traxit eciam sicut prius, et eis tandem modo simili ab invicem separatis idem Nicolaus, in crastinum sanus existens, die tercia in lecto decubuit et in eo infirmatus per dies quatuor diem clausit extremum. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, predictus Nicolaus ex ruptura vesice, quam, dum per alios traheretur, ipso se trahi non permittente, sed renitente, incurrit, mortuus secundum medici sui iudicium asseratur, nec verisimile videatur, quod ex defensione dicti prepositi, qui nuda manu absque defendiculo aliquo se defendit, sit mors huiusmodi subsecuta, idem prepositus nobis humiliter supplicavit, ut cum ipso super irregularitate, si quam forte contraxit ex premissis, dignaremur ad cautelam misericorditer dispensare. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue presencium tenore committimus et mandamus, quatenus, si est ita, cum prefato preposito super irregularitate, si quam propter premissa contraxit, iniuncta ei pro premissis pro modo culpe penitencia salutari, auctoritate nostra dispenses. D. Auinione V id. Februarii a. quarto.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 47', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 7, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 270 n. 781. Ed. Theiner MP. I n. 492.

583. *Theoderico, nato n. v. Symonis dicti Beyer de Bopardia, militis, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Treverensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione V kal. Marcii a. quarto.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1346 Februarii 25.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 472' n. 155, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 169 f. 294 n. 155.

584. *Cum Johanne Dzeczkonis de Ratibor dispensatur, ut plura beneficia ecclesiastica libere recipere et retinere valeat.*

III
V
. X .

Avinione, 1346 Martii 1.

D. f. Johanni Zetzkonis de Ratibor, clerico Wratislauiensis diocesis, s.[a]) Sedis apostolice graciosa benignitas erga personas,[b]) deo et eidem sedi devotas, nonnunquam mansuetudine temperando rigorem, quod alias prohibet iuris severitas, de habundancia sue pietatis indulget eisdem. Sane nuper exhibite nobis tue peticionis series continebat, quod dudum tecum super defectu natalium, quem pateris de soluto genitus et soluta, ut eo non obstante defectu ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curatum existeret, obtinere valeres, fuit auctoritate apostolica dispensatum. Nos igitur attendentes, quod, sicut fidedignorum habet assercio, tu sic defectum huiusmodi honestate morum et vite ac aliis virtutum meritis recompensas et supples, videlicet in tabellionatus officio, quod pociori te gracia merito dignum reddis, volentesque personam tuam, qui prout asseris in servicio sancte Romane ecclesie per novem annos fideliter laborasti, premissorum intuitu in hac parte gracia prosequi ampliori, tuis supplicacionibus inclinati tecum, ut tria beneficia ecclesiastica, eciam si uni eorum cura immineat animarum et reliqua duo canonicatus et prebende eciam in ecclesiis cathedralibus forsan extiterint, si alias tibi canonice conferantur, libere recipere ac licite retinere illaque vel aliquod eorundem pro aliis semel et pluries, quociens tibi videbitur, permutare canonice valeas, defectu predicto ac generalis concilii ac aliis quibuscunque constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan extiterint, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, nequaquam obstantibus, de uberioris dono gracie dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. Auinione kal. Marcii a. quarto.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 228 n. 406, diversarum formarum qu. 8 = V. 168 f. 354' n. 406. — [a]) sequitur ‚et apostolicam benediccionem', sed cancellatum A. [b]) suppl. supra A.

585. *Johanni Dzeczkonis do Ratibor,*[a]) *qui sicut asserit in servitio sanctae Romanae ecclesiae per novem annos fideliter laboravit, providetur de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. quarto. Forma ut in n. 6.*

I I
I =
. X X .

Avinione, 1346 Martii 2.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 128', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 171 f. 67 n. 118. — [a]) ‚Racybor' A.

586. *Ladislao de Praga, canonico Strigoniensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. apud Villamnouam, A. d., id. Martii a. quarto.' Forma ut in n. 65.*

. X . *Apud Villamnovam, 1346 Martii 15.*

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 405 n. 407, de absolutione qu. 2 = V. 168 f. 464' n. 407.

---

587. *Friderico Friderici*[a]) *de Vienna providetur de canonicatu ecclesiae Tridentinae sub expectatione praebendae, ‚non obstantibus . . . . seu quod alias tibi providimus de canonicatu ecclesie Olomucensis sub expectacione prebende . . . . D. Auinione XVII kal. Aprilis a. quarto.' Forma ut in n. 6.*

. X X . *Avinione, 1346 Martii 16.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 161', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 171 f. 90' n. 154. — a) ‚Fridrici' A.

---

588. *Oleno Přibislai*[a]) *de Odlochovicz,*[b]) *canonico ecclesiae Boleslaviensis,*[c]) *Pragensis diocesis, magistro in artibus et in iure canonico studenti, reservatur beneficium cum vel sine cura, ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli Olomucensis pertinens, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod in Olomucensi ecclesia vel extra eam vacat, vel cum vacaverit, non obstante, quod in ecclesia Boleslaviensi, Pragensis diocesis, canonicatum obtinet et praebendam. ‚D. Auinione XVII kal. Aprilis a. quarto.' — In e. m. abbati Lucensis et praeposito Domus Dei, per praepositum soliti gubernari, Olomucensis et Vratislaviensis diocesis monasteriorum, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 76.*

. X X . *Avinione, 1346 Martii 16.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 353, de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 171 f. 186' n. 340. — Ed. CDM. VII n. 647, RBM. IV n. 1673. — a) ‚Prybyslay' corr. ex ‚Prybzslay' A. b) ‚Adlochowicz' A. c) ‚Bioleslauiensis' A.

589. *N. v. Belkoni de Opol.*[a]) *duci, et Elisabeth, ducissae Poloniae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVII kal. Aprilis a. quarto.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1346 Martii 16.

Clementis VI A. IV 3 (84) f. 25', de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 172 f. 26 n. 1067. [a]) ‚Oppol' A.

---

590. *N. v. Boleslao de Falkenberg, duci, et Eufemiae, ducissae Poloniae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVII kal. Aprilis a. quarto.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1346 Martii 16.

Clementis VI A. IV 3 (84) f. 25', de absolutione qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 172 f. 26 n. 1068.

---

591. *Symoni quondam Henrici de Legnicz providetur de canonicatu ecclesiae Posoniensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

$\overline{\overline{\overline{.\mathrm{X}}}}$ V X.

Avinione, 1346 Martii 18.

D. f. Symoni, nato quondam Henrici de Legnitz, canonico ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . donacioni apostolice reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod dudum super conferendo tibi beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collacionem vel provisionem v. f. n. . . episcopi Wratislauiensis spectante, nostras sub ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, litteras impetrasti, et quod nos deinde beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum clericis secularibus assignari, spectans communiter vel divisim ad collacionem vel presentacionem dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii Medlicensis, ordinis sancti Benedicti, Patauiensis diocesis, si quod tunc vacabat, vel cum vacaret, conferendum tibi donacioni apostolice per alias nostras[a]) litteras duximus de speciali gracia reservandum ac voluimus eciam, quod, si per huiusmodi tunc

posteriorem graciam tibi factam antequam per dictas alias priores litteras, in forma communi ut premittitur obtentas, ecclesiasticum beneficium assequi te contingeret, tibi, quominus per easdem priores litteras, quas nichilominus in suo robore decrevimus permanere, beneficium aliud consequi et una cum predicto alio beneficio, si se compateretur cum illo invicem, retinere valeres, nullum tibi posset preiudicium generari, aut quod super parrochiali ecclesia in Haugstorf, Patauiensis diocesis, de qua vigore dictarum[b]) posteriorum litterarum tibi provisum extitit, et quam alter ut asseris de facto occupat, nosceris in Romana curia litigare, quodque tu postmodum vigore dictarum priorum litterarum canonicatum et prebendam ecclesie Opoliensis, Wratislauiensis diocesis, tunc vacantes acceptasti. Volumus eciam, quod per presentem graciam, per nos tibi factam, quominus aliud beneficium vigore dictarum priorum litterarum, quas in eo casu, ubi dictos canonicatum et prebendam taliter acceptatos a te per alium evinci[c]) contingat, in suo robore permanere decernimus, assequi ac ipsum una cum predictis aliis beneficiis, dummodo tibi alias canonice conferantur seque compaciantur adinvicem, retinere valeas, nullum tibi preiudicium generetur, f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, et qualibet alia constitucione contraria non obstante. . . . . D. Auinione XV kal. Aprilis a. quarto.

In e. m. v. f. . . episcopo Lubricensi et dd. ff. . . abbati monasterii Scotorum in Wienna, Patauiensis diocesis, ac . . sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 112, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 171 f. 54′ n. 97. — [a]) suppl. in margine A. [b]) suppl. in margine A. [c]) corr. in marg. ex ‚eunci' A.

---

592. *Burchardo,[a]) nato quondam Bertholdi, burggravii Magdeburgensis, providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione XV kal. Aprilis a. quarto.' — In e. m. abbati Scotorum in Vienna et praeposito Neuburgensis,[b]) per praepositum soliti gubernari, monasteriorum, Pataviensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1346 Martii 18.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 115, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 171 f. 56′ n. 101. — Reg. ap. G. Schmidt 1 pag. 360 n. 88. — [a]) ‚Purchardo' A. [b]) ‚Neumburgensis' A.

---

593. *Burchardo,[a]) nato quondam Bertholdi,[b]) burggravii Magdeburgensis, providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante, ‚quod nos hodie tibi de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende inibi tunc vacantis vel vacature duximus per alias nostras certi tenoris litteras providendu...... D. Auinione XV kal. Aprilis a. quarto.' — Executores ut supra in num. 592, forma ut in n. 6.*

| ‹ — | ‹ over X . X .

Avinione, 1346 Martii 18.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 110′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 171 f. 53′ n. 94. — [a]) ‚Purchardo' A. [b]) ‚Bertoldi' A.

---

594. *Johanni Nicolai de Litomyšl[a]) providetur de canonicatu ecclesiae Montis sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione XV kal. Aprilis a. quarto.' — Executores ut supra in num. 592, forma ut in n. 6.*

. X X .

Avinione, 1346 Martii 18.

Clementis VI A IV/3 (84) f. 136, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 171 f. 72′ n. 127. Ed. CDM. VII n. 649, RBM. IV n. 1676. — [a]) ‚Luthomussil', corr. ex ‚Luchomusil' A.

---

595. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, ut cum Benessio quondam Johannis de Wartenberg et Anna quondam Nicolai de Potenstein super matrimonio contrahendo dispenset.*

Avinione, 1346 Martii 29.

V. f. . . archiepiscopo Pragensi s. etc. Exhibita nobis pro parte d. f. nobilis viri Benessii, nati quondam Johannis de Wartemberch, baronis regni Boemie, et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Anne, nate quondam Nicolai, baronis de Pothensteyn, Pragensis diocesis, peticio continebat, quod olim, cum Johannes predictus, in quodam exercitu, qui contra prefatum Nicolaum tunc fiebat, existens, fuisset ab eiusdem Nicolai gentibus casualiter interemptus, graves inimicicie inter posteros ac consanguineos et amicos eorundem Johannis et Nicolai exorte fuerunt, ex quibus mala plurima secuta sunt hactenus et adhuc maiora, nisi pax inde fuerit, inter eos timentur imposterum secutura, propter quod ad pacem huiusmodi reformandam diligens per eosdem consanguineos et amicos habitus est tractatus, quod dicti Benessius et Anna invicem matrimonialiter copulentur, sed quod, ⌊ut⌋[a]) compertum est, ipsi tercio consanguinitatis gradu invicem se

contingunt, matrimonium huiusmodi contrahere nequeunt, dispensacione super hoc sedis apostolice non obtenta. Quare pro parte ipsorum Benessii et Anne fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc de oportune dispensacionis remedio dignaremur. Nos itaque, qui more patris benevoli Christi fidelium pacem summis desideriis affectamus, huiusmodi malis obviare salubriter cupientes, fraternitati tue, de cuius circumspeccione fiduciam gerimus in domino pleniorem, per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, cum prefatis Benessio et Anna, ut impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante matrimonium insimul contrahere et, postquam contractum fuerit, in eo remanere licite valeant, auctoritate nostra dispenses, prolem suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam decernendo. D. Auinione IIII kal. Aprilis a. quarto.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 44', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 5, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 228' n. 631. — [a]) deest in V., suppl. ab editore.

596. *Cum Hincone, nato Smilonis de Vetoria, dispensatur super defectu aetatis.*

Avinione, 1346 Martii 29.

D. f. Hinconi, nato d. f. nobilis viri Smilonis, militis, domini de Vetouia, canonico Pragensi, s. etc. Generis tui nobilitas grataque laudabilis tue iuventutis indicia, per que, prout habet fidedignorum assercio, colligitur evidenter, quod auxiliante domino virum te debeas virtuosum producere, nos inducunt, ut personam tuam prerogativa specialis gracie prosequamur. Volentes itaque premissorum intuitu favore te prosequi gracioso, tecum, ut beneficium ecclesiasticum, eciam si dignitas, personatus vel officium existat et curam habeat animarum, dummodo tibi alias canonice conferatur, defectu etatis, quem pateris in etatis tue anno terciodecimo tantummodo constitutus, necnon generalis concilii et quibuslibet aliis apostolicis constitucionibus, statutis et consuetudinibus ecclesie, in qua huiusmodi dignitas, personatus vel officium fuerit, contrariis non obstantibus, libere recipere ac licite retinere valeas, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus, proviso, quod huiusmodi dignitas vel personatus seu officium, quam vel quem seu quod assequi te continget, debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea vel eo, si qua illi immineat, nullatenus negligatur, quodque tu, quamprimum ad etatem perveneris ad id aptam, te facias ad ordines, prout ipsius dignitatis vel personatus seu officii onus requiret, statutis temporibus promoveri. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. Auinione IIII kal. Aprilis a. quarto.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 46', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 257 n. 726.

597. *Hinconi Smilonis de Veronia providetur de beneficio cum vel sine cura, etiam si dignitas etc. existat, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi et capituli Olomucensis. Forma ut in n. 76.*

I/.X   I/=/X.   *Avinione, 1346 Martii 29.*

D. f. Hinconi, nato d. f. Smilonis, militis, domini de Veronia, canonico Pragensi, s. etc. Generis tui nobilitas . . . . Volentes itaque tibi premissorum intuitu graciam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si dignitas vel personatus aut officium et in ecclesia cathedrali existat, spectans c. vel d. ad collacionem, prov. vel pres. seu q. a. d. v. f. n. . . episcopi et dd. ff. . . decani, . . prepositi et capituli Olomucensis, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Pragensi ecclesia canonicatum sub expectacione prebende nosceris obtinere, aut quod pateris in etate defectum, in etatis tue anno terciodecimo constitutus, super quo quidem defectu hodie tecum, ut beneficium ecclesiasticum, eciam si dignitas vel personatus aut officium existeret et curam animarum haberet, dummodo alias tibi canonice conferretur,[a]) eodem defectu necnon generalis concilii et quibuslibet aliis apostolicis constitucionibus ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficium ipsum foret, contrariis nequaquam obstantibus, libere recipere et licite retinere valeres, per nostras litteras auctoritate predicta duximus de speciali gracia dispensandum, proviso, quod huiusmodi beneficium, quod auctoritate presencium assequi te continget, debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura, si qua illi imminet, nullatenus negligatur, quodque tu, quamprimum ad etatem perveneris ad id aptam, te facias ad ordines, prout ipsius beneficii onus requiret, statutis temporibus promoveri. . . . . D. Auinione IIII kal. Aprilis a. quarto.

In e. m. dd. ff. . . abbati Zabardowicensis et . . preposito Chunicensis, per prepositum soliti gubernari, monasteriorum, Olomucensis diocesis, ac . . sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 343, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 171 f. 180 n. 327; registrata etiam in A. IV/4 (85) f. 81, omnium formarum qu. 2, sed cancellata cum nota: „cancellata et alibi est scripta". — Ed. CDM. VII n. 650, RBM. IV n. 1682. — a) ‚confereretur' A.

598. *Priori generali et fratribus ordinis beatae Mariae de Monte Carmeli indulgetur, ut in civitate vel suburbiis Pragensibus unum locum recipere et in eo monasterium construere possint.*

X/.X.   *Avinione, 1346 Martii 29.*

Dd. ff. . . priori generali et fratribus ordinis Sancte Marie de Monte Carmeli s. etc. Sacre vestre religionis, in qua devotum deo exhibetis obsequium, promeretur honestas, ut votis vestris in hiis presertim, que divini cultus augmentum et fide-

lium animarum salutem respiciunt, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos, vestris devotis supplicacionibus inclinati, ut in civitate vel suburbiis Pragensibus unum locum ad usum et nomen fratrum vestri ordinis de novo recipere ac in eo ecclesiam seu oratorium cum campanili pro campana et domos cum necessariis officinis edificare atque construere libere valeatis, sine preiudicio parrochialis ecclesie et iuris cuiuslibet alieni, constitucione f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, super hoc in contrarium edita non obstante, dummodo in dicto loco per vos recipiendo duodecim fratres dicti ordinis inibi commorantes honeste et congrue valeant sustentari, auctoritate apostolica vobis tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione IIII kal. Aprilis a. quarto.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 241′ n. 436, diversarum formarum qu. 8 = V. 168 f. 363′ n. 436.

---

599. *Johanni Henrici de Rupe, clerico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae sancti Servatii Traiectensis, Leodiensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. quarto'. Forma ut in n. 6.*

I/.X I/X.

Avinione, 1346 Aprilis 8.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 211, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6. In V. 171 deest!

---

600. *Abbati monasterii de Morimonte, Cathalaunensis diocesis, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Johanni, nato Colini dicti Sanx de Sancta Mahulde, clerico Cathalaunensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Cathalaunensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. quarto'. Forma ut in n. 304.*

Avinione, 1346 Aprilis 8.

Clementis VI V. 171 f. 6 n. 10.

601. *Sancti Symeonis infra muros et sancti Paulini extra muros Treverenses decanis ac scholastico eiusdem sancti Paulini ecclesiarum mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Ditmaro de Meckenbach*[a]*, familiari et secretario notario eiusdem regis, praeposituram in ecclesia sanctae Mariae ad Gradus Erfordensis, Maguntinensis diocesis, vacantem conferant, non obstante, ‚quod in sancti Seueri Erfordensis, dicte diocesis, canonicatum et prebendam et in Cracouiensi et in Wratislauiensi ecclesiis canonicatus sub expectacione prebendarum obtinet ac super canonicatu et prebenda ecclesie Glogouiensis, Wratislauiensis diocesis, et parrochialibus ecclesiis in Lissa et Plana, Pragensis diocesis, noscitur litigare . . . . D. Auinione VI id. Aprilis a. quarto'. Forma ut in n. 443.*

V
. X .

Avinione, 1346 Aprilis 8.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 181' n. 62, de dignitatibus vacantibus qu. 3. — V. 169 f. 112' n. 62. — Reg. ap. G. Schmidt, I pag. 360 n. 91. — [a]) ‚Deytmaro de Mekebach' A.

602. *Walramo, archiepiscopo Coloniensi, commendatur Wilhelmus, praepositus Sosatiensis, sedis apostolicae nuntius, simulque rogatur, quatenus Balduini, archiepiscopi Treverensis, et Johannis, regis Bohemiae, votis se coaptet.*

Avinione, 1346 Aprilis 9.

V. f. Walramo, archiepiscopo Coloniensi. Qualiter die septima presentis mensis Aprilis in nostro consistorio publico presente fidelium multitudine copiosa Henricum de Vernemburgh, olim archiepiscopum Maguntinum, suis gravibus excessibus, criminibus et delictis ac contumaciis et inobedienciis exigentibus, statu et officio pontificalibus ac dignitate archiepiscopali ecclesie Maguntine deliberacione previa provida et matura de consilio fratrum nostrorum privavimus et de persona d. f. Gelrati, nati d. f. nobilis viri . . comitis de Nosaw, electi Maguntini, providimus ecclesie Maguntine, ipsum preficientes eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, quidve contra Ludouicum de Bauaria, hereticum et scismaticum manifestum, necnon super eleccione futuri regis Romanorum, in imperatorem promovendi, per nos facere ac per electores imperii fieri volumus et intendimus, fraternitatem tuam, de cuius fideli et sincera constancia plene confidimus, ignorare nolentes: ecce quod d. f. Willelmus, prepositus ecclesie Zosathensis, tue Coloniensis diocesis, exhibitor presencium, super hiis et quibusdam aliis per nos eidem impositis tue prudencie referendis plenius informatus, illa tibi pro parte nostra referet viva voce. Quocirca fraternitatem rogamus et attencius hortamur eandem, quatenus eidem preposito fidem adhibens credulam in hac parte, tam nostris et apostolice sedis quam v. f. Baldwini, archiepiscopi Treuerensis, ac carissimi in Christo f. nostrorum Johannis, regis Boemie illustris, qui de te fidelitateque tua nobis multa commendabilia retulit, votis et beneplacitis

super hiis sic effectualiter te coaptes et prompte, quod confidenciam, quam de te specialiter gerimus circa hec, per operis exhibicionem experti, reperiantur non immerito magis prompti et propicii ad ea, que tua respicient commoda et honores. D. Auinione V id. Aprilis a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 1025. Vat. Akten n. 2248.

603. Benessio quondam Henrici de Čečelicz providetur de praestimonio seu oboedientia vacante in ecclesia Boleslaviensi. Forma ut in n. 4.

Avinione, 1346 Aprilis 16.

D. f. Benessio, nato quondam Henrici de Czeczelicz, perpetuo beneficiato in ecclesia Boleslauiensi, Pragensis diocesis, s. etc. Laudabilia tue merita probitatis . . . . Cum itaque quoddam prestimonium seu obediencia ecclesie Boleslauiensis, quod seu quam quondam Thomas Blasii de Praga, archidiaconus Pragensis, perpetuus beneficiatus in ipsa ecclesia ac sedis apostolice capellanus, dum viveret, obtinebat, per ipsius obitum, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacare noscatur ad presens, nullusque de prestimonio seu obediencia huiusmodi preter nos hac vice disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnia beneficia ecclesiastica, per obitum quorumcunque capellanorum dicte sedis ubicunque decedencium tunc vacancia et imposterum vacatura, collacioni et disposicioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi, in sacerdocio constituto, premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, prestimonium seu obedienciam huiusmodi, vacans ut premittitur seu vacantem, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo vel illa eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in eadem mediam non canonicalem prebendam, que simul cum dicto prestimonio seu obediencia per eandem personam retineri potest, et in Pragensi ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende auctoritate nostra ac parrochialem ecclesiam in Vocelina, [1]) dicte Pragensis diocesis, nosceris obtinere. . . . . D. Auinione XVI kal. Maii a. quarto.

In e. m. v. f. . . archiepiscopo Rigensi et dd. ff. . . preposito Auinionensis ac . . archidiacono Gradisczcensis, Pragensis diocesis, ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 20, de beneficiis vacantibus qu. 14, rubrica sola; quaternus ipse in fol. 489—516′ iam vetustate et putredine totaliter consumptus existit = V. 170 f. 347′ n. 512. — [1]) cfr. num. 121 n. 1.

604. *Archiepiscopo Remensi et simili modo archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis mandatur, quatenus processum contra Ludovicum de Bavaria factum publicandum curent.*

Avinione, 1346 Aprilis 16.

Vv. ff. . . archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis s. etc. Nuper adversus iniquitatis filium Ludouicum de Bauaria, dudum in regem Romanorum in discordia ut dicebatur electum, presente tam prelatorum et clericorum quam laicorum multitudine copiosa fidelium quendam processum habuimus in hac forma: [,Clemens episcopus, servus servorum dei, ad certitudinem presencium et memoriam futurorum. Olim, videlicet II idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo'[1]) usque ,Actum in palacio nostro Auinionensi, idibus Aprilis, pontificatus nostri anno quarto'[2]) editum apud Raynaldi ad a. 1346 § 3—8.][3]) Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis ecclesiis vestrarum civitatum et diocesium singulis diebus dominicis et festivis in missarum solenniis, cum populus convenerit ad divina, huiusmodi processum nostrum solenniter publicari illiusque tenorem, ut plenius intelligatur ab omnibus, in vulgari exponi in effectu facere studeatis. D. Auinione XVI kal. Maii a. quarto.

. . . .

[In e. m.][a]) Vv. ff. . . archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis s. etc. Nuper adversus iniquitatis filium etc. ut in prima superiori per totum usque in finem. D. ut s.

Clementis VI A. IV 5 (V. 217) f. 7—9, de curia qu. 2 = V. 169 f. 16 n. 68. — [a]) deest in A., suppl. ab editore. — [1]) 1343 Aprilis 12. [2]) 1346 Aprilis 13. [3]) vide excerptum in Vatik. Akten n. 2251.

---

605. *Rudolfo dicto Losse, capellano Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu et praebenda ac decanatu in ecclesia Maguntinensi vacantibus. ,D. Auinione VIII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 4.*

V V
.X X.

Avinione, 1346 Aprilis 24.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 178' n. 59, de dignitatibus vacantibus qu. 3 = V. 169 f. 110 n. 59. — Reg. G. Schmidt I pag. 361 n. 93.

***606.** Conrado dicto Prusze providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu et praebenda ac scholastria et oboedientia in ecclesia Magdeburgensi vacantibus. ‚D. Auinione VII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 4.*

≡ $\overline{V}$
.X X. *Avinione, 1346 Aprilis 25.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 174 n. 54, de dignitatibus vacantibus qu. 3 = V. 169 f. 108 n. 54. — Reg. G. Schmidt I pag. 361 n. 94.

***607.** Abbati monasterii de Lucemburgo mandatur, quatenus Johanni Jacobi de Huesdonges de beneficio vacaturo cum vel sine cura ad collationem episcopi et capituli Cathalaunensis providere procuret. Forma huius litterae in partibus omissis cum num. 6 concordat.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

D. f. . . abbati monasterii de Lucemburgo, Treuerensis diocesis, s. etc. Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Nos itaque volentes personam d. f. Johannis Jacobi de Huesedonges, clerici Treuerensis diocesis, apud nos de huiusmodi meritis multipliciter commendatam, eciam consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro ipso clerico nobis super hoc humiliter supplicantis, favoribus prosequi graciosis, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si simpliciter et de plano prefatum clericum ad hoc idoneum esse repereris, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si in ecclesia cathedrali existat, cuius quidem beneficii fructus, redditus et proventus, si curatum, sexaginta, si vero sine cura fuerit, quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum taxacionem decime valorem annuum non excedant, ad v. f. n. . . episcopi et dd. ff. capituli Cathalaunensis collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem pertinens communiter vel divisim, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, quod idem clericus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam sibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxerit acceptandum, conferendum sibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni tue auctoritate predicta reserves, districcius inhibendo eisdem episcopo et capitulo, ne de huiusmodi beneficio interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod clericus vel procurator predicti illud noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac nichilominus beneficium huiusmodi, quod reservabis, si ut premittitur vacat, vel quamprimum vacaverit, eidem clerico post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate predicta conferas et assignes, inducens per te vel alium seu alios eundem clericum vel dictum procuratorem pro eo in

corporalem possessionem beneficii, iurium et pertinenciarum predictorum et defendens [a]) inductum ac faciens [b]) eum vel dictum procuratorem pro eo ad illud, ut est moris, admitti sibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo: non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesie, in qua huiusmodi beneficium forsitan fuerit, contrariis, ... roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius . . . . sit processum, quibus omnibus, preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus, prefatum clericum in assecucione huiusmodi beneficii volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusvis aliis . . . . et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem . . . . aut si dictus clericus presens non fuerit ad prestandum . . . . illud prestet. [c]) Nos enim exnunc perinde irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si nos die date presencium huiusmodi beneficium, si quod tunc vacabat, vel cum vacaret, quod idem clericus duceret ut premittitur acceptandum, conferendum sibi duxissemus donacioni apostolice cum interposicione decreti specialiter reservandum. D. Auinione V kal. Maii a. quarto.

Clementis VI A. II/5 (75) f. 555′, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 8 = V. 158 f. 416 n. 777. In registris anni quarti cum Avenionensibus tum Vaticanis non fuit repertum. — [a]) ‚defendentes‘ A. [b]) ‚facientes‘ A. [c]) ‚accesseris‘ A. [d]) corr. ex ‚prestes‘ A.

---

608. *Archiepiscopo Coloniensi mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Henrico de Reifferscheidt,*[a]) *clerico Coloniensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Gereonis Coloniensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.‘ Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 168′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 171 f. 95′ n. 163. — [a]) ‚Reyferscheit‘ A.

---

609. *Archiepiscopo Coloniensi mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Gerardo de Reifferscheidt,*[a] *clerico Coloniensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Bunnensis sub expectatione praebendae providere procuret. ,D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 188, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 5 = V. 171 f. 105 n. 179. — a) ,Ryferschert' A.

---

610. *Abbati monasterii sancti Laurentii prope Leodium mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Eveletae, natae n. v. Werrici de Harzees, militis, puellae litteratae Leodiensis diocesis, de canonicatu saecularis ecclesiae de Monasterio supra Sambriam, Leodiensis diocesis, sub expectatione praebendae providere procuret. ,Per hoc tamen statum, regulam vel ordinem dicte ecclesie canonicarum non intendimus approbare. D. Auinione V kal. Maii a. quarto.'*[a]) *Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 196, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 5. In V. 171 deest! — a) corr. ex ,quinto' V.

---

611. *Abbati monasterii sancti Laurentii prope Leodium mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Gerardo, nato n. v. Gerardi de Basconia, militis, clerico Leodiensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Pauli Leodiensis sub expectatione praebendae providere procuret. ,D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 203', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6; in V. 171 deest!

---

612. *Abbati monasterii sancti Laurentii prope Leodium mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Gilkino, nato n. v. Gerardi de Basconia, militis, clerico Leodiensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Johannis Leodiensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 201', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6; in V. 171 deest.

---

613. *Scholastico ecclesiae sancti Mauritii Maguntinensis mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Henrico de Spannheim,[a]) consanguineo eiusdem regis, canonico Maguntinensi, de canonicatu ecclesiae Argentinensis sub expectatione praebendae atque dignitatis vel personatus seu officii cum vel sine cura providere procuret. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 208', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 6; in V. 171 deest! — [a]) ‚Spaynheym' A.

---

614. *Episcopo Leodiensi mandatur, quatenus Ulrico de Rupe, rectori ecclesiae de Cens, suae diocesis, ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, reservet beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod vacat ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Huberti in Ardenna, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 521.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 377, de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 171 f. 205' n. 377.

---

615. *Episcopo Leodiensi mandatur, quatenus Ludovico de Reifferscheidt,*[a]) *clerico Coloniensis diocesis, ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Sosatiensis sub expectatione unius de maioribus praebendis providere procuret. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 454′ n. 134, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 169 f. 283′ n. 134. — a) ‚Ryferscheit' A.

---

616. *Abbati monasterii sancti Laurentii prope Leodium mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Rolando, nato n. v. Werrici de Harzees, militis, clerico Leodiensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Dionysii Leodiensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 457′ n. 138, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 169 f. 285′ n. 138.

---

617. *Abbati monasterii sancti Laurentii prope Leodium mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Theoderico de Sanzelles, clerico Leodiensis diocesis, de canonicatu ecclesiae sancti Martini Leodiensis sub expectatione praebendae providere procuret. ‚D. Auinione V kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1346 Aprilis 27.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 458′ n. 139, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 169 f. 286 n. 139.

---

618. *Henrico dicto Swerter de Sosato providetur ad supplicationem Johannis regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Sosatiensis, Coloniensis diocesis, sub expectatione praebendae, etiam si de maioribus praebendis fuerit. D. Auinione V kal. Maii a. quarto: Forma ut in n. 6.*

I — .X   I ≡ X.

Avinione, 1346 Aprilis 27.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 473' n. 156, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 169 f. 294' n. 156.

619. *Praeposito beatae Mariae Magdalenae et decano ac cantori maioris ecclesiarum Virdunensium mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, quatenus Johanni dicto Le Moyne de Philomena, clerico Trevereusis diocesis, parrochialem ecclesiam de Cloes (sic!), eiusdem diocesis, vacantem conferant. D. Auinione V kal. Maii a. quarto: Forma ut in n. 78.*

V — .X.

Avinione, 1346 Aprilis 27.

Clementis VI A. V/1 (86) f. 257, de beneficiis vacantibus qu. 9 = V. 173 f. 211' n. 403. — [1]) V. 173 habet: ‚anno quinto', sed haud recte, quia Johannes, rex Bohemiae, ad cuius supplicationem haec gratia conceditur, iam anno 1346 Augusti 26 mortuus est.

620. *Cum Vlrico Conradi de Neuenburga dispensatur, ut ecclesiam in Valleviridi ac canonicatum et praebendam ecclesiae Vyssegradensis simul licite retinere possit, si sibi illos canonice conferri contingat.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

D. f. Vlrico, nato d. f. Conradi de Nuenburga, presbytero Pragensis diocesis, s. etc. Personam tuam, apud nos de probitatis et virtutum meritis fidedigno testimonio commendatam, sincera prosequentes in domino caritate, illa tibi libenter concedimus, que tuo honori et statui fore credimus oportuna. Sane peticio pro parte tua nobis exhibita [1]) continebat, quod dudum tecum super defectu natalium, quem pateris de soluto genitus et coniugata, ut predicto non obstante defectu ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere valeres, fuit per sedem apostolicam dispensatum, et quod tu post dispensacionem eandem parrochialem ecclesiam in Coslano, Pragensis diocesis, tunc vacantem, canonice tibi collatam, primo ac postmodum illa per te dimissa ex causa permutacionis, quam pro parrochiali ecclesia in Valleviridi, dicte diocesis, te fecisse asseris, ecclesiam ipsam in Valleuiridi et alias canonice ac sub-

sequenter canonicatum et prebendam ecclesie in Monte Wissegradensi prope Pragam, tunc vacantes tibique alias canonice collatos, pacifice assecutus fuisti, quos quidem ecclesiam in Valleviridi et canonicatum et prebendam, quorum redditus et proventus trigintaduorum florenorum auri valorem annuum non excedunt, extunc non sine tue consciencie lesione simul sine dispensacione tenuisti et possedisti et adhuc tenes et possides pacifice et quiete, fructus percipiens ex eisdem; quare pro parte tua nobis [a]) extitit humiliter supplicatum, ut tibi tuoque statui super premissis de oportuno remedio providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, volentes personam tuam premissorum meritorum obtentu prosequi favorabiliter in hac parte, tuis supplicacionibus inclinati omnem inhabilitatis maculam sive notam, in te ex premissis obortam, auctoritate apostolica penitus abolemus ac nichilominus tecum, ut premissis omnibus et quibuscunque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus ecclesiam in Valleviridi et canonicatum et prebendam predictos, si tibi illos canonice conferri contingat, libere recipere et licite retinere possis, auctoritate predicta de uberioris dono gracie dispensamus, teque insuper ampliori gracia prosequentes, fructus predictos, per te ut prefertur hactenus de facto perceptos ex beneficiis antedictis, auctoritate predicta graciose tibi remittimus et donamus. Volumus autem, quod parrochialem ecclesiam in Valleuiridi ac canonicatum et prebendam predictos, quos ut prefertur de facto tenes et possides, exnunc realiter et omnino dimittas. Nulli ergo etc. nostre abolicionis, dispensacionis, remissionis, donacionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 47′, de indultis, privilegiis et dispensacionibus qu. 6, rubrica sola = V. 172 f. 266′ n. 769 litterae. — [a]) ,nobis nobis' V. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

---

621. *Iudicibus mandatur, quatenus Ulrico Conradi de Neuenburga ecclesiam parrochialem in Valleviridi, de iure vacantem, conferre et assignare procurent. Forma ut in n. 78.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Dd. ff. . . decano Wissegradensis prope Pragam et . . scolastico Pragensis ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita d. f. Vlrici, nati d. f. Conradi de Neunburga, presbyteri Pragensis diocesis, super quibus apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut personam suam apostolice munificencie gracia prosequamur. Sane hodie pro parte dicti Vlrici nobis exposito, [1]) quod dudum super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et coniugata, ut eodem non obstante defectu ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere valeret, secum fuerat per sedem apostolicam dispensatum . . . . Voluimus eciam, quod ipse ecclesiam in Valleviridi et canonicatum et prebendam predictos, quos ut prefertur de facto tenebat et possidebat, extunc realiter et omnino di-

mitteret, prout in nostris exinde confectis[a]) litteris plenius continetur [1]). Volentes igitur eundem Vlricum premissorum meritorum suorum obtentu ampliori prosequi gracia et favore, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios parrochialem[b]) ecclesiam in Valleuiridi[c]) predictam, propter premissa de iure vacantem, si tempore date presencium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, prefato Vlrico, si eam dimiserit realiter ut prefertur, cum[d]) omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre et assignare curetis. . . . . D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.

Clementis VI A. IV 1 (82) f. 22′, de beneficiis vacantibus qu. 17, rubrica sola, ubi vero errore de parrochiali ecclesia „in Coslano" loquitur! Litterae in V. 170 f. 136 n. 653. — [a]) ‚confectis' confectis' V. — [b]) stat in rasura V. — [c]) stat in rasura V. — [d]) sequitur ‚plenitudine iuris canonici ac', sed cancellatum V. — [1]) haec supplicatio non est reperta. — [2]) mutatis mutandis ut in num. 620.

622. *„Iudicibus mandatur, ut Vlrico predicto [nato Conradi de Neuenburga] similem graciam faciant de canonicatu et prebenda in monte Wisegradensi prope Pragam". [D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.]* [1])

[Avinione, 1346 Aprilis 28.]

Clementis VI A. IV 1 (82) f. 22′, de beneficiis vacantibus qu. 17, rubrica sola, quaternus deficit. In V. 170 f. 137, ubi post numerum praecedentem sequi deberent, litterae ipsae deficiunt et sola annotatio invenitur, videlicet: „Hic deficit una alia gracia, que incipit: Dilectis filiis . . decano Wissegradensi, que est in XVII quaterno". — [1]) Datum ab editore suppletum, idem putare licet ut in n. 620 et 621.

---

623. *Episcopo Tullensi mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *quatenus cum Johanne et Rudolfo et Hinzmanno,*[a]) *clericis Argentinensis diocesis, quorum pater Rudolfus de Hohenstein, armiger, episcopum Argentinensem Bertholdum olim captum detinuit et propterea sententiam excommunicationis incurrit, auctoritate apostolica dispenset, ut quodcunque beneficium ecclesiasticum in civitate et diocesi Argentinensi libere recipere et licite retinere possint. D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.*

III
V
.X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 262′ n. 485, diversarum formarum qu. 9 = V. 168 f. 375′ n. 485. — [a]) ‚Hentzmanno' A. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

624. *Cum Theoderico, nato quondam Henrici, comitis de Waldeck,[a]) clerico Maguntinensis diocesis, dispensatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,[1]) cuius consanguineus existit, super inhabilitatis macula, quam ex eo contraxit, quod plura beneficia illicite tenuit: canonicatum scilicet et praebendam ecclesiae Coloniensis, canonicatum et praebendam ac cantoriam et praeposituram sancti Ludgeri Monasteriensis ecclesiae, qua praepositura dimissa archidiaconatum Frisiae curatum et oboedientiam in dicta Monasteriensi ecclesia adeptus est, postea vero etiam cantoriam praedictam libere dimisit. Fructus quoque percepti ei remittuntur, attamen hac conditione, ut canonicatus, praebendas, archidiaconatum et oboedientiam praedictos realiter et omnino dimittat.[2]) ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto'.*

X
.X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV 6 (V. 218) f. 311' n. 578, diversarum formarum qu. 11 = V. 168 f. 401' n. 578. — a) ‚Waldeken' A. — 1) haec supplicatio non est reperta. 2) vide num. 630 et 631.

625. *Johanni, regi Bohemiae, datur licentia fundandi et construendi monasterium ordinis sanctae Clarae sub vocabulo beatae Mariae Virginis et sancti Johannis Baptistae in oppido Epternacensi.*

=
X
X
X
.X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri,[a]) s. etc. Pia principum fidelium vota, per que participes fieri satagunt principatus eterni, libenter apostolico favore prosequimur et eis benignum assensum, quantum cum deo possumus, impartimur. Sane peticio tua nobis nuper exhibita[1]) continebat, quod tu, de tue et progenitorum ac liberorum tuorum animarum salute solicite cogitans et cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, unum monasterium ad divini nominis laudem et gloriam ac in honorem et sub vocabulo beate Marie Virginis et sancti Johannis Baptiste, in quo abbatissa et triginta due sorores ordinis sancte Clare perpetuum possint exhibere domino famulatum, in oppido Epternatensi, Treuerensis diocesis, quod in comitatu tuo Lucemburgensi fore dinoscitur, fundare et construere illudque de propriis tuis bonis, ex quibus abbatissa et sorores ipse ac earum servitores et[b]) servitrices substentari valeant, sufficienter dotare proponis. Nos igitur divini cultus augmentum ac eiusdem profusiorem propagacionem ordinis, ad que eciam tua regia devota laborare videtur intencio, affectantes ac laudabilem tue pie devocionis affectum favore apostolico prosequentes, tuis supplicacionibus inclinati monasterium ipsum in eodem oppido, in loco tamen ad hoc habili et honesto, cum ecclesia seu oratorio, campanili, domibus et aliis necessariis officinis absque preiudicio parrochialis ecclesie ac iuris cuiuslibet alieni, eidem monasterio sufficienti dote per te ut prefertur primitus assignata, fundandi ac construendi, diocesani loci et cuiuslibet alterius

licentia minime requisita, quacumque constitucione contraria non obstante, serenitati tue plenam[c]) auctoritate apostolica tenore presencium licenciam elargimur tibique, quod in eodem monasterio, postquam per te dotatum ac fundatum et constructum fuerit ut prefertur, abbatissa et sorores dicti ordinis usque ad dictum numerum ad nominacionem tuam hac primaria vice duntaxat possint et debeant secundum instituta eiusdem ordinis collocari et insuper eisdem monasterio, abbatisse et sororibus et earum posteris imperpetuum, quod omnibus privilegiis et libertatibus ac indulgenciis, aliis monasteriis et locis ac personis dicti ordinis seu ipsi ordini ab apostolica sede concessis, perinde valeant gaudere, sicut monasteria, loca et persone huiusmodi, quibus concessa sunt, illis gaudere noscuntur, auctoritate predicta tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostrarum concessionum infringere etc. D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 320' n. 591, diversarum formarum qu. 11 = V. 168 f. 111 n. 591. Ed. Vat. Akten n. 2262, RBM. IV n. 2230. — a) ‚illustris' A. b) ‚servitores et' suppl supra A. c) suppl. in margine A. — 1) haec supplicatio non est reperta.

626. *Monasterio Epternacensi, ordinis sancti Benedicti, Trevevensis diocesis, incorporatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,* [1]) *parrochialis ecclesia oppidi Epternacensis. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 271.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 47', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6, rubrica sola = V. 172 f. 267 n. 770 litterae. — 1) haec supplicatio non est reperta.

627. *Electoribus sancti Romani imperii, inter quos etiam Johanni, regi Bohemiae, scribitur, quatenus ad regis Romanorum electionem procedere procurent.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Nobili viro comiti Palatino Reni, duci Bauarie, spiritum consilii sanioris. Sicut nobilitatem tuam supponimus indubie non latere, olim clare memorie Henrico, ultimo Romanorum imperatore, rebus humanis exempto ac subsequenter Ludouico de Bauaria, qui dicebatur in discordia in regem Romanorum electus, propter suos graves excessus ac detestanda crimina et delicta, per ipsum adversus deum et ecclesiam sanctam suam fidemque catholicam commissa horribiliter et patrata, per processus f. r. Johannis pape XXII, predecessoris nostri, habitos contra eum, diversis excommunicacionis aliisque spiritualibus et temporalibus

penis et senteneiis innodato ac omni iure, si quod sibi ex eleccione predicta poterat ad regnum vel imperium Romanum forsitan competere, quoquomodo iusto privato iudicio ac de diversis heresum et scismatum criminibus, quibus se involvit et culpabilem reddidit, senteneialiter et publice condempnato, Romanum imperium diutinis temporibus vacavit et adhuc vacare noscitur, sicque Romana ecclesia, cuius imperator rite promotus, catholicus et devotus, dum eidem presidet imperio, advocatus et defensor esse debet, illo caruit toto tempore vacacionis huiusmodi et adhuc caret eodem, imperiumque predictum in suis iuribus et honoribus multa sustinuit dispendia et sustinet incessanter. Nos igitur premissa diligencius attendentes et compacientes ab intimis tam Alamanie quam certis aliis circumadiacentibus partibus et christicolis, degentibus in eisdem, propter eundem Ludouicum, occupatorem indebitum et illicitum iurium et honorum imperii supradicti, turbatis multipliciter et oppressis ac nonnullis ex eis propter adhesionem fautoriam et participacionem ipsius Ludouici dampnati ut prefertur magnis et gravibus animarum et statuum suorum periculis expositis prodolor et subiectis: vias et modos libenter et diligenter exquirimus, per quos possit super predictis utiliter et salubriter provideri, et tandem deliberacione prehabita provida et matura deducentes in consideracionis examen, quod, si vir aliquis strenuus, catholicus et devotus, assumeretur per eleccionem ad regimen imperii supradicti, facilior ad hoc pandi posset aditus et via salubrior aperiri, per processus nostros, quos die Cene domini proximo preterita [1]) contra prefatum Ludouicum eiusque fautores, adherentes, adiutores, valitores, complices et sequaces habuimus, de fratrum nostrorum consilio presente fidelium multitudine copiosa principes electores imperii tam ecclesiasticos quam seculares commonendos duximus et hortandos, ut ad eleccionem de rege in imperatorem Romanorum postmodum promovendo celebrandam convenire ac ad eam procedere procurarent. [a]) Cum autem morosa in hac parte dilacio periculosa nimium propter ea, que premissa sunt, et alia, que eis occurrunt temporibus, procul dubio censeatur, nobilitatem tuam rogamus, requirimus et hortamur attente, quatenus ad vocacionem v. f. n. Gerlaci, archiepiscopi Maguntini, ad eleccionem predictam una cum ceteris electoribus convenire, si et in quantum ad te pertinuerit, non postponas. Nos autem, cupientes huiusmodi eleccionis negocium prosperari, taliter ordinabimus, quod illi ex electoribus, qui propter fautoriam adhesionem et participacionem Ludouici predicti sunt excommunicacionis senteneiis innodati, dum tamen ab eisdem adhesione fautoria et participacione penitus desistant de cetero et illi, qui eligetur in regem ut premittitur, dummodo ecclesie predicte graciam et communionem obtineat et eidem sit devotus, assistant fideliter cum effectu, ne impugnari valeat, quod in eleccione ipsa per eos actum extiterit, iuxta formam ecclesie absolventur, nec te ac quosvis alios volumus ignorare, quod quecunque colligaciones, confederaciones, paeciones et lige, per quoscunque cum eodem Ludouico sub quacunque forma vel expressione verborum inite, ac iuramenta fidelitatis et alia queque sibi prestita per dictos processus nulla, cassa et irrita declarata et nunciata sunt nullumque ad eorum observacionem teneri quomodolibet vel astringi et, quatenus de facto processerant, annullata, cassata et irritata fuerunt, gravibus nichilominus penis inflictis adversus eos, qui eisdem colligacionibus, confederacionibus, ligis et paccionibus uterentur. D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.

Item in e. m. nobili viro Rupperto, comiti Palatino Reni, duci Bauarie, spiritum etc. D. ut s.

Item in e. m. nobili viro Rodolpho, comiti Palatino Reni, duci Bauarie, spiritum etc. D. ut s.

Item in e. m. nobili viro Adolpho, comiti Palatino Reni, duci Bauarie, spiritum etc. D. ut s.

Item in e. m. fratri Baldwino, archiepiscopo Treuerensi, salutem etc., omissis illis verbis: „si et in quantum“. D. ut s.

Item in e. m. ut proxime v. f. Walramo, archiepiscopo Coloniensi, salutem etc. D. ut s.

Item in e. m. carissimo in Christo filio Johanni, regi Boemie illustri, salutem etc. D. ut s.

Item in e. m. nobili viro Rodolpho, duci Saxonie, spiritum etc. D. ut s.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 1043—1050. Litteras ad comitem Palatinum Rheni ex originali Monacensi ed. C. Muller, Kampf Ludwigs des Baiern mit der romischen Curie II. 374. Confer etiam Vatik. Akten num. 2256 nota 2. Reg. ap. G. Schmidt, Päpstl. Ukk. und Regesten, I p. 362 n. 97. — a) corr. ex ‚procederent curarent‘. — 1) 1346 Aprilis 13.

628. *Archiepiscopis et episcopis per Alamanniam et Germaniam constitutis mandatur, quatenus electoribus, qui eligere regem Romanorum voluerint, necnon eidem regi assistant, ipsos tam in electionis quam coronationis actibus adiuvando. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto‘.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI V. 139 n. 1051—1087. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 99. RBM. IV n. 1694, Schmidt-Päpstliche Ukk. und Regesten I p. 363 n. 99. Vatik. Akten n. 2257. Huber 776 n. 159.

629. *Walramo, archiepiscopo Coloniensi, et simili modo aliis electoribus commendatur, quatenus Carolum, marchionem Morariae, regem Romanorum eligere procurent.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

V. f. Walframo, archiepiscopo Coloniensi. Pridem per processus nostros, adversus Ludouicum de Bauaria, hereticum et scismaticum manifestum, suosque complices, fautores, adiutores, valitores et adherentes die Cene domini proximo preterita 1) presente fidelium multitudine copiosa solenniter de consilio fratrum nostrorum habitos, tandem inter cetera principes electores imperii tam ecclesiasticos quam seculares generaliter ac postmodum per nostras speciales litteras te ceterosque principes predictos commonendos duximus et hortandos, ut attentis variis incommodis et periculosis dispendiis, que diutina imperii vacacio per obitum

clare memorie Henrici, ultimi Romanorum imperatoris, dicto Ludouico, qui discorditer in regem Romanorum postmodum fuisse dicebatur electus, propter predictos et alios graves excessus et crimina detestanda varia iure, si quod ex eleccione predicta sibi ad regnum vel imperium competere poterat, iusto privato iudicio ac de diversis heresibus et scismatibus, quibus se involvit et culpabilem manifeste reddidit, sentencialiter condempnato, hactenus secum tulit et ferret, si differretur ulterius, procul dubio ampliora, pro eleccione de rege promovendo in imperatorem postmodum convenire ad eamque dilacione sublata morosa procedere curaretis. Sane cum multum rei publice utilitati expediat, quod vir strenuus, devotus, catholicus et fidelis, cui nos et ecclesia Romana tanquam speciali advocato et defensori eiusdem ecclesie debeamus favores et gracias impertiri, ad tanti culminis fastum assumatur, et inter ceteros principes et magnates earum parcium d. f. nobilem virum Carolum, primogenitum carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchionem Morauie, attentis multis virtutibus, quibus ipsum decoravit altissimus, ad hoc aptum et idoneum extimemus, acceptum deo et expediens utilitati[a]) publice crederemus ac nobis et apostolice sedi admodum procul dubio gratum esset, si prefatus marchio in regem promovendum in imperatorem Romanorum postmodum assumatur. Quocirca fraternitatem tuam plenis affectibus deprecamur, quatenus ad eleccionem de ipso marchione celebrandam operosis affectibus et effectibus intendere studeas diligenter, sciturus, quod ex hoc preter mercedem perennis premii, quod inde mereberis, nostram et eiusdem sedis graciam tibi plenius et uberius vendicabis. D. ut s. [Auinione IIII kal. Maii a. quarto.][2])

Item in e. m. v. f. Baldwino, archiepiscopo Treuerensi, salutem etc. D. ut s.

Item in e. m. nobili viro Rodolpho, duci Saxonie, spiritum etc. D. ut s.

Item in e. m. nobili viro . . comiti Palatino Reni, duci Bauarie, post verbum te: „si et in quantum ad te pertinuerit“, spiritum etc. D. ut s.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 1089—1092. Reg. Raynald, Annales eccl. ad a. 1346 § 30, CDM. VII n. 654. RBM. IV n. 1693. G. Schmidt, Päpstl. Ukk. und Regesten, I p. 362 n. 98, Vatik. Akten n. 2258, Huber 503 n. 2. — [a]) sequitur: ‚rei‘, sed cancellatum V. — [1]) 1346 Aprilis 13. [2]) ut in V. 139 n. 1088.

630. *Mindensi et Padeburnensi episcopis ac sacristae ecclesiae Avinionensis mandatur, quatenus Theoderico de Waldeck,*[a]) *nato quondam Henrici, comitis de Waldeck,*[b]) *clerico Maguntinae dioecesis et consanguineo Johannis, regis Bohemiae, ad supplicationem eiusdem regis*[1]) *canonicatum et praebendam in ecclesia Coloniensi vacantes conferant et assignent. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.‘*

Forma ut in n. 79.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 22', de beneficiis vacantibus qu. 18, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 170 f. 443 n. 663. — [a]) ‚Waldecken‘ A. [b]) ‚Waldecken‘ A. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

631. *Eisdem iudicibus mandatur, quatenus eidem Theoderico de Waldeck*[a]) *ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *canonicatum et praebendam archidiaconatum et obedientiam in Monasteriensi ecclesia vacantes conferant et assignent. ,D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 79.*

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/4 (82) f. 22', de beneficiis vacantibus qu. 18, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 170 f. 443' n. 664. — a) ,Waldecken' A. — 1) haec supplicatio non est reperta.

---

632. *Henslino Jacobi providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' — In e. m. Zabrdovicensis*[a]) *prope Brunnam et Gradicensis, Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 445' n. 122, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 169 f. 277 n. 122. — a) ,Zabardowicensis' A.

---

633. *Petro Leublini providetur de canonicatu ecclesiae in Sadska,*[a]) *Pragensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' — In e. m. decano Vyssegradensis*[b]) *prope Pragam et scholastico Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 447 n. 123, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 169 f. 278 n. 124. — a) ,Saccensis' A. b) ,Wissegradensis' A.

---

634. *Ulrico Behtlin de Augusta, magistro in artibus, medico et familiari domestico Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Augustensis sub expectatione praebendae, non obstante, ,quod in ecclesia Wratislauiensi canonicatum et prebendam nosceris obtinere . . . . D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 145, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 171 f. 77' n. 135.

635. *Symoni, nato quondam Henrici de Legnicz, providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. ‚non obstantibus . . . . seu quod dudum super conferendo tibi beneficio ecclesiastico . . . . . . canonicatum et prebendam ecclesie Opoliensis, Wratislauiensis diocesis, tunc vacantes, super quibus tibi litem moveri formidas, acceptasti, sive quod postea tibi de canonicatu ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature duximus de speciali gracia providendum. Volumus quoque, sicut tunc eciam tempore dicte ultime gracie tibi facte voluimus et decrevimus in eadem, quod per presentem graciam . . . . . . constitucione contraria non obstante; pars omissa ut in num. 591. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' — In e. m. episcopo Lubucensi et abbati monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

I ≡ .X — I V X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 155, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 171 f. 85 n. 145. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291.

636. *Rudolfo Hetye,*[a] *clerico Avinionensis diocesis, reservatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *beneficium sine cura, cuius fructus 40 librarum Turonensium s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Ambianensis vacat, vel cum vacaverit, etiam si in ecclesia cathedrali existat. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 76.*

I .X — I = X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 373, de beneficiis cum vel sine cura sub expectatione qu. 5 = V. 171 f. 202' n. 371. — [a]) corr. ex ‚Heytie' A. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

637. *Roberto Le Paumier, clerico Constantiensis diocesis, reservatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Constantiensis, provinciae Rothomagensis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, etiam si in ecclesia cathedrali existat. ‚D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 76.*

I — .X — I ≡ X.

Avinione, 1346 Aprilis 28.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 514' n. 180, de beneficiis vacaturis qu. 6 = V. 168 f. 79' n. 180. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

638. *Friderico Stromayr de Nurenberga providetur de beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Wyssegradensis. Forma ut in n. 2.*

X X — *Avinione, 1346 Aprilis 28.*

D. f. Friderico Stromayr de Nurenberch, clerico Bambergensis diocesis, s. et a. b. Ad illorum provisionem libenter intendimus .... Hinc est, quod nos, volentes tibi, apud nos de honestate morum et vite aliisque probitatis et virtutum meritis laudabiliter commendato, horum intuitu g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, r. et p., si cum cura, triginta, si vero sine cura fuerit, viginti marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, spectans c. vel d. ad collacionem, prov., pres. seu q. a. d. dd. ff. .. prepositi, decani et capituli ecclesie Wissegradensis prope Pragam, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendum tibi ..... d. a. reservamus ....; non obstantibus .... seu quod dudum super provisione tibi facienda de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem vel presentacionem dd. ff. .. abbatis et conventus monasterii sancti Vincencii prope Wratislaviam, Premonstratensis ordinis, nostras in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, litteras impetrasti, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecumque inde secuta exnunc cassamus, irritamus et nullius deinceps existere volumus roboris vel momenti. ... D. Auinione IIII kal. Maii a. quarto.

In e. m. dd. ff. .. abbati monasterii Waltsassensis et .. preposito Sazensis, Ratisponensis et .. [sic] Pragensis diocesium, ac .. sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A. IV 2 (83) f. 527 n. 196, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 164 f. 87 n. 196.

---

639. *Henrico*[a] *Pugh de Xanctis, canonico ecclesiae Sanctorum Apostolorum Coloniensis, reservatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1] *beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Xanctensis, Coloniensis dioecesis, vacat, vel cum vacaverit, etiam si canonicatus et praebenda ac ferculum ipsius ecclesiae Xanctensis existat. (D. Avinione IIII kal. Maii a. quarto.) Forma ut in n. 76.*

.X X. — *Avinione, 1346 Aprilis 28.*

Clementis VI A. IV 2 (83) f. 565 n. 248, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 168 f. 110 n. 248. — a) Heinrico A. — 1) haec supplicatio non est reperta.

640. *Andreae, rectori ecclesiae de Raville, Metensis diocesis, reservatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, beneficium sine cura, etiam si in ecclesia Metensi existat, cuius fructus 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Metensis̄ et decani, circatoris (sic!) et capituli et singulorum canonicorum eiusdem ecclesiae Metensis ac praepositi capellae beatae Mariae Rotundae in eadem ecclesia vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione III kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 76.*

. X X̄ . *Avinione, 1346 Aprilis 29.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 388', de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 171 f. 214' n. 395.

---

641. *Petro dicto Birklin providetur ad supplicationem Beatricis, reginae Bohemiae, de canonicatu ecclesiae de Monasterio Eifliae,*[a]) *Coloniensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione kal. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 6.*

. X X̄ . *Avinione, 1346 Maii 1.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 113, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 171 f. 55 n. 98. — a) ‚Eytlie' A.

642. *„Episcopo Wratislauiensi committitur institucio certi numeri canonicorum et distinccio prebendarum ecclesie Luthomuslensis et divisio proventuum in duas partes; quarum una erit pro episcopo, alia pro canonicis ecclesie predicte".*[1])

Avinione, 1346 Maii 6.

Clemens episcopus, s. s. d., venerabili fratri . . episcopo Wratislauiensi s. et a. b. Dudum attendentes, quod in tanta multitudine populi, quanta fecundavit[a]) et auxit altissimus civitatem et diocesim Pragenses, singulorum vultus nequibat, ut decebat, unicus pastor inspicere aut alias partes boni pastoris implere, non sine gravi animarum dispendio personarum degencium in eisdem, ex hiis et certis aliis racionabilibus causis, que nostrum et fratrum nostrorum animos ad id racionabiliter induxerunt, civitatem Luthomislensem, tunc villam, infra Pragensis diocesis limites constitutam, civitatis vocabulo decorantes, ecclesiam quondam monasterii eiusdem civitatis, Premonstratensis ordinis, de ipsorum fratrum consilio in cathedralem ereximus ac eidem subsequenter ecclesie de persona v. f. n. Johannis, episcopi Luthomislensis, duximus providendum, preficientes ipsum in eiusdem ecclesie episcopum et pastorem. Verum quia, sicut exhibita nuper nobis pro parte d. f. nobilis viri Caroli, marchionis Morauie, primogeniti c. in Ch. f. n. Johannis, regis

Boemie illustris, peticio continebat,[2]) inter prefatum episcopum et dilectos filios canonicos eiusdem ecclesie pro eo, quod redditus et proventus dicte ecclesie inter ipsos distincti non fuerunt, sed per prefatum dumtaxat episcopum administrati hactenus extiterunt, prout adhuc administrantur, nonnulle discordie et dissensiones suborte fuerunt, ex quibus dicta ecclesia debitis destituta serviciis et divinus cultus in ea diminutus frequenter fuisse noscuntur: nos cupientes, quod sublata huiusmodi discordiarum et dissensionum materia pax et tranquillitas vigeat inter eos, ac volentes, quod in dicta ecclesia ad cultum divinum et alia ipsius ecclesie oportuna servicia sufficiens ministrorum numerus statuatur, gerentes quoque de tue circumspeccionis industria fiduciam in domino specialem, fraternitati tue de dictorum episcopi et canonicorum procuratorum assensu per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, ad partes illas te personaliter conferens ac de redditibus et proventibus omnibus ipsius ecclesie diligenter et plenarie te informans, certum in dicta ecclesia canonicorum numerum, capitulum facienciuin, unumque priorem, qui de ipso numero existat ac primum locum primamque vocem post episcopum habeat in eodem, necnon personas alias, eiusdem ecclesie serviciis oportunas, constituas, prout secundum exigenciam facultatum ipsius ecclesie videris expedire, ac ipsos redditus et proventus iuxta tue discrecionis arbitrium in duas certas dividas porciones, quarum unam episcopi et successorum suorum mense, de qua porcione statum suum decenter tenere ac eiusdem ecclesie onera supportare, et reliquam prefatis capitulo, unde cum personis predictis in communi commode sustentari valeant, in perpetuum assignabis, ita quod tam episcopo, qui pro tempore fuerit, quam capitulo prelibatis administracionis huiusmodi porcionis sue libera in perpetuum sit facultas, statuta quoque et ordinaciones, que pro observacione constitucionum, divisionis et assignacionis predictarum et alias super prioris, capituli et personarum predictarum statu et eiusdem ecclesie serviciis oportuna cognoveris, cum decencium interminacione penarum edere non postponas, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione II [3]) non. Maii p. n. a. quarto.

Ex transsumpto Preczlai, episcopi Vratislaviensis, dd. 1347 Octobris 16, in c. r. archivio aulico Vindobonensi, copia in Museo regni Bohemiae. Reg. in A. IV 3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur; totus autem quaternus iste deest cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)! Ed. CDM. VII n. 655, RBM. IV n. 1696. [a]) ‚facundavit‘ Transs. — [1]) sic rubrica in A. IV 3 (84) f. 51'. [2]) haec supplicatio non est reperta. [3]) CDM. et RBM. habent errore ‚IIII‘.

643. *Nicolao, nato Hostislai de Hořoviez,*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstante, ,quod in ecclesia sancti Egidii Pragensis canonicatum et prebendam ac unam obedienciam nosceris obtinere . . . D. Auinione II non. Maii a. quarto.' — In e. m. abbati monasterii Břevnoviensis,*[b]) *Pragensis diocesis, et decano Vyssegradensis*[c]) *prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1346 Maii 6.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 165, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 171 f. 93 n. 158. — [a]) ,Hostizlai de Horawitz' A. [b]) ,Brewnouiensis' A. [c]) ,Wissegradensis' A.

644. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, conceditur, ut possit quatuor personis idoneis, quas ad hoc duxerit eligendas, etiam si personae ipsae duo beneficia ecclesiastica obtineant, quorum etiam unum curatum aut dignitas vel personatus existat, singulis videlicet de singulis canonicatibus, ad collationem archiepiscopi, praepositi, decani et capituli Pragensis ecclesiae communiter vel divisim spectantibus, etiam si in dicta ecclesia existant, providere et quatuor praebendas, ad eandem collationem spectantes, si vacant, vel cum vacaverint, eisdem personis reservare. ,D. Auinione II non. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 105.*

X
.X. *Avinione, 1346 Maii 6.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 166, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V. 171 f. 94 n. 160.

645. *Praecentori et mansionariis ecclesiae Pragensis conceditur, ut sigillo communi missibili uti possint.*

V
.X. *Avinione, 1346 Maii 6.*

Clemens episcopus, s. s. d., dilectis filiis . . precentori et mansionariis seu collegio chori beate Marie in ecclesia Pragensi s. et a. b. Vestre devocionis exigentibus meritis libenter illa,[a]) quantum cum deo possumus, vobis concedimus, que vestrum commodum respicere dinoscuntur.[b]) Vestris itaque supplicacionibus[1]) inclinati, ut sigillo communi missibili, tamen dumtaxat ad causas et necessitates vestras, non tamen ad vendiciones, obligaciones aut aliquas alienaciones quascunque, uti libere valeatis, non obstantibus statutis, constitucionibus et ordinacionibus sinodalibus vel provincialibus ecclesie Pragensis quibuscunque, in contrarium editis vel edendis, vobis auctoritate apostolica de speciali gracia tenore presencium indulgemus. Nulli ergo[c]) omnino hominum liceat hanc paginam nostre

concessionis infringere[d]) vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione II non. Maii p. n.[e]) a. quarto.

Originale cum bulla plumbea in filo serico in archivio capituli Pragensis VII, 11. Registratum in A. IV 6 (V. 218) f. 293 n. 513, diversarum formarum qu. 10 = V. 168 f. 391 n. 513. — Ed. RBM. IV n. 1700. — [a]) corr. ex ‚illam' A. [b]) ‚dinoscantur' A. [c]) loco ‚omnino paginam' sequitur ‚etc.' in A. [d]) loco ‚vel ei — incursurum' sequitur ‚etc.' in A. [e]) ‚pontificatus nostri' deest in A. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

646. *Omnibus altare beatae Mariae in ecclesia Pragensi visitantibus indulgentiae conceduntur.*

=
.X. *Avinione, 1346 Maii 6.*

[Clemens episcopus, s. s. d.,][a]) universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, s. et a. b.[b]) Dum precelsa meritorum insignia, quibus regina celorum, virgo dei genitrix gloriosa, sedibus prelata[c]) sidereis quasi stella matutina prerutilat, devote consideracionis indagine perscrutamur, dum eciam infra nostri pectoris archana revolvimus, quod ipsa utpote mater misericordie, mater gracie, pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere pergravantur, sedula exoratrix et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit, dignum, quin pocius debitum arbitramur, ut ecclesias in sui honorem nominis dedicatas graciosis[d]) remissionum prosequamur impendiis et copiosis indulgenciarum muneribus honoremus. Cupientes igitur, ut altare beate Marie Virginis, situm in ecclesia Pragensi, ubi ut asseritur d. f. nobilis vir Karolus, marchio Morauie, collegium [mansionariorum fundavit][e]) illudque ad honorem et obsequium beate[f]) Marie sufficienter de bonis propriis dotavit, et ubi omnes hore ad laudem ipsius beate Marie decantantur, congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad altare prefatum, quo ibidem uberius dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in quatuor eiusdem beate Marie festivitatibus precipuis dictum altare devote visitaverint, annuatim unum annum et unam quadragenam, necnon et illis, qui in singulis diebus sabbati misse in honorem eiusdem beate Marie inibi decantande interfuerint, quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis, singulis videlicet festivitatum, quibus altare visitaverint, et sabbati[g]) diebus huiusmodi, quibus misse predicte interfuerint ut prefertur, misericorditer relaxamus. D. Auinione II non. Maii [p. n.][h]) a. quarto.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 293 n. 515, diversarum formarum qu. 10 = V. 168 f. 391 n. 515. — Ed. Dobner MHB. III pag. 331, RBM. IV n. 1701. — [a]) sic apud Dobner, deest in A. [b]) ‚etc.' loco ‚apostolicam benediccionem' A. [c]) corr. ex ‚prelatata' A. Dobner habet ‚repleta'. [d]) ‚gloriosis' Dobner. [e]) deest in A. prout etiam apud Dobner, suppletum ab editore. [f]) ‚eiusdem' Dobner. [g]) ‚sabbatis' Dobner. [h]) sic apud Dobner, deest in A.

647. *Petro, abbati monasterii Montis Sion, et successoribus eius conceditur, ut dimidiam marcam auri dumtaxat singulis bienniis camerae apostolicae solvere teneantur.*

X
.X.　　*Avinione, 1346 Maii 6.*

D. f. Petro, abbati monasterii Montis Syon, Premonstratensis ordinis, Pragensis diocesis, s. etc. Devocionis tue merita, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne merentur, ut peticiones tuas, quantum cum deo possumus, ad exaudicionis graciam admittamus. Dudum siquidem pro parte tua nobis exposito, quod tu plures abbacias solennes et membra nobilia monasterio tuo subiecta habebas, essentque in diocesi Pragensi nonnulli alii abbates, abbacias et membra[a]) huiusmodi non habentes ac te longe minores, qui erant insigniis pontificalibus insigniti, nos, ut tu et successores tui, abbates dicti monasterii, qui essent pro tempore, imperpetuum infra et extra dictum monasterium, quociens solenniter celebraretis, infula seu mitra, sandaliis et aliis insigniis et ornamentis episcopalibus uti et frui libere et licite valeretis, tibi et eisdem successoribus auctoritate apostolica per nostras certi tenoris litteras duximus indulgendum, voluimus autem, ut tu et iidem successores camere apostolice unam marcham auri singulis bienniis solvere teneremini, alioquin indultum huiusmodi esset irritum et inane, prout in dictis litteris plenius continetur.[1]) Cum itaque, sicut ex tenore peticionis pro parte tua nobis nuper oblate[2]) percepimus, predictum monasterium adeo sit desolatum et destructum, quod de facili vel imbrevi restaurari non potest, nos eidem monasterio pio et paterno in hac parte compacientes affectu, tuis supplicacionibus inclinati, ut tu et successores tui predicti loco ipsius marche, quam solvere tenebamini ut prefertur, non nisi dimidiam marcham auri dumtaxat singulis bienniis predicte camere solvere teneamini, vobis concedimus de gracia speciali; quod si forsan in solucione dimidie marche huiusmodi defeceritis, prefatum indultum per predictas nostras litteras vobis concessum fore volumus irritum et inane. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione II non. Maii a. quarto.

Clementis VI A. IV/6 (V. 218) f. 302 n. 568, diversarum formarum qu. 11 = V. 168 f. 399 n. 568. — [a]) ‚menbra' A. — [1]) vide num. 371. [2]) haec supplicatio non est reperta.

---

648. „*Visitantibus ecclesiam beati Viti martiris Pragensis indulgencie largiuntur.*[1])" *Forma ut in n. 261.*

.X.　　*Avinione, 1346 Maii 6.*

Clemens episcopus, s. s. d., universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, s. et a. b. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementissima ipsius maiestate sperancium, tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia Pragensis, sub honore

et vocabulo beati Viti martiris fundata, in qua beatorum eiusdem Viti, Wenceslai, Georgii, Adalberti, Egidii, Ludmille et Stanislai corpora cum nonnullorum aliorum sanctorum corporibus sicut asseritur requiescunt, congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem, quo ibidem uberius dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in quatuor principalibus beate Marie Virginis, domine nostre, ac dictorum sanctorum Viti, Wenceslai, Georgii, Adalberti, Egidii, Ludmille et Stanislai festivitatibus prefatam ecclesiam devote visitaverint, annuatim unum annum et unam quadragenam de iniunctis eis penitenciis, singulis videlicet diebus festivitatum ipsarum, quibus ecclesiam ipsam visitaverint ut prefertur, misericorditer relaxamus. D. Auinione II non. Maii p. n. a. quarto.

Originale cum bulla plumbea in filo serico in archivio capituli Pragensis VIII, 8. Clementis VI A. IV/3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur; hic autem quaternus totus deest cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)! — Ed. RBM. IV n. 1699. — [1]) sic rubrica in A. IV/3 (84) f. 51'.

649. *„Johanni, regi Boemie, indulgetur, ut quicunque prelatus in tua (sic) presencia verbum dei proponens seu divina celebrans possit solenniter benedicere, non obtenta licencia a diocesano loci.“* [1])

X
.X. *Avinione, 1346 Maii 6.*

Clemens episcopus, s. s. d., carissimo in Christo filio Johanni, regi Boemie illustri, s. et a. b. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut peticiones tuas in hiis maxime, per que divino cultui devocionis fervor tuoque regali solio decus accrescat, ad exaudicionis graciam admittamus. Hinc est, quod nos, tuis supplicacionibus[2]) inclinati, quod quilibet episcopus aut abbas cismarinus,[a]) cui usus pontificalium sit concessus, catholicus tamen et apostolice sedis communionem et graciam obtinens, in tua et successorum tuorum, regum Boemie, presencia ubicunque et quandocunque, congruis tamen alias ad hoc temporibus atque locis, per te vel successores eosdem de hoc fuerit requisitus, eciam in pontificalibus missarum solennia celebrare et solenniter benedicere, locorum metropolitani aut diocesani vel superioris alterius cuiuscunque non obtenta vel petita licencia, licite valeat, devocioni tue tenore presencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione II non. Maii p. n. a. quarto.

Originale cum bulla plumbea in filo serico in archivio c. r. aulico Vindobonensi. Reg. in A. IV/3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9, rubrica sola, litterae non

reperiuntur; hic autem quaternus deest totus cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)! — Ed. Balbinus, Miscellanea d. I l. VI p. 12, CDM. VII n. 656, RBM. IV n. 1697. — [a] corr. ex .episcopus cismarinus aut abbas. — [1]) sic rubrica in A. IV/3 (84) f. 51'. [2]) haec supplicatio non est reperta.

---

650. *„Omnibus cuiuscunque condicionis inhibetur, ne diadema, quo imperator in civitate Pragensi debet coronari, distrahant seu pignori obligent nec alienent quocunque modo."* [1])

$\overline{\text{V}}$
.X.

Auinione, 1346 Maii 6.

Clemens episcopus, s. s. d., ad perpetuam rei memoriam. Personarum illustrium votis, illis presertim, que veneracionem sanctorum respiciunt, tenemur et cupimus favorabiles inveniri. Exhibita siquidem nobis dilecti filii nobilis viri Karoli, marchionis Morauie, primogeniti carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, peticio [2]) continebat, quod ipse ob devocionem et reverenciam sancti Wenceslai, olim regis Boemie, de novo fieri fecit quoddam satis preciosum regium diadema illudque glorioso capiti dicti sancti, cuius corpus in Pragensi requiescit ecclesia, donavit et fecit apponi ea intencione, ut ab ipso capite non debeat amoveri, nisi duntaxat quando regem Boemie, qui pro tempore fuerit, de novo coronari vel alia per eundem regem solennia, que regalis diadematis usum exigerent, in civitate vel suburbiis Pragensibus solenniter contingeret celebrari, quo casu liceret prefato regi diadema ipsum recipere, sic tamen, quod ipsum eadem die coronacionis vel celebracionis huiusmodi eidem beato capiti reponere teneatur. Verum quia ipse marchio, sicut eadem subiungebat peticio, pertimescit, ne aliqui propter magnam preciositatem ipsius diadematis seu aliam causam ipso diademate in aliis abuti presumant, nobis humiliter supplicavit, ut super hoc de oportuno providere remedio dignaremur. Nos igitur, ipsius marchionis in hac parte devotis supplicacionibus inclinati, auctoritate presencium districcius inhibemus, ut nullus tam clericus quam laicus, cuiuscunque preeminencie, dignitatis aut status existat, audeat vel presumat diadema predictum quocunque modo, titulo, occasione vel causa alienare, distrahere seu pignori obligare, alioquin omnes et singulos, qui secus attemptare presumpserint, preter alias penas, in tales a canone promulgatas, excommunicacionis sentenciam, a qua non nisi prius diadema ipsum capiti predicto reposuerint, nec tunc per alium, quam per Romanum pontificem preterquam mortis articulo absolvi possint, incurrere volumus ipso facto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibicionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione II non. Maii p. n. a. quarto.

Originale cum bulla plumbea in filo serico in archivio capituli Pragensis VIII 7. Clementis VI A. IV/3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur; hic autem quaternus deest totus cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)! — Ed. RBM. IV n. 1698. — [1]) sic rubrica in A. IV/3 (84) f. 51'. [2]) haec supplicatio non est reperta.

651. *Archiepiscopo Pragensi conceditur facultas ordinandi ac decernendi, ut vicarii, qui a canonicis ecclesiae Pragensis decano eiusdem ecclesiae praesentati sunt vel fuerint in futurum, perpetui existant et a suis vicariis per eosdem canonicos amoveri non possint.*

V̄
.X. *Avinione, 1346 Maii 6.*

V. f. . . archiepiscopo Pragensi s. etc. Peticio d. f. nobilis viri Caroli, marchionis Morauie, primogeniti c. in Ch. f. Johannis, regis Boemie illustris, nobis nuper exhibita [1]) continebat, quod in Pragensi ecclesia de antiqua consuetudine est hactenus observatum, quod singuli canonici dicte ecclesie singulos vicarios temporaneos, qui iuxta onus prebendarum ipsorum canonicorum eidem ecclesie pro eis deserviant in divinis, . . decano ipsius ecclesie, qui est pro tempore, ad quem approbacio et recepcio vicariorum huiusmodi de simili consuetudine pertinet, pro ipsorum voluntate presentant, ipsique vicarii per eundem decanum, si reperiantur idonei, ad vicarias huiusmodi admittuntur et pro maiori parte provisionem recipiunt de communibus proventibus ecclesie supradicte, quodque vicarii, qui pro archiepiscopo Pragensi, qui est pro tempore, ac . . decano, . . preposito et . . scolastico dicte ecclesie prestant in eadem ecclesia domino famulatum, perpetui de simili consuetudine existere dinoscuntur. Quare dictus marchio nobis humiliter supplicavit, ut pro augendo in dicta ecclesia cultu divino providere ac decernere, quod omnes et singuli vicarii, qui per singulos ipsius ecclesie canonicos dicto decano vel alii, ad quem id de iure pertineat, presentati sunt vel fuerint in futurum, ad vicarias huiusmodi, si reperiantur idonei, institui et perpetui esse debeant, et quod per ipsos canonicos ab ipsis vicariis nequeant amoveri, cum ex huiusmodi perpetuitate speretur, quod eidem ecclesie deserviri debeat melius in divinis, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, de predictis noticiam non habentes ac de tue circumspeccionis industria gerentes in domino fiduciam pleniorem, ut postulata huiusmodi, si ea, vocatis, qui fuerint evocandi, honestati et utilitati dicte ecclesie expedire cognoveris, auctoritate apostolica ordinare et decernere valeas, plenam et liberam fraternitati tue tenore presencium concedimus facultatem. D. Auinione II non. Maii a. quarto.

Clementis VI A. V 3 f. 116, de indultis, privilegiis et dispensationibus anni *quinti* qu. 1, cum nota in rubricis addita: „non scribantur in pergameno". In V. 171 loco competenti non legitur, nec alibi reperiri potuit. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

652. „*Mansionariis, institutis per Carolum, marchionem Morauie, in ecclesia Pragensi, unitur capella sancti Laurencii in Prerouia, Olomucensis diocesis.*" [1]) *Forma ut in n. 271.*

Avinione, 1346 Maii 9.

Clemens episcopus, s. s. d., ad perpetuam rei memoriam. Totis desiderantes affectibus, ut ministrorum ecclesiasticorum, ad divini nominis et sanctorum omnium et precipue gloriose Virginis Marie, genitricis domini nostri Jesu Christi, laudem

et gloriam excolendam ordinatorum, ex devocione fidelium status salubriter dirigatur, libenter illa concedimus, per que utilitatibus consulatur eorum et status huiusmodi de bono in melius augeatur. Sane d. f. nobilis viri Karoli, marchionis Moravie, karissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, primogeniti, exhibita nobis peticio[2]) continebat, quod idem Karolus, ex sincere devocionis affectu, quem gerit ad predictam virginem gloriosam, ad chorum vocatum sancte Marie in ecclesia Pragensi certum clericorum sive canonicorum numerum, quos mansionarios nominari voluit, instituit et ordinavit, bonis ipsos temporalibus predotando, numerique institucionem ipsius et alia, tam circa assignacionem bonorum temporalium quam dictorum mansionariorum statum per eum devote facta et habita, postmodum per nostras obtinuit litteras confirmari.[3]) Cum autem dictus Karolus, prout eadem subiungebat peticio, ferventer ad dictorum mansionariorum status augmentum anhelet, ut ipsi eo devocius et libencius memorate genitricis domini nostri horas canonicas valeant decantare, quo sufficiencius et peramplius temporalibus bonis conspexerint se dotatos, nobis pro parte dictorum Karoli et mansionariorum extitit humiliter supplicatum, ut capellam sancti Laurencii in Prerouia, Olomucensis diocesis, in qua idem Karolus ius obtineret patronatus, dicto numero ipsorum mansionariorum incorporare, unire et annectere dignaremur. Nos igitur, eorundem mansionariorum utilitatibus providere oportunis intendentes, Karoli et mansionariorum predictorum supplicacionibus inclinati, predictam capellam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dictis mansionariis exnunc auctoritate apostolica perpetuo concedimus, incorporamus, annectimus et unimus, ita quod cedente capellano ipsius capelle, qui nunc est, vel alias quovis modo capellam ipsam dimittente liceat eisdem mansionariis et eorum successoribus per se vel eorum procuratores auctoritate propria prefate capelle possessionem apprehendere corporalem eiusque redditus et proventus libere recipere et retinere, ac eos alios in usus et necessitates eorum proprias perpetuis temporibus[a]) convertere valeant, diocesani[b]) loci aut alterius cuiuscunque licencia seu assensu minime requisitis, proviso tamen, quod capella predicta divinis et debitis obsequiis propter hoc ac solito ministrorum numero non fraudetur, quodque de ipsius capelle redditibus consueta eiusdem capelle onera per predictos mansionarios integraliter supportentur, non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi capellis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus habitos per easdem ad predictam capellam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem capellarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat[c]) quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habita sit in nostris litteris mencio specialis. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum hanc paginam nostre concessionis, incorporacionis, annexionis et unionis infringere vel ei ausu temerario contraire liceat. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omni-

potentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione VII id. Maii p. n. a. quarto.

Clementis VI A. IV 3 (81) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur: totus autem quaternus iste deest cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)! — Ed. Dobner MHB. III pag. 334 n. 7, unde et nos tenorem litterae desumpsimus, CDM. VII n. 658, RBM. IV n. 1705. — [a]) sequitur ‚liceat' apud Dobner, om. ab editore. [b]) ‚diocesensis' Dobner. [c]) deest apud Dobner, suppl. ab editore. [1]) sic rubrica in A. IV/3 (81) f. 51'. [2]) haec supplicatio non est reperta. [3]) vide num. 367.

653. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus monachis ordinis sancti Benedicti, ritus sclavonici, concedat facultatem recipiendi unum locum in regno Bohemiae vel eius confinibus, ubi dictum ritum servare possint.*

X [1])
.X.

Avinione, 1346 Maii 9.

Clemens episcopus, s. s. d.,[a]) venerabili fratri . . archiepiscopo Pragensi salutem et[b]) apostolicam benediccionem. Significavit nobis d. f. nobilis vir Karolus, marchio Morauie,[1]) quod in Sclauonie et nonnullis aliis partibus, de sclauonica lingua existentibus, misse et alie hore canonice ad laudem Christi in eorum vulgari de licencia et ex indulto sedis apostolice leguntur et eciam decantantur, et quod multa monasteria et loca monachorum nigrorum, sancti Benedicti et aliorum ordinum, in illis partibus huiusmodi ritum ex antiqua consuetudine usque in hodiernum diem tenencium, propter brigas et guerras illarum parcium destructa et ad nichilum sunt redacta, monachi quoque et fratres monasteriorum[c]) et locorum predictorum, occasione huiusmodi nec deo nec christianis proficere nec eciam monasteria et loca ipsorum commode obtinere valentes, remanent vagabundi, propter quod cultus divinus et fides christiana in illis partibus minuuntur. Cum autem, sicut huiusmodi insinuacio subiungebat, in confinibus et circa partes regni Boemie, que de eadem lingua et vulgari existunt, sint multi scismatici et infideles, qui, cum eis sacra scriptura latine dicitur, exponitur vel predicatur, nec intelligere volunt nec commode ad fidem christianam possunt converti, dictique monachi et fratres vulgares predicatores, ritum predictum habentes, in dicto regno et ipsius confinibus summe necessarii et utiles pro dei laude et augmentacione christiane fidei esse noscantur: idem marchio nobis humiliter supplicavit, ut eisdem fratribus et religiosis[d]) concedere, quod[e]) in regno Boemie et confinibus supradictis loca eligere, in quibus et circa que possint stare et verbum dei exponere, predicare et missas celebrare secundum ritum et consuetudinem parcium ipsarum, licenciam concedere de speciali gracia dignaremur. Nos igitur, de predictis noticiam non habentes, fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam gerimus, [per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus][f]) eisdem monachis seu fratribus dicti sancti Benedicti vel alterius ordinis, per sedem eandem approbati, recipiendi unum locum duntaxat in dicto regno vel eius confinibus, in quo

servare[f]) valeant dictum ritum, alias tamen per sedem approbatum eandem, auctoritate nostra concedas plenam et liberam facultatem, iure tamen parrochialis ecclesie ipsius loci, quem ut premittitur dicti monachi seu fratres receperint, et cuiuslibet alterius alieni[h]) in omnibus semper salvo. D. Auinione VII id. Maii p. n. a. quarto.

Originale cum bulla plumbea in filo canabis in archivio caes. reg. aulico Vindobonensi. In registris cum Avenionensibus tum Vaticanis anni *quarti* non reperitur, sed legitur registrata in reg. Aven. anni V parte 3 (quod volumen iam putredine deletum et e serie Avenionensi exclusum alibi conservatur), fol. 115', de indultis, privilegiis et dispensationibus anni *quinti* qu. 1.; est autem omissa in V. 174, ubi quaterni huiusmodi transcripti inveniuntur. — Ed. Pelzel, K. Karl IV Tom. I Ukb pag. 90 n. 82. CDM. VII n. 657. RBM. IV n. 1701. — a) ‚Clemens — dei' deest in A. b) ‚etc.' loco ‚et ap. benediccionem' A. c) ‚orum' in rasura Or. d) inter ‚religiosis' et ‚concedere' aliquid cancellatum Or. e) in rasura Or. f) deest in Or. et A., suppl. ab editore. g) in margine inveniebatur nota quaedam, nunc cancellata Or. h) suppl. ab eadem manu. — 1) taxatio suppleta est e registro Avinionensi. 2) haec supplicatio non est reperta.

654. *Cum Johanne, rege Bohemiae, et Carolo, marchione Moraviae, dispensatur, ut castra et redditus regni Bohemiae, de quibus ipsis pari consensu expedire videatur, vendere aut impignorare possint.*

Avinione, 1346 Maii 9.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, et d. f. nobili viro Carolo, eius primogenito, marchioni Morauie. Racionis equitas suadet, ut semper emergentibus de novo negociis plerumque mutando in melius, que prius acta provide fuerant, adhibeatur antidotum auxilii oportuni. Sane nuper in nostra presencia nobis explicare curastis, quod dudum certis racionabilibus causis suadentibus, cupientes honores et bona regni Boemie illibata consistere et illesa, prestitistis in nostra presencia iuramentum, vos castra vel redditus, de iure ac proprietate regni predicti existencia, nullatenus vendere vel alias distrahere quoquomodo. Et quia de novo tu, fili marchio, ad assequendum dante domino Romani culmen imperii per eleccionem, de persona tua in regem Romanorum in imperatorem postmodum promovendum celebrandam, aspiras et propterea te subire necessario existimes varia profluvia expensarum, quas supportare nequires commode, nisi per modum vendicionis vel impignoracionis aut aliquam accomodam distraherentur aliqua castra vel bona alia dicti regni, nobis humiliter supplicastis, ut pro tanto casu tamque[a]) utili et evidenti necessitate dispensare vobiscum super iuramento huiusmodi de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, considerata qualitate presentis temporis, ecclesie Romane ac toti rei publice multipliciter expedire, quod aliquis vir catholicus, deo et ecclesie predicte devotus, in regem Romanorum in imperatorem promovendum postmodum assumatur, ad quod principes tam ecclesiasticos quam seculares electores eiusdem imperii duximus commonendos, teque, marchio predicte, qui erga deum et ecclesiam predictam devoci-

one sincera prefulges, ad hoc inter ceteros Alamanie principes reputantes idoneum, considerantes quoque, quod non expedit, ut tam utile tamque[a] necessarium negocium ob defectum expensarum in sui prosecucione sustineat detrimentum: ex hiis et aliis causis honestis et racionabilibus supplicacioni vestre huiusmodi benignius inclinati, super eodem iuramento modo, qui sequitur, dispensamus, videlicet quod eo non obstante racione prosecucionis dicti negocii, et non causis vel necessitatibus aliis, vos ambo simul et concorditer possitis, prout ad vos alias pertineret, alienare aut in alium vel alios transferre per modum vendicionis vel impignoracionis illa de castris et redditibus dicti regni, de quibus pari consensu ut premittitur et non aliter videritis expedire. Nulli ergo etc. D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 1098. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 104. RBM. IV n. 1702. Huber 777 n. 164. — [a]) ‚tanque' V.

655. *Cum Catherina, nata Caroli, marchionis Moraviae, dispensatur, ut in tertio vel remotioribus consanguinitatis vel affinitatis gradibus sponsalia contrahere et matrimonialiter copulari licite possit.*

Avinione, 1346 Maii 9.

Eidem regi Boemie [Johanni]. Romanus pontifex, collatis sibi in persona beati Petri clavibus regni celestis ligandi obtinens pontificium et solvendi, nonnunquam supra ius, illius rigorem mansuetudine temperando, circa quosdam et precipue personas generis nobilitate sublimes, erga deum et sedem apostolicam devocione precipua refulgentes, de plenitudine potestatis, prout in deo conspicit expedire, dispensat. Hinc est, quod nos, exhibite nobis peticioni tue,[1]) fili carissime, benignius annuentes, ut dilecta in Christo filia puella inclita Catherina, nata d. f. nobilis viri Caroli, primogeniti tui, marchionis Moravie, cum aliquo viro nobili, fideli et ecclesie Romane devoto, de quo tibi videbitur, in tercio vel remociorihus consanguinitatis vel affinitatis gradibus sibi attinente, sponsalia contrahere ac, cum ad etatem pervenerit legitimam, matrimonialiter copulari licite valeat, impedimento ex huiusmodi consanguinitate vel affinitate proveniente ac quibuscunque constitucionibus contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presencium dispensamus, prolem ex matrimonio huiusmodi contrahendo suscipiendam legitimam nunciantes. Nulli ergo etc. D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

Clementis VI V. 139 (secr. a. IV) n. 1099. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 105. RBM. IV n. 1703. Huber 777 n. 165. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

656. *Nicolao de Brunna providetur de canonicatu et praepositura in ecclesia Misnensi sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1346 Maii 9.

D. f. Nicolao de Brunira, canonico et preposito ecclesie Misnensis, s.[a]) etc. Multiplicia tue probitatis merita[b]) . . . . Cum itaque prepositura ecclesie Misnensis, quam v. f. n. Apeczco, episcopus Lubucensis, olim prepositus eiusdem ecclesie, tempore promocionis sue, per nos facte de ipso ad Lubucensem ecclesiam, tunc vacantem, obtinebat, per huiusmodi promocionem et consecracionis munus, sibi apud sedem apostolicam de mandato nostro impensum, apud eandem sedem vacare noscatur ad presens, nullusque de illa preter nos hac vice disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud dictam sedem quocunque modo vacancia et inantea vacatura, collacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi p. m. t. i. g. f. s., canonicatum eiusdem ecclesie Misnensis cum p. i. c. ac preposituram predictam sic vacantem cum o. i. et p. s. a. t. a. conferimus et de illis eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus. . . . .; non obstantibus . . . . aut quod in Olomucensi canonicatum et prebendam ac decanatum et in Pragensi ecclesiis canonicatum sub expectacione [prebende][c]) ac dignitatis vel personatus seu officii per nostras litteras nosceris obtinere. Tecum nichilominus, ut preposituram ipsam libere recipere et una cum dicto decanatu, cuius fructus, redditus et proventus sunt ut asseris adeo tenues et exiles, quod ex eis non potes iuxta tui status decenciam commode sustentari, licite retinere valeas, generalis concilii et qualibet alia constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ipsarum ecclesiarum contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de uberioris dono gracie dispensamus, proviso, quod decanatus et prepositura ac canonicatus et prebende huiusmodi debitis obsequiis non fraudentur. Volumus autem, quod, quamprimum vigore dictarum litterarum nostrarum in prefata ecclesia Pragensi dignitatem vel personatum fueris pacifice assecutus, decanatum et preposituram predictos, quos extunc vacare decernimus, omnino dimittere, prout eciam ad hoc te obtulisti spontanee, tenearis. . . . . D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

In e. m. v. f. . . archiepiscopo Pragensi et dd. ff. . . preposito monasterii sancte Affre Misnensis, per prepositum soliti gubernari, ac . . sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/1 (82) f. 21, de beneficiis vacantibus qu. 15, rubrica sola; quaternus ipse (fol. 517—543') putredine consumptus existit, litterae vero inveniuntur in V. 170 f. 387' n. 575. — [a]) ‚salutem salutem‘ V. [b]) omissum V. [c]) deest in V., suppletum ab editore.

657. *Henrico dicto Halle, clerico et secretario Johannis, regis Bohemiae, providetur ad supplicationem eiusdem regis*[1]) *de canonicatu et praebenda in ecclesia de Montefalconis vacantibus. ,D. Auinione VII id. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 4.*

Avinione, 1346 Maii 9.

Clementis VI V. 170 f. 398' n. 591. [1]) haec supplicatio non est reperta.

---

658. *Conrado, nato Conradi de Hochstetten, providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

| = .X X. *Avinione, 1346 Maii 9.*

D. f. Conrado, nato d. f. Conradi de Hochsteten, canonico Wratislauiensi, s. Probitatis et virtutum merita . . . . Volentes itaque tibi p. i. g. f. s., canonicatum ecclesie Wratislauiensis cum p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam tibi . . . . d. a. reservamus; . . . . non obstantibus . . . . sive quod auctoritate quarundam[a]) litterarum nostrarum beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem vel presentacionem seu quamvis aliam disposicionem dilectarum in Christo filiarum . . abbatisse et conventus monasterii Auleregie in Antiqua Brunna, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, nosceris expectare. . . . . D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

In e. m. v. f. . . episcopo Foroiuliensi et dd. ff. . . sancti Vincencii et sancte Marie in Arena extra muros Wratislauienses monasteriorum abbatibus s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 440 n. 115, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 169 f. 273 n. 116. — Registratum in ZVGA. Schlesiens XXV, 296.

---

659. *Abbati monasterii in Porta,*[a]) *Naumburgensis*[b]) *diocesis, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,*[1]) *quatenus Theoderico de Goch, canonico ecclesiae sancti Severi Erfordensis, Maguntinensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione unius de maioribus praebendis providere procuret. ,D. Auinione VII id. Maii a. quarto.' Forma ut in n. 304.*

X .X. *Avinione, 1346 Maii 9.*

Clementis VI A. IV/5 (V. 217) f. 167 n. 150, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 169 f. 291' n. 150. — [a]) ,Porcha' A. [b]) ,Nuemburgensis' A. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

660. *Johanni, duci Carinthiae, indulgetur, ut in locis ecclesiastico interdicto suppositis missam et alia divina officia celebrari facere possit.*

Avinione, 1346 Maii 9.

D. f. nobili viro Johanni, duci Karinthie, s. etc. Devocionis tue sinceritas promeretur, ut votis tuis in hiis presertim, que ad tue salutem anime cedere valeant, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque supplicacionibus [1]) inclinati auctoritate tibi presencium indulgemus, ut, si forsan ad loca supposita ecclesiastico interdicto te contigerit declinare, liceat tibi in illis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce tibi et familiaribus tuis domesticis missam et alia divina officia facere celebrari, dummodo tu vel dicti familiares causam non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdici. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 46, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6, rubrica sola = V. 172 f. 254 n. 711 litterae. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

---

661. *Hermanno, praeposito ecclesiae sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VII id. Maii a. quarto'. Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1346 Maii 9.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 26′, de absolutione qu. 2, rubrica sola; litterae in V. 172 f. 30′ n. 1153.

662. *Alberto de Hořicz,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli Olomucensis etiam in ecclesia Olomucensi vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VII id. Maii a. quarto.' — In e. m. Zabrdovicensis*[b]) *prope Brunnam et Gradicensis, Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 76.*

. X X.

Avinione, 1346 Maii 9.

Clementis VI A. IV/2 (83) f. 531′ n. 203, de beneficiis vacaturis qu. 6 = V. 168 f. 90 n. 203. — Ed. CDM. VII n. 659, RBM. IV n. 1706. — [a]) ‚Horzitz' A. [b]) ‚Zabardowicensis' A.

663. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, ut super certo canonicorum numero in ecclesia Litomyšlensi statuendo se informet et referat in scriptis.*

Avinione, 1346 Maii 9.

V. f. . . episcopo Wratislauiensi s. etc. In ecclesiis et monasteriis tot sunt iuxta normam canonicam dumtaxat instituende persone, quot ex earum facultatibus possint absque penuria sustentari, ne illarum multitudo nimium excessiva confusionem afferat et ipsis officiat inopia facultatum vel ex paucitate nimia earundem excellencie divine dignum et debitum obsequium, per quod salutis eterne fructus acquiratur immarcescibilis,[a]) subtrahatur. Cum itaque, sicut pro parte v. f. n. . . episcopi et dd. ff. capituli Luthomuslensis nobis nuper exhibita peticio[1]) continebat, in ecclesia cathedrali, olim monasterio Luthomuslensi, Premonstratensis ordinis, Pragensis diocesis, per nos dudum in ecclesiam cathedralem erecto, nonaginta vel circa canonici regulares dicti ordinis sint professi, [et][b]) ipsa ecclesia in suis redditibus non sufficiat tot personis secundum statum et decenciam earundem: pro parte ipsorum episcopi et capituli nobis extitit humiliter supplicatum, ut ordinare ac statuere, quod certus videlicet vigintiquatuor canonicorum numerus dumtaxat in eadem ecclesia haberetur, auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur, de premissis noticiam non habentes ac de tue circumspeccionis industria plenam fiduciam obtinentes, huiusmodi supplicacionibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus de facultatibus ac redditibus ipsius ecclesie, et quotus canonicorum numerus in eadem ecclesia sufficeret iuxta facultates et redditus memoratos, aliis omnibus oneribus predicte ecclesie subportatis, necnon de universis aliis circumstanciis, in talibus attendendis, auctoritate apostolica diligencius te informes et, quecunque super hiis per informacionem huiusmodi repereris, fideliter in scriptis redacta sub tuo sigillo inclusa nobis quantocius referre ac intimare procures, ut nos, per relacionem ac intimacionem huiusmodi de premissis sufficienter instructi, quid super hiis expediens fuerit, auctore domino securius agere valeamus. D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

Clementis VI A. IV, 3 (81) f. 47', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6, rubrica sola — V. 172 f. 265' n. 763 litterae. — Ed. Theiner MP. I n. 639. — [a]) ,immarsesibilis' V. [b]) deest in V., suppletum ab editore. [1]) haec supplicatio non est reperta.

664. *Reinhardo Ulrici de Hanau providetur de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1346 Maii 9.

D. f. Raynhardo, nato d. f. nobilis viri Vlrici, domini in Hanowe, canonico Olomucensi, capellano nostro, s. etc. Nobilitas generis . . . . Volentes itaque tibi p. m. t. i. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, pro te, dilectissimo suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis,[1]) g. f. s.,

canonicatum ecclesie Olomucensis cum p. i. c. a. t. a. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendam tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Tuensi,[2]) Pragensis diocesis, preposituram et in Bambergensi ac in Brunna, Olomucensis diocesis, canonicatus et prebendas et in Maguntina ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende nosceris obtinere . . . . D. Auinione VII id. Maii a. quarto.

In e. m. v. f. . . episcopo Frisingensi et dd. ff. . . in Sabralnitz ac . . in Trenusch, Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 182, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 5 = V. 171 f. 101 n. 172. — Ed. CDM. VII n. 660, RBM. IV n. 1707. — [1]) haec supplicatio non est reperta. [2]) Tinensi.

665. *Archiepiscopo Maguntinensi et abbati monasterii in Selbolt (sic!) ac decano ecclesiae Lieclin (sic!), Maguntinensis diocesis, mandatur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,[1]) quatenus Kraftoni, nato n. v. Ulrici, domini in Hanau,[a]) praeposituram in ecclesia sancti Petri extra muros Maguntinenses vacantem conferant et assignent. ,D. Auinione VII id. Maii a. quarto.'[2]) Forma ut in n. 443.*

III
V
.X.

Avinione, 1346 Maii 9.

Clementis VI A. VI/5 (96) f. 105, de beneficiis vacantibus anni *sexti* qu. 11 = V. 178 f. 212' n. 430. — [a]) ,Hanowe' A. — [1]) haec supplicatio non est reperta. [2]) V. 178 habet ,sexto'!

---

666. *Johanni de Lessyk, iurisperito, providetur ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae,[1]) de canonicatu ecclesiae Caminensis sub expectatione unius de maioribus praebendis, non obstante, quod in Lubucensi praeposituram atque in eadem et in Glogoviensi, Vratislaviensis diocesis, ecclesiis canonicatus obtinet et praebendas. ,D. Auinione VII id. Maii a. quarto.' — In e. m. archiepiscopo Rigensi et dd. ff. decano sanctae Crucis Vratislaviensis ac Bernardo de Caulesone, canonico Vasatensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

I III
.X X.

Avinione, 1346 Maii 9.

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 199', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 5. In V. 171 deest. — [1]) ,pro te, *predilecto* suo, nobis super hoc humiliter supplicantis' A.; supplicatio ipsa non est reperta.

---

667. *Nicolao Roconis providetur de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VII id. Maii a. quarto.' — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis[a]) prope Pragam et decano Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1346 Maii 9.

Clementis VI A. IV/4 (85) f. 40 n. 68, „litterarum anni quarti, que fuerunt portate post legacionem librorum", qu. 1. In V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ‚Breunouiensis' A.

668. „*Visitantibus ecclesiam sancti Egidii Pragensis indulgencie largiuntur.*"

[1345 Maii 19 — 1346 Maii 18.]

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus anni quarti qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur; hic autem quaternus deest totus cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)!

669. „*Porrigentibus manus adiutrices ad reparacionem ecclesie sancti Egidii Pragensis indulgencie largiuntur.*"

[1345 Maii 19 — 1346 Maii 18.]

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus anni quarti qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur; hic autem quaternus deest totus cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)!

670. „*Eciam indulgencie largiuntur pro Pragensi ecclesia eadem causa [scilicet pro reparatione ipsius ecclesiae] visitantibus seu iuvantibus.*"

[1345 Maii 19 — 1346 Maii 18.]

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 51', de indultis, privilegiis et dispensationibus anni quarti qu. 9, rubrica sola, litterae non reperiuntur; hic autem quaternus deest totus cum in V. 171 (ubi rubricae) tum in V. 172 (ubi litterae in ipso contentae scriptae esse deberent)!

671. *Casimirus, rex Poloniae, rogatur, quatenus nuntios ad curiam Romanam mittat, qui de reformatione pacis inter eum et regem Bohemiae agere possint, et ut cum eodem rege Bohemiae interea treugas ineat.*

Avinione, 1346 Maii 22.

C. in Ch. f. Kasimiro, regi Polonie illustri. Attendentes varia personarum et rerum dispendia et animarum amarius plangenda pericula, que dissensiones et guerre, quas hostis antiquus humani generis inter te, carissime fili, ex parte una, et c. in Christo f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, eiusque natos ex altera suscitare studuit, produxerunt et periculosius, nisi provideretur aliter, producere comminantur, considerantes quoque varia commoda, que non solum tibi ac eidem regi et natis, sed toti patrie illi, que hostes et emulos catholice fidei habere vicinos noscitur, mutue pacis et unitatis concordia ministraret: nos, qui vices illius in terris[a]) insufficientibus meritis gerimus, qui cogitaciones pacis et non affliccionis se cogitare testatur, summis desideriis affectamus, ut sopitis amicabiliter dissensionibus huiusmodi et omissis guerrarum fremitibus, quibus deus pacis graviter provocatur, huiusmodi pacis et concordie unitas inter te dictosque regem et natos dante domino proveniret, propter quod pridem litteras nostras specialiter super hoc tue celsitudini direximus, te ad reformacionem pacis huiusmodi paternis monitis et exhortacionibus inducentes. Sane, fili dilectissime, tuis receptis litteris responsalibus, nobis super hoc destinatis, per quas te promptum ad pacem reformandam huiusmodi, cum . . nuncius noster, quem ad partes predictas nos per dictas litteras nostras missuros scripsimus, venerit, obtulisti, magnificenciam tuam regiam exinde cum graciarum accionibus multipliciter in domino commendantes, serenitatem tuam volumus non latere, quod nuper rege predicto ac d. f. nobili viro Carolo, eius primogenito, marchione Morauie, apud sedem apostolicam in nostra presencia constitutis, nos ipsos super huiusmodi reformacione pacis et concordie commonendos duximus et exhortandos, qui tandem nobis benivole respondentes se super hoc ordinacioni et voluntati nostre pro se ac omnibus vassallis et subditis suis et ipsorum cuiuslibet, super quibuscunque questionibus, quas ipsi coniunctim vel divisim tecum habent vel habere possunt ex quibuscunque [causis][b]) vel occasionibus, totaliter summiserunt sub pena decem milium marcharum auri, nichilominus promittentes efficaciter et ad sancta dei evangelia manu tacta iurantes eidem ordinacioni et voluntati stare, parere ac tenere, perficere et complere, quicquid duxerimus super hiis ordinandum, confectis nichilominus exinde publicis instrumentis. Quocirca tuam regiam excellenciam rogamus, requirimus et hortamur attente, quatenus hiis, que premissa sunt, consideranter attentis, reformacioni pacis et unitatis huiusmodi tuum dirigens animum et inclinans, procuratores tuos, ad summissionem et obligacionem similes tuo nomine faciendas idoneo mandato suffultos, ad nostram presenciam e vestigio destinare procures, et nichilominus, ne congressus bellici vel offensiones mutue reformacionis pacis negocium, circa quod laborare[c]) intendimus ut prefertur, impedire valeant vel eciam perturbare, ad sufferenciam vel treugas cum eisdem rege et marchione faciendas et ineundas usque ad certi temporis competentis spacium, infra quod negocium ipsum perfici divina suffragante gracia valeat, cum

hoc idem per ipsos regem et marchionem velimus fieri, efficaciter te disponas. Et quia pro vitandis dictis periculis et bonis, que utrique parti ac fidei et fidelibus parcium illarum ex reformacione dicte pacis provenire poterunt gracia largiente divina, eadem reformacio insidet admodum cordi nostro, d. f. nobilem virum Guamotum de Sancto Albino, servientem nostrum armorum, ad te, fili amantissime, specialiter destinamus, ut per ipsum efficiamur celeriter de voluntate tua super hiis cerciores. D. Auinione XI kal. Junii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 8 n. 25. — Ed. Raynaldi-Annales ecclesiastici XVI pag. 233, CDM. VII n. 662, RBM. IV n. 1712. Theiner, MP. I n. 640. Huber 503 n. 3. [a]) sequitur ‚gerimus', non cancellatum V. [b]) deest in V., suppl. ab editore. [c]) ‚labora' V.

672. *Archiepiscopus Gneznensis requiritur, quatenus ad pacem inter Bohemiae et Poloniae reges reformandam laborare non postponat.*

Avinione, 1346 Maii 22.

V. f. . . archiepiscopo Gneznensi. Attentis gravibus periculis, que hoste procurante humani generis dissensiones et guerre, inter carissimos in Christo ff. nn. Kasimirum, Polonie, et Johannem, Boemie reges illustres, ac d. f. nobilem virum Carolum, dicti regis Boemie primogenitum, marchionem Morauie, invicem suscitate, secum traxerunt hactenus et trahere, nisi provideretur aliter, comminantur, ad obviandum eisdem periculis libenter et reformanda inter dissidentes eosdem mutue pacis et unitatis federa interponimus solicitudinis nostre partes, quam ob rem eidem regi Polonie inde scribimus iuxta formam, quam cedula continet presentibus interclusa. Ideoque fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente tibique nichilominus iniungentes, quatenus consideranter advertens, quod ad tui presulatus spectat officium inter discordes pacis concordiam procurare, et nichilominus intra tua precordia diligenter revolvens,[a]) quot bona ex concordia regum et marchionis predictorum utrique parti ac fidei et fidelibus in partibus illis degentibus provenire poterunt, si eam dederit pacis actor, regem memoratum Polonie, ut nostris in hac parte requisicionibus et monitis salubribus effectualiter et celeriter acquiescat, viis et modis, quibus melius poteris et tibi videbitur expediens, elaborare fideli et sollerti adhibita diligencia non postponas, nobis per d. f. nobilem virum Guamotum de Sancto Albino, servientem nostrum armorum, quem illuc propter hoc specialiter mittimus, quid actum circa hoc extiterit, e vestigio rescripturus. D. ut s. [Auinione XI kal. Junii a. quinto.][1])

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 8' n. 26. — Theiner, MP. I n. 641. [a]) ‚revelvens' V. — [1]) ut in V. 140 n. 25.

673. *Ludovico, regi Ungariae, scribitur, quatenus regem Poloniae inducere studeat, ut procuratores ad pacem cum rege Bohemiae reformandam destinet et interim treugas cum eodem rege recipiat.*

Avinione, 1346 Maii 22.

C. in Ch. f. Ludouico, regi Vngarie illustri. Serenitatis tue litteris responsalibus ad nostras, quas tibi, fili carissime, super concordia, inter carissimos in Christo ff. nn. Johannem, Boemie, et Kazimirum, Polonie reges illustres, ac eiusdem regis Boemie natos, dissidentes invicem, reformanda, dudum destinavimus, animo leto receptis et contentis in eis diligencius intellectis, responsionem tuam piam et benivolam necnon et affeccionem sinceram, quam te habere circa eandem reformandam concordiam describunt dicte littere, cum graciarum accionibus multipliciter in domino commendamus. Cum autem eidem regi Polonie scribamus, qualiter prefatus rex Boemie et d. f. nobilis vir Carolus, primogenitus suus, nuper in nostra presencia constituti et per nos super reformacione huiusmodi concordie requisiti, nobis benivole respondentes se voluntati et ordinacioni nostre super hoc adiecta pena decem milium marcharum auri et iuramento prestito summiserunt, ipsum regem Polonie attencius exhortando, ut procuratores suos ad faciendam similem summissionem idonea potestate suffultos studeat destinare, interim recipiendo cum prefatis rege ac marchione sufferenciam vel treugas usque ad alicuius competentis temporis spacium, infra quod negocium predictum per nos perfici valeat gracia suffragante divina: serenitatem tuam rogamus et hortamur regiam, quatenus regem prefatum Polonie ad premissa velit efficaciter inducere tua regia celsitudo. D. ut s. [Auinione XI kal. Junii a. quinto.] [1])

Clementis VI V. 140 f. 8' n. 27. — Ed. Theiner, MH. I n. 1077, Huber 503 n. 4. — [1]) ut in V. 140 n. 25.

674. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus Gamoto de Sancto Albino, ad Ungariae et Poloniae reges apostolicae sedis nuntio, centum quinquaginta florenos auri pro suis necessitatibus assignari faciat.*

Avinione, 1346 Junii 3.

V. f. . . archiepiscopo Pragensi. Cum d. f. nobilem virum Gamotum de Albinio, servientem nostrum armorum, ad carissimos in Christo ff. nn. Ludouicum, Vngarie, et Kasimirum, Polonie reges illustres, pro quibusdam causis arduis, prefatum Polonie ac carissimum in Christo f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, et d. f. nobilem virum Carolum, dicti regis Boemie primogenitum, marchionem Moravie, tangentibus, destinemus: nos volentes eidem Gamoto de suis necessariis provideri decenter, fraternitatem tuam requirimus, rogamus et hortamur attencius tibique per apostolica scripta districcius iniungendo mandamus, quatenus eidem Gamoto centum quinquaginta florenos auri mox, cum te requirendum duxerit, de tua pecunia pro huiusmodi suis necessitatibus facias assignari ac deinde illos

a prelatis et aliis personis et locis ecclesiasticis tuarum civitatis, diocesis ac provincie, distribuendo eos racionabiliter, sicut tibi expedire videbitur, exigere tibique pro satisfaccione illorum, quos prefato Gamoto tradideris et assignaveris, applicare procures. Nos enim tibi contradictores super hiis auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendi plenam concedimus tenore presencium facultatem, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione III non. Junii a. quinto.

Item alia similis v. f. . . archiepiscopo Gnegnensi. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 18' n. 41 et 42. — Ed. Theiner, MP. I n. 642.

---

675. *Clemens papa VI apud Philippum, regem Franciae, se excusat, quod ea, quae cum Johanne, rege Bohemiae, et Carolo, marchione Moraviae, de electione regis Romanorum egerat, ei intimare omisit.*

Avinione, 1346 Junii 3.

C. in Ch. f. Philippo, regi Francie illustri. Pridem c. in Ch. f. n. Johannes, rex Boemie illustris, et d. f. nobilis vir Carolus, primogenitus suus, marchio Morauie, apud sedem apostolicam constituti, nobis instanter et humiliter supplicarunt, ut in casu, quo electores imperii vel maior pars ipsorum eundem marchionem elegerint in regem Romanorum, in imperatorem postmodum promovendum, eidem impertiri nostrum et ecclesie favorem benivolum, sicut a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, et ecclesia ipsa viris catholicis et devotis, electis in reges Romanorum, in imperatores postmodum promovendos, consuetum retroactis temporibus est fieri, dignaremur, adicientes, quod, licet ipsi cum Ludouico de Bauaria, heretico et scismatico manifesto, potuissent habere tractatus, qui amicis eorum utiles videbantur, illos tamen ob timorem divinum et sancte matris ecclesie reverenciam respuerunt. Nos igitur tam in consistorio quam extra cum fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, deliberacionibus multis providis et maturis habitis attendentes, quod, quamquam nos ferventibus et ardentibus desideriis affectaverimus conversionem dicti Ludouici salutiferam et reduccionem ad eiusdem ecclesie sinum, extra quem non est alicui gracia neque salus, et nichilominus tuis, fili carissime, pro reduccione predicta nobis affectuose sepe porrectis precibus inclinati, eundem Ludouicum expectaverimus diucius et ad tractatus super hiis duxerimus favorabiliter admittendum, ipse tamen repertus varius et inconstans nobis et ecclesie immo pocius sibimet illudere non expavit, nichil de hiis, que cum procuratoribus suis eius nomine tractata fuerant solenniter, attendendo, sed ad peiora tanquam venumdatus,[a] ut malum faciat, se contra ecclesiam et fidem catholicam [rebellavit],[b] tenendo in suis comitiva et consorcio

viros nequissimos, de heresi et scismate denotatos,[c]) et alia nonnulla horrenda et detestabilia committendo, absque nostre conscienciе et honoris[d]) eiusdem ecclesie lesione ipsum non poteramus amplius expectare, advertentes quoque, quod tam ecclesie quam rei publice utilitati expediens reputatur, quod Romanum imperium, quod diutinis temporibus vacacionis sustinuit incommoda, presidio regiminis alicuius viri catholici fulciatur, tandem prefatis regi et marchioni respondimus, nos eidem marchioni, si eleccio predicta de ipso celebrari contingeret, huiusmodi favorem et graciam impensuros. Hec autem, fili dilectissime, antequam faceremus, responsionem huiusmodi tue celsitudini omisimus intimare, considerantes aliqua, que inter te ac eundem Ludouicum, pro cuius reconciliacione affectuose apud nos litteris et nunciis institeras sepius iteratis, dudum prolocuta vel acta fuisse dicuntur, quodque prefati rex et marchio, habentes festinanter recedere de curia, expectare tanto tempore non valebant, et quia nos et f. r. Johannes papa XXII. predecessor noster, principes electores imperii instanter diversis temporibus duxeramus commonendos et instancius requirendos, ut ad eleccionem regis Romanorum, promovendi in imperatorem, de viro catholico, idoneo et ecclesie Romane predicte devoto, celebrandam procedere procurarent, et eciam eorundem regis et marchionis peticio adeo innitebatur iusticie, cum solum favorem debitum peterent, quod nec debebat nec poterat eis quomodolibet denegari. Quare super hoc nos habeat regalis excellencia quesumus excusatos. D. Auinione III non. Junii a. quinto.

Item in e. m. regine verbis competenter mutatis ut supra, usque neque salus. Et nichilominus c. in Ch. f. n. Philippi, regis Francie illustris, viri tui, pro reduccione predicta nobis affectuose etc. ut supra, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 19 n. 44—45. — Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI p. 237, RBM. IV n. 1716. Huber 503 n. 5. — a) ‚venundatus' V. b) deest in V., suppl. ab editore. c) ‚denotatus' V.

676. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Johanni Hugonis de Brunna beneficium cum vel sine cura ad collationem abbatissae et conventus monasterii in Tišňovicz reservetur.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 5.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, marchio Morauie, quatenus sibi in personam dilecti clerici et familiaris sui Johannis Hugonis de Brunna, Olomucensis diocesis, specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si huiusmodi beneficium dignitas vel personatus seu officium existat, spectans ad collacionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii in Tuschnawicz, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis, communiter vel divisim, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem Johanni conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione

etc., non obstante, quod idem Johannes pro canonicatu et prebenda ecclesie sancti Petri in Brunna, diocesis predicte, in curia S. V. noscitur litigare, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., non. Junii a. quinto.

Clementis VI S. V/2 (11) f. 23'.

---

677. *Johanni Hugonis de Brunna, clerico Olomucensis diocesis, reservatur*[1] *beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii in Tišňovicz, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit, non obstante ut in num. 676. ‚D. apud Villamnouam, A. d., non. Junii a. quinto.' — In e. m. episcopo Frisingensi et praeposito monasterii Neuburgensis,*[a] *per praepositum soliti gubernari, Pataviensis diocesis, ac Conrado dicto de Kauffung,*[b] *canonico Vratislaviensi. Forma ut in n. 2.*

| = / .X X.   *Apud Villamnovam, 1346 Junii 5.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 12' n. 4, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 175 f. 2 n. 4. — Ed. CDM. VII n. 666, RBM. IV n. 1719. — [a]) ‚Nuemburgensis' A. [b]) ‚Chauffunt' corr. ex ‚Chausso' A. — [1]) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae (num. 676) nulla fit mentio.

678. *Ulricus, episcopus Constantiensis, rogatur, quatenus Carolo, marchioni Moraviae, si eum in regem postmodum in imperatorem promovendum eligi contingat, constanter et fideliter adhaereat.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 11.

V. f. Vlrico, episcopo Constantiensi. Fraternitatis tue litteras, nobis per d. f. Felicem de Winterthur, canonicum et officialem tuum Constanciensem, nostro apostolatui presentatas, benigne recepimus et, que continebantur[a]) in eis et idem officialis pro parte tua nobis verbotenus exposuit, intelleximus diligenter. Sane quia per ea, te possessionem ecclesie tue ac iurium et bonorum episcopalium tuorum plenam et pacificam obtinuisse describens, te ad ea, que nobis et sedi[b]) apostolice grata existerent, totis tuis viribus fideliter prosequenda gratis et devotis affectibus obtulisti: nos tue devocionis et fidelitatis sinceritatem multipliciter in domino super hiis commendamus, fraternitatem rogantes et hortantes eandem, quatenus, si, ut speramus in domino, d. f. nobilem virum Carolum, primogenitum c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchionem Morauie, contingat in regem,

postmodum in imperatorem promovendum. eligi. constanter et fideliter eidem adhereas et prestes pro nostra et eiusdem sedis reverencia. que poteris. auxilia et favores, de nobis fiduciam habiturus, quod super hiis, que tua et ecclesie tue predicte commoda respicient, nos. quantum cum deo fieri poterit, propicios reperies et benignos. D. apud Villamnouam,A. d., III id. Junii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 27' n. 85. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 107, RBM. IV n. 1722. Vat. Akten n. 2272, RBM. IV n. 2231. Huber 777 n. 167 — a) ,continebatur' V. b) ,sedis' V.

679. *Magistro Johanni de Pistorio. praeposito ecclesiae sancti Salvatoris Traiectensis, familiari domini papae, ad partes Alamanniae pro certis negotiis destinato, conceduntur litterae securi conductus. ,D. apud Villamnouam, A. d., XV kal. Julii a. quinto.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 17.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 311 n. 1386. — Reg. G. Brom, Bullarium Traiectense I n. 1184.

---

680. *Johanni. regi Bohemiae. commendatur Johannes de Pistorio, familiaris papae.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 22.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Ecce, fili carissime, quod d. f. Johannem de Pistorio. decanum ecclesie sancti Salvatoris Traiectensis, familiarem nostrum, sicut d. f. nobilis vir Carolus, primogenitus tuus, marchio Morauie, pecierat, ad te dictumque marchionem cum certis informacionibus destinamus, cui super explicandis per ipsum ex parte nostra tue celsitudini fidem poteris credulam adhibere. Age itaque, fili dilectissime. super negocio marchionis predicti virtuose. magnanimiter et prudenter, de favore nostro. quantum cum [deo][a]) poterit adhiberi, confisus. D. apud Villamnouam, A. d., X kal. Julii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 58 n. 246. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 118, RBM. IV n. 1727. Huber 777 n. 178. — Vat. Akten 2283, RBM. IV n. 2232. a) deest in V., suppl. ab editore.

---

681. *Carolo, marchioni Morariae, commendatur Johannes de Pistorio, familiaris papae.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 22.

D. f. nobili viro Carolo, c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, primogenito, marchioni Morauie. Que super negocio eleccionis imperii facta per litteras nobilitatis tue nobis presentatas percepimus, grata sunt nobis admodum, sed miramur, quod, quid cum nobili viro . . duce Saxonie feceras, non scripsisti. Et ecce quod, sicut pecieras,[a]) d. f. Johannem de Pistorio, decanum ecclesie sancti Salvatoris Traiectensis, familiarem nostrum, ad tuam presenciam destinamus, cui super hiis, que tibi tam verbo quam litteris pro parte nostra explicaverit, fidem poteris credulam adhibere. Age itaque, fili virtuose, magnanimiter, habendo deum semper pre oculis in omnibus factis tuis, de favore nostro, quantum cum deo poterit adhiberi, confisus. D. ut s. [apud Villamnouam, A. d., X kal. Julii a. quinto.] [1])

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 58 n. 247. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 119, RBM. IV n. 1728. Huber 777 n. 179. — [a]) ‚percieras' V. — [1]) ut in V. 140 n. 246.

682. *Balduini, archiepiscopi Trevrerensis, prudentia et constantia in negotio Caroli, marchionis Morariae, laudatur, eique Johannes de Pistorio, familiaris papae, commendatur.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 22.

V. f. Badwino, archiepiscopo Treuerensi. Litterarum d. f. nobilis viri Caroli, primogeniti c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, marchionis Morauie, nepotis tui, grata leccione percepto, quod tu, frater, super negocio ipsius marchionis bene ac liberaliter te gessisti et gerere continue non desistis, tuam exinde prudenciam et virtuosam constanciam multipliciter in domino commendamus, tuam fraternitatem attencius exhortantes, quatenus tua magnanimitas non tepescat, sed usque ad perfeccionem votivam[a]) ferveat pocius in hac parte. Nos autem d. f. Johannem de Pistorio, decanum ecclesie sancti Salvatoris Traiectensis, familiarem nostrum, cum certis informacionibus ad te dictosque regem et marchionem mittimus, cui super explicandis pro parte nostra poterit fidem credulam eadem tua fraternitas adhibere. D. ut s. [apud Villamnouam, A. d., X kal. Julii a. quinto.] [1])

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 58 n. 248. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 120, Huber 778 n. 180. — [a]) ‚notiuuam' V. — [1]) ut in V. 140 n. 246.

683. *Abbas monasterii Waldsassensis,[a] Ratisponensis diocesis, et praepositus Pragensis ac decanus Vyssegradensis[b] ecclesiarum constituuntur conservatores bonorum magistri et conventus monasterii sancti Francisci, ordinis Cruciferorum de stella, in pede pontis Pragensis usque in biennium. ‚D. apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Julii a. quinto.' Forma ut in n. 92.*

X
X
.X. *Apud Villamnovam, 1346 Junii 28.*

Clementis VI A. V 5 (89) f. 278 n. 2, de conservatoriis qu. 1 = V. 176 f. 33' n. 2. — a) ‚Valtsaczensis' A. b) ‚Viszegradensis' A.

---

684. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus officio inquisitionis haereticae pravitatis in regno Bohemiae de carceribus et aliis necessariis providere procuret.*

Apud Villamnovam, 1346 Junii 30.

V. f. . . archiepiscopo Pragensi. Referente d. f. Gallo, de ordine fratrum Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in regno Boemie auctoritate apostolica deputato, percepimus, quod officium inquisicionis predicte, in partibus illis valde necessarium, muris seu locis pro carceribus idoneis ac aliis, pro inquisitore dicte pravitatis, qui est ibi pro tempore, necessariis, esse dinoscitur multipliciter destitutum. Nos igitur, qui negocium fidei huiusmodi ubique cupimus prosperari, volentes super hiis decenter et utiliter provideri, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus super premissis et eorum singulis, prout utilius et melius esse cognoveris, studeas ordinare, quod officium predictum effectu suo quomodolibet in periculum seu detrimentum fidei non frustretur. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Julii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 48' n. 185. — Ed. Vatik. Akten n. 2287, RBM. IV. n. 2233.

685. *Carolus, marchio Moraviae, supplicat, quatenus Gerungo de Medlico de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1346 Julii 16.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, marchio Morauie, quatenus sibi in personam dilecti clerici sui Gerungi de Medlico specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Olomucensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere ac prebendam, si qua inibi vacat ad presens, vel cum vacaverit, conferendam sibi donacioni apostolice reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clau-

sula anteferri, non obstantibus statuto seu consuetudine eiusdem ecclesie, quibus caveri dicitur, quod canonici antiquiores ipsius ecclesie prebendas, quando vacant, optare[a]) valeant et recipere, ac quod in hoc expectantibus preferantur, non obstante eciam, quod idem Gerungus super ecclesia parrochiali in Puhel, Patauiensis diocesis, in curia S. V. litigando tres pro se diffinitivas sentencias reportavit, que tamen adhuc non habuerunt execucionis effectum, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVII kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V/2 (11) f. 84. — [a]) ‚obtare' S.

686. *Gerungo*[a]) *de Medlico providetur*[1]) *de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 685. ‚D. Auinione, XVII kal. Augusti a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii Sanctae Crucis, Pataviensis diocesis, et Petro de Meonaco, Caturcensis, ac Conrado de Schoeberg,*[b]) *Pataviensis ecclesiarum canonicis. Forma ut in n. 6.*

I .X I = X.

Avinione, 1346 Julii 16.

Clementis VI A. V/6 (90) f. 142' n. 151, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 177 f. 346 n. 150 (sic!). — Ed. CDM. VII n. 668, RBM. IV n. 1741. — [a]) ‚Gerundo' A. [b]) ‚Schonnberch' A. — [1]) de supplicatione Caroli, marchionis Moraviae (num. 685), hic nulla fit mentio.

687. *Nicolaus Luczonis de Brunna supplicat, quatenus sibi motu proprio de praebenda in ecclesia Pragensi vacante provideatur.*

Avinione, 1346 Julii 16.

Motu proprio providemus Nicolao Lucztonis de Brunna, canonico Pragensi, Karoli, marchionis Morauie, cancellario, de prebenda ecclesie Pragensis, per obitum quondam Thobie, decani Pragensis, qui nuper in partibus illis diem clausit extremum, vacante, que prebenda per nos ante ipsius Thobie obitum disposicioni nostre ac sedis apostolice extitit cum omnibus iuribus et pertinenciis suis reservata, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, et eidem Nicolao examen duximus remittendum.

Fiat motu proprio R. Et t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVII kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V/2 (11) f. 87.

688. Nicolao Luczonis de Brunna, canonico Pragensi, providetur de praebenda in eadem ecclesia vacante. Forma ut in n. 4.

I I
= V
.X X.

Avinione, 1346 Julii 16.

D. f. Nicolao Luczeonis de Brunna, canonico Pragensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Thobias de Vstupenicz, canonicus prebendatus et decanus ecclesie Pragensis, tunc temporis obtinebat, cum illa quovis modo vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Thobias ageret in humanis, videlicet III nonas Maii, pontificatus nostri anno secundo,[1]) collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservanda, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero, videlicet kalendis Octobris, pontificatus nostri anno tercio,[2]) ex certis causis voluimus et auctoritate apostolica per nostras certi tenoris litteras duximus decernendum inter alia, quod, quibuscunque reservacionibus specialibus de certis canonicatibus et prebendis singularium et certarum personarum in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis quibuscunque, tunc per nos factis et inantea faciendis, nequaquam obstantibus, expectantes per nostras litteras prebendas in ecclesiis supradictis, presentes pariter et futuri, proinde prebendas ipsas usque ad certum tempus nondum finitum libere acceptare sibique de ipsis facere provideri valerent, ac si predicte reservaciones, per nos ut premittitur facte seu medio tempore faciende, acceptaciones et provisiones huiusmodi minime precessissent, ac subsequenter per alias nostras litteras declaravimus voluntatem et decretum nostra predicta ad canonicatus et prebendas, quos tunc habentes vel extunc habituri dignitates vel personatus seu officia, per nos tunc temporis reservatas vel reservatos seu reservata specialiter vel imposterum reservandas aut reservandos seu reservanda, obtinebant, inantea in illis ecclesiis, in quibus consistebant vel consisterent dignitates vel personatus seu officia huiusmodi, eciam si dicti canonicatus et prebende dignitatibus vel personatibus seu officiis huiusmodi annexi non essent, aliquatenus non extendi. Cum itaque postmodum prebenda prefate ecclesie Pragensis, quam dictus Thobias dicte reservacionis tempore cum decanatu dicte ecclesie obtinebat, per ipsius obitum, qui nuper in partibus illis diem clausit extremum, vacavisse et adhuc vacare noscatur, nullusque de ipsa prebenda preter nos hac vice disponere possit, reservacione et declaracione ac decretis obsistentibus supradictis: nos volentes tibi, qui sicut asseris per dd. ff. capitulum eiusdem ecclesie Pragensis[a]) in eadem ecclesia auctoritate litterarum nostrarum sub expectacione prebende in canonicum receptus fuisti, premissorum tuorum intuitu meritorum graciam facere specialem, predictam prebendam eiusdem ecclesie Pragensis sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate, apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa eciam providemus . . . . Volumus autem, quod, quamprimum vigore ipsius gracie predictam prebendam, per nos tibi collatam, fueris pacifice assecutus, dicte littere, per quas in eadem ecclesia Pragensi prebendam expectas, et processus habiti per easdem et omnia exinde secuta extunc

quoad aliam prebendam dumtaxat obtinendam sint cassa et irrita ac nullius roboris vel momenti . . . . D. Auinione XVII kal. Augusti a. quinto.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Brewnouiensis, Pragensis diocesis, et . . decano Wissegradensis prope Pragam ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. V 1 (86) f. 29', de beneficiis vacantibus qu. 1 = V. 173 f. 55 n. 96. — a) sequitur: ‚sic vacantem', sed cancellatum A. — 1) 1344 Maii 5. 2) 1344 Octobris 1.

---

689. *Guillelmus, vicecomes Bellifortis, supplicat, quatenus Předrogio quondam Čadkonis de Sudomiř de decanatu in ecclesia Pragensi vacante provideatur.*

Avinione, 1346 Julii 16.

Supplicat S. V. devotus vester Guillelmus, vicecomes Bellifortis, quatenus sibi in personam dilecti procuratoris sui in partibus Boemie Prziedwogii, nati quondam Czadkonis, militis de Sudomirz, nepotis quondam Thobie, decani Pragensis, specialem graciam facientes, de decanatu ecclesie Pragensis, qui decanatus in ecclesia ipsa dignitas curata existit, et ad quem quis consuevit per eleccionem assumi, vacante per obitum quondam Thobie de Vstupems, decani ipsius ecclesie, avunculi dicti Prziedwogii, quem decanatum dudum S. V. ante ipsius Thobie obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, disposicioni sue ac sedis apostolice specialiter reservavit, dignemini providere, non obstante, quod idem Prziedwogius canonicatum et prebendam in ecclesia Wratislauiensi et ecclesiam parrochialem in Pyraczow, Pragensis diocesis, obtinet.[a]) et quod canonicus ecclesie Pragensis auctoritate litterarum vestrarum existit et prebendam ac dignitatem, personatum vel officium in ecclesia eadem Pragensi noscitur expectare, quam parrochialem ecclesiam habita possessione pacifica decanatus paratus est resignare, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Eciam si per eleccionem etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVII kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V 2 (11) f. 88. — a) suppl. supra S.

690. *Předvogio, nato quondam Čadkonis de Sudomiř, providetur de decanatu in ecclesia Pragensi vacante. Forma ut in n. 9.*

.X X.

Avinione, 1346 Julii 16.

D. f. Prziedwogio, nato quondam Czadlionis de Sudomirz, militis, decano ecclesie Pragensis. s. etc. Vite ac morum honestas .... Dudum siquidem intendentes de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Thobias de Vstupenicz, decanus ecclesie Pragensis, tunc temporis obtinebat, cum illa quovis modo vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, beneficia ipsa, dum adhuc idem Thobias ageret in humanis, videlicet III nonas Maii, pontificatus nostri[a]) anno secundo,[1]) collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservanda, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Pragensis, qui ut asseris in eadem ecclesia dignitas curata existit, et ad quem quis consuevit per eleccionem assumi, quem predictus Thobias tempore reservacionis huiusmodi in eadem ecclesia[b]) obtinebat, per ipsius Thobie obitum, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens: nos volentes te huiusmodi tuorum meritorum obtentu in eadem ecclesia, in qua canonicus existis, amplius honorare tibique graciam facere specialem, predictum decanatum sic vacantem, de quo nullus preter nos hac vice se intromittere potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus ....; non obstantibus .... aut quod canonicatum et prebendam in ecclesia Wratislauiensi et ecclesiam parrochialem in Pyraczow, Pragensis diocesis, obtines, et quod canonicus dicte ecclesie Pragensis existis et prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium in eadem Pragensi ecclesia auctoritate litterarum nostrarum nosceris expectare, quas quidem litteras et processus inde secutos quoad dignitatem vel personatum seu officium dumtaxat cassa et irrita esse volumus, cum eundem decanatum pacifice adeptus fueris, quodque, postquam vigore huiusmodi nostre gracie dicti decanatus possessionem pacificam fueris assecutus, predictam parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, prout eciam ad id te sponte obtulisti, omnino dimittere tenearis. .... D. Auinione XVII kal. Augusti a. quinto.

In e. m. vv. ff. .. archiepiscopo Pragensi et .. Wratislauiensi episcopo ac d. f. .. sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A. V/1 (86) f. 66, de beneficiis vacantibus qu. 2 = V. 173 f. 82′ n. 145. — a) b) suppl. in marg. A. — 1) 1344 Maii 5.

***691.** Nicolaus dictus Bohemus habilitatur et dispensatur cum eo, ut parrochialem ecclesiam de Tarnov recipere possit, et fructus illicite percepti ei remittuntur.*

X
.X. *Avinione, 1346 Julii 18.*

D. f. Nicolao dicto Boemo, canonico monasterii Mechauiensis, ordinis sancti Augustini, Cracouiensis diocesis, s. etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas et alia merita probitatis, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, exposcunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Sane peticio tua nobis exhibita continebat, quod dudum tu defectum natalium paciens, de presbytero genitus et soluta, monasterium Mechauiense, ordinis sancti Augustini, Cracouiensis diocesis, ecclesie[a]) Sepulcri Dominici Jerosolimitani, dicti ordinis, immediate subiectum, quod ingressus fueras, postquam ibidem professionem emiseras et ad subdiaconatus ordinem fueras iam promotus, egressus fuisti animi levitate, et quam pluribus annis per seculum vagabundus, apostatans et oberrans, quoddam simplex beneficium, consuetum clericis secularibus assignari, alias tibi collatum canonice, assecutus fuisti illudque per plures annos tenuisti et possedisti, fructus percipiens ex eodem, faciendo tamen huiusmodi beneficio per vicarium sacerdotem in divinis officiis deserviri, teque divinis immiscens huiusmodi in subdiaconatus ordine ministrasti, propter quod incurristi excommunicacionis sentenciam, in tales generaliter promulgatam,[b]) et irregularitatis maculam contraxisti, quodque postmodum ad ordinem et monasterium predicta reversus, cum ibidem per superiorem tuum receptus et a penis et sentenciis, quas propter premissa incurreras, in quantum ipsius superioris potestas se extenderat, existeres absolutus, demum ad parrochialem ecclesiam in Tharnow oppido, consuetam eciam secularibus clericis assignari, dicte Cracouiensis diocesis, per verum ipsius ecclesie patronum laicum de prefati superioris tui licencia diocesano loci presentatus et per eundem diocesanum in rectorem ipsius ecclesie institutus alias canonice extitisti teque fecisti ad ipsius ecclesie titulum ad diaconatus ordinem promoveri, super defectu, irregularitate ac aliis premissis dispensacione alia non obtenta. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, a sentenciis, quas propter premissa ut prefertur incurreras, auctoritate apostolica fueris absolutus ac tecum super irregularitate premisso modo contracta et defectu predicto, quod eis non obstantibus in susceptis ordinibus ministrare ac ad sacerdocium promoveri et beneficium ecclesiasticum eciam curatum libere recipere et licite retinere valeas, auctoritate predicta extitit dispensatum: nos volentes personam tuam premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso, tuis supplicacionibus inclinati te habilitamus et ad famam restituimus ac tecum, quod premissis et quacunque constitucione contraria nequaquam obstantibus predictam ecclesiam, que ad presentacionem patroni laici ut asseris pertinet, cuius ecclesie fructus, redditus et proventus trium marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, dummodo tibi alias canonice conferatur, libere recipere et licite retinere ipsamque pro alia permutare seu ecclesia ipsa dimissa aliam, si tibi alias eciam canonice conferatur, libere recipere et licite retinere valeas, auctoritate predicta de speciali gracia dispensamus ac insuper fructus, per te ex ecclesia de Tharnow, quam aliquibus mensibus ut asseris tenuisti, ac beneficio simplici supradictis perceptos,

ad quorum fructuum restitucionem, licet sint modici, eo quod es religiosus et beneficium seu alia bona non habes, ex quibus solvere illos possis, non sufficis, tibi remittimus et donamus de gracia pociori. Nulli ergo etc. nostre habilitacionis, restitucionis, dispensacionis, remissionis et donacionis infringere etc. D. Auinione XV kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 183, de indultis etc. qu. 3 = V. 174 f. 305 n. 877.

692. *Neuburgensis* [a]) *et Sderasiensis, per praepositos solitorum gubernari, Pataviensis et Pragensis diocesis, monasteriorum praepositis ac Henrico Rinheti de Brunna, canonico* [b]) *Olomucensi, mandatur, quatenus Nicolao dicto Bohemo, canonico monasterii Mechoviensis, ordinis sancti Augustini, Cracoviensis diocesis, ecclesiae Sepulcri Dominici Jerosolimitani, eiusdem ordinis, immediate subiecti, parrochialem ecclesiam in Tarnor* [c]) *vacantem conferant et assignent. ‚D. Auinione XV kal. Augusti a. quinto'. Forma ut in n. 78.*

I IIII V .X.

Avinione, 1346 Julii 18.

Clementis VI A. V/1 (86) f. 46, de beneficiis vacantibus qu. 1 = V. 173 f. 68' n. 120. — [a]) ‚Neumburgensi' A. [b]) ‚Henrico-canonico' corr. in marg. ab a. m. ex: ‚ . . thesaurario ecclesie', cum nota: ‚Correcta de mandato' A. [c]) ‚Tharnow' A.

693. *Cum Pezoldo quondam Henrici de Hořovicz super irregularitate dispensatur.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Julii 18.*

D. f. Pozoldo, nato quondam Henrici de Horauitz, subdiacono Pragensis diocesis, s. etc. Apostolice sedis copiosa benignitas illis libenter aperire misericordie sue ianuam consuevit, qui illam ab ea humiliter supplicacionibus devotis implorant. Exhibite siquidem nobis tue peticionis series continebat, quod, cum olim Johannes de Tust, presbyter Pragensis diocesis, apostata ordinis Heremitarum sancti Augustini, quondam Johanni, viceplebano ecclesie in Slapans, dicte diocesis, germano tuo, in officio vicarie seu capellanie in dicta ecclesia servivisset et serviret, te et dicto Johanne viceplebano tunc ignorantibus, eundem Johannem de Tust esse apostatam ordinis supradicti: tandem ad tuam, qui cum dicto viceplebano in eadem domo morabaris, et dicti viceplebani deducto noticiam, quod dictus Johannes de Tust [a]) apostata existebat, tu et dictus Johannes viceplebanus, nolentes apostatam pro capellano tenere, eum de huiusmodi officio vicarie seu capellanie licenciastis, idemque Johannes de Tust, tum propter licenciam huius-

modi ira motus quam ex odio, quod erga quandam puellam specialiter habebat, et quam tu et viceplebanus tenebatis in domo, incepit vos et dictam puellam coram populo loci eiusdem graviter diffamare, tuque audiens ista quosdam probos viros ad te[b]) vocasti, supplicans eisdem, ut dictum Johannem de Tust alloquerentur, quod non deberet eosdem fratres et puellam taliter diffamare, nam si quid ei fecissetis aut in aliquo eum offendissetis, parati eratis sibi satisfacere et emendare; idemque Johannes de Tust, hiis verbis non contentus, in quodam festo sancte Trinitatis, eodem viceplebano in dicta ecclesia celebrante, ambonem ascendit et te et viceplebanum predictum publice in ecclesia predicta et extra coram populo hereticos et incestuosos nunciavit et predicavit, dicens, quod ambo cum una puella iacebatis et filium ex ea procuraveratis, qui filius per matrem fuerat interfectus et evisceratus, et alia maleficia et inquantaciones vobis imponens, que[c]) populus vera esse credebat. Cum autem post missam dicta puella tibi ista lacrimose narravisset, tu de tanto vituperio dolens ac proprio honori necnon fratris et puelle predictorum compaciens, gladio recepto et nimio furore accensus eundem Johannem de Tust insecutus fuisti et eum circa mensam inventum evaginato gladio invasisti, idemque Johannes de Tust de mensa saliens extracto cultello te graviter vulneravit, et tunc dictus viceplebanus inermis occurrens et iuvare te vel separare volens se premissis immiscuit, dictusque Johannes de Tust eundem viceplebanum mortaliter vulneravit et ad aliam domum aufugit, eumque tu et predictus germanus ita vulnerati insecuti fuistis et in quodam cellario invenistis eundem, et ibi tu et eidem Johanni de Tust plura vulnera non tamen mortalia fecisti et inscius vulneris dicti fratris tui eidem fratri dixisti: recedamus, amodo satis habet, dimittamus sibi vitam. Et cum recessissetis, statim dictus viceplebanus de vulnere ab eodem Johanne de Tust accepto expiravit, dictusque Johannes de Tust exinde aufugit. Et deinde tu cuidam sacerdoti, auctoritatem episcopi habenti, ista omnia exponens absolutus fuisti et sic credens te absolutum divinis te immiscuisti et in ordine subdiaconatus ministrasti, non credens aliquod periculum incurrisse. Sed tandem, omnino volens tuam conscienciam exonerare, pro petenda venia ad sedem apostolicam accessisti et nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi super premissis de oportune dispensacionis beneficio de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, tuis devotis supplicacionibus inclinati, tecum, ut premissis nequaquam obstantibus possis in minoribus ordinibus dumtaxat ministrare et beneficium ecclesiasticum sine cura licite obtinere, de specialis dono gracie dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. Auinione XV kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 304', de indultis etc. qu. 7 = V. 174 f. 379' n. 1164. — [a]) sequitur ‚et' non cancellatum V. [b]) ‚adeo' V., corr. ab editore. [c]) ‚qui' V., corr. ab editore.

694. *Gaucelino, episcopo Albanensi, mandatur, quatenus Pezoldo de Hořovicz super irregularitate contracta gratiam faciat ampliorem.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Julii 18.*

V. f. Gaucelino, episcopo Albanensi, s. etc. *[„Hodie pro parte d. f. Pozoldi, nati quondam Henrici de Honanitz, subdiaconi Pragensis diocesis, nobis exposito .... de benignitate apostolica dignaremur", ut in numero praecedenti]* nos cum eodem, ut premissis nequaquam obstantibus possit in minoribus dumtaxat ordinibus ministrare et beneficium ecclesiasticum sine cura licite obtinere, per alias nostras certi tenoris litteras de specialis dono gracie duximus dispensandum. Volentes itaque eundem Pozoldum favore prosequi gracie amplioris, ipsius supplicacionibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si tibi, qui penitenciarie nostre curam geris, constiterit eundem Johannem de Tust prefatos Pozoldum viceplebanum et puellam de premissis iniuste diffamasse, tu auctoritate nostra facias eidem Pozoldo graciam ampliorem, sicut videris expedire. D. Auinione XV kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI A. V 3 (tomus 33) f. 305', de indultis etc. qu. 7 = V. 174 f. 380 n. 1165.

695. *Carolus, in regem Romanorum electus, supplicat, quatenus Petro de Luna de beneficio cum vel sine cura ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis provideatur.*

Avinione, 1346 Julii 22.

Supplicat S. V. devotissimus vester et sancte Romane ecclesie filius Karolus, in regem Romanorum electus, semper augustus, quatenus sibi in personam Petri de Luna, notarii et secretarii sui karissimi, canonici ecclesie Wratislauiensis, specialem graciam facientes, ei de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem vel presentacionem seu quamvis aliam disposicionem . . episcopi et capituli Wratislauiensis communiter vel divisim, eciam si huiusmodi beneficium dignitas, personatus vel officium maior seu maius post episcopalem dignitatem existat, si quod, que vel qui eciam in ipsa ecclesia Wratislauiensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod canonicatus sub expectacione prebendarum in predicta Wratislauiensi et Olomucensi et canonicatum et prebendam in Omnium Sanctorum castri Pragensis ecclesiis ac parrochialem ecclesiam in Wodnano, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat eciam de dignitate etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V 2 (11) f. 95'.

696. *Petro de Luna, notario et secretario Caroli, in regem Romanorum electi, reservatur ad supplicationem eiusdem electi beneficium cum vel sine cura, etiam si dignitas vel personatus aut officium et etiam si in ecclesia Vratislaviensi existat, si quod ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis vacat ad praesens, vel cum vacaverit, non obstante ut in num. 695, ita tamen, ut, quamprimum vigore praesentis gratiae dignitatem vel personatum seu officium curatum vel beneficium fuerit pacifice assecutus, illam parrochialem ecclesiam de Vodnano, quae extunc vacare decernitur, omnino dimittat. ‚D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.' — In e. m. sanctae Mariae in Arena Vratislaviensis et sancti Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1346 Julii 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 224, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 174 f. 82 n. 145. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289.

---

697. *Nicolaus de Brunna supplicat, quatenus sibi gratia de non residendo et fructibus in absentia percipiendis concedatur.*

Avinione, 1346 Julii 22.

Supplicat S. V. humilis creatura vestra Nicolaus de Brunna, decanus ecclesie Olomucensis, serenissimi domini Karoli, Romanorum regis, secretarius, quatenus sibi specialem graciam facientes, sibi, quod, quamdiu serviciis domini regis institerit, fructus, redditus et proventus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, que nunc obtinet et imposterum obtinebit, eciam si dignitates vel personatus aut officia existant et curam habeant animarum, aut eciam si dignitates ipse maiores post pontificalem in cathedralibus et in collegiatis principaliores existant, cum ea integritate usque ad septennium percipere valeat, cum qua illos perciperet, si in eis personaliter resideret, et ad residendum in eis etc., dignemini indulgere, non obstante, quod in ipsis ecclesiis primam et consuetam residenciam non fecerit personalem, aut statutis vel consuetudine ecclesiarum contrariis, iuramentis [etc.],[a]) et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V 2 (11) f. 95'. — [a]) deest in S., suppl. ab editore.

***698.** Nicolao de Brunna, decano ecclesiae Olomucensis et secretario Caroli, in regem Romanorum electi, conceditur ad supplicationem eiusdem electi, ut fructus beneficiorum suorum, etiam si dignitates vel personatus seu officia fuerint et curam habeant animarum, aut etiam si dignitates ipsae in cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis fuerint principales, usque ad septennium cum ea integritate percipere possit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, ac si apud beneficia ipsa personaliter resideret, et ad residendum in eis minime teneatur. ‚D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.' — In e. m. episcopo Frisingensi et abbati monasterii Sedlicensis,[a]) Pragensis diocesis, ac decano ecclesiae Naumburgensis.[b]) Forma ut in n. 454.*

.X X̿. *Avinione, 1346 Julii 22.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 539, de fructibus percipiendis qu. 1 et unicus = V. 175 f. 8' n. 19. — Ed. CDM. VII n. 670, RBM. IV n. 1747. — a) ‚Zedelincensis' A. b) ‚Nuemburgensis' A.

***699.** Johannes de Insula, decanus ecclesiae Vratislaviensis, supplicat, quatenus Johanni Albifali de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Vratislaviensi vel Opoliensi, et Ottoni, rectori parrochialis ecclesiae in Chomenza, (sic!)[1]) de eodem in Vladislaviensi ecclesia provideatur.*

Avinione, 1346 Julii 22.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Johannes de Insula, decanus ecclesie Wratislauiensis, quatenus sibi in personam Johannis Albifali, nepotis sui, custodis et canonici ecclesie Wladislauiensis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu ecclesie Wratislauiensis et prebenda cum dignitate, personatu vel officio, si vacant ibidem, vel quamprimum vacare contigerit coniunctim vel divisim, eciam si huiusmodi dignitas, personatus vel officium curam habeat animarum annexam, cum iuribus et pertinenciis suis necnon cum inhibicionis, acceptacionis, anteferri clausulis dignemini providere, non obstante, quod custodiam et canonicatum in dicta Wlatislauiensi ecclesia obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, cum paratus sit dictam custodiam dimittere, quamprimum fuerit huiusmodi dignitatis, personatus vel officii possessionem pacificam assecutus, vel similem graciam facientes eidem Johanni de canonicatu ecclesie Opoliensis, Wratislauiensis diocesis, et prebenda cum dignitate, personatu vel officio, spectantibus ad collacionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi Wratislauiensis, dignemini providere ut supra.

Fiat eciam de dignitate etc. R.

Item supplicat, quatenus Ottoni, rectori ecclesie de Chomenza,[1]) diocesis Wratislauiensis, consanguineo suo dilecto, graciam specialem facientes, eidem de canonicatu ecclesie Wlatislauiensis et prebenda cum dignitate, personatu vel officio, si vacant ibidem, vel quamprimum vacare contigerit coniunctim vel divisim, eciam si huiusmodi dignitas, personatus vel officium curam habeat animarum

annexam, cum iuribus et pertinenciis suis necnon cum inhibicionis, acceptacionis, anteferri clausulis dignemini providere, non obstante, quod dictam ecclesiam obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, quam ecclesiam paratus est dimittere, quamprimum fuerit huiusmodi dignitatis, personatus vel officii possessionem pacificam assecutus.

Fiat R. Eciam de dignitate etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V 2 (11) f. 95'. — [1]) fortasse Chomionza in circuitu Brombergensi; sed haec villa in diocesi Vladislaviensi existebat, non autem in Vratislaviensi!

700. *Johanni Albifali providetur* [1]) *de canonicatu ecclesiae Opoliensis, Vratislaviensis diocesis, sub expectatione praebendae ac dignitatis vel personatus seu officii, etiam si huiusmodi dignitas vel personatus seu officium curam habeat animarum annexam, si ad collationem episcopi Vratislaviensis in eadem ecclesia vacant ad praesens, vel cum vacaverint, non obstante ut in num. 699, ita tamen, ut, postquam vigore praesentis gratiae huiusmodi dignitatis, personatus vel officii possessionem pacificam fuerit assecutus, illam custodiam, quae extunc vacare decernitur, omnino, prout ad id se sponte obtulerit, dimittere teneatur. ‚D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.' — In e. m. decano Vladislaviensis et archidiacono Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1346 Julii 22.*

Clementis VI A. V/1 (86) f. 585', de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 174 f. 3 n. 4. — Reg. ZVGA. Schlesiens XXV, 293. — [1]) de supplicatione Johannis de Insula, decani ecclesiae Vratislaviensis, hic nulla fit mentio.

701. *Ottoni dicto Szut providetur* [1]) *de canonicatu ecclesiae Vladislaviensis sub expectatione praebendae ac dignitatis vel personatus seu officii, etiam si curam habeant animarum annexam, non obstante ut in num. 699, ita tamen, ut, postquam vigore praesentis gratiae huiusmodi dignitatis vel personatus seu officii possessionem pacificam fuerit assecutus, illam ecclesiam de Chomenza, (sic!)* [2]) *quae extunc vacare decernitur, omnino, prout ad id se sponte obtulerit, dimittere teneatur. ‚D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.' — In e. m. decano Vladislaviensis et archidiacono Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1346 Julii 22.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 216 n. 9, de dignitatibus vacaturis qu. 1 = V. 177 f. 152' n. 9. — Registrata etiam in A. V 6 (90) f. 40 n. 25, sed cancellata cum nota: „Attende de dignitatibus vacaturis. Scripta est in quaterno de dignitatibus vacaturis." — [1]) de supplicatione Johannis de Insula, decani ecclesiae Vratislaviensis, hic nulla fit mentio. [2]) cfr. num. 699 n. 1.

702. *Carolus, in regem Romanorum electus, supplicat, quatenus magistro Rudolfo dicto Losse de canonicatu et praebenda in ecclesia Treverensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1346 Julii 22.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, in regem Romanorum electus, quatenus sibi in personam dilecti et familiaris capellani sui magistri Rodolfi dicti Losse, officialis principalis curie Treuerensis, ex militari prosapia geniti et in iure periti, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Treuerensis, vacantibus apud sedem apostolicam per obitum seu liberam resignacionem quondam Raynardi de Westirburg, eiusdem ecclesie canonici prebendati, S. V. capellani, alias extra curiam decedentis, cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, non obstantibus statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque, eciam si de facto per alium occupetur, et quod idem Rodolfus in sancti Castoris Cardonensis et Confluentia et in sancte Marie Isnacensis ecclesiis, Treuerensis et Maguntinensis diocesium, canonicatus et prebendas et in dicta Cardonensi cantorie simplex officium obtinere et canonicatus sub expectacione prebendarum in sancti Florini Confluencie et sancti Paulini extra muros Treuerenses et in Mwenburgensi cum dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura et in Maguntina ecclesiis canonicatum et prebendam cum decanatu impetrasse, et quod super decanatu ecclesie sancti Martini Wesaliensis, dicte Treuerensis diocesis, litigare noscitur, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V/2 (11) f. 96'.

703. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Johanni de Celobrio fructus ex beneficiis suis indebite recepti remittantur et eidem praepositura, canonicatus et praebenda Treverensis ac canonicatus et praebenda sancti Paulini extra muros Treverenses ecclesiarum de novo conferantur.*

Avinione, 1346 Julii 22.

Significat S. V. devotus f. v. Johannes, rex Boemie, quod olim carissimus suus Johannes de Celobrio, qui de magnis nobilibus traxit originem, et qui ac omnes sui eidem regi multa et fidelia obsequia prestiterunt et adhuc prestant, ecclesiam parrochialem de Belualz, Treuerensis diocesis, in minori etate per plures annos obtinens, in Treuerensi ecclesia [a]) canonicatum et prebendam, deinde ecclesiam parrochialem de Conston, dicte diocesis, quam postea permutavit ad canonicatum et prebendam ecclesie sancti Paulini extra muros Treuerenses, item parrochialem ecclesiam de Celobrio, diocesis predicte, et subsequenter cantoriam

ecclesie Treuerensis sine cura recepit, deinde parrochialem ecclesiam de Berchau, Leodiensis diocesis, item preposituram ecclesie Treuerensis sine cura, item deinde ecclesias parrochiales de Mertinskirchen, de Loebruch, Cerbley et de Kersen superiori, dicte diocesis Treuerensis, succesive receperit et per plures annos fructus ex eisdem sine residencia et promocione ad sacerdocium percepit, quorum omnium beneficiorum fructus et proventus annuatim CL marchas argenti non excedunt. Quare supplicat idem rex, quatenus cum dicto Johanne graciose et liberaliter dispensantes in premissis ac omnem infamie et inhabilitatis notam, quam ex premissis incurrit, de apostolice potestatis plenitudine abolentes, ipsum habilitare dignemini ac in integrum restituere sicut prius fructusque sibi remittere antedictos, prepposituram vero Treuerensem, canonicatum et prebendam Treuerenses et canonicatum et prebendam ecclesie sancti Paulini extra muros Treuerenses de novo sibi conferre dignemini sibique ecclesias de Celobrio et de Kersen predictas de benignitate apostolica, ut ipse, qui est principalis in ecclesia Treuerensi post archiepiscopum, statum suum, quem decenter et laudabiliter ducere et tenere consuevit, honestius pro ecclesie et cleri honestate tenere valeat, dignemini commendare usque ad beneplacitum dicte sedis, maxime cum reliquas ecclesias supradictas realiter dimittere paratus existat.

Fiat ut petitur R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI S. V/2 (11) f. 175'. Eadem supplicatio invenitur etiam in fol. 95, sed cancellata cum nota: ‚Cancellata, quia in meliori forma infra in VIII^{XX}. XV folio.' a) sequitur ‚tantum', sed cancellatum.

704. *Johannes de Celobrio, diaconus Trevereusis diocesis, ad supplicationem Johannis, regis Bohemiae, habilitatur et dispensatur super eo, quod plura beneficia simul et illicite tenuit, fructus quoque ex eis percepti ei remittuntur, attamen hac conditione, ut parrochiales ecclesias, praeposituram, canonicatus et praebendas, quae in num. 703 enumerantur, realiter et omnino dimittat. ‚D. Auinione XI kal. Augusti a. quinto.'*

.LX. *Avinione, 1346 Julii 22.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 183', de indultis etc. qu. 3 = V. 174 f. 305' n. 878.

705. *Johanni, regi Bohemiae, indulgetur, ut duodecim capellani et clerici, eius obsequiis insistentes, fructus beneficiorum suorum etiam in absentia percipere et ad residendum in eisdem minime coartari possint. Forma ut in n. 132.*

X X
X X
.X X.

Avinione, 1346 Julii 23.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri, s. etc. Eximie tue devocionis sinceritas, ... Hinc est, quod nos, tuis supplicacionibus inclinati, auctoritate tibi presencium indulgemus, ut duodecim tui capellani et clerici familiares domestici et continui commensales, presentes et futuri, tuis obsequiis insistentes, quos ad hoc duxeris eligendos, fructus, redditus et proventus omnium suorum beneficiorum ecclesiasticorum, eciam si curata aut dignitates seu [a]) personatus vel officia existant, dummodo huiusmodi dignitates in cathedralibus post episcopales maiores vel in collegiatis ecclesiis principales non existant, cum ea integritate usque ad quinquennium libere percipere valeant,[b]) cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis, cum [qua] [c]) illos perciperent, si in ecclesiis, in quibus beneficia ipsa consistunt, personaliter residerent, et ad residendum interim in eisdem ecclesiis minime teneantur neque ad id a quoquam inviti valeant coartari, ... D. Auinione X kal. Augusti a. quinto.

In e. m. dd. ff. . . preposito Saczensis, Pragensis diocesis, et . . decano Olomucensis ac . . archidiacono Treuerensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. V/1 (86) f. 88', de beneficiis vacantibus qu. 3, cum nota: ‚Non est scripta in pergameno, quia alibi debet esse.' In V. 173 deest. — a) b) suppl. in marg. c) deest in A., suppl. ab editore.

706. *Carolo, in regem Romanorum electo, scribitur, electionem eius gratam et acceptam papae extitisse, simulque monetur, quatenus Ludovicum de Bavaria in partibus Lombardiae praeveniat.*

Avinione, 1346 Julii 30.

C. in Ch. f. Carolo, in regem Romanorum electo. Letis et iocundis rumoribus ad apostolicam sedem perducto, eleccionem de te, fili carissime, in regem Romanorum, promovendum in imperatorem, fuisse solenniter et concorditer celebratam, exultavit cor nostrum in domino et immensi rore gaudii et leticia perfusa fuerunt precordia mentis nostre, sperantes in eo, cuius providencia in sui disposicione non fallitur, quique celestia simul et terrena sua omnipotencia moderatur, quique in te sic feliciter sue clemencia pietatis incepit, [quod] [a]) ipse, qui opus imperfeccionis aborret, prosperis perficiet successibus solidabitque usque ad perfeccionem votivam ita, quod ecclesia sancta sua te defensorem et pugilem habebit strenuum et fidelem ad confundendum et extirpandum scismata, hereses

et errores ac dilatandum cultum fidei orthodoxe, regnabitque sub tuo felici, pio et provido regimine pacis et iusticie pulcritudo, excessibus, criminibus et delictis claudetur aditus, et te sedente in solio regalis et imperialis culminis dissipabitur omne malum; talem namque filium diutinis temporibus avide desideravit eadem mater ecclesia, quem se, ut firmiter credimus, cum replecione consolacionis et gaudii letabitur hiis temporibus recepisse. Rogamus itaque serenitatem tuam et hortamur attencius in domino Jhesu Christo, quatenus ad illum, in cuius manu et potestate omnium iura regnorum consistunt et nichil boni vel prosperi esse potest alicui, nisi de sue bonitatis clemencia largiatur, dirigens in humilitate spiritus iugiter vota tua et anchoram spei tue in eo solo figere non desistens, ad illa, que premisimus, et alia opera virtuosa, per que deo semper fieri merearis accepcior, intendere continue tuarumque operacionum studia convertere non postponas, sciturus pro certo, quod, si hec ut confidimus egeris teque cum deo tenueris incessanter, ipse actus tuos prosperare non desinet, tuum exaltando super terram solium et protrahendo in dierum longitudinem cum prosperitatis [b]) votive successibus vitam tuam, tandemque post decursum huiusmodi laboriosi certaminis de temporali regno et corruptibili te cum corona immarcessibili ad regni gloriam provehet sempiterni, de nobis et eadem ecclesia fiduciam habiturus, quod, quantum cum deo et honestate fieri poterit, tibi assistere intendimus graciis et favoribus oportunis. Porro de persona, per te nobis ad ecclesiam Alberstadensem tunc vacantem commendata, quam ipsi ecclesie fore credimus utilem, tui eciam consideracione duximus de fratrum nostrorum consilio providendum. Rursus noviter intellecto, quod ille profanus hostis dei et ecclesie ac fidei catholice persecutor crudelis, Ludouicus de Bauaria, excommunicatus, hereticus et scismaticus manifestus, colligaciones, confederaciones et amicicias nititur in partibus Lombardie procurare, expediens admodum videretur, quod tu et c. in Ch. f. n. Johannes, rex Boemie illustris, genitor tuus, eundem Ludouicum prevenire super hiis viis et modis, quibus melius posset fieri, curaretis, summopere nichilominus precavendo, quod illos de partibus eisdem verbis vel factis nequaquam hiis temporibus provocetis. D. Auinione III kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 69' n. 290. — Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI, 238, Werunsky, Excerpta n. 123, CDM. VII n. 671, RBM. IV n. 1751, Huber 503 n. 6 et iterum pag. 778 n. 181. — [a]) deest in V., suppl. ab editore. [b]) ‚prosperitate' V., corr. ab editore.

---

707. *Luchino de Vicecomitibus, vicario Mediolanensi, scribitur, quatenus iis, quae sibi de mala intentione Johannis, regis Bohemiae, et Caroli, in regem Romanorum electi, relata sunt, fidem non adhibeat.*

Avinione, 1346 Julii 30.

D. f. nobili viro Luchino de Vicecomitibus, in civitate, comitatu et districtu Mediolanensi nostro et ecclesie Romane vicario generali. Nobilitatis tue litteras recepimus, inter cetera continentes, te relacione veridica recepisse, carissimum

in Christo f. n. Johannem, regem Boemie illustrem, in presencia cuiusdam civis unius civitatis, sub tuo regimine consistentis, dixisse, quod, sicut de illis de la Scala vindictam sumpserat, sic de te facere sperabat in brevi, ex quibus quidem verbis suspicionem sinistram conceperas non indigne. Profecto, fili, vix credere possumus regem eundem verba huiusmodi, que tibi, ut dicte tue littere continebant, relata sunt, protulisse, cum ipse ac carissimus in Christo f. n. Carolus, primogenitus suus, nunc in regem Romanorum electus, nuper apud sedem apostolicam essent presentes et inter alia colloquia, que nobiscum tunc temporis habuerunt, de te ac v. f. n. Johanne, archiepiscopo Mediolanensi, germano et convicario tuo, fieret specialis mencio et expressa, nec scire nec intelligere potuimus, quod ipsi contra vos essent quomodolibet provocati, immo pocius nostris in hac parte persuasionibus acquiescentes dixerunt expresse, quod vestram intendebant amiciciam retinere, deindeque post eleccionem de predicto Carolo celebratam per primum, quem ad nos miserunt, nuncium idem nobis fecit dictus electus specialiter explicari. Ideoque contrariis relatibus fidem non adhibeas, sed pocius speres pro certo, quod nobis eciam, si necessarium existeret, interponentibus super hiis partes nostras ipsorum obtinebitis amiciciam, benivolenciam et favorem. D. Auinione III kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 70' n. 292. — Ed. Vatik. Akten n. 2292, RBM. IV n. 2237.

708. *Johanni, regi Bohemiae, scribitur, electionem Caroli filii admodum gratam et acceptam papae extitisse, simulque rogatur, ut circa Luchinum de Vicecomitibus ita rescribat, ut dictus Luchinus de sua benevolentia et favore certior reddi possit; admonetur quoque, quatenus Ludovicum de Bavaria, in partibus Lombardiae amicitias et confoederationes procurantem, praevenire studeat.*

Avinione, 1346 Julii 30.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Letanter et iocunde audivimus eleccionem de c. in Ch. f. n. Carolo, primogenito tuo, in regem Romanorum electo, fuisse solenniter et concorditer celebratam, exinde altissimo, qui tam felix dedit inicium, devoto mentis affectu graciarum acciones humiles referentes eidemque supplicantes, ut ipse, cui possibilia sunt omnia et opus imperfeccionis aborret, usque ad perfeccionem votivam[a]) dignetur clemencia [et][b]) pietate producere super hiis, quod incepit. Nos itaque, tuam, carissime fili, et tuorum magnanimitatem super predictis multipliciter in domino commendantes, paratos nos offerimus circa hoc assistere graciis et favoribus, quibus cum deo et honestate poterimus, oportunis. Rursus serenitatem tuam volumus non latere, quod d. f. nobilis vir Luchinus de Vicecomitibus de Mediolano hiis diebus per suas litteras, quarum copiam d. f. magister Johannes de Pistorio, capellanus et familiaris noster, mittit tue celsitudini, ea, que continentur in eisdem litteris, nobis scripsit, cumque nos intellectis hiis, que huiusmodi littere continebant, sibi providerimus inter cetera

rescribendum, quod relata sibi super predictis vera non credebamus existere, immo tenebamus pro certo, quod poterat de tua, fili carissime, et electi predicti amicicia, benivolencia et favore sperare, velit tua quesumus excellencia taliter nobis inde rescribere, quod ipsum reddere possimus tuis receptis super hoc litteris cerciorem. Ceterum intelleximus, quod Ludouicus de Bauaria in partibus Lombardie amicicias et confederaciones procurat, quam ob rem admodum expediens crederemus, quod tu, fili dilectissime, ac prefatus electus preveniretis eundem, summopere nichilominus precavendo, ne hiis temporibus verbis vel factis provocaretis quomodolibet magnates vel alios de partibus supradictis. D. Auinione III kal. Augusti a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 71 n. 294. — [a]) ‚uotiuuam' V. [b]) deest in V., suppl. ab editore. — Ed. Vatik. Akten n. 2290, RBM. IV n. 2235.

709. *Balduinus, archiepiscopus Treverensis, rogatur, quatenus Carolum, nepotem suum, in regem Romanorum electum, adiuvare non desistat.*

Avinione, 1346 Julii 30.

V. f. Baldwino, archiepiscopo Treuerensi. Exultacione immensi repleti gaudii audivimus eleccionem de carissimo in Christo f. n. Carolo, nepote tuo, in regem Romanorum, promovendum in imperatorem, electo, fuisse solenniter et concorditer celebratam, exinde gracias immensas referentes altissimo et tue fraternitatis magnanimitatem et liberalitatem, quas circa premissa te gessisse notabiliter percepimus, multipliciter in domino commendantes. Sane quia tuis et domus tue honoribus et commodis reique utilitati publice multum noscitur expedire, quod negocium huiusmodi sic ceptum prospere divine gracie cooperante virtute operosis solicitudinibus usque ad perfeccionem fulciatur votivam, eandem fraternitatem rogamus et hortamur attente, quatenus sic continuare virtuosis procures studiis, quod cepisti, quod ad laudem et honorem divini nominis, rei publice commodum ac tui et tuorum honoris augmentum huiusmodi negocium felicem progressum et votivum exitum sorciatur. Nos autem et ecclesia parati sumus super hiis assistere, quantum cum deo et honestate poterimus, graciis et favoribus oportunis. D. ut s. [Auinione III kal. Augusti a. quinto.][1])

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 71 n. 295. — Ed. Vatik. Akten n. 2291, RBM. IV n. 2236. — [1]) ut in V. 140 n. 294.

710. *Rudolfo, duci Saxoniae, et simili modo Gerlacho, archiepiscopo Maguntino, et Walramo, archiepiscopo Coloniensi, de electione Caroli, regis Romanorum, gratiae aguntur, et ipsi rogantur, quatenus negotium huiusmodi curis assiduis prosequantur.*

Avinione, 1346 Julii 30.

D. f. nobili viro Rodolpho, duci Saxonie. Audivimus exultanter, qualiter tu, fili, una cum aliis electoribus imperii circa celebrandam eleccionem de c. in Ch. f. n. Carolo, in regem Romanorum electo, te benivole, prudenter et virtuose gessisti, tuam exinde nobilitatem multipliciter in domino commendantes, eamque rogamus attente, quatenus circa negocium fulciendum huiusmodi, prout cepisti, cures assistere viriliter et potenter, ut de manuum tuarum operibus illo donante, a quo cuncta bona procedunt, fructus graciosi prodeant et votivi, sciturus, fili, quod nos et ecclesia intendimus, quantum cum deo et honestate fieri poterit, super hiis tibique super tuis necessitatibus assistere graciis et favoribus oportunis. D. ut s. [Auinione III kal. Augusti a. quinto.] [1])

Item in e. m. v. f. Gerlaco, archiepiscopo Maguntinensi, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Item in e. m. Walramo, archiepiscopo Coloniensi. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 71′ n. 296—298. – [1]) ut in V. 140 n. 294.

711. *Iudicibus mandatur, quatenus pecuniam decimae triennalis, in terris regi Bohemiae subditis collectam, eidem regi et Carolo filio assignari faciant.*

Avinione, 1346 Augusti 10.

Vv. ff. . . archiepiscopo Pragensi ac . . Olomucensi, . . Luchomuslensi et . . Wratislauiensi episcopis. Volentes certis racionabilibus causis ad id nos moventibus pecuniam decime triennalis, per nos dudum in vestris civitatibus et diocesibus sicut in diversis aliis sub certis modis et formis imposite, [1]) que a festo Resurreccionis Dominice proximo preterito [2]) citra de proventibus ecclesiasticis in eisdem civitatibus et diocesibus, infra dominium c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, consistentibus, collecta fuerit et usque ad finem imposicionis eiusdem decime colligetur, [a]) c. in Ch. f. n. Carolo, eiusdem regis primogenito, in regem Romanorum promovendum in imperatorem electo, ac eidem regi Boemie vel eorum certo nuncio assignari: fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus pecuniam decimarum ipsarum, que ante dictum festum in eisdem vestris civitatibus et diocesibus per vos vel collectores aut subcollectores super hoc auctoritate apostolica deputatos ibidem collecta fuerit seu colligi debuerit pro terminis tunc preteritis [b]) solucionis ipsius, nostro et camere nostre nomine conservantes et eam ad cameram ipsam, ut in usus, ad quos deputata est, dispen-

sari valeat, transmittentes, totam illam pecuniam, que de decimis predictis pro terminis solucionis ipsius, qui obvenerunt a dicto festo Resurreccionis Dominice citra et obvenient usque ad finem imposicionis illius, sicut superius est expressum, de illis proventibus videlicet ecclesiasticis, qui consistunt infra dominium regis Boemie supradicti et vassallorum regis eiusdem, collecta fuerit vel eciam colligetur, eisdem electo et regi Boemie vel eorum certo nuncio assignetis seu faciatis integraliter assignari, nullo alio expectato mandato, contradictores etc. D. Auinione IIII id. Augusti a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 85' n. 374. — Ed. CDM. VII n. 672, RBM. IV n. 1756, Vatik. Akten n. 2296, Huber 503 n. 7. — [a]) ‚collegetur' V. [b]) ‚preteris' V. — [1]) vide num. 272. [2]) 1346 Aprilis 16.

***712.** Balduino, archiepiscopo Treverensi, et eodem modo Johanni, regi Bohemiae, et Carolo, in regem Romanorum electo, scribitur, quatenus pro liberatione Danielis, episcopi Verdensis, partes suas interponere velint.*

Avinione, 1346 Augusti 25.

V. f. Baldwino, archiepiscopo Treuerensi. Cum, sicut intelleximus displicenter, v. f. n. Daniel, episcopus Werdensis, per quosdam natos Arnaldi de Arlimo, tue Treuerensis diocesis, vassalli carissimi in Christo f. n. Johannis, regis Boemie illustris, nepotis tui, dictorumque natorum complices captus in illis partibus fuerit et adhuc detineatur captivus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus super liberacione ipsius episcopi favorabili velis pro nostra et apostolice sedis reverencia efficaciter interponere partes tuas. D. Auinione VIII kal. Septembris a. quinto.

Item in e. m. eidem regi Boemie, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Item in e. m. c. in Ch. f. Carolo, in regem Romanorum electo, verbis competenter mutatis, et ubi dicitur ‚nepotis tui', dicatur ‚genitoris tui'. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 102' n. 439—441. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 132. Huber 778 n. 183 et 184.

***713.** Johannes, rex Bohemiae, eodemque modo Carolus, in regem Romanorum electus, rogantur, quatenus ad pacem inter Franciae et Angliae reges obtinendam partes suas interponant.*

Avinione, 1346 Augusti 29.

C. in Ch. f. Johanni, regi Boemie illustri. Non sine magna mentis amaritudine attentis inenarrabilibus dispendiosis discriminibus, que guerre ac dissensiones, inter carissimos in Christo ff. nn. Philippum, Francie, et Edwardum, Anglie

reges illustres, procurante hoste humani generis suscitate, non solum eisdem regibus eorumque regnis et subditis, sed quasi toti christianitati continue[a]) producere dinoscuntur, et consideranter pensatis variis spiritualibus et temporalibus bonis, que utrique ipsorum ac predictis regnis et subditis et aliis diversis eiusdem christianitatis partibus ex ipsorum mutue caritatis, unitatis et amicicie concordia provenirent,[b]) inter cetera desiderabilia cordis nostri pacis concordiam huiusmodi affectavimus et eciam affectamus, propter [quod] [c]) pro illa diversis viis et modis hactenus laboravimus obtinenda, tandemque post diversorum nunciorum tam sancte Romane ecclesie cardinalium quam aliorum et litterarum missiones multiplices, cum non esset hostis eiusdem obsistente malicia satisfactum nostris desideriis in hac parte, v. f. Anibaldum, episcopum Tusculanum, et d. f. nostros Stephanum, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbyterum cardinalem, apostolice sedis nuncios, viros utique probitatis, discrecionis et providencie maturitate preditos, pacis, veritatis et iusticie fervidos zelatores, pro tractatu pacis huiusmodi ad reges eosdem et partes illas de fratrum nostrorum consilio providimus destinandos, et licet cardinales ipsi fideliter, prudenter et diligenter super negocio reformacionis pacis huiusmodi laboraverint, sicut pro certo percepimus, et laborent, speramus tamen in domino, quod, si tu, fili carissime, quem indubie pacem zelare huiusmodi supponimus, eisdem cardinalibus super hiis astiteris affectibus et effectibus operosis, ad utiliorem et faciliorem tractatum pervenire poterunt cicius dicte pacis. Quocirca excellenciam tuam rogamus et in domino attencius exhortamur, quatenus eisdem assistendo circa hec cardinalibus sic efficaciter interponere studeas partes tuas, quod illa consequi gaudia, que a divina sapiencia promittuntur pacis ineuntibus consilia, merearis. D. Auinione IIII kal. Septembris a. quinto.[1])

Item in e. m. c. in Ch. f. Carolo, in regem Romanorum electo. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 104' n. 449 et 450. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 133, Huber 778 n. 185 et 186. — [a]) ‚continnere' V. [b]) ‚pervenirent' V., corr. ab editore. [c]) deest in V., suppl. ab editore. — [1]) Huius litterae mentio fit etiam in instructione ad nuntios memoratos, in V. 140 n. 451.

---

714. *Iudicibus mandatur, quatenus super certa parte de Olomucensi et Pragensi diocesibus distinguenda et Litomyšlensi ecclesiae assignanda informationes recipiant et ad sedem apostolicam transmittant.*

Avinione, 1346 Augusti 31.

Dd. ff. . . Breunouiensis et . . Bisowicensis, Pragensis et Olomucensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac . . decano capelle regie Omnium Sanctorum in castro Pragensi s. etc. *[„Dudum pro parte c. in Ch. f. n. Johannis, regis Boemie illustris, et. d. f. nobilis viri Caroli, marchionis Morauie, primogeniti sui, coram nobis et fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, reverenter exposito, quod Pragensis per decem . . . . eidem ecclesie Luthomuslensi prefecimus*

in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus committendo"; pars omissa ut in num. 474]. Ac subsequenter volentes, ut eidem ecclesie Luthomuslensi certa pars[e]) de dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus, adiacens eidem ecclesie Luthomuslensi, iuxta intencionem nostram huiusmodi assignaretur realiter certis finibus distinguenda, tibi, fili abbas monasterii Breunouiensis, et dd. ff. . . abbati monasterii in Zar, Pragensis diocesis, ac . . decano ecclesie Olomucensis, de quorum probitatis industria specialem in domino fiduciam gerebamus, per alias nostras litteras commisimus et dedimus in mandatis, ut tu et ipsi vel duo vestrum ad partes illas sublato dilacionis obstaculo personaliter accedentes, vocatis . . archiepiscopo et . . Olomucensi ac . . Luthomuslensi episcopis, tunc electo, predictis ac capitulis ipsarum ecclesiarum et aliis, qui evocandi essent, de predicta certa parte ex dictis Olomucensi et Pragensi diocesibus Luthomuslensi ecclesie adiacente certis finibus ut premittitur distinguenda et eidem ecclesie eciam assignanda necnon de ecclesiis, dignitatibus, personatibus et officiis ac aliis beneficiis ecclesiasticis, que in parte predicta eidem ecclesie Luthomuslensi ut premittitur assignanda consistunt, ac de ipsorum valore et de circumstanciis ac aliis omnibus et singulis universis, que erant in talibus attendenda, super quibus vestras et cuiuslibet vestrum consciencias oneravimus, omnibus[f]) diligencia et solicitudine adhibitis, que super hiis adhibende forent, auctoritate nostra vos informaretis et ea, que per informacionem huiusmodi fore utilia et decencia pro assignacione et distinccione huiusmodi faciendis reperiretis, per instrumentum publicum vel litteras vestras, sigillis vestris munitas, dictarum litterarum nostrarum seriem continencia, clare, dilucide et aperte nobis et predicte sedi curaretis quantocius fideliter intimare, ut super hiis certa et indubitata informacione suscepta ad predictam partem eidem ecclesie Luthomuslensi ut premittitur assignandam et eciam distinguendam consulte et celeriter procederetur per providenciam dicte sedis, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo, testes eciam, qui forent nominati, si se gracia, odio vel timore subtraherent, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita cogeretis veritati testimonium perhibere; non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede predicta esset indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possent per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, prout in predictis nostris litteris plenius continetur.[1]) Verum quia, sicut nuper displicenter accepimus, prefati abbas dicti monasterii in Zar et decanus adeo extunc ex certis causis et impedimentis prepediti et occupati fuerunt et adhuc existunt, quod predictorum execucioni non potuerunt intendere neque possunt, nos desiderabiliter affectantes, ut, que per nos ad divini nominis laudem et gloriam, exaltacionem fidei, divini cultus augmentum et animarum profectum salubriter sunt incepta, effectu salubri et celeri compleantur, et sperantes indubie, quod illa, que vobis committimus, studebitis effectu solicite promptitudinis et devocionis exequi fideliter et prudenter, discrecioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, vobis nichilominus in virtute obediencie districcius iniungentes, quatenus vos vel duo vestrum ad partes illas sublato dilacionis obstaculo personaliter accedentes, auctoritate nostra, vocatis archiepiscopo et episcopis ac capitulo supradictis et aliis, qui fuerint evocandi, super execucione

contentorum in predictis litteris, tibi, prefate abbas dicti monasterii Breunouiensis, et abbati dicti monasterii in Zar ac decano prefatis ut prefertur directis, nichilominus omnino de contingentibus pretermisso, celeriter, fideliter et solicite procedatis iuxta litterarum formam et continenciam earundem, talem super premissis solicitudinem impensuri, quod infra proximum instans festum Nativitatis Domini[2]) omnia et singula, que super premissis vestre ministerio pervigilis solicitudinis sunt agenda, effectu pleno et laudabili sint completa. D. Auinione II kal. Septembris a. quinto.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 87, diversarum formarum qu. 3, sola pars finalis reperitur; totum in V. 176 f. 82 n. 99. — Ed. CDM. VII n. 674, Vatik. Akten n. 2299. — a) ,aliorum aliorum' V. b) ,eum' V. c) ,informati' V. d) ,affecta' V. e) sequitur ,et' V., emend. ab editore. f) a verbo ,diligencia' usque ad finem collationatum cum A. — 1) vide num. 474. 2) 1346 Decembris 25.

---

715. *Johanni de Harzé,*[a]) *familiari Johannis, regis Bohemiae, in diaconatus ordine constituto, ,qui parrochialem ecclesiam de Lintres Inferiori, Leodiensis diocesis, fuisti noviter assecutus, pro cuius assecucione litem subiisti sicut asseris sumptuosam', conceditur ad supplicationem eiusdem regis, ut usque ad biennium non teneatur ratione dictae parrochialis ecclesiae se facere ad presbyteratus ordinem promoveri, ipsius regis obsequiis insistendo, ac fructus eiusdem ecclesiae usque ad triennium percipere possit, ac si in ea personaliter resideret et ad residendum in eadem ecclesia durante hoc triennio minime teneatur. ,D. Auinione II kal. Septembris a. quinto.' Forma ut in n. 454.*

.X X. *Avinione, 1346 Augusti 31.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 539, de fructibus percipiendis qu. 1 et unicus = V. 175 f. 8 n. 18. — a) ,Harsees' A.

---

716. *Episcopus Caminensis et praepositus Olomucensis ac decanus sanctae Crucis Vratislaviensis ecclesiarum constituuntur conservatores episcopi Lubucensis usque ad decennium. ,D. Auinione VII id. Septembris a. quinto.' Forma ut in n. 104.*

X
X
.X. *Avinione, 1346 Septembris 7.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 284' n. 12, de conservatoriis qu. 1 = V. 176 f. 36 n. 12. — Ed. CDM. VII n. 675.

717. *Johannes de Celobrio supplicat, quatenus parrochialis ecclesia de „Loisburch“,[a]) Treverensis diocesis, quam ipse dimiserat, capellano suo Johanni de Trereris, presbytero, concedatur. ‚Fiat R.‘ — Item supplicat, quatenus parrochialis ecclesia de „Martinsburg“,[b]) eiusdem diocesis, quam similiter dimiserat, Johanni de Answeiler conferatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione id. Septembris a. quinto.‘*

Avinione, 1346 Septembris 13.

Clementis VI S. V/2 (11) f. 177. — [a]) sic et ‚Loisbruch‘ S. [b]) ‚Marcinsburch‘ et ‚Mercinskirch‘ S.

718. *Casimirus, rex Poloniae, supplicat, quatenus Newstampio, filio Spitimiri, castellani Cracoviensis, de dignitate vacanti vel vacatura in ecclesia Cracoviensi et canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Vratislaviensi provideatur.*

Avinione, 1346 Septembris 15.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Clementi, divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Kazimirus, ipsius et sancte Romane ecclesie devotus filius, cum omni reverencia et devocione pedum oscula beatorum. Sanctissime pater! Quia Newstampium, natum nobilis viri Spitimiri, mei castellani Cracouiensis, cui ad instanciam mearum supplicacionum de canonicatu et prebenda in ecclesia Cracouiensi providistis, credebam saltem minores ordines habuisse, quos tamen tunc non habebat, verum quia iam ordines recipiendo sit clericus factus, unde supplicat V. S., quatenus cum eodem Newstampio, clerico, graciam facientes, dignemini vestra prima benivolencia sibi providere, ut circa eandem V. S[tis] provisionem licite valeat remanere, et nichilominus, cum idem Newstampius, clericus, paternam generositatem et morum honestatem imitetur et se ad studium Bononiense transtulerit pro sciencia acquirenda, et tales merito premiorum prerogativis sunt abolendi,[a]) unde supplicat V. S., quatenus eidem Newstampio de dignitate cum cura vel sine cura vel personatu aut officio vacantibus vel vacaturis in Cracouiensi et de canonicatu et prebenda similiter vacantibus vel vacaturis in Wratislauiensi ecclesiis cum omnibus clausulis oportunis dignemini providere, provisione sibi facta per V. S. in ecclesia Cracouiensi de canonicatu et prebenda non obstante, in hoc michi, devoto filio V. S., graciam facientes specialem.

Habeat nunc graciam de dictis canonicatu et prebenda R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVII kal. Octobris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 13'. — [a]) sic (!) S.

719. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus Theoderico de „Vlfersue",[a]) capellano consanguineorum suorum Adolphi, comitis de Marka, ac Eberhardi, praepositi ecclesiae Monasteriensis, fratrum, de parrochiali ecclesia sancti Lamberti Monasteriensis vacante provideatur. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Gottfriedo[b]) de Crempa, canonico ecclesiae Colbergensis, Caminensis diocesis, parrochialis ecclesia, praepositura vulgariter nuncupata, sancti Nicolai Greifswaldensis,[c]) dictae diocesis, conferatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XVII kal. Octobris a. quinto.'*

Avinione, 1346 Septembris 15.

Clementis VI S. V,3 (12) f. 20'. — [a]) sic S. [b]) ‚Gotfrido' S. [c]) ‚Gripeswaldensis' S.

---

720. *Johannes, rex Bohemiae, supplicat, quatenus magistro et fratribus ordinis beati Antonii, domus Brigensis, concedatur, ut ad ecclesiam parrochialem de Novoforo unum ex fratribus sui ordinis praesentare possint, qui ibi regimen et curam animarum exerceat.*

Avinione, 1346 Septembris 15.

Supplicat S. V. devotissimus vester et sancte Romane ecclesie filius Johannes, rex Bohemie, quod, cum ius patronatus, quod ipse olim in ecclesia parrochiali de Nouoforo, Wratislauiensis diocesis, que curata existit, obtinebat, consueta ab olim per clericos regi seculares, in religiosos viros magistrum et fratres ordinis beati Anthonii abbatis et confessoris, domus Brigensis, dicte diocesis, transtulerat et dederat devocionis intuitu et pro ipsius anime remedio et salute, quatenus magistro et fratribus predictis ex vestra benignitate et apostolice sedis dignemini indulgere, ut ipsa ecclesia deinceps quandocunque vacante possint unum ex fratribus dicti sui ordinis presentare ad eandem ipseque presentatus, postquam fuerit admissus ad eandem et de ipsa investitus, possit regimen et curam animarum dicte ecclesie per se regere et exercere, non obstante, quod ut prefertur ipsa ecclesia consuevit per clericos regi seculares.

Fiat R. D. Auinione XVII kal. Octobris a. quinto.

Clementis VI S. V,3 (12) f. 24. — Registratum in ZVGA. Schlesiens XXV, 304.

***721.** Bonna, ducissa Normanniae, admonetur, quatenus super morte patris sui Johannis, regis Bohemiae, consoletur et animam eius piis operibus adiuvare procuret.*

Avinione, 1346 Septembris 20.

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Bone, ducisse Normannie. Repleverunt amaritudine precordia mentis nostre rumores lugubres, qui de transitu clare memorie Johannis, regis Boemie, genitoris tui, ad nos hiis diebus preteritis pervenerunt. Siquidem dum sinceritatem ingentis devocionis et fidei, quibus rex ipse, dum in humanis ageret, erga deum et sanctam Romanam ecclesiam prefulgere studuit, diligenter attendimus et specialis dileccionis vinculum, quod inter nos et ipsum regem vigebat et viguit, eciam cum nos haberet status inferior, ad memoriam revocamus, profecto de subtraccione tanti et talis filii nostri et ecclesie tamque cari nobis singulariter doloris materia iuxta fragilitatem humane condicionis occurrit, sed dum finem universe carnis perpendimus et ad mortalitatis legem humano indictam generi, a qua nec dignitatis eminencia nec etas nec sexus quemquam excusant, meditacionis aciem retorquemus, planctus videmus huiusmodi sub racionis imperio mitigandos. Et quia te, dilecta in Christo filia, una nobiscum de obitu dicti regis, genitoris tui, doloris acerbitate respersam tibi compaciendo paterne pietatis affectibus contemplamur, tuam rogamus prudenciam et in domino attencius exhortamur, quatenus [advertens][a]) premissa, necnon quod rex ipse tanquam princeps catholicus, fortis, prudens et strenuus, gloriose ac victoriose cum celebris fame preconio in mundo viam domini non deserens diutinis vixit et regnavit temporibus ac prolem numerosam et inclitam post se relictam a domino meruit obtinere, tandemque armorum actus in iusto bello regnum Francie defendendo et exercendo magnanimiter, sicut ad suum spectabat honorem regium, vires suas, honorabiliter sic deo devotus ut credimus et spe de misericordia divina concepta inter suorum catervam militum finivit terminum vite sue, quod pie credi potest de laboribus ad quietem, de miseriis et erumpnis ad beatitudinem et ad lucem de tenebris transivisse, abstersis lacrimis et luctuosis suspiriis mitigatis in domino, qui eum vocavit iuxta sue voluntatis beneplacitum, consoleris, et advertens, filia, quod pro ampliori consolacione tua preter illa, que premissa sunt, potes ponere ante oculos mentis tue habesque, unde altissimo ad devotas et humiles graciarum acciones assurgas, quod prefatus rex, genitor tuus, qui sicut nosti erat, nescitur quo dei occulto iudicio, plaga cecitatis percussus, sic honorifice fuerit rebus humanis exemptus. Et ut non extinctus, sed vigens pocius in te videatur filialis et devocionis, quem ad ipsum genitorem tuum, dum viveret, gerebas, affectus, exhortacionibus nostris adicimus, ut ipsius animam oracionibus, elemosinis et aliis operibus adiuvare procures, ut, si pro satisfaccione culparum, sine quibus humane condicionis fragilitas nequit huiusmodi peregrinacionis miserabilis transire decursum, penis purgatorii detinetur, tam tuis quam aliorum carorum suorum piis beneficiis pro ipso exhibitis et ecclesie suffragiis divina propiciante misericordia cicius a penis liberetur predictis ad eterne felicitatis gaudia transiturus. D. Auinione XII kal. Octobris a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 121' n. 529. — a) deest in V., suppl. ab editore.

722. *Carolus, in regem Romanorum electus, supplicat, quatenus Rudolfo, duci Saxoniae, pro capella ab ipso in Wittenberg constructa diversa privilegia concedantur.*

Avinione, 1346 Septembris 22.

Pater sanctissime! S. V. ad instanciam domini Karoli, primogeniti regis Boemie, nunc in regem Romanorum electi, concessit clarissimo viro Rudolpho, duci Saxonie, quod quedam capella per eum constructa in loco habitacionis sue in Wittenberg, Brandeburgensis diocesis, clerici et presbyteri deputati et deputandi in ea et bona sua presencia et futura gauderent privilegiis exemptorum, sed tamen intencio supplicantis fuerit, quod dicta capella cum clericis, presbyteris et bonis suis, presentibus et futuris, ab omni ordinaria potestate forent exempta.[1]) [Quare][a]) supplicat idem electus, ut domino Penestrino mandare dignemini, ut littere expediantur hoc modo, quod ipsa capella cum clericis et presbyteris et bonis suis, presentibus et futuris, sint libera et exempta [a][b]) cuiuscunque ordinarii potestate, cum clausulis oportunis et non obstantibus consuetis.

Fiat R.

Item cum ipse supplicaverit pro dicto duce, ut ipse et successores sui cedentibus vel decedentibus presbyteris et clericis ipsius capelle possint alios instituere, cum pro institucione habenda nimis esset difficile Romanam curiam visitare, S. V. concessit, quod in eadem capella ordinetur unus prepositus vel decanus, qui eligatur per alios, et alii per ipsum ducem et heredes eius presententur[c]) illi. Supplicat idem electus, ut decanus vel prepositus, qui ad ipsam capellam per clericos et presbyteros, per eundem ducem institutos, eligetur, administrare et regere possit nunc et imposterum, ac si per sedem apostolicam confirmatus existeret, cum pro confirmacione huiusmodi esset nimis difficile futuris temporibus sedem apostolicam visitare, qui prepositus vel decanus presbyteros et clericos, per eundem ducem et successores suos imposterum presentandos, ad ipsius capelle servicium possit et debeat instituere.

Fiat R. D. Auinione X kal. Octobris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 26. — [a]) deest in S., suppl. ab editore. [b]) deest in S., suppl· ab editore. [c]) ‚presentantur' S., corr. ab editore. — [1]) haec supplicatio non est reperta.

---

723. *Carolus, in regem Romanorum electus, et Walramus, archiepiscopus Coloniensis, supplicant, quatenus n. v. Wilhelmo de Gennep,*[a]) *consiliario eiusdem archiepiscopi, thesauraria, quae in ecclesia Coloniensi vacat, conferatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione X kal. Octobris a. quinto.'*

Avinione, 1346 Septembris 22.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 27'. — [a]) ‚Genepe' S.

724. *Wilhelmo de Gennep*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, et Walrami, archiepiscopi Coloniensis, de thesauraria in ecclesia Coloniensi vacante. ‚D. Auinione X kal. Octobris a. quinto.' Forma ut in n. 9.*

I/X . I/X. — *Avinione, 1346 Septembris 22.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 172 n. 61, de dignitatibus vacantibus qu. 3 = V. 177 f. 130 n. 56 (sic!) — a) ‚Genepe' A.

725. *Carolus, in regem Romanorum electus, supplicat, quatenus cum Wilhelmo, clerico suo, super irregularitate contracta dispensetur, fructus indebite percepti ei remittantur, et ipse ad sacros ordines et quaecunque beneficia ecclesiastica obtinenda habilitetur.*

Avinione, 1346 Septembris 22.

Significat S. V. devotus vester Karolus, in regem Romanorum electus semper augustus, quod, cum olim quidam rector presbyter parrochialis ecclesie vellet religionem intrare nec ut dicebat haberet, unde vestes pro religionis ingressu oportunas sibi emere posset, ordinatum et tractatum fuit intervenientibus pactis per patrem Wilhelmi, clerici Pragensis diocesis, de consensu patroni ecclesie prelibate, ipso Wilhelmo sciente et consenciente, cum ipso rectore, qui ipsam ecclesiam resignaret et fructus anni sequentis reciperet ad finem, ut dicto Wilhermo dicta ecclesia conferretur. Quibus sic tractatis ipsam ecclesiam resignavit, et postea dictus Wilhelmus fuit presentatus ad eam et synodali proclamacione non facta institutus in eadem, eo XVII annum etatis sue vel circiter attingente. Qua adepta post unius anni spacium vel circa ad studium generale iuris canonici se transtulit, et eo existente in studio et XIX etatis annum vel circa attingente, presentato ad aliam ecclesiam parrochialem, similiter prima dimissa, dictis viciis non purgatis et in dimissione prime ecclesie forma decretalis Johannis pape, que incipit „Execrabilis“, non servata, sine fraude tamen, fuit institutus in eadem, proclamacione similiter non premissa. Et demum eo XXIII annum vel circa attingente, presentato ad terciam eciam parrochialem ecclesiam, secunda dimissa et dictis viciis non purgatis nec forma decretalis predicte observata in dimissione secunde, fuit institutus in eadem dictasque ecclesias successive unam post aliam per VII annos vel circa detinuit, ad sacros ordines non promotus et semper de hiis habens lesam conscienciam fructusque percipiens ex eisdem, quos eciam stans in studio per quadriennium et ultra et reliquis tribus annis extra studium vivens laute eciam pro multis usibus illicitis dissipavit. Cum autem patronus dicte ultime ecclesie eum vellet compellere, quod aut ecclesiam dimitteret aut infra annum se faceret in presbyterum promoveri, ipse eandem in manus ordinarii resignavit. Quare eidem S. V. supplicat idem Karolus, quatenus sibi in personam dicti Wilhelmi, clerici sui, specialem graciam facientes, eum ab omnibus sentenciis et penis predicte decretalis „Execrabilis“ seu aliarum quarumcunque

constitucionum sedis apostolice, provincialium vel synodalium, dignemini absolvere et secum super inhabilitate et irregularitate ex premissis contracta misericorditer dispensare sibique fructus per eum ex predictis ecclesiis perceptos, et qui percipi potuerunt, et male dispensatos remittere, qui fructus percepti[a]) summam octingentorum florenorum auri attingunt vel circa, ipsumque habilem reddere ad sacros ordines et ad quecunque ecclesiastica beneficia, eciamsi dignitas extiterit, obtinenda.

Habilitamus et dispensamus et fructus perceptos remittimus, sed det ducentos florenos in subsidium contra Turcos R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Octobris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 31. — a) corr. ex ‚percipi' S.

---

726. *Rudolfus, dux Saxoniae, supplicat, quatenus plebano in Belzig committatur, ut clericos ac alios subditos et commensales absolvere possit a sententiis, quas incurrerant, Ludovico de Bavaria ac suis fautoribus in nonnullis actibus communibus participantes.*

Avinione, 1346 Septembris 27.

Significat S. V. devotissimus v. f. Rudolfus, dux Saxonie sacrique Romani imperii archimarschalcus, quod ipse olim multociens suos filios et eciam clericos ac alios suos subditos et commensales ad Ludouicum de Bauaria transmisit ac destinavit sibique ac suis fautoribus in cibo, potu et loquela ac aliis communibus actibus, non tamen in crimine participarunt ipsique eciam in locis, ecclesiastico suppositis interdicto auctoritate processuum contra eundem promulgatorum, divina officia, non tamen in contemptum clavium, audierunt, propter que sentencias et penas dictorum processuum incurrerunt. Cum, pater sanctissime, predicta facta fuerint obtentu[a]) ducis predicti, supplicat idem dux, quatenus . . plebano in Belticz, Brandeburgensis diocesis, capellano commensali suo dilecto, apostolica auctoritate committere dignemini, quod omnes et singulos supradictos, qui absolucionem humiliter pecierint, a dictis absolvat senteneiis ac irregularitatibus ex premissis contractis [et][b]) auctoritate predicta dispenset cum eisdem super quacunque irregularitate inde contracta, cum sint parati ecclesie parere mandatis.

Possit fieri per archiepiscopum Pragensem et episcopum Caminensem et eorum quemlibet in solidum, receptis ab eis iuramentis ordinariis in consistorio et alias in forma, et quod mittant instrumenta publica de huiusmodi absolucione et modo etc. R.

. . . .

Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V kal. Octobris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 26. — a) cancellatum, sed rescriptum. — b) deest in S., suppl. ab editore.

727. *Přibislaus, capellanus Caroli, in regem Romanorum electi, supplicat, quatenus sibi de archidiaconatu Belinensi de novo provideatur et fructus inde iam percepti remittantur.*

Avinione, 1346 Octobris 2.

Significat S. V. devotus orator Pizibislaus, capellanus serenissimi principis domini Karoli, in regem Romanorum electi, quod[a]) ipse auctoritate cuiusdam gracie, per S. V. eidem facte, archidiaconatum Belinensem in ecclesia Pragensi assecutus fuit et ipsum iam sunt XVI menses et ultra tenuit et possedit, prout adhuc possidet pacifice et quiete, et parrochialem ecclesiam in Costelecz, Pragensis diocesis, propterea libere dimittens. Verumtamen cum ex quorundam relatu intellexerit, quod dictus archidiaconatus per S. V. sit specialiter reservatus, et propterea dubitat, ne iniuste dictum archidiaconatum possideat et fructus indebite percipiat in grave periculum et anime sue detrimentum: quare supplicat eidem S. V. humiliter et devote idem Przibislaus, quatenus sibi specialem graciam facientes, de dicto archidiaconatu, si sit reservatus, dignemini providere et eidem de novo conferre, fructus eciam inde perceptos remittentes, non obstantibus, quod idem Przibislaus in Pragensi canonicatum et prebendam mediam sub expectacione prebende integre et in sancti Georgii ecclesiis ac in capella regia Omnium Sanctorum castri Pragensis canonicatus obtinet et prebendas et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI non. Octobris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 40'. — a) sequitur ‚cum' in S., emend. ab editore.

---

728. *Carolus, in regem Romanorum electus ac Bohemiae rex, supplicat, quatenus Arnoldo de Aquis, laico Leodiensis diocesis, de praebenda laicali ecclesiae sancti Servatii Traiectensis, eiusdem diocesis, si vacat, vel cum vacaverit, provideatur. ‚Fiat R.' — Item quatenus Johanni de Aquis, laico eiusdem diocesis, de praebenda laicali in ecclesia sancti Cassii Bunnensis, Coloniensis diocesis, si vacat, vel cum vacaverit, provideatur. ‚Fiat R.' — Item quatenus Riquino Oppenorde de canonicatu ecclesiae Sanctorum Apostolorum Coloniensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione VI non. Octobris a. quinto.'*

Avinione, 1346 Octobris 2.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 42.

---

729. *Arnoldo de Aquis, laico Leodiensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, in regem Romanorum electi ac regis Bohemiae, beneficium perpetuum, praebenda laicalis nuncupatum, si quod in ecclesia sancti Servatii Traiectensis, Leodiensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VI non. Octobris a. quinto.' Forma ut in n. 76.*

| =
.X X

Avinione, 1346 Octobris 2.

Clementis VI A. V/7 (91) f. 42′ n. 45, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 175 f. 21′ n. 45.

730. *Johanni de Aquis, laico Leodiensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, in regem Romanorum electi ac regis Bohemiae, beneficium perpetuum, praebenda laicalis nuncupatum, si quod in ecclesia sancti Cassii Bunnensis, Coloniensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VI non. Octobris a. quinto.' Forma ut in n. 76.*

| =
.X X.

Avinione, 1346 Octobris 2.

Clementis VI A. V/7 (91) f. 41′ n. 43, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 175 f. 20′ n. 43.

731. *Riquino Oppenorde providetur ad supplicationem Caroli, in regem Romanorum electi ac regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Sanctorum Apostolorum Coloniensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VI non. Octobris a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1346 Octobris 2.

Clementis VI A. V/6 (90) f. 57 n. 45, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 177 f. 288 n. 45.

732. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, quatenus super morte patris sui consoletur et procuratoria nuntiosque ad curiam destinare procuret, qui de promotione ipsius ad regalis et imperialis culminis fastigium agere possint.*

Avinione, 1346 Octobris 8.

C. in Ch. f. Carolo, regi Boemie illustri, in regem Romanorum electo. Non sine mentis amaritudine transitum audivimus clare memorie Johannis, regis Boemie, patris tui. Sed dum sincerum devocionis affectum, quem ipse, cum in

humanis ageret, ad nos gerebat et gesserat, eciam dum status inferior nos haberet, necnon dileccionem internam, qua nos ipsum tunc prosecuti vice mutua fuimus, quam subsecuta nostra promocio ad summi apostolatus apicem non minuit, sed adauxit, ad memoriam revocamus, profecto subtraccio tanti et talis tamque devoti nostri et ecclesie filii iuxta morem condicionis humane amaricavit interiora non immerito cordis nostri, et ad te, fili carissime, quem intra paterne dileccionis brachia astringimus, nostre consideracionis intuitum convertentes et contemplantes cordis oculis te patris tui predicti solacio destitutum, exinde merore mesticie et doloris acerbitate repleti tibi paterno more compatimur in visceribus caritatis. Verum cum diligenter attendimus, quod rex ipse, qui vivere in devocione sancte matris ecclesie studuit et actibus magnificis se impendit, de laboriosis erumpnis huius vite fallacis et instabilis ad quietem et de miseriis ad beatitudinem, ut pie creditur, per illum, qui potenter et terribiliter aufert spiritum principum iuxta sue voluntatis et disposicionis beneplacitum, extitit evocatus, magis sibi a caris suis congaudendum quam de dicto flendum transitu extimamus, presertim quia tanquam princeps magnanimus et strenuus in armorum experiencia licita sui defendendo amici et affinis honores et iura et viriliter pugnando pro illis ad honorem sui et suorum exaltacionemque fame sue celebris finivit laudabiliter terminum vite sue. Ideoque celsitudinem tuam rogamus et in domino attencius exhortamur, quatenus ea, que premisimus, et nichilominus, quod tuis et aliorum de posteritate regis eiusdem inclita non parum creditur honoribus accrescere, quod rex ipse, qui nescitur quo dei occulto iudicio huius mundi luce privatus [extitit],[a]) in casu et statu regalibus fuerit rebus ab humanis exemptus, considerans et attendens, exinde gracias altissimo referas et in eo, qui mestorum est consolacio et fragilium fortitudo sperantes in se non deserit, consoleris et accedendo nichilominus ad cor altum circa tue promocionis ad regalis et imperialis culminis fastigium negocia, non parum grandia et ardua, prudenter, magnanimiter et diligenter, sicut magnificenciam decet, intendens, procuratoria et personas, que mitti per te debent ad sedem apostolicam, destinare procures, pro certo sciturus, quod illa specialis benevolencia, quam ad te, fili dilectissime, gessimus hactenus et gerimus super tui exaltacione honoris et status, quantum cum deo per nos fieri poterit, non decrescet, sed pocius felicia successivis temporibus suscipiet incrementa. D. Auinione VIII id. Octobris a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 144' n. 627. — [a]) deest in V., suppl. ab editore. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 134, Vatik. Akten n. 2306, Huber 778 n. 187.

---

733. Johannes, dictus Paduanus, decanus ecclesiae Vyssegradensis, collector camerae apostolicae in civitate, diocesi et provincia Pragensi deputatur.

Avinione, 1346 Octobris 17.

D. f. Johanni dicto Paduano, decano ecclesie Vicegradensis extra muros Pragenses. Attendentes dudum, quod proventus camere nostre nimium exigui et exiles ad ipsius onera multiplicia, que inevitabiliter et continue incumbunt

eidem, sufficere non valebant, et providere super hoc, sicut exigebat necessitas, honestis modis et licitis cupientes, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, eciam dignitatum, personatuum, administracionum et officiorum, prioratuum ac aliorum quorumcunque locorum ecclesiasticorum, secularium et regularium, exemptorum et non exemptorum, que apud sedem apostolicam vel ubicunque alibi ad disposicionem nostram ex generali vel speciali nostra seu predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, reservacione spectancia tunc vacabant vel extunc usque ad duos annos vacare contingeret, ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis expressim exceptis, percipiendos modis infrascriptis et in necessitates convertendos predictas auctoritate apostolica, videlicet XIII kalendas Junii, pontificatus nostri anno primo,[1]) reservavimus et eidem camere pro supportandis utilius necessitatibus huiusmodi duximus applicandos, *[‚non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum . . . . proventibus, qui tunc ex eisdem beneficiis provenerant et debebantur eidem camere racione reservacionis predecessoris eiusdem vel spectabant ad eam, posset exigere et habere', ut in num. 203.]* Subsequenter autem instante fine biennii supradicti, eisdem necessitatibus non subductis, nos easdem reservacionem et deputacionem usque ad duos annos continuos a fine predicti biennii computandos prorogandas duximus et eciam extendendas sub modis, formis et expressionibus supradictis. Porro, cum terminus huiusmodi prorogacionis et extensionis appropinquare nosceretur, huiusmodique necessitates nondum essent diminute, sed aucte, nos a fine huiusmodi secundi biennii reservacionem et applicacionem easdem usque ad aliud biennium prorogandas duximus et eciam extendendas sub modis, formis, condicionibus et expressionibus supradictis, et nichilominus voluimus, quod beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, eciam canonicatus, prebende, dignitates, personatus, administraciones, officia et alia quecunque, que dicto durante biennio ex causa permutacionis per nos vel auctoritate nostra faciende de illis vacarent, aut que per nos alicui vel aliquibus, ut in illis remanere securius valerent, confirmari contingeret, sive qualitercunque per modum confirmacionis vel alias ius per nostras litteras eis tribueretur in illis, seu que vigore quorumcunque unionum, de illis quibusvis monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut cuicunque loco vel religioni factarum hactenus et faciendarum imposterum, cum per cessum vel decessum illorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut loco vel religioni devenire infra biennium predictum contingeret, sub reservacione ac applicacione predictis comprehenderentur modis, formis et condicionibus, quibus de aliis beneficiis expressum est superius, et eciam includerentur in illis. Volentes igitur circa collectionem fructuum, reddituum et proventuum predictorum adhiberi diligenciam oportunam, et de tue fidelitatis et discrecionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, te in civitate, diocesi et provincia Pragensi collectorem eorundem fructuum, reddituum et proventuum tenore presencium deputamus. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios subcollectorem vel subcollectores fide ac facultatibus idoneos, si, quociens, quando et ubi tibi videbitur expediens, deputandos, eosdem fructus, redditus et proventus iuxta huiusmodi reservacionis, appli-

cacionis, prorogacionis, extensionis, comprehensionis et inclusionis tenorem exigere, petere ac recipere nostro et camere predicte nomine studeas diligenter, contradictores quoslibet super hiis et rebelles, cuiuscunque status, ordinis, dignitatis, preminencie vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus exempcionis et quibusvis aliis privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, quorumcunque tenorum existant, eciam si de illis esset in nostris litteris de verbo ad verbum specialis et expressa mencio facienda, per que tue potestatis iurisdiccio posset impediri super hiis vel quomodolibet retardari, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede sit indultum predicta, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione XVI kal. Novembris a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 294' n. 1306. — Ed. Vatik. Akten n. 2307. — [a]) ‚volumus' V., corr. ab editore. [b]) ‚supportaret' V., corr. ab editore. — [1]) 1342 Maii 20.

734. *Nicolaus de Bohemia, frater ordinis sancti Augustini, supplicat, quatenus sibi concedatur, ut aliqua loca in terris infidelium recipere et monasteria aedificare ac divina celebrare possit.*

Avinione, 1346 Octobris 17.

Supplicat S. V. humilis servus vester frater Nicolaus de Boemia, fratrum ordinis sancti Augustini, cum fuerit longis temporibus in partibus ultramarinis inter infideles et ibi causa seminandi evangelicum semen in augmentum divini cultus et christiane religionis steterit ac redire et stare proponat, ubi fratres sui ordinis nullum locum obtinere noscuntur, quatenus de benignitate sedis apostolice eidem fratri Nicolao concedere dignemini, ut aliqua loca in terris infidelium recipere et edificare cum omnibus officinis ac divina celebrare valeat,[a]) non obstante Bonifaciana et qualibet alia constitucione in contrarium edita, et cum omnibus non obstantibus et clausulis ut in forma.

Fiat de licencia superioris sui ordinis R. Item supplicat, q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Novembris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 74. [a]) ‚valeant' S.

735. *Alberto, duci Austriae, scribitur, dispensationem super matrimonio contracto, quam petierat, concessam esse, simulque rogatur, quatenus Carolo, in regem Romanorum electo, adhaereat et matrimonium, quod inter filium suum et ipsius Caroli filiam alias tractabatur, complere procuret.*

Avinione, 1346 Octobris 18.

D. f. nobili viro Alberto, duci Austrie. Nobilitatis tue litteras, per d. f. nobilem virum Honricum dictum Gesber, militem, nuncium tuum, nostro apostolatui presentatas, solite benignitatis affectu recepimus et, que ipse continebant littere dictusque nuncius nobis pro parte tua curavit exponere, pleno et benivolo collegimus intellectu. Sane quia tam per easdem litteras quam ipsum nuncium [ob] [a]) devocionis, fidelitatis et reverencie sinceritatem, quam ad nos et sanctam Romanam ecclesiam gessisti hactenus et gerere continue tanquam filius benediccionis et gracie non desistis, super certa dispensacione, per nos graciose concedenda, instanter et humiliter supplicasti, nos, licet tales dispensaciones post contractum sic scienter de facto et in dei offensam matrimonium nequaquam concedere sine causa maxima et evidenti necessitate consueveramus, tamen, quia libenter annuimus votis tuis, hanc dispensacionem per te postulatam tui consideracione duximus concedendam, eandem nobilitatem tuam rogantes attente, quatenus a talibus procurandis matrimoniis, utique periculosis non modicum, et prebendo consensum quomodolibet super illis desistas omnino et in huiusmodi devocione tua constanter, ut deo ac nobis et ipsi ecclesie semper accepcior reddaris, te tenens, c. in Ch. f. n. Carolo, regi Boemie illustri et in regem Romanorum electo, auxiliis et favoribus adhereas oportunis, illius hominis perditi pro dolor et dampnati, Ludouici de Bauaria, heretici et scismatici manifesti, adhesionem tanquam periculosam et mortiferam prudenter et salubriter penitus devitando. Porro gratum nobis existeret et utile plurimum crederemus, quod tractatus alias habitus super contrahendo matrimonio inter natum tuum et eiusdem electi filiam compleretur, qui, licet clare memorie Johannes, rex Boemie, genitor regis electi predicti, affectare diceretur contrahere parentelam de dicta filia cum . . filio nobilis viri . . marchionis Misnensis, tamen electo predicto illam tecum cum dicto filio plus placebat et nobis procul dubio erat et erit accepcius, si ut premisimus compleatur. D. Auinione XV kal. Novembris a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 151′ n. 661. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 135, Vatik. Akten n. 2308, Huber 778 n. 188. — [a]) deest in V., suppl. ab editore.

736. *Johannae, ducissae Austriae, scribitur, dispensationem super matrimonio contracto, quam petierat, concessam esse, simulque rogatur, quatenus virum suum inducat, ut Carolo, in regem Romanorum electo, adhaereat et matrimonium inter filium suum et filiam dicti regis complere procuret.*

Avinione, 1346 Octobris 18.

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, ducisse Austrie. Litteris nobilitatis tue, nostro nuper apostolatui presentatis,[a]) solite benignitatis affectu receptis et contentis in eis diligencius intellectis nobilitatem tuam volumus non latere, quod, licet dispensare super tali casu, [super][b]) quo per te per easdem litteras petebatur, post contractum de facto scienter et in dei offensam matrimonium nequaquam sine maxima causa et evidenti necessitate consueverimus quovis modo, tamen tua et d. f. nobilis viri Alberti, ducis Austrie, viri tui, consideracione petitam dispensacionem duximus de speciali gracia concedendam, eandem nobilitatem tuam rogantes[c]) attente, quatenus a talibus procurandis matrimoniis, utique periculosis non modicum, et prebendo consensum quomodolibet super illis desistas omnino, et nichilominus in devocione sincera ecclesie Romane, matris tue, constanter te tenens, c. in Ch. f. n. Carolo, illustri regi Boemie, in regem Romanorum electo, favoribus adhereas oportunis, illius dampnati pro dolor et perditi hominis Ludouici de Bauaria, heretici et scismatici manifesti, adhesionem tanquam periculosam nimis et mortiferam penitus devitando et ad hoc idem dictum virum tuum, cui super hoc scribimus, inducendo. Porro gratum nobis existeret et utile plurimum etc. ut supra[1]) usque in finem. D. ut s. [Auinione XV kal. Novembris a. quinto.][2])

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 152 n. 662. — Vide Werunsky, Excerpta n. 135. — [a]) ,presentatas' V. [b]) deest in V., suppl. ab editore. [c]) ,rogante' V. — [1]) ut in V. 140 f. 151' n. 661, apud nos num. 735. [2]) ut in V. 140 f. 151' n. 661.

737. *Archiepiscopus Pragensis et abbas monasterii in Opatovicz,*[1]) *Pragensis diocesis, ac decanus ecclesiae Vratislaviensis constituuntur conservatores abbatis et conventus monasterii de Kamencz, Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, usque in triennium. ,D. Auinione IIII kal. Novembris a. quinto.' Forma ut in n. 92.*

X
X
.X.

Avinione, 1346 Octobris 29.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 289 n. 27, de conservatoriis qu. 1 = V. 176 f. 39 n. 27. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 300. — [1]) ,Oppatuwitz' A. Opatovice in regno Bohemiae, non autem „Opatowicz bei Beuthen", ut per errorem dicitur in ZVGA Schlesiens.

738. *Abbas monasterii in Lubin*[1]) *et in Budissin ac Glogoriensis ecclesiarum decani, Poznaniensis, Misnensis et Vratislariensis diocesium, constituuntur conservatores abbatis et conventus monasterii de Leubus,*[a]) *Cisterciensis ordinis, Vratislariensis diocesis, usque in triennium. ‚D. Auinione IIII kal. Novembris a. quinto.' Forma ut in n. 92.*

X
X
.X.

Avinione, 1346 Octobris 29.

Clementis VI A. V, 5 (89) f. 289 n. 28, de conservatoriis qu. 1 = V. 176 f. 36 n. 28. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 300. — [a]) ‚Lubens' A. — [1] in provincia Poznaniensi regni Borussiae, non autem „Lubin in Galizien", ut in ZVGA. Schlesiens per errorem legitur.

739. *Carolus, rex Bohemiae, nominatur, denuntiatur, declaratur et assumitur in regem Romanorum.*

Avinione, 1346 Novembris 6.

C. in Ch. f. Carolo, regi Romanorum illustri, s. etc. Romanus pontifex, cui rex eternus[a]) et summus in persona beati Petri apostoli, eterne vite clavigeri, celestis simul et terreni iura imperii et plenitudinem potestatis[b]) concessit, supra cunctos fideles sue cure commissos invigilans et intendens, circa ea, que fidelibus ipsis ampliora pacis et iusticie afferre commoda extimat, tanto diligencioribus se tenetur impendere studiis, quanto ad hoc iniuncte desuper apostolice servitutis officium ipsum stimulat et perurget; et quia regnancium recte[c]) ordinata regimina nutrire consueverunt iusticiam et christiano populo pacem dare, pontificis eiusdem auctoritas, cui dictum a domino legimus per prophetam: ‚ecce constitui te super gentes et super regna, ut evellas, destruas, disperdas et dissipes, edifices et plantes,' ad erigenda et dirigenda huiusmodi regimina, prout ad suam spectat solicitudinem, nequaquam debet tepescere, sed pocius operosas apponere, cum expedire conspicit, manus suas. Sane dudum imperio Romano per obitum clare memorie Henrici, ultimi Romanorum imperatoris, vacante, duo, videlicet quondam Fredericus, Austrie, et Ludouicus, tunc Bauarie duces, in reges Romanorum in discordia electi ut dicitur extiterunt, deindeque Frederico predicto rebus humanis exempto Ludouicus predictus propter ipsius excessus, culpas, crimina et alia demerita detestanda, quasi totum divulgata per orbem, per f. r. Johannem papam XXII, predecessorem nostrum, de fratrum suorum consilio extitit omni iure, si quod eidem Ludouico ad regnum vel imperium Romanum ex eleccione discordi predicta vel alias competere poterat quoquomodo, iudicio iusto privatus et subsequenter de heresi et scismate sentencialiter condempnatus. Nos autem postmodum, licet insufficientibus meritis, ad apicem summi apostolatus assumpti, attendentes, quod ex hiis regnum et imperium predicta diu vacaverant et vacabant

et ob hoc sancta Romana mater ecclesia per longa tempora suo caruerat et carebat speciali advocato et legitimo defensore, in catholice fidei et eiusdem Romane ac aliarum ecclesiarum et libertatis ecclesiastice reique publice grande preiudicium, multiplex detrimentum et multarum periculum animarum, ac huiusmodi dispendiis et periculis, que tollerare salva consciencia non poteramus ulterius, occurrere paterne solicitudinis studiis cupientes, principes tam ecclesiasticos quam seculares, ad quos ius eligendi regem Romanorum, in imperatorem postmodum promovendum, pertinebat, apostolica auctoritate monuimus, eis districcius iniungentes, ut pro eleccione regis Romanorum, in imperatorem ut predicitur promovendi, de persona idonea facienda convenirent invicem et ad eleccionem huiusmodi procedere non differrent, alioquin apostolica sedes, a qua ius et potestas eleccionis huiusmodi ad principes pervenisse constat eosdem, super hoc de oportuno remedio provideret. Prefati vero principes, salutaribus monitis nostris huiusmodi devota se promptitudine conformantes, ac certis die et loco pro eleccione huiusmodi celebranda, illi videlicet, qui debuerunt, potuerunt et voluerunt interesse, convenientes in unum, post diligentes deliberacionem et tractatus, prout tanti magnitudo negocii requirebat, habitos inter eos, te, marchionem Morauie, nunc eciam regem Boemie, in [d]) regem, promovendum postmodum in imperatorem Romanorum, unanimiter et concorditer elegerunt, tuque [e]) deliberacione habita super hoc ad instanciam electorum predictorum et aliorum multorum eleccioni huiusmodi consensisti. Post hec autem v. f. n. Arnestus, archiepiscopus Pragensis, et dd. ff. magistri Johannes de Pistorio, decanus sancti Johannis Traiectensis, et Nicolaus de Lucemburgo, prepositus Sarzensis, Pragensis diocesis, ac Geraldus de Magnaco, archidiaconus de Bautesio, Constanciensis ecclesiarum, capellani nostri, necnon nobilis vir Ademarus de Pictauia, [f]) miles, procuratores et nuncii tui, ad nostram presenciam super hoc destinati, habentes ad infrascripta omnia plenum, sufficiens et speciale mandatum, sicut per patentes litteras, tuo sigillo munitas, nobis extitit facta fides, coram nobis et fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, in solenni et publico consistorio, presente tam prelatorum et clericorum aliorum quam laicorum multitudine copiosa fidelium, constituti, pro parte tua inter cetera proponere curaverunt, eleccionem ad regnum Romanum de te ad imperium postmodum promovendo ab omnibus principibus, tunc in eleccione huiusmodi vocem habentibus, qui ut prefertur debuerunt, potuerunt [g]) et voluerunt interesse, fuisse concorditer ac unanimiter celebratam teque ut predicitur eleccioni huiusmodi consensisse, filialem reverenciam et devocionem, quam tu ad nos et eandem Romanam ecclesiam, matrem tuam, gessisti, gerebas et geris ac proponis gerere in futurum, sinceris affectibus exponentes ac inter alia supplicantes, tibi nostros favores et gracias exhiberi necnon inunccionem et consecracionem per manus nostras impendi teque imperiali diademate coronari, offerentesque se paratos et promptos pro te et in animam tuam prestare debite nobis et eidem ecclesie fidelitatis et cuiuslibet alterius generis iuramentum. Tandem autem predictis procuratoribus per se et una cum dd. ff. nobilibus viris Henrico, comite de Salinis, Gautero de Montilio, Gerardo de Vffiz et Johanne de Asperomonte, militibus Treuerensis, Valentinensis et Virdunensis diocesium, ac Rodulpho dicto Losse, officiali Treuerensi, procuratoribus et nunciis tuis, una cum eis per alias litteras tuas similiter constitutis, hec omnia pluries petentibus ac devote

offerentibus coram nobis: nos premissis, per eosdem procuratores et nuncios tuos propositis, diligenter auditis factaque nobis de huiusmodi eleccione concordi ac unanimi plena fide eaque necnon persona tua, in quantum tua paciebatur absencia, diligenter examinatis ac de tuis fide, probitate ac condicionibus omnibus, que requiruntur in illo, qui est electus ad imperialis culminis apicem sublimandus, cum pluribus prelatis et aliis magne auctoritatis viris, qui tuos mores, condiciones et statum plenius noverant, inquisito, ad laudem et gloriam omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti et beate ac gloriose semperque virginis dei genitricis Marie, beatorum quoque apostolorum Petri et Pauli ac exaltacionem et honorem ecclesie et bonum et promocionem imperii predicti et prosperum statum mundi de fratrum eorundem consilio te in specialem nostrum et ecclesie filium suscepimus, tibi nostros favorem et graciam concedentes, personaque tua, cuius nos et iidem fratres nostri specialem prius noticiam habebamus, idonea prius reputata, te nominavimus, denunciavimus, declaravimus et assumpsimus in regem Romanorum, promovendum in imperatorem, eandem tuam approbantes personam ac sufficientem et habilem declarantes ad suscipiendum imperialis celsitudinis dignitatem ac decernentes unccionem, consecracionem et coronacionem imperialis diadematis tibi per manus nostras oportunis loco et tempore impendendas, supplentes quoque omnem defectum, si quis aut racione forme seu tue aut electorum predictorum personarum, qui eleccioni tue interfuerunt, seu ex quavis alia racione sive causa in eadem [h]) eleccione intervenerit quovis modo, ex certa sciencia et de apostolice plenitudine potestatis, precipientes eciam omnibus fidelibus et vassallis regni et imperii predictorum, ut tibi tanquam regi Romanorum in imperatorem promovendo pareant [i]) efficaciter et intendant, et nichilominus ibidem a predictis procuratoribus et nunciis tuis, ad hoc ut premittitur plenum, sufficiens et speciale mandatum habentibus, prout ipsi nobis frequenter obtulerant, fidelitatis recepimus iuramentum. Attende itaque, fili carissime, quesumus, ac intra precordia tua diligenter revolve dona magnifica et multiplicia beneficia, quibus te largitor bonorum omnium in suis benediccionibus dignatus est prevenire, illaque sibi devocione humili et operosis affectibus recognoscens, ad eius mandata et beneplacita in omnibus te coapta et vitare stude summopere, que sue offenderent oculos maiestatis, pone gressus tuos semper in semitis mandatorum ipsius et eius ministros condigna honorificencia prosequi non omittas, prefatam quoque Romanam ecclesiam, matrem tuam, que interne caritatis officio et affectu de tui status et honoris augmento solicita redditur, filiali venerari reverencia semper stude, iusticiam dilige, veritatem ama, sectare pacem, equitatem serva et clemenciam, que amicos et devotos multiplicat, amplexare, ut inde letentur celi et exultet terra et de tuis benignis et virtuosis actibus universe reipublice populus nunc usque vehementer afflictus ilarescat, iugo tue dominacionis superbe mentes hostium comprimantur, contriti et depressi subditorum tuorum animi ope tue misericordie releventur, te virtus celestis gracie terribilem tuis inimicis faciat, pietas subditis benignum ostendat tuisque felicibus temporibus in pulcritudine pacis populus christianus sedeat, fiducie tabernaculis habitet et in requie opulenta quiescat, tuque hiis et aliis tuis bonis operibus in conspectu divine maiestatis acceptus post multorum annorum curricula de terreno ac temporali regno ad celestis et eterni regni provehi gloriam merearis. Nulli ergo etc. nostrarum

concessionis, nominacionis, denunciacionis, declaracionis, assumpcionis, approbacionis, constitucionis et supplecionis infringere etc. D. Auinione VIII id. Novembris a. quinto.

Clementis VI A. V/7 (91) f. 271—272 n. 25, cum nota: „scribantur littere iste inter litteras de curia" = V. 177 f. 13'—14' n. 27 (!) Registratum etiam in V. 140 (secr. a. V.) f. 168'—169' n. 738. Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI, 239, Olenschlager, Staatsgeschichte 257, Lünig, Reichsarchiv, 4, 212, Huber 503 n. 8. — a) ‚cui — eternus' suppl. e V. 177. b) ‚terreni — potestatis' suppl. e V. 177. c) ‚recta' A., ‚recte' V. 177. d) ‚Morauie — in' suppl. e V. 177. e) ‚et — tuque' suppl. e V. 177. f) ‚de Pictauia' suppl. supra A. g) suppl. supra A. h) ‚causa — eadem' suppl. e V. 177. i) suppl. e V. 177.

***740.** Episcopo Havelbergensi et praeposito Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac decano Lubucensis ecclesiarum mandatur, quatenus decimam, Casimiro, regi Poloniae, concessam, in Gneznensi, Cracoviensi, Poznaniensi, Cuiaviensi, Plocensi, Lubucensi, Caminensi civitatibus et diocesibus exigere et eidem regi assignare procurent.* ‚*D. Auinione II id. Novembris a. quinto.*

X
X
X
.X.

Avinione, 1346 Novembris 12.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 166 n. 237, diversarum formarum qu. 6 = V. 176 f. 130 n. 237. — Ed. Theiner, MP. I n. 649.

***741.** Quidoni, tituli sanctae Ceciliae presbytero cardinali, indulgetur, ut ecclesias et monasteria in archidiaconatu suo Pragensi existentia per alium facere visitari et procurationes consuetas recipere possit.*

Gratis pro domino cardinali. *Avinione, 1346 Novembris 13.*

D. f. Guidoni, tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, s. etc. Quanto Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, honoras plenius tuorum magnitudine meritorum, tanto per eam attolli mereris favoris gracia pocioris. Hinc est, quod nos, tuis supplicacionibus inclinati, ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica, in archidiaconatu tuo Pragensi, quem ex concessione et dispensacione sedis apostolice obtinere dinosceris, consistencia, eorumque personas, in quibus tibi racione dicti archidiaconatus visitacionis officium competit de consuetudine vel de iure, possis libere per aliquam seu aliquas personam seu personas idoneas, quam vel quas deputandam ad hoc duxeris vel eciam deputandas, usque ad quinquennium, quociens tempus visitacionis ingruerit, visitare et procuraciones, racione visitacionis huiusmodi tibi debitas, ab eisdem ecclesiis, monasteriis et locis ac personis taliter visitatis in pecunia numerata recipere, dummodo pro-

curaciones huiusmodi summam triginta Turonensium argenti pro die qualibet non excedant, non obstantibus constitucionibus, a f. r. Innocentio IIII et Gregorio X et quibuslibet aliis Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, in contrarium editis, ac privilegiis et indulgenciis apostolicis quibuscunque, specialibus vel generalibus, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialem oporteat fieri mencionem, et per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, auctoritate tibi presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione id. Novembris a. quinto.

Item e. m. dd. ff. . . abbati Claromontensis et . . Pragensis ac . . sancti Petri Wicegradensis, Pragensis diocesis, decanis ecclesiarum s. etc. Quanto d. f. n. Guido, tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, etc. usque duximus indulgendum. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios faciatis[a]) auctoritate nostra huiusmodi personam seu personas, quam vel quas idem cardinalis ad premissum visitacionis officium duxerit ut premittitur deputandam seu eciam deputandas, ad illud admitti dictoque cardinali vel procuratori suo pro eo procuraciones predictas iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem per dictos annos integre ministrari, non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores per censuram ecclesiasticam etc. D. ut s. etc.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 546, de beneficiis dominorum cardinalium et aliarum litterarum qu. 1 et unicus = V. 177 f. 33′ n. 12. — a) suppl. supra.

---

742. *Carolus, rex Romanorum, supplicat, quatenus Johanni quondam Johannis de Kamenicz, canonico Pragensi, de praebenda ibidem vacante, et Johanni quondam Tassonis de Tassov de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1346 Novembris 21.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, rex Romanorum et semper augustus, quatenus sibi in personam dilecti familiaris et secretarii sui Johannis, canonici Pragensis, nati quondam Johannis dicti de Komňez *[sic]*, specialem graciam facientes, eidem Johanni de prebenda in ecclesia Pragensi nunc vacante per renunciacionem, in manibus S. V. factam per reverendissimum in Christo patrem dominum Guidonem, tituli sancte Cecilie presbyterum cardinalem, de benignitate solita dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes praepositurام Omnium Sanctorum in castro Pragensi necnon in Wratislauiensi et Melnicensi, Pragensis diocesis, cum prebendis et in predicta Pragensi ecclesiis canonicatus

sub expectacione prebende noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat eidem S., quatenus similem graciam sibi in personam devoti clerici sui Johannis, nati quondam nobilis viri Tassonis de Tassow, Olomucensis diocesis, facientes, eidem de canonicatu et prebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus similiter per renunciacionem domini cardinalis predicti dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes ecclesiam parrochialem in Papiez, eiusdem diocesis, et canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Wissegradensi, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Decembris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 103'. Reperitur etiam registrata in folio 102' praecedenti, sed non terminata et cancellata cum nota in margine: ‚alibi est registrata'.

743. *Johanni, nato quondam Johannis dicti de Kamenicz,*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de praebenda, quae in ecclesia Pragensi vacat per liberam resignationem Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, non obstante ut in num. 742, ita tamen, ut litterae, per quas in ecclesia ipsa Pragensi praebendam expectat, et quaecunque inde secuta sunt, quoad eandem praebendam dumtaxat sint cassa et irrita, quamprimum vigore praesentis gratiae dictam praebendam in eadem Pragensi ecclesia fuerit pacifice assecutus. ‚D. Auinione XI kal. Decembris a. quinto.' In e. m. archiepiscopo Rigensi et abbati monasterii Břevnoviensis*[b]) *ac decano ecclesiae Vyssegradensis prope Pragam. Forma ut in n. 4.*

.X̿ X.(V)

Avinione, 1346 Novembris 21.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 371' n. 57, de praebendis vacantibus qu. 3 = V. 177 f. 202 n. 57. — a) ‚Komucz' A. b) ‚Brenouiensis' A.

744. *Johanni, nato quondam Tassonis de Tassov, armigeri, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu et praebenda, qui vacant in Olomucensi ecclesia per liberam resignationem Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, non obstante ut in num. 742. ‚D. Auinione XI kal. Decembris a. quinto.' In e. m. archiepiscopo Pragensi et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

.X̄ X̿.

Avinione, 1346 Novembris 21.

Clementis VI A. V/1 (86) f. 191', de beneficiis vacantibus qu. 19 = V. 173 f. 360' n. 703. — CDM. VII n. 678.

745. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus pauperibus Bohemis et quibusdam aliis personis diversae gratiae concedantur.*

Avinione, 1346 Novembris 22.

Rotulus pauperum Boemorum et quorundam aliorum.

Supplicat S. V. humilis et devotus f. v. Karolus, Romanorum semper augustus et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti sui Bernardi quondam Pauli de Tepla, clerici Pragensis diocesis, graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem prepositi, priorisse et conventus monasterii monialium in Dobrzano, ordinis Premonstratensis, Pragensis diocesis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini providere seu conferendum eidem donacioni apostolice reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.[1])

Item supplicat[a]) pro Johanne clerico, nato quondam Conradi de Maiori civitate Pragensi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii monialium in Thusnowitz, ordinis Cisterciensis, Olomucensis diocesis.[2])

Item supplicat pro Wenceslao Wintheri de Pyeska, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. archiepiscopi Pragensis[b]) in ecclesia et extra.[3])

Item supplicat pro Johanne quondam Fritzconis, arcuficis de Legnitz, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis.[4])

Item supplicat pro Johanne, nato quondam Bartholomei de Nuemburga, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Boleslauiensis, dicte diocesis.[5])

Item supplicat pro Johanne, nato quondam Pezoldi de Horawitz, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem magistri provincialis, commendatoris, prioris et conventus domus sancte Marie in pede pontis Pragensis, ordinis sancti Johannis Jerosolimitani.[6])

Item supplicat pro Vincencio Thome de Budwais, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii ad Sanctam Coronam, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis.[7])

Item pro Nicolao, nato quondam Galli de Radnitz, presbytero Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Breunouia, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[8])

Item pro Pezoldo, nato quondam Henrici de Horawitz, subdiacono Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Olomucensis.[9])

Item pro Francisco, nato Theoderici de Czaslauia, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Trebecensis, ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis.[10])

Item pro Petro quondam Michaelis de Wecla, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monialium in Teplicz, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[11])

Item pro Francisco quondam Conradi de Noua Colonia, subdiacono Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Sahar, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis.[12])

Item pro Johanne Alberti de Heorawitz, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Lucensis, ordinis Premonstratensis, Olomucensis[c]) diocesis.[13])

Item pro Johanne Jacobi de Pieska,[d]) clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Altouado, ordinis Cisterciensis, eiusdem diocesis.[14])

Item pro Nicolao quondam Conradi de Wansow, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis.[15])

Item pro Martino quondam Weletzkonis de Duba, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Wilemow, ordinis sancti Benedicti, eiusdem diocesis, non obstante, quod super defectu natalium, quem idem Martinus patitur, de soluto genitus et soluta, auctoritate vestra alias secum extitit misericorditer dispensatum.[16])

Item pro Johanne, nato Petri de Luna, presbytero Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Cladruna, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[17])

Item pro Theodorico, nato Johannis de Glathouia, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi et conventus monialium in Chotissaw, ordinis Premonstratensis, dicte diocesis.[18])

Item pro Johanne, nato quondam Fridelini, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. magistri et conventus monasterii sancti Francisci Cruciferorum stellatorum in pede pontis Pragensis, ordinis sancti Augustini.[19])

Item pro Petro, nato quondam Petri de Luna, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Wellehard, ordinis Cisterciensis, Olomucensis diocesis.[20])

Item pro Johanne Caluels de Lucemburgo, presbytero Treuerensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. magistre et conventus monasterii beate Marie in Orreo Treuerensis, ordinis sancti Augustini etc., non obstante, quod ipse alias in forma pauperum ad collacionem prioris prioratus de Ysildinghen, dicte diocesis, impetravit, cui gracie renunciare est paratus.[21])

Item pro Johanne Conradi dicti Surda de Racowink, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis.[22])

Item pro Nicolao Vincencii de Reithnau, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Insula, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[23])

Item pro Johanne, nato quondam Henrici de Krischaw, subdiacono Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi, prepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesie Pactauiensis, eciam si in ecclesia Pactauiensi existat, non obstante sibi gracia de parrochiali ecclesia oppidi Pirnis, Misnensis diocesis, per eandem S. facta, que eidem omnino est inutilis, quam eciam dimittere est paratus.[24])

Item pro Henrico, nato Henrici dicti Voswinkel, clerico Osnaburgensis diocesis,[e]) de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem abbatisse secularis ecclesie Heruordensis, Padebernensis diocesis.[25])

Item pro Rodolpho dicto de Horst, clerico Monasteriensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi, prepositi, decani, thesaurarii et capituli et singulorum canonicorum ecclesie Monasteriensis.[26])

Item pro Rodolfo de Redeze, clerico Traiectensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Dauantriensis, dicte diocesis, eciam si canonicatus et prebenda ac supplementum eiusdem ecclesie, consuetum tantum canonicis prebendatis in eadem ecclesia assignari, existat etc., non obstantibus statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie, presertim quibus cavetur, quod nullus supplementum habere valeat, nisi canonicus ut premittitur prebendatus.[27])

Item pro Fridrico Murlin,[f]) presbytero Bambergensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. archiepiscopi Salczeburgensis.[28])

Item pro Johanne Jacobi de Gora, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi, decani et capituli ecclesie Wratislauiensis etc., non obstante, si

hodie aliis ad collacionem eorundem coniunctim vel separatim similem graciam fecistis, ita tamen, quod sine eorum preiudicio[g]) hac gracia utatur.[29])

Item pro Johanne Nicolai de Valkenau, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. commendatoris ⌊et⌋[h]) fratrum domus in Oelsna, ordinis sancti Johannis Jerosolimitani, dicte diocesis, non obstante, quod idem Johannes de capellania vicaria altaris XII apostolorum in ecclesia sancti Stephani Wiennensis, Pactauiensis diocesis, per alium occupata, sibi obtinuerit provideri, quam renunciare est paratus.[30])

Item pro Czenkone, nato quondam Nicolai de Chorzetz, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, eciam si in ipsa ecclesia existat, non obstante sibi gracia facta in communi forma per S. V. ad collacionem abbatis et conventus monasterii in Pomuk, dicte diocesis, cui paratus est renunciare.[31])

Item pro Henrico quondam Tuzkonis, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii sancte Hedwigis in Trebnitz, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis.[32])

Item pro Rogerio de Czanha, clerico Pattauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Chremsmunstir, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[33])

Item pro Mathia Henrici de Znoyma, clerico Olomucensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii sororum sancte Marie in Znoyma, ordinis sancte Clare, dicte diocesis.[34])

Item pro Conrado quondam Conradi de Hamburga, clerico Pattauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii in Erlachcloster, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[35])

Item pro Symone quondam Wielandi de La, clerico Pactauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. patriarche Aquilegiensis.[36])

Item pro Gerungo de Pirboum, clerico Pactauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii in Mainse, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[37])

Item pro Petro Francisci de Praga, clerico, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Grediss, ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis.[38])

Item pro Petro Chrello, nato Petri Chrellonis de Hallis, presbytero Salczeburgensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Secouiensis.[39])

Item pro Vlrico quondam Conradi de Wienna, clerico Pactauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Frisighensis etc., non obstante gracia, quam habet in forma pauperum

ad collacionem abbatis et conventus monasterii Inferioris Altach, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis, quam paratus est resignare.[40])

Item pro Wilhelmo Balduini, clerico Traiectensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie sancti Johannis Traiectensis.[41])

Item pro Johanne quondam Hermanni Alherdis de Arnhem, clerico Traiectensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie beate Marie Traiectensis etc., non obstante, quod in forma pauperum ad collacionem decani ecclesie Padeburnensis impetravit, quam paratus est dimittere.[42])

Item pro Nicolao quondam Gobelini de Aquis dicti Cruychms, clerico Leodiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie beate Marie Aquensis, Leodiensis diocesis etc., non obstante, quod idem in forma pauperum ad collacionem archipresbyteri Aquensis a S. V. graciam impetraverit, que sibi inutilis est eo, quod unicum tantum beneficium habet conferre.[43])

Item pro Henrico, nato Johannis de Bockenheym, clerico Wormaciensi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani, thesaurarii et capituli ecclesie Wormaciensis, eciam si in ipsa ecclesia existat.[44])

Item pro Cristiano, filio Reynaldi de Zucphania, clerico Traiectensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii sancti Trudonis, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis.[45])

Item pro Ottone, nato quondam Henrici de Thunno, Maguntine diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli sancte Marie Erfordensis, dicte diocesis.[46])

Item pro Nicolao dicto Egger de Linkirch, clerico Constanciensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Constanciensis.[47])

Item pro Wiperto de Ingelfinghen, presbytero Herbipolensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli ecclesie Mosebacensis, dicte diocesis.[48])

Item pro Henrico quondam Nicolai de Gars, clerico Misnensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli ecclesie Misnensis, non obstante, quod ad collacionem priorisse et conventus prioratus sancti Laurencii in Praga, habentis conferre tantum duo beneficia, impetravit, quam graciam dimittere est paratus.[49])

Item pro Petro dicto de Sancto Egidio, clerico Pactauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii sancti Lamperti apud[1]) Lampertum, Salczeburgensis diocesis.[50])

Item pro Vlrico Ottonis de Drosendorf, clerico Pactauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim

ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii sancte Marie Yerutensis, ordinis Premonstratensis, dicte diocesis.[51])

Item pro Wilhelmo Alberti de Roede, clerico Coloniensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli ecclesie monasterii Eylfiie, dicte diocesis.[52])

Item pro Rudolfo Alpartzegg, diacono Constanciensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Augia maiori, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[53])

Item pro Johanne dicto Eclaeclin de Traiecto, clerico Leodiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico sine cura, spectante ad collacionem etc. prepositi et capituli sancte Marie Traiectensis, Leodiensis diocesis etc., non obstante, quod auctoritate litterarum vestrarum ad collacionem pastoris de Formucomitis, dicte diocesis, idem est expectans.[54])

Item pro Johanne, nato Hodislai de Nouadomo, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem archiepiscopi Pragensis, in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi,[l]) et eciam non obstante, quod in graciis pauperum ad collacionem plebani ecclesie in Ralicz, Pactauiensis diocesis, impetravit, cui renunciare est paratus.[55])

Item pro Thiderico dicto Puster, clerico Monasteriensi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. de Orten et de Busco ducis ecclesiarum unitarum rectoris, non obstante, quod alias in vestris graciis[m]) pauperum ad collacionem abbatisse et capituli secularis ecclesie Verdensis, Monasteriensis diocesis, impetravit, cui gracie renunciare paratus existit.[56])

Item pro Johanne dicto Nickilman de Lucemburgo, Treuerensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collacionem abbatis et conventus monasterii sancti Martini Glandenensis, ordinis sancti Benedicti, Metensis diocesis.[57])

Fiat pro omnibus suprascriptis[n]) usque etc. X marcas R.

Omnes suprascripti[o]) petunt collaciones, ubi taxantur ad marchas, et sunt LVII.

Et quod transeant sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.

Item supplicat dictus Karolus, Romanorum semper augustus et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis Bertrandi, presbyteri Claremontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi Claromontensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini providere, seu conferendum eidem donacioni apostolice reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.[58])

Item supplicat pro Johanne Lepage de Voyenna, clerico Laudunensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter

vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii sancti Vincencii extra muros Laudunenses etc.[59]

Item pro Balduino Pulli, clerico Ambianensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. . . decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesie Ambianensis etc.[60]

Item pro Bartholomeo Gaudifrini, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Morinensis, eciam si in ecclesia cathedrali vel personatus ruralis existat, et cum eidem clerico, licet in graciis vestris communibus alias factis supplicacionem obtulisset et examinatus fuisset et habuisset bene per omnia, tamen propter multitudinem clericorum impetrancium collacio non fuerit assignata.[61]

Item pro Petro Ayraldi, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi, decani et capituli et singulorum canonicorum ecclesie Attrebatensis etc.[62]

Item pro Radupho[p] Ruphi de Aubigniaco, clerico Laudunensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi, decani et capituli et singulorum canonicorum ecclesie Laudunensis, eciam si in ecclesia cathedrali etc.[63]

Item pro Johanne Polreuella, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli et singulorum canonicorum ecclesie Claromontensis etc.[64]

Item pro Stephano Yterii, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prioris et conventus monasterii sancti Porciani, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis.[65]

Item pro Roberto dicto Dore, clerico Nouiomensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. archiepiscopi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesie Senonensis etc., non obstante, quod ad collacionem prioris prioratus sancte Margarete de Elincuria, ordinis Cluniacensis, Beluacensis diocesis, in communi forma litteras a S. V. alias impetravit, quibus renunciare est paratus.[66]

Item pro Eligio Fabri de Senogiis, clerico Cameracensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Arremanensis, Trecensis diocesis.[67]

Item pro Ludouico Auderi de Dola, clerico Bisuntine diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesie Lingonensis etc., non obstante, quod ad collacionem decani et conventus sancti Vincencii de Vergeyo, Lingonensis diocesis, in forma pauperum alias impetravit.[68]

Item pro Thoma de Roseriis, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prioris et conventus monasterii Silurmati, Cluniacensis [ordinis][q], dicte diocesis.[69]

Item pro Guillelmo Burgenas, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. episcopi, decani et capituli et singulorum canonicorum ecclesie Carnotensis.[70])

Item pro Johanne Coray, clerico Claromontensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. archiepiscopi, decani et capituli ecclesie Remensis etc.[71])

Item pro Johanne, nato Nicolay dicti Heczel de Lutenburgo, clerico Treuerensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Torziensis, ordinis sancti Benedicti, Metensis diocesis etc.[72])

Item pro Johanne, nato quondam Nicolai Cellatoris de Lucemburgo, Treuerensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii sancti Humberti, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis.[73])

Item pro Conrado Mathei de Sirkes, clerico Treuerensis diocesis, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Wilbrordi Ebternacensis, ordinis sancti Benedicti, Treuerensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad ea, que habent conferre in civitate vel diocesi Treuerensi.[74])

Item pro Francisco dicto Henuentester de Lucemburgo, clerico Treuerensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collacionem etc. decani et capituli ecclesie sancti Symeonis Treuerensis.[75])

Isti petunt collacionem ad taxacionem librarum et sunt XVIII.

Fiat usque etc. pro omnibus suprascriptis R.

Secuuntur illi, pro quibus dictus Karolus supplicat de canonicatibus sub expectacione prebendarum.

Primo pro Jacobo de Budways, clerico Pragensis diocesis, quatenus eidem de canonicatu ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat, vel quamprimum vacare contigerit in eadem ecclesia, conferendam eidem donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione etc. ut supra.[76])

Item pro Wenceslao, nato quondam Stanislay de Vderlicz, clerico Olomucensis diocesis, de canonicatu ecclesie Olomucensis [r]) cum reservacione prebende, cum acceptacione et aliis clausulis [s]) oportunis etc. dignemini providere.[77])

Item pro Thoma Pericheoldi de Sacz, Pragensis diocesis, de canonicatu ecclesie Bolislauiensis, Pragensis diocesis, cum reservacione prebende ut supra.[78])

Item pro Nicolao Nicolai dicti Poloni de Brest, Wratislauiensis diocesis, de canonicatu ecclesie sancti Wenceslai Pragensis cum reservacione prebende [t]) ut supra.[79])

Item pro Nicolao Pauli de Nouzadlicz, clerico Olomucensis diocesis, de canonicatu ecclesie sancti Petri in Brunia, dicte diocesis, cum reservacione prebende ut supra.[80])

Item pro Meynardo quondam Bertholdi Agasonis, clerico Frisingensis[u]) diocesis, de canonicatu ecclesie sancti Candidi in Ticen /*sic*/, Brixinensis diocesis, cum reservacione prebende ut supra.[81])

Item pro Henrico dicto Iude, clerico Herbipolensis diocesis, de canonicatu ecclesie Nouimonasterii Herbipolensis, cum reservacione prebende vacantis vel vacature etc. ut supra.[82])

Item pro Conrado de Fossa, subdiacono Coloniensis diocesis, de canonicatu ecclesie Sanctorum Apostolorum Coloniensis cum reservacione prebende etc. ut supra et aliis ut in forma.[83])

Item pro Nicolao Theoderici dicto Loth de Budissin, clerico Misnensis diocesis, de canonicatu ecclesie Budissinnensis, dicte diocesis, in qua maiores et minores prebende existunt, cum reservacione prebende maioris, eciam non obstantibus statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie et presertim quibus cavetur, quod nullus prebendam maiorem assequi valeat, nisi gradatim ascenditur per minores etc.[84])

Item supplicat pro Gualhardo de Feodo, subdiacono Engolismensis diocesis, qui alias in communibus vestris graciis pauperum ad collacionem archipresbyteri sancti Johannis Engolismensis, nullum habentis beneficium conferre, et deinde in forma communium graciarum, habitarum inutilium,[v]) ad collacionem abbatisse et conventus monasterii sancti Aufonii in suburbio Engolismensi, habentis dumtaxat unicum beneficium conferre, extitit collocatus, quatenus sibi de canonicatu ecclesie sancti Archenii de Blanziaco, dicte diocesis Engolismensis, in qua non est certus canonicorum numerus nec distinccio prebendarum, cum plenitudine iuris canonici et iuribus et pertinenciis suis dignemini providere, decernentes eciam porcionem integram sibi[x]) prout VIII ex aliis ipsius ecclesie canonicis exhibendam etc. ut in forma.[85])

Item pro Conrado dicto Lobigel de Rotembergh, clerico Maguntine diocesis, de canonicatu cum reservacione prebende[y]) in ecclesia Ysanatzensi, dicte diocesis, ut supra.[86])

Item pro Goberto de Chis, clerico Laudunensis diocesis, de canonicatu ecclesie beati Laurencii de Roseto, Laudunensis diocesis, cum reservacione prebende ut supra.[87])

Isti petunt canonicatus sub expectacione prebendarum et sunt XI.

Fiat pro omnibus suprascriptis R. Sine alia leccione. Fiat R.

Item supplicat dictus Karolus pro Winando Rithgardi de Tincio, presbytero Coloniensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, de parrochiali ecclesia de Goystorp, dicte diocesis Coloniensis, vacante ex eo, quod quondam Gerardus de Limborgh ipsam ecclesiam tanto tempore obtinuit, ad sacros ordines[z]) non promotus, quod eius collacio extitit ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta,[aa]) post cuius obitum quondam Winandus de Genepe dictam ecclesiam per plures annos tenuit et in presbyterum non promotus, vel alio quovis modo vacante, eidem Winando dignemini providere, non obstante, quod Petrus de Nussia ipsam ecclesiam de facto tenet occupatam, cum

aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, et dignemini scribere beatissima manu vestra: Fiat ut petitur.

Fiat R.[88])

Item supplicat dictus Karolus pro Ottone dicto Veiar, canonico monasterii in Perins, ordinis sancti Augustini, Ratisponensis diocesis, cui propter notoriam inopiam ipsius monasterii prepositus eiusdem licenciam concessit ad aliud monasterium transeundi, quatenus ipsum in monasterio sancti Ypoliti apud Sanctum Ypolitum, dicti ordinis, Patauiensis diocesis, mandare dignemini recipi in canonicum et in fratrem sibique vite necessaria sicut aliis ipsius monasterii canonicis ministrari ac tractari sincera in domino caritate etc., ut in forma.

Fiat R.[89])

Item pro Johanne de Lansteyn, scolari Patauiensis diocesis, quatenus secum super defectu natalium, quem patitur genitus de presbytero et soluta, ut ad omnes eciam maiores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere valeat, dignemini misericorditer dispensare.

Fiat R.[90])

Item pro Euerhardo Dauchelini, clerico Monasteriensi, quatenus perpetuam vicariam altaris sancti Georgii in ecclesia Bremensi, cum eam ex eo, quod Macharius Lode, qui eam tenet, aliam vicariam assequetur in eadem ecclesia, de qua sibi auctoritate litterarum vestrarum provisum est, vel alias qualitercunque proxime vacare contigerit, conferendam eidem donacioni apostolice dignemini reservare.

Fiat R.[91])

Item supplicat dictus Karolus pro Walthero, nato Thome, plebani ecclesie in Bostalcz, Pragensis diocesis, presente in curia, quatenus super defectu natalium, quem patitur[bb]) de presbytero genitus et soluta, dignemini misericorditer dispensare, ut possit caractere clericali insigniri et ad superiores ordines promoveri ac beneficium ecclesiasticum, eciam si curam habeat animarum, obtinere, predicto defectu non obstante, ut in forma.

Fiat R.[92]) Et quod transeant sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 125—127'. — [a]) sequitur ‚S. V.,' sed cancellatum. [b]) corr. ex ‚episcopi Wratislauiensis' S. [c]) ‚Oolomucensis' S. [d]) corr. ex ‚Piesta' S. [e]) sequitur ‚spectante co[mmuniter]', sed. cancell. S. [f]) corr. ex ‚Murlim' S. [g]) ‚preeundo' S., corr. ab editore. [h]) deest in S., suppl. ab editore. [i]) ‚Lamperti apud' suppl. supra S. [l]) ‚Pragensis' S. [m]) corr. ex ‚litteris' S. [n]) ‚subscriptis' S., corr. ab editore. [o]) ‚subscripti' S., corr. ab editore. [p]) corr. ex ‚Raudupho' S. [q]) deest in S., suppl. ab editore. [r]) sequitur diocesis, sed cancellatum S. [s]) corr. ex ‚clericis' S. [t]) corr. ex ‚expectacione prebende' S. [u]) corr. ex ‚Frinsingensis' S. [v]) emend. ab editore ex: ‚in forma communibus graciarum habiti inutilium'. [x]) sequitur: ‚quod' in S., om. ab editore. [y]) sequitur ‚ut supra', sed cancellatum S. [z]) cancellatum, sed rescriptum S. [aa]) ‚demoluta' S. [bb]) corr. ex ‚petitur' S. — [1]) vide num. 746. [2]) vide num. 747. [3]) vide num. 748. [4]) vide num. 749. [5]) vide num. 750. [6]) vide num. 751. [7]) vide num. 752. [8]) vide num. 753. [9]) vide num. 754. [10]) vide num. 755. [11]) haec littera non est reperta. [12]) vide num. 756. [13]) vide num. 757. [14]) vide num. 758. [15]) vide num. 759. [16]) vide num. 760. [17]) haec littera non est reperta. [18]) haec littera non est reperta. [19]) vide num. 761. [20]) haec littera non est reperta. [21]) vide num. 762. [22]) vide num. 763. [23]) vide num. 764. [24]) vide num. 765. [25]) vide num. 766. [26]) vide num. 767. [27]) vide num. 768. [28]) vide num. 769. [29]) haec littera non est reperta. [30]) vide num. 770. [31]) vide num. 771. [32]) vide num. 772. [33]) haec littera non est reperta. [34]) vide num. 773. [35]) vide num. 774. [36]) vide

num. 775. [37]) vide num. 776. [38]) vide num. 777. [39]) vide num. 778. [40]) vide num. 779. [41]) vide num. 780. [42]) haec littera non est reperta. [43]) vide num. 781. [44]) vide num. 782. [45]) vide num. 783. [46]) vide num. 784. [47]) haec littera non est reperta. [48]) haec littera non est reperta. [49]) haec littera non est reperta. [50]) vide num. 785. [51]) vide num. 786. [52]) vide num. 787. [53]) haec littera non est reperta. [54]) vide num. 788. [55]) vide num. 789. [56]) vide num. 790. [57]) vide num. 791. [58]) vide num. 792. [59]) vide num. 793. [60]) haec littera non est reperta. [61]) vide num. 794. [62]) vide num. 795. [63]) vide num. 796. [64]) haec littera non est reperta. [65]) vide num 797. [66]) vide num. 798. [67]) vide num. 799. [68]) haec littera non est reperta. [69]) vide num. 800. [70]) haec littera non est reperta. [71]) vide num. 801. [72]) vide num. 802. [73]) vide num. 803. [74]) haec littera non est reperta. [75]) haec littera non est reperta. [76]) haec littera non est reperta. [77]) vide num. 804. [78]) haec littera non est reperta. [79]) haec littera non est reperta. [80]) vide num. 805. [81]) vide num. 806. [82]) vide num. 807. [83]) vide num. 808. [84]) haec littera non est reperta. [85]) vide num. 809. [86]) vide num. 810. [87]) haec littera non est reperta. [88]) vide num 811. [89]) vide num. 812. [90]) haec littera non est reperta. [91]) haec littera non est reperta. [92]) haec littera non est reperta.

---

746. *Bernardo quondam Pauli de Tepla, clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi ac priorissae et conventus monasterii monialium in Doxano,*[a]) *per praepositum et priorissam soliti gubernari, ordinis Praemonstratensis, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. praeposito Melnicensis, Pragensis diocesis, et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 320, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 147′ n. 282. — a) ‚Doktzano' A.

---

747. *Johanni, nato quondam Conradi, clerico de Maiori Civitate Pragensi, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii in Tišňovicz,*[a]) *Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati in Altenburga et praeposito in Neuburga,*[b]) *Pataviensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. IV/3 (84) f. 407, de beneficiis cum vel sine cura anni *quarti* (sic!) qu. 7; hic quaternus invenitur in V. 171, sed haec littera ibidem non legitur. — a) ‚Tusnowicz' A. b) ‚Neumburga' A.

748. *Venceslao Wintherii*[a]) *de Písek,*[b]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi Pragensis in ecclesia Pragensi aut extra eam vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. archiepiscopo Ravennatensi et abbati monasterii Strahoviensis prope Pragam ac archipresbytero ecclesiae Ferrariensis. Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 227', de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 174 f. 85 n. 151. — [a]) ‚Wnicherii' A. [b]) ‚Pyeska' A.

---

749. *Johanni, nato quondam Friczonis arcuficis de Legnicz, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. archiepiscopo Rigensi et decano sanctae Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 288, de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 174 f. 126' n. 236. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

750. *Johanni, nato quondam Bartholomaei de Nimburg,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Boleslaviensis, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii in Sedlecz,*[b]) *Pragensis diocesis, et decano Pataviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 177' n. 231, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 102 n. 231. Iterum registrata in A V/2 (87) f. 336', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 158 n. 306. — [a]) ‚Nuemburga' A. [b]) ‚Cedlicz' A.

---

751. Johanni, nato quondam Pezoldi de Hořovicz,[a]) clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem magistri provincialis, commendatoris, prioris et conventus domus sanctae Mariae in pede pontis Pragensis, hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. Pragensis et Vyssegradensis prope Pragam decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 61′ n. 72, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 33 n. 72. Registrata iterum in A. V/7 (91) f. 83—83′, de beneficiis vacaturis qu. 4, sed sine numero et cancellata cum nota: ‚Cassata est, quia est scripta alibi supra in tercio quaterno sub numero LXXII.' — a) ‚Horawitz' A.

---

752. Vincentio Thomae de Budweis,[a]) clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Sanctae Coronae, ordinis Cisterciensis, eiusdem diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii de Altovado, Pragensis diocesis, et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 282′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 174 f. 123 n. 229. — a) ‚Budways' A.

---

753. Nicolao, nato quondam Galli de Radnicz, presbytero Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Břevnov,[a]) ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit.' ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. praeposito Omnium Sanctorum in castro Pragensi et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.

Gratis. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 477, omnium formarum qu. 1 et unicus. In V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ‚Breunouia' A.

---

754. *Pezoldo, nato quondam Henrici de Hořovicz,*[a]) *subdiacono Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Olomucensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. decano Vyssegradensis prope Pragam et archidiacono Znoimensi, Olomucensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 83′ n. 102, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 175 f. 47′ n. 102. — Ed. CDM. VII n. 683. — a) ‚Horawicz' A.

---

755. *Francisco, nato quondam Theoderici de Časlav,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Trebecensis,*[b]) *ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii Sedlicensis* [c]) *et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 287′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 174 f. 126 n. 235. — Ed. CDM. VII n. 681. — a) ‚Czaslauia' A. b) ‚Trebetensis' A. c) ‚Cellicensis', corr. ex ‚Celicensis' A.

756. *Francisco,*[a]) *nato quondam Conradi de Nova Colonia, subdiacono Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Saar,*[b]) *ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto., — In e. m. decano Vyssegradensis,*[c]) *Pragensis diocesis, et Bertrando Wacherii, Compostellane, ac Henrico de Brunna,*[d]) *Olomucensis canonicis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

I .X | I = X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 192′ n. 254, de beneficiis vacaturis qu. 8 = V. 175 f. 111′ n. 254. — a) ‚Francicho' A. b) ‚Sahar' A. c) ‚Wyschegradensis' A. d) ‚Bruina' A.

757. *Johanni Alberti de Hořovicz,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Lucensis, ordinis Praemonstratensis, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. Pragensis et Vyssegradensis prope Pragam decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 274', de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 174 f. 117' n. 217. — Ed. CDM. VII n. 679. — a) ‚Horawicz' A.

758. *Johanni Jacobi de Písek,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Altovado, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto'. — In e. m. Vyssegradensis prope Pragam et Sadcensis,*[b]) *Pragensis diocesis, decanis ac archipresbytero Ferrariensis*[c]) *ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 237', de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 174 f. 92' n. 166. — a) ‚Pyeska' corr. ex ‚Pyesla' A. b) ‚Sacensis' A. c) corr. in marg. ex ‚sacriste Auinionensis' A.

759. *Nicolao quondam Conradi de Wansow, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae sanctae Crucis Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. Canticensi et Vratislaviensi episcopis ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 339, de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 195' n. 309. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 290.

760. *Martino quondam Veleczkonis*[a]) *de Duba, clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Vilémov, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. Pragensis et Vyssegradensis, Pragensis diocesis, decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 73 n. 89, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 41' n. 89. — a) ‚Weletzkonis' A.

---

761. *Johanni, nato quondam Fridolini*[a]) *Paier, clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem magistri et conventus monasterii sancti Francisci Cruciferorum stellatorum in pede pontis Pragensis, per magistrum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii de Strahov,*[b]) *Pragensis diocesis, et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 303, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 136 n. 257. — a) ‚Fridelini' A. b) ‚Strahouia' A.

---

762. *Johanni Calvels*[a]) *de Lucemburgo, presbytero Treverensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem magistrae et conventus monasterii beatae Mariae in Orreo Treverensis, ordinis sancti Augustini, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

$\overline{.X}$ $\overline{\overline{X}}.$ *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 298, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 133 n. 250. — a) ‚Caluels' A.

763. *Johanni Conradi dicti Surda de Rakovnik,[a]) clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae sanctae Crucis Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii sancti Vincentii, Vratislaviensis diocesis, et decano sancti Johannis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 161' n. 209, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 91' n. 208 (sic!). — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 290. — a) ,Racownik' A.

764. *Nicolao Vincentii de Reichenau,[a]) clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Insula, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. decano Pragensis ac custodi Vyssegradensis, Pragensis diocesis, et sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 58 n. 67, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 175 f. 31 n. 67. — a) ,Reichnau' A.

---

765. *Johanni, nato quondam Henrici de Krischau,[a]) subdiacono Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Pataviensis vacat, vel cum vacaverit, etiam si in eadem ecclesia existat; non obstante, ,quod dudum tibi de parrochiali ecclesia oppidi de Pirnis,[b]) Misnensis diocesis, per nostras litteras mandavimus provideri, que littere ut asseris omnino tibi inutiles existunt, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta exnunc cassamus, irritamus et nullius volumus existere roboris vel momenti. . . . . D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. in Altovado et Lucensis monasteriorum abbatibus, Pragensis et Olomucensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 76.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 70 n. 85, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 39' n. 85. — a) ,Krischaw' A. b) ,Pirius' A.

---

766. *Henrico, nato Henrici dicti Voswinkel, clerico Osnaburgensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae saecularis ecclesiae Herfordensis,*[a]) *Padeburnensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

| = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 159 n. 203, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 89' n. 203. — [a]) ‚Heruordensis' A.

---

767. *Rudolfo*[a]) *dicto de Horst, clerico Monasteriensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, praepositi, decani, thesaurarii et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Monasteriensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 129 n.159, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 175 f. 71' n. 159. — [a]) ‚Rodolpho' A.

---

768. *Rudolfo*[a]) *de Bedeze, clerico Traiectensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, etiam si canonicatus et praebenda vel supplementum in ecclesia Davantriensi, Traiectensis diocesis, existat, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli Davantriensis ecclesiae vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 76.*

| = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V 2 (87) f. 376, de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 174 f. 181' n. 360. — [a]) ‚Rodolpho' A.

769. *Friderico, nato quondam Conradi Naurlini de Norimberga (?)[a]) presbytero Bambergensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi Salzburgensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V 2 (87) f. 313', de beneficiis cum vel sine cura qu 5 = V. 174 f. 162 n. 315. — a) ‚Neurberga' A. Cfr. Vatik. Akten n. 1099.

770. *Johanni Nicolai de Falkenau providetur de beneficio cum vel sine cura vacanti vel vacaturo, ad collationem praeceptoris domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Oelsna. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

D. f. Johanni Nicolai de Walkenau, clerico Wratislauiensis diocesis, s. etc. Suffragancia tibi merita probitatis . . . . Volentes itaque tibi p. i. m. t. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Karoli, Romanorum regis illustris, nobis pro te super hoc humiliter supplicantis, g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, consuetum ab olim clericis secularibus assignari, cuius fructus, r. et p., si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ad d. f. . . preceptoris domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Oelsna, Wratislauiensis diocesis, collacionem, prov., pres. seu q. a. d. pertinens, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . aut quod dudum tibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, pertinente ad collacionem vel presentacionem d. f. . . plebani plebis sancti Stephani, Patauiensis diocesis, per nostras litteras, in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, per nos tibi concessas, mandavimus provideri, et earundem litterarum vigore de perpetua capellania altaris duodecim apostolorum, siti in ecclesia sancti Stephani Viennensis, dicte Patauiensis diocesis, spectante ad collacionem dicti plebani, tibi provideri fecisti, cuius possessionem non es ut asseris assecutus, quin immo detinetur per alium occupata. Volumus autem, quod exnunc iuri in prefata capellania tibi quomodolibet competenti, prout ad hoc te sponte obtulisti, omnino cedere tenearis, quodque dicte littere, per quas tibi de beneficio ecclesiastico[a]) cum cura vel sine cura, pertinente[b]) ad collacionem vel presentacionem dicti plebani, mandavimus provideri, et processus habiti pro eo [per][c]) easdem ac quecunque inde secuta nullius deinceps existant roboris vel momenti. . . . . D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.

In e. m. vv. ff. . . Wratislauiensi et . . Lubucensi episcopis ac[d]) d. f. . . sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. V/2 (87) f. 315', de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 171 f. 115 n. 27c. — Registratum in ZVGA. Schlesiens XXV, 296. — [a]) ‚de beneficio ecclesiastico' suppl. in marg. A. [b]) corr. ex ‚spectante' A. [c]) deest in A., suppl. ab editore. [d]) corr. ex ‚et' A.

---

771. *Čenkoni quondam Nicolai de Korecz (?) providetur de beneficio cum vel sine cura, vacanti vel vacaturo, ad collationem capituli Pragensis. Forma ut in n. 76.*

. X X̿ . *Avinione, 1346 Novembris 22.*

D. f. Czenkoni, nato quondam d. f. Nicolai de Chorzetz, clerico Pragensis diocesis, s. Suffragancia tibi merita probitatis . . . . Volentes itaque tibi p. m. t. i. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Caroli, Romanorum regis illustris, pro te nobis super hoc humiliter supplicantis, g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si in ecclesia Pragensi existat, cuius fructus, r. et p., si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ad dd. ff. . . prepositi, . . decani et capituli dicte ecclesie Pragensis collacionem, prov., pres. seu q. a. d. communiter vel divisim pertinens, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit . . . . conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod dudum tibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem seu presentacionem dd. ff. . . abbatis et conventus monasterii in Poniuk, ordinis sancti Benedicti, dicte Pragensis diocesis, in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, per nostras litteras mandavimus provideri, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta exnunc cassamus et irritamus ac nullius decernimus existere roboris vel momenti . . . . D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.

In e. m. dd. ff. . . decano sancti Petri in Wyssegrado prope Pragam et . . archidiacono Inprerouiensi, Olomucensis, ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. V/7 (91) f. 63 n. 74, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 34 n. 74.

---

772. *Henrico quondam Trezkonis, clerico Vratislariensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sanctae Hedwigis in Trebnicz, ordinis Cisterciensis, Vratislaviensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. decano sanctae Crucis, Vratislaviensis diocesis, et praeposito Poznaniensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 78 n. 96, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 45 n. 96.

---

773. *Mathiae Henrici de Znoima,*[a]) *clerico Olomucensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sororum sanctae Mariae in Znoima,*[a]) *ordinis sanctae Clarae, Olomucensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Frisingensi ac Conrado de Kauffung,*[b]) *canonico Vratislaviensi. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 178 n. 232, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 102 n. 232. — Ed. CDM. VII n. 680. — a) ‚Znoyma' A. b) ‚Chauffung' A.

---

774. *Conrado quondam Conradi de Hainburg,*[a]) *clerico Pataviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii in Erlakloster,*[b]) *ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. monasterii sancti Floriani apud Sanctum Florianum, per praepositum soliti gubernari, et in Monte sancti Petri in Brunna, Pataviensis et Olomucensis diocesis, praepositis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 311, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 142 n. 269. — a) ‚Chunrado q. Chunradi de Haymburga' A. b) ‚Herlachloster' A.

775. *Symoni quondam Wielandi de Laa,*[a]) *clerico Pataviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem patriarchae Aquilegiensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 57′ n. 66, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 175 f. 30′ n. 66. — a) ‚La' A.

---

776. *Gerungo*[a]) *de Bierbaum,*[b]) *clerico Pataviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Mondsee,*[c]) *ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

| = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 132′ n. 163, de beneficiis vacaturis qu. 6 = V. 175 f. 73 n. 163. — a) corr. ex ‚Gerundo' A. b) ‚Pirboum' A. c) ‚Mainse' A.

---

777. *Petro Francisci, clerico Pragensi, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Gredis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. Pragensis et Vyssegradensis prope Pragam decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

| = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 281′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 174 f. 122′ n. 227.

778. *Petro Chrello,*[a] *nato Petri Chrellonis de Hallis, presbytero Salzburgensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Secoviensis vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

. X X . *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 228', de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 174 f. 86 n. 153. — [a]) sic A., corr. ex ,Chrell'.

---

779. *Ulrico quondam Conradi de Vienna, clerico Pataviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Frisingensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 80 n. 99, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 46' n. 99.

---

780. *Wilhelmo Balduini, clerico Traiectensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae sancti Johannis Traiectensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

. X X . *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 266', de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 174 f. 112' n. 207. — Ed. Gisb. Brom, Bullarium Traiectense I, n. 1198.

781. *Nicolao quondam Gobelini de Aquis dicti „Crugthinis", clerico Leodiensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae beatae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 105 n. 132, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 175 f. 60' n. 132.

782. *Henrico Johannis de Bockenheim,[a] clerico Wormatiensi, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem decani, thesaurarii et capituli ecclesiae Wormatiensis vacat, etiam si in ipsa ecclesia existat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 235, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 174 f. 90' n. 162. — a) ‚Bockenheym' corr. ex ‚Bockencheym' A.

783. *Christiano, nato Reinaldi[a] de Zutphania, clerico Traiectensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Trudonis, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 556' n. 11, litterarum „que fuerunt portate post ligacionem librorum" qu. 1 et unicus; in V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ‚Christiano Reynaldi' A.

784. *Ottoni, nato quondam Henrici de Thunna, clerico Maguntinensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae sanctae Mariae Erfordensis, Maguntinensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 78′ n. 97, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 45′ n. 97. Reperitur etiam registrata in A. V/2 (87) f. 301′, sed principium solum, et cancellata cum nota in margine: ‚Correctum in registro'.

---

785. *Petro de Sancto Egidio, clerico Patariensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Lamberti*[a]) *apud Sanctum Lambertum,*[b]) *ordinis sancti Benedicti, Salzburgensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

| | = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 328′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 153 n. 295. — a) ‚Lamperti' A. b) ‚Lampertum' A.

---

786. *Ulrico Ottonis de Drosendorf,*[a]) *clerico Patariensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sanctae Mariae Jerocensis,*[b]) *ordinis Praemonstratensis, Patariensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' In e. m. abbati monasterii beatae Mariae Scotorum*[c]) *in Vienna et praeposito sancti Petri in Brunna, Patariensis et Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

| | = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 313, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 143 n. 272. — a) ‚Drosendors' A. b) ‚Yerucensis' A. c) ‚Schotorum' A.

787. *Wilhelmo Alberti de „Roede", clerico Coloniensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem decani et capituli ecclesiae de Monasterio Eifliae, Coloniensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D Auinione X kal. Decembris a. quinto.'*

Forma ut in n. 2.

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V 7 (91) f. 100 n. 125, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 175 f. 57′ n. 125

788. *Johanni dicto „Sclaechni" de Traiecto,[a]) clerico Leodiensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi et capituli ecclesiae sanctae Mariae Traiectensis, Leodiensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.'*

Forma ut in n. 2.

$.\overline{X}\ \overline{\overline{\overline{X}}}.$ *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 364′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 174 f. 173′ n. 341. — a) ‚Traietto' A.

789. *Johanni Hodislai de Novadomo providetur de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem archiepiscopi Pragensis. Forma ut in n. 76.*

$.\overline{X}\ \overline{\overline{\overline{X}}}.$ *Avinione, 1346 Novembris 22.*

D. f. Johanni, nato d. f. Hodislai de Nouadomo, clerico Pragensis diocesis, s. etc. Suffragancia tibi merita probitatis . . . . Hinc est, quod nos, volentes tibi p. m. t. i. necnon consideracione c. in Ch. f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, pro te super hoc humiliter supplicantis, g. f. s., beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, r. et p., si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ad v. f. n. . . archiepiscopi Pragensis collacionem, prov., pres. seu q. a. d. pertinens, si quod in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod super provisione tibi facienda de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem vel presentacionem . . plebani ecclesie in Rakitz, Pattauiensis[a]) diocesis, in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, litteras impetrasti, quas quidem

litteras et processus per eas habitos et quecunque inde secuta exnunc cassamus et irritamus et nullius volumus esse roboris vel momenti . . . . D. Auinione X [1]) kal. Decembris a. quinto.

In e. m. dd. ff. . . Pragensi et Wissegradensi prope Pragam decanis ac . . sacriste Auinionensi s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. V 7 (91) f. 147 n. 183, de beneficiis vacaturis qu. 6 = V. 175 f. 81' n. 183. — a) ,Pattataniensis' A. — [1]) A. habet ,VIIII' quod error esse videtur, quia supplicatio Caroli, cuius hic mentio fit, (num. 745), X kal. Decembris signata est, et omnes tam praecedentes quam sequentes litterae, quae ad eandem supplicationem spectant, eandem datam habent.

790. *Theoderico* [a]) *dicto Puster, clerico Monasteriensi, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem rectoris de „Orcen“ et de Busco Ducis ecclesiarum invicem unitarum, Leodiensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

.X X.

Avinione, 1346 Novembris 22.

Clementis VI A. V/2 (87) f. 372, de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 174 f. 178' n. 353. — a) ,Thiderico' A.

791. *Johanni dicto Nickelmann* [a]) *de Lucemburgo, clerico Trevirensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Martini Glanderiensis, ordinis sancti Benedicti, Metensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

.X X.

Avinione, 1346 Novembris 22.

Clementis VI A. V/2 (87) f. 313', de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 143' n. 273. — ,Nickilman' A.

792. *Johanni Bertrandi, presbytero Claromontensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Claromontensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

I ‡ .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 65 n. 77, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 36 n. 77.

---

793. *Johanni Le Page de Voyenne,*[a]) *clerico Laudunensis*[b]) *diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Vincentii extra muros Laudunenses, ordinis sancti Benedicti, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 330, de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 154 n. 297. — a) ,Voyenna' A. b) corr. ex ,Laududunensis' A.

---

794. *Bartholomaeo Grandifrini, clerico Claromontensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Morinensis vacat, vel cum vacaverit, etiam si in ecclesia cathedrali vel prioratus ruralis existat. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 76.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 62 n. 73, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 33' n. 73.

---

795. *Petro Ayraldi, clerico Claromontensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Atrebatensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

| = .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 63' n. 75, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 35 n. 75.

---

796. *Radulfo*[a]) *Ruffi de Ambigniaco, clerico Laudunensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, etiam si in ecclesia cathedrali Laudunensi existat, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Laudunensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 76.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 300, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 174 f. 134' n. 253. — a) ‚Radulpho' A.

---

797. *Stefano Iterii,*[a]) *clerico Claromontensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem prioris et conventus prioratus Sancti Portiani, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 372', de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 174 f. 179 n. 354. — a) ‚Yterii' corr. ex ‚Ycerii' A.

---

798. *Roberto dicto Dore, clerico Noviomensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Senonensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 335', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 187 n. 304.

799. *Eligio Fabri de Sonegiis, clerico Cameracensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Anemanensis, (?)*[a]) *ordinis sancti Benedicti, Trecensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

| ═ | .X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 347', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 163' n. 319. — a) corr. ex ,Arcemanensis' A, in supplicatione (num. 745 pag. 454) legitur ,Arremanensis'.

800. *Thomae de Roseriis, clerico Claromontensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem prioris et conventus prioratus Silviniaci, ordinis Cluniacensis, Claromontensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 72' n. 88, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 41 n. 88.

801. *Johanni dicto Coray, clerico Claromontensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi, decani et capituli Remensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 85 n. 105, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 175 f. 49 n. 105.

---

802. *Johanni, nato Nicolai dicti Herzel de Lucemburgo, clerico Treverensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 60 resp. 40 librarum Turonensium parvorum s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Gorgiensis, ordinis sancti Benedicti, Metensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 2.*

. X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 73′ n. 90, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 175 f. 42 n. 90.

803. *Johanni, nato quondam Nicolai Cellatoris de Lucemburgo, clerico Treverensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Huberti, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 2.*

. X X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 241′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 174 f. 95 n. 172.

---

804. *Venceslao de Uderlicz*[a]) *providetur*[1]) *de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii Montis Sion prope Pragam et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| = | .X X.

Avinione, 1346 Novembris 22.

Clementis VI A. V/2 (87) f. 193′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 171 f. 65′ n. 115. — Ed. CDM. VII n. 681. — [a]) ,Vderlirz' A. — [1]) ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, (vide num 745 pag. 455) cuius in hac littera nulla fit mentio. Similem etiam supplicationem porrexerunt pro eodem ambassiatores Caroli, quae eadem die signata fuit (vide num. 813.).

805. *Nicolao Pauli de Norosedlicz*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. Scotorum*[b]) *in Vienna et in Zabrdovicz*[c]) *extra muros Brunnae, Pataviensis et Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

| = | .X X.

Avinione, 1346 Novembris 22.

Clementis VI A. V 6 (90) f. 84′ n. 78, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 177 f. 306′ n. 78. — Ed. CDM. VII n. 682. — [a]) ,Nouzadlitz' A. [b]) ,Schotorum' A. [c]) ,Sabardowicz' A.

806. *Menhardo*[a]) *nato quondam Bertholdi Agasonis, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae sancti Candidi Inticensis, Brixinensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. archiepiscopo Bagensi*[b]) *et abbati monasterii Wiltinensis, Brixinensis diocesis, ac decano ecclesiae Salzburgensis. Forma ut in n. 6.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/6 (90) f. 85′ n. 79, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 177 f. 307 n. 79. — [a]) ,Meynardo' A. [b]) sic A, probabiliter ,Pragensi'.

---

807. *Henrico dicto Judae providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Novimonasterii Herbipolensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| = | X X.

Avinione, 1346 Novembris 22.

Clementis VI A. V 2 (87) f. 168, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 171 f. 49′ n. 87.

808. *Conrado de Fossa providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Sanctorum Apostolorum Coloniensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| ═ [a] .X X. — *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 203, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 174 f. 72 n. 126. — [a]) corr. ex .X X.

809. *Galhardo de Feodo providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae sancti Arthemii de Blanziaco, Engolismensis diocesis, ,in qua certus canonicorum numerus et praebendarum distinccio non habetur.' ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma paulum diversa a num. 4.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 410 n. 108, de praebendis vacantibus qu. 4 = V. 177 f. 228' n. 108.

810. *Conrado dicto Lobigel de Rothenberg[a]) providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Eisenachensis,[b]) Maguntinae diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 172', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 174 f. 52' n. 92. — [a]) ,Rotenbergh' A. [b]) ,Ysanachensis' A.

811. *Praeposito Seflicensis, Coloniensis diocesis, et sancti Gereonis ac sancti Georgii Coloniensis decanis ecclesiarum mandatur, quatenus ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, Winando Richgardi de Tincio, presbytero Coloniensis diocesis, parrochialem ecclesiam de „Goyscorp", eiusdem diocesis, vacantem conferant et assignent. ,D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 78.*

V̄ .X. — *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V/6 (90) f. 377 n. 305, de beneficiis vacantibus qu. 9 = V. 177 f. 495' n. 304 (sic).

812. *Episcopo Ratisponensi et Medlicensis ac Gottwicensis[a]) Patariensis diocesis, monasteriorum abbatibus mandatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, quatenus Ottonem dictum Velar, canonicum monasterii in Parnig,[b]) ordinis sancti Augustini, Ratisponensis diocesis, de eodem monasterio ad monasterium sancti Hippoliti[c]) de Sancto Hippolito,[d]) eiusdem ordinis, transferant. ‚D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.‘*

V̄
.X. *Avinione, 1346 Novembris 22.*

Clementis VI A. V, 4 (88) f. 491 n. 78, de recipiendis monachis qu. 2 = V. 176 f. 273′ n. 78.
a) ‚Chutwicensis‘ A. b) ‚Pering‘ A. c) ‚Ypoliti‘ A. d) ‚Ypolito‘ A.

---

813. *Ambassiatores Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, supplicant, quatenus Venceslao quondam Stanislai de Uderlicz de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae et Ludero, nato Marquardi de Huda, de canonicatu et cantoria in ecclesia Verdensi vacante sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1346 Novembris 22.

Supplicant S. V. devoti ff. vv. . . ambassiatores devotissimi f. v. domini Karoli, Romanorum ac Boemie regis illustris, quatenus sibi in personam Wenceslai, clerici Olomucensis diocesis, quondam Stanislai de Vderlicz, nepotis penitenciarii vestri fratris Johannis de Boemia, specialem graciam facientes, eidem Wenceslao de canonicatu ecclesie Olomucensis dignemini providere, prebendam vacantem ad presens vel vacaturam proxime in eadem dicto Wenceslao conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione etc., cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.[1])

Fiat R.

Item supplicant dicti ambassiatores, quatenus sibi in personam dilecti sui Luderi, nati Marquardi de Huda, armigeri, clerici Bremensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu ecclesie Verdensis ac cantoria eiusdem ecclesie, vacante per obitum Hermanni de Stocken, quondam eiusdem ecclesie ultimi cantoris, qui extra Romanam curiam diem suum clausit extremum, et cuius[a]) collacio iuxta Lateranensis statuta concilii est hac vice apud sedem apostolicam legitime devoluta, eidem Ludero dignemini providere, prebendam, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod nullus in ipsa ecclesia eandem cantoriam habere possit, nisi actu inibi canonicus prebendatus existat, seu quod idem Luderus canonicatum et prebendam collegiate ecclesie sancti Andree Verdensis noscitur obtinere, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.

Clementis VI S. V 3 (12) f. 102′. — a) ‚eius‘ S. — 1) supplicavit pro eodem similiter etiam Carolus rex ipse (vide num. 715 pag. 455); litteras autem vide sub num. 804.

814. *Carolus, in regem Romanorum electus, supplicat, quatenus Nicolao quondam Lipoldi de Miličín de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem archiepiscopi et capituli Pragensis provideatur.*

Avinione, 1346 Novembris 22.

Supplicat S. V. devotus v. f. Karolus, in regem Romanorum electus,[a]) quatenus sibi in personam dilecti sui clerici Nicolai, nati quondam Lypoldi de Miliczin, Pragensis diocesis, graciam specialem facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si personatus, officium vel media prebenda existat, spectante ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem . . archiepiscopi, . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim, si quod, quis vel que in dicta ecclesia vel extra vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri eidem Nicolao dignemini misericorditer providere, et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis, oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Decembris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 105'. — a) sequitur ‚semper augustus', sed cancell. S.

---

815. *Nicolao, nato quondam Lipoldi de Miličín,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani et capituli Pragensis, etiam si in Pragensi ecclesia vel extra existat, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VIIII kal. Decembris a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii Montis Sion prope Pragam et Johanni de Pistorio, sancti Salvatoris Traiectensis, capellano nostro, ac Omnium Sanctorum regiae capellae in castro Pragensi decanis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

| =
.X X.

Avinione, 1346 Novembris 23.

Clementis VI A. V/7 (91) f. 87 n. 108, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 175 f. 50 n. 108. — a) ‚Lypoldi de Miliczin' A.

---

816. *Carolus, in Romanorum regem electus, et Gerlachus,*[a]) *archiepiscopus Maguntinus, supplicant, quatenus Rutgero de Ghenehofen,(?)*[b]) *clerico commensali eiusdem archiepiscopi, de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Johannis Leodiensis vacantibus provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione VI kal. Decembris a. quinto.'*

Avinione, 1346 Novembris 26.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 112'. — a) ‚Gerlacus' S. b) ‚Ghenehouen' S.

817. *Episcopo Frisingensi et praeposito Sosatiensis, Coloniensis diocesis, ac decano sancti Gereonis Coloniensis ecclesiarum mandatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum,*[1] *quatenus Rutgero de Ghenehofen, (?)*[a] *clerico Coloniensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia sancti Johannis Leodiensis vacantes conferant et assignent. ,D. Auinione VI kal. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 79.*

V
.X. *Avinione, 1346 Novembris 26.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 460′ n. 171, de praebendis vacantibus qu. 6 = V. 177 f. 262′ n. 170 (sic!). — a) ,Ghenehouen' A. — 1) de supplicatione Gerlaci, archiepiscopi Maguntini, (vide num. 816), hic nulla fit mentio.

818. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, quatenus iis, quae magister Nicolaus de Lucemburgo retulerit, fidem adhibeat.*

Avinione, 1346 Novembris 27.

C. in Ch. f. Carolo, regi Romanorum illustri. Certa tam super facto c. in Ch. f. n. Ludouici, regis Vngarie illustris, quam tuo progressu in Italiam et quibusdam aliis d. f. magistro Nicolao de Lucemburgo, preposito ecclesie Satzensis, Pragensis diocesis, capellano nostro familiarique tuo, explicanda tue celsitudini duximus imponenda, super quibus eidem a tua magnificencia petimus fidem dari. D. Auinione V kal. Decembris a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 172′ n. 756. Ed. Werunsky, Excerpta n. 139, Huber 778 n. 189.

819. *Nicolao de Bohemia conceditur, ut in partibus transmarinis aliqua loca recipere et ibidem oratoria ordinis sui construere possit.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Novembris 30.*

D. f. Nicolao dicto de Boemia, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, s. etc. Christiane fidei, sine qua non iacitur stabile fundamentum nec est alicui gracia neque salus, adaugeri cultum ubilibet super omnia desiderabilia cordis nostri attencius cupientes, piis desideriis devotorum, ad dilatacionem ipsius fidei operosa solicitudine laborancium, libenter apostolici favoris auxilium impartimur. Cum itaque sicut accepimus tu fueris longis temporibus inter infideles in partibus transmarinis causa seminandi evangelicum semen in divini cultus et christiane religionis augmentum et iterum redire desideres ad easdem, in quibus fratres dicti ordinis, cuius tu professor existis, nullum locum habere noscuntur: nos, tuis in hac parte devotis supplicacionibus inclinati, ut tu cum aliquibus aliis fratribus dicti ordinis, quos tecum ducere volueris, aliqua loca apta in dictis

partibus recipere et in eorum quolibet oratorium seu ecclesiam cum campana et campanali ac claustro et cimiterio ac domibus et aliis necessariis officinis construere [valeas][a] iuxta morem dicti ordinis, absque preiudicio iuris parrochialium ecclesiarum et cuiuslibet alieni, constitucione f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, et qualibet alia contraria non obstante, devocioni tue plenam et liberam auctoritate presencium licenciam elargimur. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione II kal. Decembris a. quinto.

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 216', de indultis etc. qu. 4 = V. 174 f. 328' n. 952. — [a]) deest in V., suppl. ab editore.

---

820. *Arnestus, archiepiscopus Pragensis, supplicat, quatenus Budislao quondam Galli de Vyšehořovicz de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus provideatur. Supplicat etiam Nicolaus de Lucemburgo, quatenus Theobaldo quondam Martini de Lucemburgo canonicatus et praebenda in ecclesia sancti Castoris in Confluentia vacantes conferantur.*

Avinione, 1346 Decembris 2.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Arnestus, archiepiscopus Pragensis, quatenus sibi in personam dilecti capellani sui Budislai, nati quondam Galli de Wissehorziewicz, Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda Olomucensis ecclesie, vacantibus in curia S. V. per liberam resignacionem devoti f. v. Johannis quondam Gregorii de Drazicz, Pragensis diocesis, eiusdem ecclesie canonici prebendati, in manibus reverendissimi in Christo patris et domini Guidonis, tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, de mandato vestro sibi facto oraculo vive vocis sponte factam, dignemini providere, non obstante, quod idem Budislaus altare sancte Crucis in ecclesia Pragensi et canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia collegiata Tynensi, Pragensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat S. V. devotus capellanus vester Nicolaus de Lucemburch, ambaxiator regis Romanorum, quatenus sibi in personam Theobaldi quondam Martini de Lucemburch, consanguinei sui, specialem graciam facientes, eidem Theobaldo de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Castoris in Confluencia, Treuerensis diocesis, ad presens vacantibus in curia S. V. per liberam resignacionem ipsius Nicolai, eiusdem ecclesie prebendati canonici, in manibus reverendi in Christo patris domini Guidonis, tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, de mandato vestro sibi facto oraculo vive vocis sponte factam, dignemini providere, non obstante, quod idem Theobaldus in ecclesia Pragensi canonicatum et prebendam noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.

Clementis VI S. V/3 (12) f. 120.

821. *Budislao, nato quondam Guillelmi de Vyšehořovicz,*[a]) *conferuntur canonicatus et praebenda ecclesiae Olomucensis, quos Johannes quondam Gregorii de Dražicz, clericus Pragensis diocesis, per Johannem de Tassor,*[b]) *canonicum ecclesiae Vyssegradensis prope Pragam, procuratorem suum, in manibus Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, apud sedem apostolicam sponte resignavit, non obstante ut in n. 820. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.' In e. m. archiepiscopo Pragensi et praeposito Cunicensi,*[c]) *Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

.X X. *Avinione, 1346 Decembris 2.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 444 n. 153, de praebendis vacantibus qu. 6 = V. 177 f. 252' n. 152 (sic!). — Ed. CDM. VII n. 687. — a) ‚Wissehorziewrez' A. b) ‚Tassaw' A. c) ‚Chunicensi' A.

---

822. *Nicolaus, episcopus Quinqueecclesiensis, supplicat praeter alia, quatenus Johanni, nato Johannis de Zaran, (?)*[a]) *clerico Vratislaviensis diocesis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Jauriensi vacantibus provideatur. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Michaeli, nato dicti Johannis de Zavan, (?)*[b]) *dictae diocesis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Transsilvana vacantibus provideatur. ‚Fiat R.' Item supplicat, quatenus Johanni Alberti de Gubin, clerico Misnensis diocesis, archidiaconatus de „Ozyagh", vacans in ecclesia Quinqueecclesiensi, conferatur. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus eisdem viris propter magnam loci distantiam et viarum discrimina examen remittatur vel saltem in partibus committatur gratiose. ‚Committatur in partibus R.' . . . . ‚D. Auinione IV non. Decembris a. quinto.'*

Avinione, 1346 Decembris 2

Clementis VI S. V/3 (12) f. 153. — a) ‚Zauan' S. b) ‚Zauan' S.

---

823. *Abbati monasterii de Pecsvaradino*[a]) *mandatur, quatenus Johanni, nato Johannis de Zaran, clerico Vratislaviensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia Jauriensi vacantes conferat. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 79.*

X
.X. *Avinione, 1346 Decembris 2.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 431' n. 139, de praebendis vacantibus qu. 5 = V. 177 f. 245 n. 139. — a) ‚Pethuaradino' A.

---

824. *Abbati monasterii in Pecsraradino.*[a] *Quinqueecclesiensis diocesis, mandatur, quatenus Michaeli, nato Johannis de Zaran,*[b] *clerico Vratislariensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia Transilvana vacantes conferat. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 79.*

X
.X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 131′ n. 138, de praebendis vacantibus qu. 5 = V. 177 f. 241′ n. 138. — Reg. Theiner, MH. I n. 1096 *g*. — a) ‚Pethuaradino‘ A. b) ‚Zauan‘ A.

---

825. *Episcopo Bosnensi mandatur, quatenus Johanni Alberti de Gubin, clerico Misnensis diocesis, ad supplicationem Nicolai, episcopi Quinqueecclesiensis, archidiaconatum de Ozyagh*[a] *in ecclesia Quinqueecclesiensi vacantem, conferat. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 443.*

X
.X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 197 n. 91, de dignitatibus vacantibus qu. 4 = V. 177 f. 147 n. 86 (sic!). — a) ‚Czyath‘ A.

---

826. *Mathiae Henrici, militi Vratislariensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 272 n. 460, de absolutione qu. 1 = V 176 f. 301′ n. 460.

---

827. *Henrico Henrici, laico Vratislariensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.‘ Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 272 n. 461, de absolutione qu. 1 = V. 176 f. 301′ n. 461.

828. *Catherinae Henrici, mulieri Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 65.*

≡ .X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 272 n. 462, de absolutione qu. 1 = V. 176 f. 301′ n. 462.

---

829. *Hedrigi*[a]) *Henrici, mulieri Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 65.*

≡ .X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 272 n. 463, de absolutione qu. 1 = V. 176 f. 301′ n. 463.
a) ‚Hedeuid' A.

830. *Gertrudae*[a]) *Henrici, mulieri Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IIII non. Decembris a. quinto.' Forma ut in n. 65.*

≡ .X.

Avinione, 1346 Decembris 2.

Clementis VI A. V/5 (89) f. 272 n. 464, de absolutione qu. 1 = V. 176 f. 301′ n. 464. —
a) ‚Gerdrude' A.

---

831. *Magistro Geraldo de Magnaco mandatur, quatenus ad Carolum, regem Romanorum, accedat, approbationem electionis ei praesentet et ab eo super certis promissionibus iuramentum recipiat.*[1])

Avinione, 1346 Decembris 4.

D. f. magistro Geraldo de Magnaco, archidiacono de Baltesio in ecclesia Constantiensi, capellano nostro, s. Attendentes, quod c. in Ch. f. n. Carolus, rex Romanorum illustris, cuius personam pridem observatis et adhibitis hiis, que observari et adhiberi circa talia consueverunt et debent, de fratrum nostrorum consilio approbavimus ipsumque regem Romanorum nominavimus et decrevimus nominandum ac idoneum ad suscipiendam imperialis culminis dignitatem, sibi postulatos a nobis pro parte sua nostros favores et gracias concedentes, certa promissiones et iuramenta inferius denotata facere ac prestare infra octo dies post recepcionem litterarum nostrarum, super approbacione huiusmodi et aliis

supradictis confectarum, tenetur, nobis suas patentes litteras inde confectas sigilloque suo regio communitas tenoris et continencie infrascripte nichilominus e vestigio destinando: nos, de tua fidelitatis et circumspeccionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus litteras nostras, super approbacione predicta ut prefertur confectas,[2] quas tibi fecimus assignari, memorato regi deferens et presentans, ab ipso nomine nostro et ecclesie Romane ac sedis apostolice successorumque nostrorum, Romanorum pontificum, promissiones et iuramenta recipias supradicta ac de prestacione et recepcione huiusmodi publicum instrumentum, litterarum eiusdem regis predictarum seriem continens sigillique tui munimine roboratum, seu patentes ipsius regis litteras, continentes predictarum suarum litterarum de verbo ad verbum tenorem, confici facias ac instrumentum predictum vel litteras ipsas, tenorem aliarum regiarum litterarum ut premittitur continentes, una cum eisdem litteris dicti regis, super promissionibus et iuramentis predictis confectis, nobis deferre vel per fidelem nuncium quantocius mittere non postponas. Tenor vero litterarum predictarum regiarum, promissiones et iuramenta, que rex prenominatus faciet et prestabit, continencium, per omnia erit talis: [Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Clementi, sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Carolus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, cum reverencia debita et devota pedum oscula beatorum. Summis et ferventibus desideriis . . . . et quod contra premissa vel eorum aliqua per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte aliqua racione, occasione vel causa, ingenio vel colore nullatenus veniemus.][3] D. Auinione II non. Decembris a. quinto.

Clementis VI A. V 7 (91) f. 272–277′ n. 26, post quaternum ‚de curia' cum nota: ‚Scribantur littere iste in quaterno de curia' — V. 177 f. 14′—18 n. 28. Scriptum etiam in V. 140 (secr. a. V) n. 783. — Ed. Theiner, Codex dominii temporalis II n. 170, Vatik. Akten n. 2312. [1]) taxatio illegibilis. [2]) vide num. 739. [3]) litteram insertam vide apud Theiner l. c. Iuramenta ipsa vide apud Raynald XVI pag. 233—236, §§ 19—27.

832. *Carolus, rex Romanorum, absolvitur ab omni periurii macula sive nota, quam propter omissionem et retardationem iuramenti promissi fortasse incurrerat.*

. L . *Avinione, 1346 Decembris 18.*

C. in Ch. f. Carolo, regi Romanorum illustri, s. Vota tua, carissime fili, et[a]) presertim illa, que consciencie tue pacem respiciunt, benigno libenter favore prosequimur eisque, si egeant, pronam adicimus apostolice clemencie lenitatem. Exhibita siquidem nobis nuper pro celsitudinis tue parte peticio continebat, quod tu nonnulla iuramenta, que, priusquam in Romanorum regem fores electus, nobis et apostolice sedi prestiteras, post eleccionem ipsam infra dies octo renovare, prout ex ipsorum iuramentorum serie tenebaris, cum ad hoc sicut asseris non

crederes te teneri, nisi prius ex nostra et dicte sedis parte requisitus existeres, omisisti, quamquam illa postmodum per aliquos paucos dies, sicut per litteras tuas et publica documenta, tuo sigillo munita, nobis plenarie constitit, fuerint per te iuxta prefatam seriem fideliter et plenarie renovata. Quare nobis humiliter supplicasti, ut ad tollendum omne conscienciе tue scrupulum providere tibi super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, omnem periurii maculam sive notam, que propter omissionem et retardacionem huiusmodi tibi forsan posset impingi, ex certa sciencia et apostolice plenitudine potestatis tenore presencium penitus abolemus. Nulli ergo etc. nostre abolicionis infringere etc. D. Auinione XV kal. Januarii a. quinto.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 182′ n. 275, diversarum formarum qu. 7, sed cancellata cum nota: ‚Scripta est in quaterno de curia'. In V. 176 loco debito deest. Iterum registrata in A. V/7 (91) f. 277′ n. 27 post quaternum ‚de curia' cum nota: ‚Scribantur littere iste in quaterno de curia' = V. 177 f. 18 n. 29 (!). — Ed. Ludewig, Reliquiae 6, 14, Lünig, Codex Germ. 1, 379, Huber 504 n. 10, CDM. VII n. 689, Vatik. Akten n. 2313. — [a]) suppl. supra.

---

833. *Theodericus, monachus monasterii in Lenin, Cisterciensis ordinis, Brandenburgensis diocesis, ordinem ipsum expresse professus, in sacerdotio constitutus, praeficitur in episcopum Sareptanum; cui munus consecrationis a Petro, episcopo Sabinensi, apud sedem apostolicam impensum est. ‚D. Auinione XV kal. Januarii a. quinto.' — In e. m. capitulo ecclesiae et clero ac populo civitatis et diocesis Sareptanae.*

====
X X X X
.X X X X. *Avinione, 1346 Decembris 18.*

Clementis VI A. V/5 (89) f. 55 n. 41 = V. 177 f. 63′ n. 41.

---

834. *Nicolao dicto de Bohemia, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, indulgetur, si ipse ad partes transmarinas se conferre non possit, ut Petrus Alberti vel Dominicus de Ast, eiusdem ordinis professores, quos secum proponit ad partes ducere memoratas, idem libere exequi possint. ‚D. Auinione IIII kal. Januarii a. quinto.'*

Gratis pro deo. *Avinione, 1346 Decembris 29.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 225′, de indultis etc. qu. 5 = V. 174 f. 334 n. 994.

835. *Archiepiscopo Gneznensi mandatur, quatenus cum Semovito, duce Mazoviae, et Eufemia, nata Nicolai, ducis Opaviae, super matrimonio iam contracto dispenset.*

.X̿. *Avinione, 1347 Januarii 4.*

V. f. . . archiepiscopo Gneznensi s. Exhibita nobis d. f. nobilis viri Semouiti, ducis Mazouie, tue diocesis, ac dilecte in Christo filie nobilis mulieris Eufamie, nate d. f. nobilis viri Nicolai, ducis Opauie, Olomucensis diocesis, in eadem tua diocesi commorantis, peticio continebat, quod olim ipsi, ignorantes aliquod impedimentum existere, quod inter eos matrimonium impediret, matrimonium, bannis prius secundum morem patrie editis, per verba de presenti in facie ecclesie publice contraxerunt et deinde carnali inter eos copula subsecuta sobolem procrearunt, quodque postmodum ad eorum pervenit noticiam, quod ipsi tercio et quarto consanguinitatis gradibus se contingunt, propter quod non possunt in ipso matrimonio sine dispensacione apostolica licite remanere. Quare prefati Semouitus et Eufamia nobis humiliter supplicarunt, ut, cum verisimiliter timeatur, quod, si divorcium fieret inter eos, possent ex hoc gravia scandala et discrimina suboriri, providere ipsis in hac parte de oportune dispensacionis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur, qui salutem querimus singulorum et libenter inter Christi fideles, maxime nobiles et potentes, quietis et pacis commoda procuramus, dictorum Semouiti et Eufamie animarum saluti consulere necnon dictis scandalis et discriminibus obviare salubriter intendentes, huiusmodi supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de cuius circumspeccione plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si est ita, cum eisdem Semouito et Eufamia, quod impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante possint in huiusmodi matrimonio licite remanere, apostolica auctoritate dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam decernendo. D. Auinione II[a]) non. Januarii a. quinto.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 197 n. 311, diversarum formarum qu. 7 = V. 176 f. 151 n. 311. Ed. CDM. VII n. 692, Theiner MP. I n. 652. — a) suppl. supra.

836. *Nicolao dicto Bohemo fructus ex quodam beneficio in castro dicto Tarnov percepti remittuntur.* [1])

V
.X. *Avinione, 1346 Januarii 4.*

D. f. Nicolao dicto Boemo, canonico domus Sepulcri Dominici Jerosolimitani Mechouiensis, ordinis sancti Augustini, Cracouiensis diocesis, s. etc. Religionis zelus et alia tuarum virtutum merita, quibus personam tuam fidedignorum testimonio iuvari percepimus, merito nos inducunt, ut te dono specialis gracie prosequamur. Exhibita siquidem nobis tua peticio continebat, quod, cum olim tu et certi alii canonici domus Sepulcri Dominici Jerosolimitani Mechouiensis, ordinis

sancti Augustini, Cracouiensis diocesis, cuidam, in prepositum dicte domus in eadem domo per potenciam laicalem intruso, adherere renueretis et vero preposito eiusdem elegissetis pocius obedire, et propter hoc verus prepositus ac tu et alii canonici predicti bonis vestris per ipsam potenciam nudati et per aliquod tempus carcerali squalore[a]) constricti fuissetis, demum te et ipsis, sicut domino placuit, exinde liberatis, dicti alii canonici, in solo natali existentes, eorum consanguineos et amicos pro sui victus necessariis adierunt, tu vero, cum esses alienigena nec haberes, apud quem pro tue vite suffragiis declinares, domum ipsam et habitum, non tamen apostatandi animo, derelinquens, in obsequio cuiusdam nobilis te locasti et postmodum ad quoddam perpetuum beneficium ecclesiasticum sine cura, in quodam castro dicti nobilis, Thamow nuncupato, dicte diocesis, consistens, cuius idem nobilis patronus existit, alias tamen canonice, per eundem nobilem presentatus et in eo per loci ordinarium institutus et de illo investitus fuisti fructusque ex eodem beneficio annis pluribus percepisti, decursu vero temporis reversus fuisti ad ordinem prelibatum dictumque beneficium dimisisti et ab excommunicacionis sentencia, quam incurreras, dictum habitum dimittendo, extitisti canonice absolutus, et postea quandam parrochialem ecclesiam, cuius fructus, redditus et proventus dumtaxat tres marchas argenti secundum taxacionem decime annis singulis valere noscuntur, fuisti canonice assecutus. Quare nobis humiliter supplicasti, ut huiusmodi fructus, redditus et proventus, per te ex beneficio predicto ut predicitur perceptos, tibi remittere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso, huiusmodi supplicacionibus inclinati, predictos fructus, redditus et proventus, per te ut premittitur ex beneficio predicto perceptos, tibi auctoritate apostolica remittimus et donamus. Nulli ergo etc. nostre remissionis [et][b]) donacionis infringere etc. D. Auinione II non. Januarii a. quinto.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 214 n. 333, diversarum formarum qu. 8 = V. 176 f. 163 n. 333. — [a]) ‚scalore‘ A. [b]) deest in A., suppl. ab editore. — [1]) cfr. num. 691.

---

837. *Clemens papa VI gratulatur Carolo, regi Romanorum, super coronatione sua.*

Avinione, 1347 Januarii 6.

C. in Ch. f. Carolo, regi Romanorum illustri. Regalis excellencie tue litteras, per d. f. Aymericum de Claustro, tuum familiarem et nuncium, nostro apostolatui presentatas, leta manu recepimus et earum seriem pleno collegimus intellectu. Cumque per eas te, fili carissime, in oppido Bunnensi tue coronacionis recepisse solennia et alia exercuisse gesta regalia ut decebat nobis ad consolacionem et gaudium intimaris, scire tuam regiam celsitudinem volumus, quod, cum ex tuis prosperis successibus prosperemur, hec nobis magne iocunditatis et exultacionis materiam ministrarunt, devotis precibus dominum exorantes, ut ipse, qui

nunquam cessat a benediccionibus graciarum super te iugiter suam benediccionem effundens, tibi super tuis actibus director propicius et auxiliator benignus assistat, tu vero, fili dilectissime, in eo, qui nunquam in se sperantes deserit, figens inter mundialium procellas turbinum anchoram spei tue, semper ad illa, que sue maiestati grata et accepta esse credideris, dirigere studeas vota tua. D. Auinione VIII id. Januarii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 199 n. 877. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 140 Huber 778 n. 190.

*838. Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, **supplicat**, quatenus Bernardo de Norodompno de parrochiali ecclesia **beati Martini de Brossa provideatur.***

Avinione, 1347 Januarii 17.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Guillelmus, sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus sibi in personam domini B[ernhardi] de Nouodompno, devoti capellani vestri et auditoris vestri sacri palacii atque sui, specialem graciam facientes, de ecclesia parrochiali beati Martini de Brossa, Ruthenensis diocesis, cuius ecclesie fructus[a]) summam XL librarum Turonensium secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, vacante per mortem domini Ademari Jory, consanguinei prefati domini B[ernhardi], qui extra curiam Romanam diem clausit extremum, et cuius beneficia ante eius obitum erant per sedem apostolicam reservata, eidem B[ernhardo] dignemini providere, dispensantes cum eodem, ut dictam ecclesiam cum thesauraria sua, quam in ecclesia Turonensi obtinet, que dignitas in eadem ecclesia reputatur, recipere canonice valeat et eciam obtinere, non obstante, quod in dicta Turonensi canonicatum et prebendam et dictam thesaurariam et in sancti Martini Turonensis et Wratislauiensis ecclesiis canonicatus et prebendas et in prefata sancti Martini dignitatem, personatum, preposituram vel officium absque aliqua dispensacione expectet et in Eboracensi in Anglia ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende obtinere noscatur, cum non obstantibus aliis omnibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat et dispensamus R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Februarii a. quinto.

Clementis VI S. V|1 (10) f. 13. — a) sequitur ‚ecclesie', sed cancellatum.

***839.** Magistro Bernardo de Norodompno, legum doctori, capellano papae, qui etiam palatii apostolici causarum auditor existit, providetur ad supplicationem Guillelmi, sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, cuius capellanus et auditor est, de parrochiali ecclesia beati Martini de Brossa, vacante, Ruthenensis diocesis, non obstante ut in n. 838. ‚D. Auinione XVI kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 178.*

Gratis. *Avinione, 1347 Januarii 17.*

Clementis VI A. V/1 (86) f. 207, de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 173 f. 179' n. 337.

***840.** Albertus, secretarius excellentis principissae dominae Elisabeth,[a]) reginae Ungariae,[b]) supplicat, quatenus nepoti suo Nicolao Henrici de Strigovio, Vratislaviensis diocesis, de canonicatu Bosnensi,[c]) alias de Dyako, sub expectatione dignitatis, personatus seu officii cum vel sine cura provideatur. ‚Fiat R. Eciam de dignitate R. . . . . Item examen dicti Nicolai dignemini in partibus committere. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Februarii a. quinto.'*

Avinione, 1347 Januarii 25.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 34. — [a]) ‚Helisabeth' S. [b]) ‚Hungarie' S. [c]) ‚Rosnensi' S., emend. ab editore.

***841.** Elisabeth, regina Ungariae, supplicat, quatenus Ladislao de Vilémov provideatur de canonicatibus et praebendis, quos Jacobus, praepositus Bachiensis, obtinet, et qui brevi vacare sperantur.*

Avinione, 1347 Januarii 25.

Supplicat S. V. devota filia vestra Elizabeth, regina Hungarie, quatenus sibi in personam dilecti sui magistri Ladislai de Wilyehnow, Pragensis diocesis, informatoris illustris principis domini ducis Stephani, incliti nati sui, specialem graciam facientes, preposituram ecclesie Bachiensis, unite Colocensi, ac canonicatum et prebendam dicte Bachiensis necnon canonicatus et prebendas Titullensis, Colocensis diocesis, ac Zagrabiensis et Quinqueecclesiensis ecclesiarum, quam ac quos et quas Jacobus, prepositus Bachiensis, in dictis ecclesiis obtinet, que et quos et quas vacare in brevi speretur per professionem expressam faciendam per dictum Jacobum ordinis sancti Pauli primi heremite, quem ordinem dictus Jacobus noviter in partibus est ingressus, conferendam et conferendas et conferendos dicto Ladislao cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice dignemini reservare, quamprimum dictus Jacobus prefatum ordinem fuerit

professus, cum clausulis acceptacionis, inhibicionis, decreti et aliis clausulis oportunis, non obstantibus, quod idem magister Ladislaus in Strigoniensi et Jauriensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinet, ac quod de plebania de Insula Christiana, Transiluanensis diocesis, cuius possessionem nondum est assecutus, eidem auctoritate ordinaria dudum est provisum, ac quod in Waradiensi et Transiluanensi ecclesiis canonicatus et prebendas necnon dignitates, personatus seu officia cum cura vel sine cura auctoritate apostolica noscitur expectare, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat de canonicatu et prebenda et prepositura Bachiensi et de canonicatu et prebenda Quinqueecclesiensi R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Februarii a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 41'.

---

842. *Ladislao de Vilemor,[a]) canonico Strigoniensi, reservantur ad supplicationem Elisabeth, reginae Ungariae, canonicatus et praebenda ac praepositura, qui in ecclesia Bachiensi, Colocensis diocesis, vacare sperantur, non obstante ut in n. 841, ita tamen, ut plebaniam de Insula Christiana, in Transilvanis partibus, Strigoniensis diocesis,[1]) dimittere teneatur, postquam illam praeposituram fuerit assecutus. ‚D. Auinione VIII kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 11.*

V V̿
.X X. — *Avinione, 1347 Januarii 25.*

Clementis VI A. V/3 (tomus 33) f. 482, omnium formarum qu. 1 et unicus. In V. quaterni huiusmodi deficiunt. — [a]) ‚Wilyelmow' A. — [1]) sic A.; in num. 841 vero dicitur: ‚Transilvanensis diocesis'.

---

843. *Ladislao de Vilémor[a]) reservantur ad supplicationem Elisabeth, reginae Ungariae, canonicatus et praebenda ecclesiae Quinqueecclesiensis, qui brevi vacare sperantur, non obstante ut in n. 841, ‚quodque hodie canonicatum et prebendam ac preposituram ecclesie Bachiensis, simili modo vacaturos, conferendos tibi donacioni nostre duximus specialiter reservandos . . . . D. Auinione VIII kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 11.*

.X̿ X̿. — *Avinione, 1347 Januarii 25.*

Clementis VI A. V/6 (90) f. 154 n. 167, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 177 f. 335 n. 165 (sic!). — [a]) ‚Wilyelmow' A.

844. *Liborius*[a]) *de Brema, miles et servitor illustris principis domini Karoli, regis Romanorum, supplicat, quatenus Alberto, filio suo, canonicatus et praebenda ecclesiae Bremensis confirmentur aut de novo conferantur, et dignitas, personatus vel officium, si vacat ibidem, vel cum vacaverit, conferendum reservetur. ‚Providemus sibi R.' — Item supplicat, quatenus Herberno dicto Dukel, clerico Bremensi, de canonicatu et praebenda in ecclesia Bremensi vacantibus provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione VII kal. Februarii a. quinto.'*

Avinione, 1347 Januarii 26.

Clementis VI S. V. 1 (10) f. 36. — a) ‚Lyborius' S.

---

845. *In civitate Pragensi erigitur studium generale.*

.L. *Avinione, 1347 Januarii 26.*

Clemens episcopus, s. s. d., ad perpetuam rei memoriam. In suprema dignitatis apostolice specula quamquam insufficientibus meritis[a]) divine dispensacionis munere constituti, ad universas fidelium regiones eorumque profectus et commoda tamquam universalis dominici gregis pastor commisse nobis speculacionis aciem, quantum nobis ex alto permittitur, extendentes, fidelibus ipsis ad querenda litterarum studia, per que divini nominis sueque catholice fidei cultus protenditur, iusticia colitur, tam publica quam privata res geritur utiliter[b]) omnisque prosperitas humane condicionis augetur, graciosos libenter favores impendimus et oportune commoditatis[c]) auxilia impartimur. Nuper siquidem pro parte c. in Ch. f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, nobis exposito, quod in hereditario regno suo Boemie multisque aliis eidem regno finitimis regionibus atque terris generale studium, quod in illis partibus summe foret expediens, non habetur, quodque metropolitica Pragensis civitas, in ipsius regni medio locoque saluberrimo[d]) sita et a[e]) diversarum parcium gentibus frequentata ac in victualibus aliisque vite necessariis copiosa, ad huiusmodi generale regendum, cum particulare dudum in ea fuerit studium, accommoda multum existeret: nos, considerantes eximiam devocionis et fidei puritatem, quam tam ipse Karolus et predecessores sui, Boemie reges, quam eiusdem regni incole ad sanctam Romanam ecclesiam gessisse ac ipsi Karolus rex et incole gerere dinoscuntur, ferventi desiderio ducimur, ut regnum ipsum, quod divina bonitas multitudine populi rerumque[f]) copia predotavit, fiat litterarum fertilitate fecundum, ac in eo, quemadmodum auri et argenti fore dinoscitur, sic scienciarum prevalencium sit minera, ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi, litteralibus cupientes imbui documentis. Hiis igitur omnibus et presertim amenitatibus civitatis prefate[g]) diligenti examinacione pensatis, ad huiusmodi universale non solum premissorum eiusdem regni et regionum circumadiacencium incolarum, sed eciam aliorum, qui de diversis mundi partibus ad eandem confluent civitatem, commodum et profectum paternis[h]) affectibus anhelantes, dicti regis supplicacionibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio

apostolica auctoritate statuimus, ut in dicta civitate Pragensi perpetuis futuris temporibus generale studium vigeat in qualibet licita facultate, et quod legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus ac immunitatibus, concessis doctoribus, legentibus et studentibus, commorantibus in studio generali, gaudeant et utantur, quodque illi, qui processu temporis sciencie margaritam fuerint in illa facultate, in qua studuerint, assecuti sibique docendi licenciam, ut alios erudire valeant, ac magisterii honorem seu titulum pecierint impartiri, per magistros seu magistrum illius facultatis, in qua examinacio fuerit facienda, . . archiepiscopo Pragensi, qui est pro tempore, presententur, [i]) idem quoque [l]) archiepiscopus, doctoribus et magistris in eadem facultate inibi actu regentibus convocatis, illos in hiis, que in [m]) promovendis ad doctoratus seu magisterii honorem requiruntur, per se vel alium iuxta modum et consuetudinem, que super talibus in generalibus studiis observantur, examinare studeat diligenter eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, huiusmodi licenciam tribuat ac honorem seu titulum conferat magistralem. Illi vero, qui in eodem studio dicte civitatis examinati et approbati fuerint ac docendi licenciam et honorem seu titulum magisterii obtinuerint, ut est dictum, extunc absque examine ac [n]) approbacione alia regendi et docendi tam in civitate predicta quam alibi ubicumque, quibuscumque tam dicte civitatis quam quorumlibet aliorum locorum seu generalium studiorum, in quibus voluerint regere vel docere, statutis et consuetudinibus contrariis, apostolica vel alia quacumque firmitate vallatis, nequaquam obstantibus, plenam et liberam habeant facultatem. Nulli ergo [o]) omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis infringere [p]) vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Auinione septimo [q]) kal. Februarii p. n. [r]) a. quinto.

Originale in archivio universitatis Pragensis, bulla deest. Registratum in Clementis VI A V/3 (tomus 33) f. 309, de indultis etc. qu. 8 = V. 174 f. 381′ n. 1169, — Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI, 259; Lünig, Cod. Germ. I, 1051; Dobner MBH. VI, 302; Berghauer, Protomartyr poenitentiae I, 73; Schnabel. Geschichte der iurid. Fakultät zu Prag I, 133; CDM. VII n. 696; Monum. Univ. Prag. tom. II pag. 219 num. 1; Huber, 504 n. 11. — [a]) ‚meritis meritis‘ V. [b]) ‚utiliter geritur‘ V. [c]) ‚commditatis‘ Or. [p]) ‚saluberimo‘ Or. [e]) ‚ad‘ Or., corr. ab editore. [f]) ‚rerum‘ V. [g]) ‚prefati‘ V. [h]) ‚paternibus‘ V. [i]) ‚presentetur‘ Or. [l]) ‚idemque‘ V. [m]) deest in V. [n]) ‚et‘ V. [o]) sequitur ‚etc.‘ in V., loco ‚omnino — paginam‘. [p]) sequitur ‚etc.‘ in V. loco ‚vel ei — incursurum‘. [q]) sic Or., ‚VII‘ V. [r]) ‚pontificatus nostri‘ deest in V.

846. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus Conrado et Raboni dictis Kochner de Bopfingen, Johanni dicto de Nenningen et Ulrico dicto Vetzer de canonicatibus et praebendis provideatur et monasterio in Herbrechtingen parrochiales ecclesiae in Niederstoltzingen et Setzingen incorporentur.*

Avinione, 1347 Januarii 27.

Supplicat S. V. devotus vester et sancte Romane ecclesie filius Karolus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, quatenus sibi in personam dilecti sui Conradi dicti Kochner de Bopphingen, in iure canonico studentis, cui revera

vite et morum honestas et alia virtutum probitatis merita suffragantur, specialem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie Eystensis */sic!/* dignemini providere, prebendam in dicta ecclesia vacantem vel vacaturam sibi conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione etc., non obstante, quod in Wysenstaig et Herridensi, Constanciensis et Eystensis diocesium, canonicatus et prebendas ac altare beate Virginis in Grauenburhen, Augustensis diocesis, noscitur obtinere, seu quod in prefata Eystensi ecclesia statutum iuramento firmatum existit, quod nullus existens in prefata Herridensi ecclesia canonicus prebendatus recipiatur in dicta Eystensi ecclesia in canonicum et in fratrem, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. [1])

Item supplicat, quatenus similem ut supra graciam facere dignemini Raboni dicto Kochner de Bopphingen de canonicatu et prebenda in ecclesia Fuhtwacensi, Augustensis diocesis, cum acceptacione et non obstantibus et clausulis aliis ut supra.

Fiat R. [2])

Item supplicat ut supra proximo pro Johanne dicto de Nemingen pro canonicatu et prebenda in ecclesia sancti Mauricii Augustensis, cum acceptacione etc., non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Asche, Constanciensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat R. [3])

Item supplicat, quatenus similem ut supra graciam facere dignemini Vlrico dicto Vetzer, studenti in iure canonico, de canonicatu et prebenda ecclesie Augustensis, cum acceptacione etc., non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Staynhem, Augustensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat R. [4])

Item supplicat, quatenus tribus absentibus propter viarum discrimina beatitudo predicta remittere dignetur examen.

Fiat R.

Item significat, quod monasterium in Herbrehitingen, in quo prepositus et canonici regulares ordinis sancti Augustini existunt, Augustensis diocesis, per fautores dampnati Ludouici de Bauaria in bonis suis in maxima parte devastatum est et destructum; quare supplicat, quatenus ipsis et eorum monasterio paterno compacientes affectu ecclesias parrochiales in Nyderstotzingen et in Setzingen, dicte diocesis, de patronatu eorum existentes, quarum fructus, redditus et proventus valorem annuum XVIII marcharum argenti secundum taxacionem decime non excedunt, ipsis et eorum monasterio pro suis necessitatibus relevandis dignemini imperpetuum incorporare, annectere et unire, ita quod cedentibus vel decedentibus dictarum ecclesiarum rectoribus etc., reservata etc., contradictores etc., et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat de altera, quam eligant in cancellaria R.[5]) Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI kal. Februarii a. quinto.

Clementis VI S. V, 1 *(10)* f. 26. — [1]) vide n. 847. [2]) vide n. 848. [3]) vide n. 849. [4]) vide n. 850. [5]) vide n. 851.

847. *Conrado dicto Kochner de Bopfingen,*[a]) *in iure canonico studenti, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Eichstaettensis*[b]) *sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VI kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1347 Januarii 27.*

Clementis VI A. V/1 (86) f. 598′, de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V 174 f. 12′ n. 21. — a) ,Bopphingen' A. b) ,Eystetensis' A.

848. *Raboni dicto Kochner de Bopfingen*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Furtwangensis,*[b]) *Augustensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VI kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1347 Januarii 27.*

Clementis VI A. V/1 (86) f. 598, de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 174 f. 12 n. 20. — a) ,Boppingen' A. b) ,Fuhtwacensis' A.

849. *Johanni dicto de Nenningen*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae sancti Mauritii Augustensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VI kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1347 Januarii 27.*

Clementis VI A. V/1 (86) f. 597, de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 174 f. 11′ n. 19. — a) ,Nemegen' A.

850. *Ulrico dicto Vetzer, in iure canonico studenti, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Augustensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VI kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1347 Januarii 27.*

Clementis VI A. V/6 (90) f. 151′ n. 164, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 177 f. 353′ n. 162 (sic!)

851. *Monasterio in Herbrechtingen,*[a]) *per praepositum solito gubernari, ordinis sancti Augustini, Augustensis diocesis, ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, incorporatur et unitur parrochialis ecclesia in Niederstoltzingen,*[b]) *eiusdem diocesis. ,D. Auinione VI kal. Februarii a. quinto.' Forma ut in n. 271.*

X
.X.

Avinione, 1347 Januarii 27.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 442' n. 618, diversarum formarum qu. 13 = V. 176 f. 245 n. 616 (sic!). — a) ,Herbrehitingen' A. b) ,Niderstotzingen' A.

852. *Johannes de Dambach, ordinis Praedicatorum, supplicat, quatenus in theologiae facultate licentietur.*

Avinione, 1347 Februarii 10.

Supplicat S. V. f. v. humilis et orator perpetuus frater Johannes de Tambach, ordinis Predicatorum de provincia Theothonie, pro quo rex Romanorum hic in curia in theologica facultate licenciando, tanquam pro singulari et fidelissimo tam Romane ecclesie quam sue persone et status zelatori sibique in allecci-one populi ad suum favorem plurimum profuturo, instantissime supplicavit, cui eciam tam magister sui ordinis viva voce quam provincialis dicte sue provincie per litteras tanquam in ordine suo vita et sciencia approbato de aptitudine ad dictam promocionem excellens testimonium perhibuit,[a]) asserente eodem provinciali, quod pro ipso Parisius ad legendum sentencias assignando sua provincia, nullum magistrum habens, a generalibus capitulis dudum et pluries petivisset, qui eciam, per dominum cardinalem Album una cum pluribus magistris aliis diligenter et acute ter examinatus, intellexit de se apud V. S. bonam relacionem esse factam, quatenus dignemini committere, quod ipse auctoritate vestra in dicta facultate licencietur vel hic in curia per quemcunque vel saltem per magistrum Parisius provincialem huiusmodi provincie in Montepessulano, licet primum istorum et sibi minus dispendiosum et intencioni dicti regis tamquam honorabilius et utilius magis foret ac commodum.

Fiat in Montepessulano R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII id. Februarii a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 49. — Ed. in Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters, Jg. 1887. pag. 611, ubi etiam litterae editae sunt. — a) ,prohibuit' S., corr. ab editore.

853. *Magistro Geraldo de Magnaco, archidiacono de Baltesio in ecclesia Constantiensi, capellano papae, apostolicae sedis nuntio ad Carolum, regem Romanorum, destinato, dantur litterae securi conductus, ut singulis diebus procurationem 4 florenorum petere et exigere possit. ‚D. Auinione V non. Marcii a. quinto.'*

Avinione, 1347 Martii 3.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 309′ n. 1377. — Ed. Vatik. Akten n. 2318.

854. *Abbati monasterii de Campo, Coloniensis diocesis, et sancti Hilarii Pictaviensis ac sancti Georgii Coloniensis ecclesiarum decanis mandatur, quatenus Tilmannum dictum de Gusten, qui dudum in monasterio de Bergis, Cisterciensis ordinis, Coloniensis diocesis, receptus, ibidem amplius quindecim annos monachus erat atque professionem emisit, sed postea de licentia abbatis et Reinaldi, visitatoris eiusdem monasterii de Bergis, ad monasterium de Pomuk, dicti ordinis, Pragensis diocesis, in regno Bohemiae consistens, transiit, in quo plus quam biennium permansit, unde ad monasterium novum sanctae Mariae Virginis de „Eyteren", Cisterciensis ordinis, Traiectensis diocesis, translatus et quatuor annos ibidem commoratus est, ubi propter intollerabilem persecutionem remanere non potest, in eiusdem monasterii de Bergis monachum et fratrem de novo recipi faciant. ‚D. Auinione II non. Marcii a. quinto.'*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Martii 6.*

Clementis VI A. V/4 (88) f. 255′ n. 430, diversarum formarum qu. 10 = V. 176 f. 192′ n. 430.

855. *Ademarus, tituli sanctae Anastasiae presbyter cardinalis, supplicat, quatenus magistro Johanni de Aynonia de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1347 Martii 14.

Supplicat S. V. creatura vestra devota Ademarus, tituli sancte Anastasie presbyter cardinalis, quatenus sibi in personam dilecti sui magistri Johannis, cancellarii ecclesie Wratislauiensis, specialem graciam facientes, eidem Johanni de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus [in][a]) curia per consecracionem reverendo patri Andree, episcopo Ponzaniensi, impensam, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini providere, non obstante, quod cancellariam in Wratislauiensi, que dignitas ibidem existit, necnon canonicatum et prebendam in Garcouiensi ecclesiis ac allodium Preturscha in Wratislauiensi

diocesi obtinet, aut quod sibi de canonicatu sub expectacione prebende in ecclesia Magdeburgensi auctoritate litterarum vestrarum alias est provisum, cum canonicatum et prebendam prefate Gracouiensis ecclesie sit paratus dimittere, quamprimum vigore huiusmodi gracie canonicatus et prebende dicte Wratislauiensis ecclesie fuerit possessionem pacificam assecutus, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II id. Marcii a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 106. — [a]) deest in S., suppl. ab editore.

856. *Johanni de Aynonia*[a]) *providetur ad supplicationem Ademarii, tituli sanctae Anastasiae presbyteri cardinalis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus, non obstante ut in n. 855, ita tamen, ut canonicatum et praebendam ecclesiae Cracoviensis dimittat, postquam vigore praesentis gratiae canonicatum et praebendam in Vratislaviensi ecclesia assecutus fuerit. ‚D. Auinione II id. Marcii a. quinto.' — In e. m. Frisingensi et Lubucensi episcopis ac abbati monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam. Forma ut in n. 4.*

. X X . *Avinione, 1347 Martii 14.*

Clementis VI A. V/1 (86) f. 322, de beneficiis vacantibus qu. 12 = V. 173 f. 252′ n. 486. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [a]) ‚Haynonia' A.

857. *Johannes Dzeczkonis de Ratibor supplicat, quatenus sibi canonicatus et praebenda reserventur, qui in ecclesia Cracoviensi brevi vacare sperantur.*

Avinione, 1347 Martii 14.

Pater sanctissime! Cum nuper S. V. de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, tunc apud sedem apostolicam vacantibus per promocionem, factam per S. V. de domino Andrea, olim ipsius ecclesie canonico, ad episcopatum Posnaniensem, et munus consecracionis, apud eandem sedem susceptum ab ipso, domino Johanni, cancellario eiusdem ecclesie Wratislauiensis, duxerit providendum, et propterea canonicatus et prebenda ecclesie Cracouiensis, quos idem dominus Johannes in eadem ecclesia obtinet, prout se obtulit dimissurum, vacare sperentur in brevi: supplicat S. V. Johannes Dzetzkonis de Ratybor, clericus Wratislauiensis diocesis, notarius et familiaris domini Arnaldi de Cautina, in regnis Vngarie et Polonie S. V. et sedis apostolice nuncii, quatenus sibi specialem graciam facientes, canonicatum et prebendam prefatos ipsius ecclesie Cracouiensis,

cum ipsos per assecucionem pacifice possessionis dictorum canonicatus et prebende ecclesie Wratislauiensis prefate per dictum dominum Johannem faciendam vel alias quovis modo, preterquam per ipsius obitum, vacare contigerit, conferendos eidem Johanni Dzetzkonis cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis exnunc donacioni apostolice dignemini reservare, cum inhibicione, decreto etc. et omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod S. V. eidem Johanni specialem graciam fecerit de canonicatu sub expectacione prebende in dicta ecclesia Cracouiensi, cui expectacioni paratus est renunciare, cum pacificam possessionem dictorum canonicatus et prebende, quos ut premittitur dictus dominus Johannes in ipsa ecclesia Cracouiensi obtinet, fuerit plenarie assecutus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II id. Marcii a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 112.

858. *Johanni Dzeczkonis de Ratibor, qui, ut asserit, Arnaldi de Lacaucina,*[a] *in regnis Ungariae ac Poloniae sedis apostolicae nuntii, notarius et familiaris existit, reservantur canonicatus et praebenda, qui in ecclesia Cracoviensi vacare sperantur, non obstante ut in num. 857, ita tamen, ut litterae, per quas canonicatum sub expectatione praebendae in eadem ecclesia obtinet, postquam canonicatum et praebendam praedictos pacifice assecutus fuerit, nullius roboris existant. ,D. Auinione II id. Martii a. quinto.' — In e. m. episcopo Carpentoracensi et abbati monasterii de Mogila ac praeposito ecclesiae Sandomiriensis, Cracoviensis diocesis. Forma ut in n. 11.*

. X X. *Avinione, 1347 Martii 14.*

Clementis VI A. V/6 (90) f. 153 n. 166, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 177 f. 354' n. 164 (sic!). — [a]) ,Caucina' A.

859. *Carolo, regi Romanorum, Geraldus de Magnaco commendatur.*

Avinione, 1347 Martii 19.

C. in Ch. f. Carolo, regi Romanorum illustri. Ecce, fili carissime, quod d. f. Geraldum de Magnaco, archidiaconum de Baltesio in ecclesia Constanciensi, capellanum nostrum tuumque consiliarium, ad tue celsitudinis presenciam super certis negociis destinantes, eidem, de cuius fidelitate ac circumspeccione plenam gerimus fiduciam, quedam imposuimus specialiter tue magnificencie regie vive vocis oraculo seriosius explicanda, super quibus sibi a te fidem petimus credulam adhiberi. D. Auinione XIIII kal. Aprilis a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 245' n. 1069. — Ed. Werunsky, n. 142. Huber 778 n. 192.

***860.** Arnaldo de Lacaucina mandatur, quatenus processus, contra quondam Nicolaum de Bancz, canonicum Vratislaviensem, et Boleslaum, ducem Bregensem, super certis proventibus, in quibus camerae apostolicae tenebantur, inchoatos, prosequi et aggravare non postponat.*

Avinione, 1347 Martii 21.

D. f. Arnaldo de Lacaucina, scolastico ecclesie Cracouiensis, in Vngarie et Polonie regnorum partibus nostro et apostolice sedis nuncio. Intelleximus, quod dudum v. f. n. Galhardus, archiepiscopus Brundusinus, tunc prepositus ecclesie Titulensis, Colocensis diocesis, in partibus regnorum Polonie et Vngarie apostolice sedis nuncius, adversus quondam Nicolaum de Bante, canonicum Wratislauiensem, et nobilem virum Boleslvnum, ducem Bregensem, racione quorundam proventuum, ad cameram nostram spectancium, in quibus tenebantur eidem, certos processus, tam excommunicacionis quam alias penas et sentencias continentes, auctoritate litterarum sedis apostolice sibi super hoc directarum fecit iusticia exigente, quibus ipsi parere contumaciter et in animarum ipsorum periculum non curarunt. Nos igitur, volentes eiusdem camere providere indempnitatibus super hiis et de tui fidelitatis et circumspeccionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, discrecioni tue [mandamus],[a]) ut contra heredes ac bonorum detentores dicti canonici, sicut asseritur vita functi, et ducem prefatum prosequendo et aggravando processus predictos et alios de novo, sicut oportunum fuerit et tibi expedire videbitur, faciendo super hiis iuxta tenores litterarum, dicto Galhardo archiepiscopo, tunc ut premissum est preposito, directarum, procedere non postponas. Nos enim tibi exequendi et complendi litteras supradictas et contenta in eis adeo plene super ceptis et non ceptis, ac si tibi specialiter directe fuissent et per te processus essent facti predicti, plenam concedimus tenore presencium facultatem. D. Auinione XII kal. Aprilis a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 227′ n. 1085. — a) deest in V., suppl. ab editore.

***861.** Episcopo Olomucensi mandatur, quatenus Smilonem de Vetovia et complices eius ab excommunicatione et reatu homicidii, quod in Voislaum, plebanum in Jerměřicž, commiserant, absolvat.*

X
X
X
.X.

Avinione, 1347 Aprilis 2.

V. f. . . episcopo Olomucensi salutem etc. Illius licet immeriti in terris vicarii constituti, qui parcendo maxime et miserando suam omnipotenciam manifestat, libenter in omnibus actibus nostris misericordiam amplexamur, scientes evangelica veritate dicente, quod beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sane peticio pro parte nobilis viri Smilonis[a]) de Wetouia, militis Olomucensis diocesis, nobis nuper exhibita continebat, quod olim dictus Smilo

propter quedam iniuriosa verba, per quondam Woyslaum, rectorem parrochialis ecclesie in Jermeriz, prefate diocesis, in maximam detraccionem honoris et fame militis eiusdem [b]) prolata, que nobis oretenus sunt expressa, impetu furoris accensus, immo diabolico spiritu pocius instigatus, cum quibusdam suis in hac parte complicibus eundem Woyslaum non absque manuum inieccione dei timore postposito temere [manu] [c]) violenta cepit [d]) eumque in uno sacco posuit et sic in ipso sacco inclusum et ligatum in flumen quoddam submersit, propter quod idem Woyslaus suffocatis spiritibus exalavit. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, militi et complicibus predictis propter hostium et viarum pericula ad sedem apostolicam pro absolucionis beneficio obtinendo [e]) nimis difficilis sit accessus, pro parte ipsorum militis et complicum nobis extitit [f]) humiliter supplicatum, ut militi et complicibus prefatis [g]) ab excommunicacione, quam propter premissa incurrisse noscuntur, et a reatu homicidii huiusmodi [de] [h]) absolucionis beneficio [i]) providere [et] [l]) cum eis misericorditer agere dignaremur. Nos igitur consideracione c. in Ch. f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, nobis pro ipsis milite et complicibus in hac parte humiliter supplicantis, erga eosdem militem et complices non ulcionis zelum, sed [m]) pocius pietatis et misericordie lenitatem exercere volentes ac militis et complicum predictorum devotis supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta [n]) committimus et mandamus, quatenus, si est ita, prefatos militem et complices, qui hoc humiliter pecierint, ab excommunicacione et reatu predictis auctoritate nostra iuxta ecclesie formam absolvas, mandans eis omnibus et singulis inter alia sub debito prestiti iuramenti, quod de cetero in personas ecclesiasticas talia non committant, quodque ipsi per omnes maiores ecclesias Olomucensis civitatis nudi et discalciati, brachis duntaxat recinctis, [o]) virgas ferentes in manibus et corrigias circa collum, si secure poterunt, incedant et ante fores ipsarum ecclesiarum a presbyteris earundem, psalmum penitencialem [p]) dicentibus, se faciant verberari, quando maior in eis aderit populi multitudo, suum publice confitendo reatum, et quod dicte parrochiali ecclesie satisfaciant competenter, et si aliqua feuda ab eadem ecclesia tenuerint vel ius patronatus obtinuerint in eadem, quibus ipsi eorumque heredes ipso iure perpetuo sunt privati, ipsi ea dicte ecclesie dimittant omnino, de quibus eadem ecclesia disponat, prout ei videbitur expedire; tu autem considerata culpa ipsorum omnium predictorum iniungas eis auctoritate apostolica alias penitencias, que eis sint ad salutem et aliis ad terrorem, quodque ipsi infra quatuor annos, legitimo impedimento cessante, alioquin quamprimum commode poterint, conspectui apostolico personaliter se presentent, mandatis apostolicis humiliter parituri. Ceterum volumus, quod, si ipsi vel eorum aliqui premissa, postquam per te iniuncta fuerint, quamprimum commode poterint, contempserint adimplere, contempnentes ipsi in eandem excommunicacionis sentenciam recidant ipso facto; si vero ex publicacione dicte penitencie eis periculum immineret, sic circumspeccio tua provideat, quod et [q]) penitencie rigor et penitenti sufficiens cautela non desit, et si sit occultum, non veniat ad apertum. D. Auinione IIII non. Aprilis a. quinto.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 276 n. 467, diversarum formarum qu. 10 = V. 176 f. 206' n. 465 (!). — Ed. CDM. VII n. 704. — a) ‚Simlonis' A. b) ‚eidem' A. c) deest in A., suppl. ab

editore A. [d]) sequitur ,in', sed cancell. A. [e]) sequitur ,et cum', omissum ab editore A. [f]) corr. ex ,extitit nobis' A. [g]) ,militem et complices prefatos' A., corr. ab editore. [h]) deest in A., suppl. ab editore. [i]) ,beneficii' A., corr. ab editore. [l]) deest in A., suppl. ab editore. [m]) ,seu' A., corr. ab editore. [n]) sequitur ,mandamus', sed cancellatum A. [o]) ,recentis' A. [p]) ,penitenciale' A. [q]) ,ex' A., corr. ab editore.

862. Geraldus de Magnaco supplicat, quatenus servitori suo Johanni dicto Engelen, clerico Monasteriensi, de canonicatu ecclesiae Monasteriensis sub expectatione praebendae, oboedientiae ac officii sine cura, consueti per unum de ipsius ecclesiae canonicis obtineri, provideatur. ,Fiat R. Eciam de officio R.' [1]) — *Item supplicat, quatenus Conrado Mathaei de Sirks, Treverensis diocesis clerico, servitori suo, gratia specialis, nuper ad supplicationem domini sui Karoli, Romanorum regis, de beneficio cum vel sine cura ad collationem abbatis et conventus monasterii sancti Willibrodi Epternacensis, ordinis sancti Benedicti, dictae diocesis, vacante vel vacaturo in civitate vel diocesi Treverensi, eidem facta, extendatur etiam ad alia beneficia huiusmodi, extra dictam civitatem et diocesim constituta et ad eandem collationem spectantia. ,Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Rogerio Firmini, clerico et servitori suo, beneficium aliquod seu officium cum vel sine cura, ad valorem 80 resp. 50 librarum Turonensium parvorum s. t. d., ad collationem episcopi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Cenomanensis reservetur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione non. Aprilis a. quinto.'*

Avinione, 1347 Aprilis 5.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 121. — [1]) ,Eciam de officio R', scriptum ab alia manu, quae etiam in margine annotavit: ,Additum fuit in peticione per dominum nostrum: Eciam de officio, et per me Johannem de Pistorio hic.'

---

863. Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Aymerico de Claustro de uno vel pluribus beneficiis ad collationem archiepiscopi, capituli seu cuiuscunque alterius personae ecclesiasticae seu collegii civitatis vel diocesis Pragensis provideatur.

Avinione, 1347 Aprilis 5.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus dilecto servitori suo Aymerico de Claustro, nacionis Lemouicensis clerico, specialem graciam facientes, beneficium vel beneficia ecclesiastica, unum, duo vel plura, tot, que ad valorem LXXX marcharum argenti secundum taxacionem decime ascendant, eciam si canonicatus et prebenda ecclesie Pragensis seu aliquod eorum dignitas, personatus, officium vel aliud beneficium curam habens animarum, ad quam seu quod per eleccionem quis assumi consuevit, existant, spectancia

communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis seu cuiuscunque alterius persone ecclesiastice seu collegii civitatis vel diocesis Pragensis, si que vacant ad presens, vel cum vacaverint, simul vel successive, conferenda eidem donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat ad collacionem archiepiscopi et capituli Pragensis communiter vel divisim, eciam si in ecclesia cathedrali, usque ad sexaginta marchas cum cura, XL sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione non. Aprilis a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 121

864. *Aymerico de Claustro, clerico Lemovicensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis, et Blancae,*[1] *reginae Romanorum et Bohemiae, quorum servitor existit, beneficium cum vel sine cura, etiam si in ecclesia cathedrali existat, cuius fructus 60 resp. 40 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et capituli Pragensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Aprilis a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii Břevnoviensis,*[a] *Pragensis diocesis, et decano sancti Stephani de Tescon, Montisalbane, ac archidiacono Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1347 Aprilis 5.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 197' n. 261, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 115' n 261. — [a]) ‚Brunouiensis' A. — [1]) de supplicatione Blancae in num. 863 nihil legitur!

---

865. *Johanni, archiepiscopo Mediolanensi, fratri eius Luchino de Vicecomitibus et aliis, qui infra commemorantur, mandatur, quatenus Carolo, in regem Romanorum, promovendum in imperatorem, electo, pareant et magistro Geraldo de Magnaco, apostolicae sedis ad eundem regem nuntio, de securo conductu provideri procurent.*

Avinione, 1347 Aprilis 5.

V. f. Johanni, archiepiscopo Mediolanensi, et d. f. nobili viro Luchino de Vicecomitibus de Mediolano, nostris et ecclesie Romane fidelibus et devotis. Sicut ad nostram et communem aliorum noticiam credimus pervenisse, dudum presentata nobis et fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, eleccione de persona c. in Ch. f. n. Caroli, regis Romanorum illustris, in regem Romanorum promovendum in imperatorem per electores imperii, qui potuerunt et debu-

erunt interesse, solenniter celebrata, et pro parte ipsius regis petitis et supplicatis per nosque adhibitis et servatis illis, que super talibus peti et supplicari ac adhiberi et observari consueverunt, et alia debita maturitate servata, nos eandem eleccionem tanquam iuste, rite ac legitime factam admisimus et personam dicti regis approbavimus eumque regem Romanorum denominavimus et decrevimus nominandum eidemque fore obediendum et parendum[a]) ab omnibus sicut tali. Quocirca vos attencius exhortamur, quatenus eidem regi super hiis, que spectant ad regnum Romanum et imperium, plenarie pareatis[b]) et assistatis eidem auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, ut proinde nostram et apostolice sedis graciam eiusdemque regis benivolenciam vobis uberius vendicetis. Ceterum, cum nos d. f. magistrum Geraldum de Magnaco, archidiaconum de Bautesio in ecclesia Constantiensi, capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, ad eiusdem regis presenciam pro certis negociis destinemus, exhortacionibus nostris adicimus, ut ipsum nuncium favorabiliter recommendatum habentes eidem suisque familiaribus pro personis et rebus eorum de securo conductu in terris et districtibus vestris provideri libere faciatis. D. Auinione non. Aprilis a. quinto.

Item in e. m. duci et communi Venetorum. D. ut s.

Item in e. m. Jacobo de Carraria de Padua. D. ut s.

Item in e. m. Mastino et Alberto de la Scala. D. ut s.

Item in e. m. Ludouico de Gonzaga de Mantua. D. ut s.

Item in e. m. d. f. nobili viro Alberto, duci Austrie. D. ut s.

Item in e. m. v. f. . . archiepiscopo Salzeburgensi. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 260' n. 1166—1172. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 146. Huber 778, n. 193. — a) ‚parhendum' V. b) ‚parheatis' V.

***866.** Blanca, regina Romanorum, rogatur, quatenus Clementem papam VI, quotiens opportunum extiterit, de statu suo et Caroli coniugis certiorem faciat.*

Avinione, 1347 Aprilis 5.

Carissime in Christo filie Blanche, regine Romanorum illustri. Quia de statu tuo, filia carissima, et c. in Ch. f. n. Caroli, regis Romanorum illustris, viri tui, letamur prospero et illum audire felicem sepius nos delectat, celsitudinem tuam rogamus regiam et hortamur, quatenus de illo nos, quociens oportunum extiterit, procures efficere cerciores, certam de nobis fiduciam habitura, quod nos et sedem apostolicam super tuis oportunitatibus, quantum cum deo fieri poterit, propicios reperies et benignos. D. Auinione non. Aprilis a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 261 n. 1173.

867. *Carolo, regi Romanorum, nuntiatur, magistros Johannem de Pistorio et Geraldum de Magnaco, apostolicae sedis nuntios, ad eum missos esse.*

Avinione, 1347 Aprilis 18.

C. in Ch. f. Carolo, regi Romanorum illustri. Quia presentate nobis pridem tue celsitudinis littere inter cetera continebant, ut d. f. magistrum Johannem de Pistorio, decanum ecclesie sancti Salvatoris Traiectensis, capellanum commensalem et familiarem nostrum tuumque fidelem et devotum, ad te, fili carissime, destinare vellemus, ecce quod ipsum super certis per nos eidem impositis tueque magnificencie vive vocis oraculo plenius explicandis mittimus informatum, cui super eis tua regalis sublimitas fidem adhibeat quesumus credulam et per ipsum tam super eis quam aliis, que tue circumspeccioni occurrerint, tue nobis fiducialiter nuncies beneplacitum voluntatis. Ceterum nuper d. f. magistrum Geraldum de Magnaco, archidiaconum de Bautesio in ecclesia Constantiensi, iuris civilis professorem, capellanum nostrum ac tuum fidelem consiliarium et devotum, ad te, fili dilectissime, de nostra intencione super quibusdam eciam plenarie informatum, providimus specialiter destinandum, sicut ipse tue regali excellencie referet et in litteris apostolicis, quas sibi assignari fecimus, continetur. D. Auinione XIIII kal. Maii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 269 n. 1204. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 147, Vatik. Akten n. 2320. Huber 778, n. 191.

868. *Bertrando, patriarchae Aquilegensi, mandatur, quatenus magistro Johanni de Pistorio, apostolicae sedis nuntio, de securo conductu providere procuret.*

Avinione, 1347 Aprilis 18.

V. f. Bertrando, patriarche Aquilegensi. Cum nos d. f. magistrum Johannem de Pistorio, decanum ecclesie sancti Salvatoris Traiectensis, capellanum commensalem et familiarem nostrum, exhibitorem presencium, ad c. in Ch. f. n. Carolum, regem Romanorum illustrem, pro certis negociis destinemus: fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus ipsum, cum per terras et loca tua eundo et redeundo transiverit, habens pro nostra et apostolice sedis reverencia favorabiliter commendatum, eidem de securo conductu pro se suisque familiaribus et rebus per terras et loca predicta sic prompte ac libere providere procures, quod ipse, cum ad nos redierit, de te grata referre valeat non indigne. D. ut s. [Auinione XIIII kal. Maii a. quinto.] [1])

D. f. nobili viro Alberto, duci Austrie. Cum nos dilectum etc. ut supra, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Dilecte in Christo filie nobili mulieri ducisse Austrie. Cum nos etc. ut supra, verbis competenter mutatis. D. ut s.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 269 n. 1205—1207. — [1]) ut in V. 140 n. 1204.

869. *Magistro Johanni de Pistorio, decano ecclesiae sancti Salvatoris Traiectensis, capellano et familiari papae, ad Carolum, regem Romanorum, pro certis negotiis destinato, conceduntur litterae securi conductus. ‚D. Auinione XIIII kal. Maii a. quinto.‘*

Avinione, 1347 Aprilis 18.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 313 n. 1399.

---

870. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johanni de Buckelken, presbytero Leodiensis diocesis, beneficium cum vel sine cura ad collationem decani et capituli ecclesiae Coloniensis reservetur, si quod in eadem ecclesia, etiam si canonicatus et praebenda sacerdotalis existant, ac civitate vel diocesi Coloniensi vacat, vel cum vacaverit. ‚Fiat usque etc., eciam si canonicatus et prebenda sacerdotalis R. . . . . D. Auinione X kal. Maii a. quinto.‘*

Avinione, 1347 Aprilis 22.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 146.

---

871. *Johanni dicto* [1] *Buckelken, presbytero Leodiensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum ac Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, etiam si canonicatus et praebenda sacerdotalis existat, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem decani et capituli Coloniensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Maii a. quinto.‘ Forma ut in n. 76.*

.X X.

Avinione, 1347 Aprilis 22.

Clementis VI A. V/7 (91) f. 145 n. 180, de beneficiis vacaturis qu. 6 = V. 175 f. 80 n. 180. — [1]) sic A., cfr. num. 870.

872. *Johannes dictus de Brandenburg,* [a]) *clericus Leodiensis diocesis, quondam servitor b. m. regis Bohemiae, cum quo olim dispensatum est, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto et soluta genitus, ad omnes ordines promoveri et beneficium etiam curatum obtinere possit, cuius dispensationis vigore canonicatum et praebendam ecclesiae sanctae Mariae Aquensis, eiusdem diocesis, est assecutus, supplicat, quatenus secum amplius dispensetur super defectu praedicto, ut duo alia beneficia seu officia ecclesiastica, ad invicem se compatientia, etiam si eorum aliquod dignitas vel personatus aut officium existat et curam habeat animarum, libere recipere et licite retinere ipsaque permutare possit, neve de defectu praedicto in aliquibus pro se vel per se de cetero impetrandis gratiis mentionem facere teneatur. ‚D. Auinione X kal. Maii a. quinto.‘*

Avinione, 1347 Aprilis 22.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 146. — [a]) ‚Brandemborg‘ S.

---

873. Cum Johanne dicto de Brandenburg,[a]) canonico ecclesiae sanctae Mariae Aquensis, Leodiensis diocesis, amplius dispensatur super defectu natalium, prout in num. 872 supplicatum extitit. ‚D. Auinione X kal. Maii a. quinto.'

X
X
.X.

Avinione, 1347 Aprilis 22.

Clementis VI A. V/4 (88) f. 428' n. 580, diversarum formarum qu. 13 = V. 176 f. 237 n. 578 (sic). — [a]) ‚Brandemborg' A.

874. Alberto, duci Austriae, scribitur de amicabilibus colloquiis, per ipsum cum Ludovico Bavaro habitis, et rogatur, ut Carolo, regi Romanorum, auxiliis et favoribus assistat.

Avinione, 1347 Aprilis 29.

D. f. nobili viro Alberto, duci Austrie. Presentate nobis nuper tue nobilitatis littere continebant, quod, quia Ludouicus de Bauaria hiis diebus preteritis, ad domum non invitatus veniens, tecum habuit colloquia amicabilia, in nullo curie Romane preiudicancia[a]) quoquomodo, pretextu adventus et collocucionis huiusmodi nullam vellemus contra sinistram suspicionem habere, cum predecessorum tuorum inherendo vestigiis esse velis et affectes sancte matris ecclesie filius obediens et devotus ac persistere in devocione fidei orthodoxe. Sane, fili, quamvis prefati Ludouici, de multis heresum et scismatum criminibus sentencialiter condempnati ac diversis excommunicacionum sentenciis innodati, colloquium cuicunque fideli valde periculosum existat, quia tamen de te confidimus, quod nil tue saluti anime statuique prospero contrarium, presertim in dei et sancte Romane ecclesie, matris tue, offensam vel iniuriam, attemptares, ex premissis in tuis predictis contentis litteris contra te suspicionem contrariam non concepimus nec habemus, quin immo, te devotum nostrum et ipsius ecclesie reputantes, ad ea, que tue salutis et honoris commoda respicient, nos, quantum cum deo per nos fieri poterit, reperies favorabiles et benignos, nobilitatem rogantes eandem, quatenus c. in Ch. f. n. Carolo, regi Romanorum illustri, auxiliis, consiliis et favoribus oportunis assistas. D. Auinione III kal. Maii a. quinto.

[In eodem modo et sub eadem data scribitur Johannae, ducissae Austriae.]

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 270' n. 1246 et 1248. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 148, Vatik. Akten n. 2324. Huber 778, n. 195. — [a]) ‚preiudicia' V.

875. *Bertrando, tituli sancti Marci presbytero cardinali, respondetur de pluribus articulis, in litteris eius contentis, praeter alia etiam ad Carolum, regem Romanorum, pertinentibus.*

Avinione, 1347 Aprilis 30.

D. f. Bertrando, tituli sancti Marchi presbytero cardinali, apostolice sedis legato. [1]) Diversas tue prudencie litteras, a fine mensis Februarii proximo preteriti citra nobis diversis temporibus et vicibus presentatas, recepimus et contenta in eis pleno collegimus intellectu, et licet super aliquibus earundem responderimus, sicut vidimus expedire, diversis inde tibi litteris destinatis, adhuc tamen, prout ex earundem litterarum nobis occurrit tenoribus, super hiis et aliis ut sequitur respondemus. . . . .
Ad illa nempe, que de c. in Ch. f. n. Carolo, rege Romanorum illustri, ac quibusdam aliis tue subiungebant littere, respondemus, quod de fide ac devocione regis eiusdem, qui nobis sicut nosti non solum solita, sed eciam alia prestitit et prestare debet in manibus nostri specialis nuncii, quem ad eum propterea misimus, iuramenta, confidimus, quod ad aliqua, que contra honorem et iura nostra et ecclesie cederent, non attemptabit aliquid, sed pocius nostris et ipsius ecclesie beneplacitis se coaptans de terris nostris et ecclesie inferendo dampna, violencias vel iniurias se nullatenus intromittet.

. . . .

D. Auinione II kal. Maii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 272′ n. 1224. Ed. Theiner MH. I n. 1109, Huber 504 n. 12. — [1]) in regno Siciliae.

876. *Bertrando, tituli sancti Marci presbytero cardinali, praeter alia scribitur, duos nuntios ad Carolum, regem Romanorum, missos esse, ut Ludovicum, regem Hungariae, ab accessu et aggressione hostilibus regni Siciliae retrahat.*

Avinione, 1347 Maii 3.

D. f. Bertrando, tituli sancti Marchi presbytero cardinali, apostolice sedis legato. [1]) Scripsisse tibi meminimus, qualiter carissimis in Christo ff. nn. Ludouico, regi, et Elisabeth, genitrici sue, regine Vngarie illustribus, ad retrahendum regem ipsum ab accessu et aggressione regni Sicilie nostras providimus litteras destinandas. Que autem nobis rescripserunt per suas litteras, nobis a suo speciali nuncio presentatas, tue prudencie reserabit plenius cedula presentibus interclusa. Alias autem a quodam exploratore, quem habemus in partibus Vngarie, litteras recepimus, quarum seriem alia inclusa eciam cedula tibi seriosius indicabit. Porro scire te volumus, quod d. f. . . dux Venetorum per suas litteras, quas die ultima mensis Aprilis proximo preteriti recepimus, intimavit, se credere regem prefatum Vngarie nequaquam ad regnum Sicilie accedere isto anno, quia de civitate Zagabriensi retrocedendo versus Vngariam direxerat gressus suos. Sed

deinde die date presencium v. f. n. Bertrandus, patriarcha Aquilegensis, qui nobis quecunque, que de adventu ipsius regis sentiret, debet quantocius intimare, nobis quasdam litteras et prefatus explorator alias, quarum tenores hic inclusa cedula continet, transmiserunt. Nec insuper volumus te latere, quod duos nuncios hiis diebus preteritis ad c. in Ch. f. n. Carolum, regem Romanorum illustrem, destinavimus successive, ut regem Vngarie predictum omnino retraheret ab accessu et aggressione hostilibus dicti regni.

. . . .

D. Auinione V non. Maii a. quinto.

Clementis VI V. 140 (secr. a. V) f. 274′ n. 1226. — [1]) in regno Siciliae.

877. *Carolus, rex Romanorum, supplicat, quatenus Melchiori Nicolai, clerico Tridentino, de canonicatu ecclesiae Feltrensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.' — Item quatenus Morandino Symonis, presbytero Tridentino, de canonicatu ecclesiae Tervisinae sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione IIII non. Maii a. quinto.'*

Avinione, 1347 Maii 4.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 169.

878. *Melchiori[a]) Nicolai[b]) providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Feltrensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione IIII non. Maii[c]) a. quinto.' Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1347 Maii 4.

Clementis VI A. V/2 (87) f. 186′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 174 f. 61′ n. 108. — [a]) cancellatum, sed rescriptum A. [b]) ‚Nicholai' A. [c]) sequitur ‚pontificatus nostri', sed cancellatum A.

879. *Morandino Symonis, presbytero, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Tervisinae sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione IIII non. Maii[a]) a. quinto.'*

.X X.

Avinione, 1347 Maii 4.

Clementis VI A. V/2 (87) f. 187′, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 174 f. 62 n. 109. — [a]) sequitur ‚pontificatus nostri', sed cancellatum A.

880. *Pauperes clerici infrascripti supplicant, quatenus sibi de nonnullis beneficiis sub expectatione provideatur.*

Avinione, 1347 Maii 7.

Supplicant S. V. pauperes clerici infrascripti, quatenus sibi et eorum cuilibet specialem graciam facientes, prout inferius continetur, [providere dignemini][a]):

. . . .

Item Amlungo Morawo, Olomuncensis diocesis clerico, ad collacionem etc. prepositi et capituli Chunicensis, dicte diocesis, communiter vel divisim.

Item Johanni, nato quondam Petri dicti[b]) Pannicida de Boleslauia, presbytero Wratislauiensis diocesis, ad collacionem etc. episcopi, prepositi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesie Wratislauiensis communiter vel divisim.

. . . .

Item Alberto, nato quondam Tlahonis de Tusta, clerico Pragensis diocesis, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Cladruna, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis, communiter vel divisim.

Item Otoni, nato Petri de Thusta, clerico Pragensis diocesis, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Cedlicensis, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis, communiter vel divisim.

. . . .

Item Johanni Otonis, nato Petri de Tusta, clerico Pragensis diocesis, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Aula Regia, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis, communiter vel divisim.

. . . .

Fiat pro omnibus suprascriptis usque etc. et eciam de hiis, qui petunt in ecclesiis collegiatis canonicatum sub expectacione prebende, non tamen pro hiis, qui petunt in ecclesiis cathedralibus, sed in cancellaria tradantur eis collaciones vel ad collacionem etc. vel in ecclesiis collegiatis et attendatur, quod non sit concursus, et si esset, assignentur alibi in cancellaria R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione non. Maii a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 184'. — a) deest in S., suppletum ab editore. b) ‚de' S., corr. ab editore.

881. *Johanni, nato quondam Petri dicti Pannicida de Boleslavia, presbytero Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Maii a. quinto.' — In e. m. sancti Vincentii prope Vratislaviam et sanctae Mariae in Arena extra muros Vratislavienses monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Maii 7.*

Clementis VI A. V 7 (91) f. 157' n. 201, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 88' n. 201. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

882. *Alberto, nato quondam Blahonis de Thusta, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in* **Kladrub**,[a] *ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Maii a. quinto.' — In e. m. sancti Egidii Pragensis et Vyssegradensis prope Pragam decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Maii 7.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 351', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 166 n. 324. — a) ‚Cladruna' A.

---

883. *Ottoni, nato Petri de Thusta, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Sedlicensis,*[a] *Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Maii a. quinto.' — Executores ut in num. 882. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Maii 7.*

Clementis VI A. V 7 (91) f. 171' n. 222, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 98 n. 222. — a) ‚Cedlicensis' A.

884. *Johanni, nato Petri de Thusta, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Aularegia, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Maii a. quinto.' — Executores ut in n. 882. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Maii 7.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 351', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 174 f. 167' n. 328.

885. *Petro dicto Pomiare,*[a]) *presbytero Warmiensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et capituli Sambiensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Maii a. quinto.' — In e. m. episcopo Frisingensi et abbati monasterii Olme (?),*[1]) *Vratislaviensis diocesis, ac praeposito ecclesiae Warmiensis. Forma ut in n. 2.*

. X X. *Avinione, 1347 Maii 7.*

Clementis VI A. V/2 (87) f. 381', de beneficiis cum vel sine cura qu. 6 = V. 174 f. 185' n. 368. — a) corr. ex ‚Pomiart' A. — 1) Huius nominis monasterium in diocesi *Vratislaviensi* non reperitur. Fortasse legendum est ‚Oliue' = Olivae, quod monasterium vero in diocesi *Vladislaviensi* in Prussia situm erat! Cfr. num. 896.

886. *Weikardo,*[a]) *nato Conradi, dicti „Phymmantel" de Wolkerstorf,*[b]) *clerico Pataviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Pataviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Maii a. quinto.' — In e. m. abbati monasterii in Gœttweig*[c]) *et praeposito in Monte sancti Petri in Brunna, Pataviensis et Olomucensis diocesium, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Maii 7.*

Clementis VI A. V/7 (91) f. 161 n. 207, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 175 f. 91' n. 207. — a) ‚Weichardo' A. b) ‚Wolfkarscorf' A. c) ‚Chotwico' A.

887. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, quatenus magistro Iterio de Claustris de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1347 Maii 13.

Supplicat S. V. devota creatura vestra G[uillelmus], sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, ...

Item supplicat idem cardinalis, quatenus dilecto capellano suo magistro Icerio de Claustris, in utroque iure licenciato, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis simili modo vacantibus cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini providere, non obstante, quod in ecclesia Turonensi canonicatum sub expectacione prebende ac parrochialem ecclesiam beate Marie de Estiuallo ac capellaniam sancti Stephani de Villalusca, Cenomanensis et Carcassonensis diocesium, noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Maii a. quinto.

Clementis VI S. V/1 (10) f. 178'.

888. *Iudicibus mandatur, quatenus Svatoborio de Longavilla de iniuriis et damnis, per Poměnum de Probluz ei illatis, faciant iustitiae complementum.*

X
.X.

Avinione, 1347 Maii 31.

Dd. ff. . . Gallo de Cossorzitz, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in regno Boemie, et Petro de Bielina, lectori fratrum Leucomericensium,[a]) dicti ordinis, Pragensis diocesis, s. etc. Quamvis quibuslibet gravatis indebite sit superioris officio de oportuno iusticie remedio providendum, religiosis tamen personis, ne pretextu gravaminis[b]) vagandi eis prestetur occasio, prompcius subvenire nos convenit, ut persone ipse, ab omni perturbacione libere, quo quiecius eo devocius omnium famulentur auctori. Sane peticio d. f. Swatoborii de Longuauilla, ordinis fratrum Predicatorum, nobis exhibita continebat, quod d. f. Pomienus de Problus, prior provincialis fratrum ordinis [Predicatorum][c]) provincie Boemie secundum morem eiusdem ordinis, eundem Swatoborium mendaciter asserens excommunicacionis vinculo innodatum, eum ab eleccione diffinitorum capituli provincialis dicte provincie, cui eleccioni prefatus Swatoborius secundum statuta dicti ordinis, cum esset predicator generalis, interesse debebat, exclusit ac[d]) excludi eciam mandavit et fecit, et quod eidem Swatoborio absque causa racionabili et alias indebite et iniuste procuravit et fecit penam culpe gravioris imponi, ob quam ut dicitur idem Swatoborius ad omnem statum et honorem fuit factus inabilis secundum statuta ordinis antedicti, quodque, licet idem Swatoborius ante pene imposicionem huiusmodi in dicta provincia inquisitor heretice pravitatis et diffinitor capituli ac[e]) vicarius prioris provincialis et in nonnullis locis ordinis et provincie predictorum lector et prior ac predicator generalis suc-

cessive fuisset, idem tamen Pomienus, ad ipsius Swatoborii persecucionem aspirans, eum de loco fratrum dicti ordinis Clathouiensi, Pragensis diocesis, in quo ipse tunc[f]) erat conventualis et lector, ignominiose eiecit et eici procuravit, non sine magno persone fameque suarum dispendio et preiudicio rerum, quas tunc de licencia sui superioris habebat, ac insuper quod idem Pomienus procuravit, quod d. f. Bouslaus, tunc prior fratrum eiusdem ordinis Pragensis, eundem Swatoborium, tunc lectorem fratrum ordinis Olomucensis, non accusatum nec citatum nec confessum seu legitime convictum, sed absentem, non per contumaciam, licet de facto, privavit omnibus graciis ordinis antedicti, et quod preterea dictus Pomienus, tunc diffinitor capituli provincialis provincie antedicte, una cum d. f. Helya Ratietii, tunc priore provinciali provincie, ac Lutoldo Vesprzyemonis et Nicolao dicto Knyescone, eciam diffinitoribus capituli predictorum, eundem Swatoborium, eciam non accusatum nec confessum nec convictum et alias indebite ac iniuste, ad carcerem sentencialiter condampnavit, et quod olim idem Pomienus per diffinitores[g]) huiusmodi provincialis capituli indebite, iniuste et absque causa racionabili procuravit eundem Swatoborium, in gravem ipsius confusionem et dampnum, ad ieiunandum quinquaginta diebus in pane et aqua condampnari, quodque dictus Pomienus, hiis omnibus non contentus, eidem Swatoborio fuit minatus, quod ipsum faceret carcerari, et licet ipse Swatoborius a comminacione huiusmodi et nonnullis aliis gravaminibus sibi illatis per ipsum Pomienum ad sedem apostolicam appellasset, idem tamen Pomienus de mense Octobris proximo preterito, cum instaret dies eleccionis diffinitorum capituli provincialis dicte provincie faciende, post et contra appellacionem huiusmodi prefatum Swatoborium, non vocatum nec convictum, sed absentem, non per contumaciam, denunciavit privatum omnibus graciis ordinis antedicti, et quod in dampnum et confusionem ipsius Swatoborii quondam Vitam Arlami, monialem monasterii monialium sancte Anne Pragensis, ordinis sancti Augustini, sub cura et secundum instituta fratrum dicti ordinis Predicatorum vivencium, a tempore dicti[h]) Swatoborii de dicto monasterio absque causa racionabili eici sibique censum, ei per ipsas moniales pro vite necessariis assignatum, denegari eciam procuravit, et quod quandam archam seu scrinium ipsius Swatoborii, in quo erant libri et littere declaracionum fame sue et nonnulla alia munimenta et res, que de licencia dicti Pomieni prefatus Swatoborius habebat tunc et in sacristia loci fratrum Piessensis, ordinis et diocesis predictorum, conservari faciebat, mandavit et fecit per eundem Nicolaum violari et aperiri ac libros, litteras et munimenta prefata abinde diripi et aufferri, furtum et sacrilegium committendo, et quod nichilominus eundem Swatoborium in grave ipsius preiudicium atque dampnum impedivit, ne quedam res, ei per quondam Kunegundem de Bodiwoicz de oppido Budicensi, prefate diocesis, pia devocione legate, ad ipsum Swatoborium pervenirent, et quod insuper[i]) copiam litterarum, quarum pretextu dicti Pomionus, Ilyas, Lucoldus et Nicolaus sicut premittitur contra Swatoborium processerant supradictum, eidem Swatoborio dare denegavit, quamquam per ipsum Swatoborium fuisset super hoc cum instancia legitime requisitus. Quare dictus Swatoborius nobis humiliter supplicavit, ut ei super premissis de oportuno providere remedio dignaremur. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta[l]) mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios, vocatis, qui fuerint evocandi, faciatis eidem Swatoborio super pre-

missis iusticie complementum, attencius provisuri, ne dictus Swatoborius pro eo, quod ad sedem eandem sicut premittitur appellavit, per dictum ordinem molestetur, contradictores per censuram apostolicam appellacione postposita compescendo, non obstantibus, si eiusdem ordinis fratribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit [m]) sede concessum, quod ad iudicium trahi seu conveniri, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mencio specialis. D. Auinione II kal. Junii a. sexto.

Clementis VI A. VI 6 (97) f. 428', litterarum communium qu. 1 = V. 180 f. 311 n. 1014. — [a]) corr. in marg. ex ,Leutomoriensium' A. [b]) corr. in marg. ex ,gravamers' (sic) A. [c]) deest in A., suppl. ab editore. [d]) [e]) corr. ex ,et' A. [f]) corr. ex ,nunc' A. [g]) ,difinitoris' A. [h]) suppl in marg. A. [i]) suppl in marg. A. [l]) ,discrecioni — scripta' suppl. in marg. A. [m]) suppl. in marg. A.

889. *Iudicibus mandatur, quatenus Vitkoni de Nova Civitate de iniuriis et damnis, per Pomĕnum de Probluz ei illatis, faciant iustitiae complementum.*

.X. *Avinione, 1347 Maii 31.*

Dd. ff. Gallo de Cossorzicz, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in regno Boemie, et Petro de Byelina, lectori fratrum Leucomericensium, dicti ordinis, Pragensis diocesis, s. etc. Quamvis quibuslibet gravatis indebite sit superioris officio de oportuno iusticie remedio providendum, religiosis tamen personis, ne pretextu gravaminis vagandi eis prestetur occasio, prompcius subvenire nobis convenit, ut persone ipse, ab omni perturbacione libere, quo quiecius eo devocius omnium famulentur auctori. Sane peticio d. f. Witkonis de Noua Ciuitate, ordinis fratrum Predicatorum, nobis exhibita continebat, quod, licet ipse dudum de quodam crimine, de quo eum quondam Nicolaus dictus Chittlicz, dicti ordinis, tunc in humanis agens, coram d. f. Pomierio de Problus, fratrum eiusdem ordinis provincie Boemie secundum morem ipsius ordinis priore provinciali, calumpniose ac maliciose de quibusdam criminibus accusaverat, fuisset per eundem Pomenum sentencialiter absolutus, tamen idem Pomienus eundem Witkonem ex odio et rancore, quem sine causa conceperat contra eum, preter huiusmodi sentenciam elapso biennio dictum Witkonem non accusatum, non confessum nec [a]) convictum, indebite et iniuste pena culpe gravioris ad tres menses occasione huiusmodi criminum per sentenciam suam punivit iniquam, eum per hoc reddens inhabilem secundum statuta ipsius ordinis ad omnem statum et honorem ordinis supradicti, et quod ipsum Witkonem absque causa racionabili infra dictam provinciam de conventu ad conventum sepe sepius commutavit ac infra biennium

in quatuor conventibus dicte provincie, in illius extremis situatis confinibus, collocavit, in maximum dampnum corporis ipsius Witkonis et preiudicium rerum, quas ipse de licencia sui superioris habebat, quodque, cum idem Witko coram eodem Pomeno d. f. Johannem, scribam dicti ordinis, tunc priorem fratrum eiusdem ordinis Yglauiensis, Olomucensis diocesis, coram eodem Pomeno super nonnullis criminibus convenisset et peteret, Johannem eundem tamquam inhabilem et indignum absolvi ab officio huiusmodi prioratus, dictus Pomienus eundem Witkonem audire super huiusmodi criminibus contra iusticiam recusavit ipsumque Witkonem eiecit et eici mandavit et fecit de loco dictorum fratrum Yglauiensium, in ipsius Witkonis et fame sue confusionem et preiudicium atque dampnum, et quod, hiis omnibus non contentus, ipsum Witkonem, inauditum, non confessum nec convictum, absque aliqua causa racionabili et alias indebite ac iniuste mandavit carceri[b]) mancipari, et quod, licet ab huiusmodi mandato idem Witko ad sedem apostolicam appellasset, dictus tamen Pomienus eundem Witkonem post et contra appellacionem huiusmodi mandavit denuo carcerari. Quare dictus Witko nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hiis de oportuno remedio dignaremur. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus,[c]) quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios, vocatis, qui fuerint evocandi, faciatis eidem Witkoni super premissis iusticie complementum, attencius provisuri, ne dictus Witko pro eo, quod ad sedem eandem sicut premittitur appellavit, per dictum ordinem molestetur, contradictores ...... mencio specialis.[1]) D. Auinione II kal. Junii a. sexto.

Clementis VI A. VI (6 97) f. 429', litterarum communium qu. 1 = V. 180 f. 311' n. 1015. — a) ‚ne' A., corr. ab editore. b) ‚carcerari' A., corr. ab editore. c) ‚discrecioni — mandamus' suppl. in marg. A. — 1) ut in n. 888.

890. Iudicibus mandatur, quatenus Jacobo de Praga de iniuriis et damnis, per Poměnum de Probluz ei illatis, faciant iustitiae complementum.

.X. *Avinione, 1347 Maii 31.*

Dd. ff. Gallo de Cossorzicz, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in regno Boemie, et Petro de Byelina, lectori fratrum Leucomericensium, dicti ordinis, Pragensis diocesis, s. etc.[1]) Peticio d. f. Jacobi de Praga, ordinis fratrum Predicatorum, nobis exhibita continebat, quod d. f. Pomienus de Problus, prior provincialis fratrum ordinis Predicatorum provincie Boemie secundum morem ipsius ordinis, eum persequens odiose, ipsum absque causa racionabili sepe sepius de conventu ad conventum ipsius provincie transferens, infra unum annum in quatuor conventibus dicte provincie successive locavit eundem, quodque, dum idem Jacobus super quibusdam iniuriis, illatis eidem per quendam fratrem ordinis Cruciferorum, ipsum fratrem coram superiore suo traxisset in causam, idem Pomienus, muneribus corruptus, prefatum Jacobum eiecit ac eici procuravit et fecit de loco fratrum Pragensium, dicti ordinis, in

quo ipse tunc temporis conventualis existebat, eumque in loco Nynburgensi, dicti ordinis, Pragensis diocesis, conventualem constituens ac subiciens eum[a]) d. f. Slavconi, tunc priori fratrum ordinis et loci predictorum, qui eundem Jacobum persecutus fuerat et persequebatur tunc odio capitali, in magnum preiudicium Jacobi memorati. Quare pro parte dicti Jacobi, sencientis exinde indebite se gravatum, ad sedem fuit apostolicam appellatum. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios, vocatis, qui fuerint evocandi, faciatis eidem Jacobo super premissis iusticie complementum, attencius provisuri, ne dictus Jacobus pro eo, quod ad sedem eandem sicut premittitur appellavit, per dictum ordinem molestetur, contradictores . . . . mencio specialis.[1]) D. Auinione II kal. Junii a. sexto.

Clementis VI A. VI/6 (97) f. 452', litterarum communium qu. 2 = V. 180 f. 320' n. 1042. — [a]) ‚eo' A. corr. ab editore. — [1]) arenga deest. [2]) ut in n. 888.

---

891. *Iudicibus mandatur, quatenus circa Johannem Gobelini de Vratislavia, canonicum monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam, constitutionem Benedicti papae XII super apostatis observari faciant.*

X
.X. *Avinione, 1347 Junii 2.*

Vv. ff. . . Wratislauiensi et . . Frisingensi episcopis ac d. f. . . archidiacono Glogouiensi, Wratislauiensis diocesis, s. etc. Dudum f. r. Benedictus papa XII, predecessor noster, animarum periculis occurrere desiderabiliter affectans,[a]) circa quorumlibet ordinum apostatas et eciam de suis ordinibus eiectos et quosvis alios religiosos, sine prelatorum suorum licencia per seculum evagantes, nonnulla salubria et utilia duxit auctoritate apostolica ordinanda. Inter cetera namque voluit et ordinavit auctoritate prefata, quod universi et singuli, tam exempti quam non exempti, prelati quorumcunque religiosorum quorumlibet ordinum, a quibus temere apostatarunt ipsi apostate, illos ad habitum et religionem eorum priores recipere tenerentur; quod si forte prelati predicti, capitula ecclesiarum, conventus monasteriorum seu fratres eorum et locorum eorundem recusarent apostatas recipere prelibatos, ipsi prelati, capitula, conventus et fratres per certos executores, super hoc a sede apostolica deputandos, ad eos recipiendos, salva ordinis disciplina, quam voluit et mandavit circa illos, qui sponte redirent, ea vice, ut infra scribitur, misericorditer temperari, monicione premissa per censuram ecclesiasticam sublato appellacionis obstaculo cogerentur. Rursus voluit et ordinavit erga omnes apostatas supradictos et quemlibet ipsorum per eorum prelatos, servato subscripto moderamine, provideri, scilicet quod ipsi prelati circa huiusmodi apostatas, eciam si ante vel post eorum apostasiam excessus in ordine suo vel extra illum commiserint et proinde vel eciam ex quacunque alia causa in apostasiam[b]) huiusmodi lapsi fuerint vel ordinis sui carceres effregissent seu ab ipsis evasis-

sent, pro predictis eis penam seu penitenciam salutarem imponerent iuxta eorundem ordinum antiqua statuta, quam tamen penam seu penitenciam sic eciam misericorditer voluit temperari, quod apostate ipsi terrore ulcionis seu pene non retraherentur a resumpcione religionis et habitus eorundem. Memoratis insuper prelatis eorundem apostatarum predictos apostatas, ad religionem pristinam ut pretangitur redeuntes, absolvendi ea vice iuxta formam ecclesie ab excommunicacionis sentencia, in quam apostatando taliter inciderunt, et cum eis super irregularitate, quam occasione apostasie huiusmodi vel alias forsan sic ligati divina officia celebrando immo verius profanando aut illis se immiscendo dampnabiliter [a]) incurrerunt, prout eorundem apostatarum saluti dicti prelati expedire conspicerent, dispensandi plenam atque liberam concessit auctoritate eadem potestatem, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus quorumlibet ordinum, ecclesiarum, monasteriorum et aliorum locorum predictorum, iuramento, confirmacione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, vel eciam privilegiis, indulgenciis aut litteris apostolicis seu aliis quibuscunque, que premissis possent quomodolibet obviare, prout in eiusdem predecessoris litteris plenius continetur. Cum autem, sicut Johannes Gobelini de Wratislauia, canonicus monasterii sancti Vincencii prope Wratislauiam, Premonstratensis ordinis, lator presencium, humiliter nobis exposuit, idem Johannes a carceribus, quibus erat in dicto monasterio pro quibusdam suis excessibus mancipatus, evaserit et ab ipsis monasterio et ordine recesserit per seculum evagando: nos predicti Johannis, reconciliari deo et eidem ordini suo ut asserit cupientis, devotis supplicacionibus inclinati, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios voluntates, ordinaciones, mandata et concessiones predecessoris eiusdem circa eundem Johannem faciatis auctoritate apostolica firmiter observari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus omnibus supradictis, seu si dd. ff. . . abbati et conventui aut quibusvis aliis communiter vel divisim a sede sit indultum eadem, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. D. Auinione IIII non. Junii a. sexto.

Clementis VI A. VI/6 (97) f. 456′, litterarum communium qu. 2 = V. 180 f. 322′ n. 1048. — [a]) ‚dampnaliter' A.

---

892. Henrico, abbati, et conventui monasterii in Kladrub,[a]) ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, conceditur, ut idem abbas eiusque successores insigniis pontificalibus uti et benedictionem solemnem post missarum solemnia et etiam in mensa elargiri possint. ‚D. Auinione VI id. Julii a. sexto.' Forma ut in n. 429.

Avinione, 1347 Julii 10.

Clementis VI A. VI 6 (97) f. 422′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 7 = V. 180 f. 309′ n. 1007. — [a]) ‚Cladruna' A.

893. *Gallo, nato quondam Lucae de Újezd,*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Vratislariensis sub expectatione praebendae, non obstante, ‚quod archidiaconatum ecclesie Gradicensis, Pragensis diocesis, et ut asseris in ecclesia Pragensi canonicatum sub expectacione prebende ac capellam sancti Mauricii sine cura in castro Pragensi nosceris obtinere . . . . D. Auinione VI id. Julii a. sexto.' — In e. m. decano Pragensis et sacristae Avinionensis ecclesiarum ac officiali Pragensi. Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1347 Julii 10.

Clementis VI A. VI 7 (98) f. 62' n. 23, litterarum „que fuerunt portate post ligacionem librorum“ qu. 1. In V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ‚Wgesd' A.

894. *Preczlaus, episcopus Vratislariensis, supplicat, quatenus supplicatio super dispensatione fratris Thomae Tylleberi admittatur.*

Avinione, 1347 Augusti 6.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo reverendissimo, domino Clementi, divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, eius humilis creatura, cum debita et prompta subieccione devota pedum oscula beatorum. Sanctitatis Vestre beatitudini supplico humiliter et devote, quatenus supplicacionem super dispensacione fratris Thome de Tylleberi, qui a pluribus Petrus appellatur, qui de ordine fratrum Predicatorum ex quodam casu ad ordinem Premonstratensem se transtulit de licencia sui superioris, ut ex litteris eiusdem superioris vidi plenius contineri, V. S. una cum presentibus porrectam, admittere dignemini graciose, cum ipso fratre predicto, qui propter eius litteraturam, discrecionem et bonam famam et conversacionem creditur et speratur fore in eodem ordine Premonstratensi perutilis, ut vocem et locum in capitulo habere et prioratus officia et administraciones assumi ac curam animarum et regimen exercere valeat, de benignitate sedis apostolice misericorditer dispensantes, statuto Vyennensis concilii et quovis alio in contrarium edito et aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. D. Auinione VIII id. Augusti a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 8.

895. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus cum Smilone de Vetoria et complicibus eius dispensetur super homicidio, quod in personam Voislai, rectoris parrochialis ecclesiae in Jaroměřicz, commiserant.*

Avinione, 1347 Augusti 21.

Significat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quod olim dilectus miles et consiliarius suus Smilo de Weronia, baro regni Boemie, Olomucensis diocesis, propter quedam unius iniuriosa verba, per quondam Woyslaum, rectorem parrochialis ecclesie de Jermeriz, prefate diocesis, in maximam detraccionem honoris et fame dicti militis prolata, que S. V. oretenus sunt expressa, impetu furoris accensus, cum quibusdam suis in hac parte complicibus eundem Woyslaum, non absque manuum inieccione, dei timore postposito, temere [manu][a]) violenta cepit eumque in uno sacco posuit et sic in ipso sacco inclusum et ligatum in flumen quoddam submersit, propter quod idem Woyslaus suffocatis spiritibus exalavit. Quare, cum eidem militi propter hostium et viarum pericula ad sedem apostolicam nimis difficilis sit accessus, humiliter supplicat dictus rex, quatenus eius intuitu in dictum militem solite clemencie vestre uberem misericordiam exercentes, committere dignemini domino Pragensi archiepiscopo et episcopo Tridentino ac decano Olomucensi, ut ipsi aut duo vel unus eorum eundem militem, imposita sibi penitencia salutari, a reatu et excommunicacionis sentencia, quam propter hoc incurrit, et tam eum quam filios et quoscunque posteros, heredes et successores suos ab omnibus sentenciis atque penis, quibus tam de iure quam vigore[b]) quarumcunque apostolicarum, provincialium vel synodalium constitucionum quomodolibet subiacerent, apostolica auctoritate absolvant ac liberos et absolutos decernant ipsosque restituant ad omnia eorum iura, famam, honorem et statum omnesque actus legitimos tam ecclesiasticos quam mundanos et presertim, quod dicto militi et suis heredibus ius patronatus eiusdem ecclesie, ad eum spectans, liberum et expeditum remaneat sicut prius, dictique eius filii dignitates, personatus et officia et quecunque alia beneficia ecclesiastica licite obtinere valeant et eciam retinere, cum omnibus aliis clausulis et non obstantibus oportunis. Idemque miles paratus est loco penitencie fundare in dicta ecclesia unam capellaniam perpetuam pro remedio anime dicti Woyslai eamque dotare de annuis redditibus octo marcarum argenti.

Fiat sicut continetur in cedula papirea per cardinalem penitenciarium ordinata R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Septembris a. sexto.

Attentis favore supplicantis, nobilitate militis et accensu furoris ipsius ac culpa presbyteri submersi, videtur micius agendum cum eo, videlicet quod archiepiscopo Pragensi vel episcopo . . delicti committetur absolucio a reatu et ab omnibus sentenciis, quas propter hoc incurrit, in debita forma, prestito iuramento, quod nunquam talia audeat attemptare, et imposita sibi penitencia, quod edificet et dotet unam capellaniam decem marcarum rendualem annuatim in loco, ubi commisit delictum, in suffragium anime interfecti et parentum ipsius, infra duos annos, a tempore presencium litterarum numerandos, et quod ieiunet ferias sextas in communi cibo et vigilias beate Marie in pane et vino per septennium, vel

si non posset vel nollet ieiunare, reficeret tres pauperes illa die, et durante illo septennio visitet ob reverenciam beate Marie illius patrie locum magis devotum, quod nisi totum faciat, ipso facto in eandem sentenciam reincidat; complices vero puniantur et penitencia eis imponatur in debita forma et prout continetur in bulla super hoc facta, nisi S. V. graciam vellet eis[c]) facere ampliorem.

Hec est illa cedula papirea, de qua fit mencio in alia R. D. Auinione XIIII kal. Septembris a. sexto.[1])

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 9'. — [a]) deest in S., suppl. ab editore. [b]) corr. ex ‚rigore' S. [c]) ‚ei' S., corr. ab editore. — [1]) 1347 Augusti 19.

896. *Nicolao de Hollandia, clerico Pomezaniensis diocesis, reservatur ad supplicationem Arnaldi, episcopi Pomezaniensis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae Pomezaniensis in ecclesia aut civitate vel diocesi Pomezaniensi vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. episcopo Warmiensi et abbati monasterii de Polpelyn, (!)*[1]) *Vratislaviensis (sic!) diocesis, ac praeposito ecclesiae Warmiensis. Forma ut in n. 76.*

I — I = . X X.

Avinione, 1347 Augusti 21.

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 214', de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 180 f. 78 n. 165. — [1]) Monasterium huius nominis in diocesi *Vratislaviensi* non invenies. *Pelplin* vero monasterium in diocesi *Vladislaviensi* in Prussia existebat. Cfr. num. 885.

897. *Bertrando, patriarchae Aquilegensi, mandatur, quatenus magistro Johanni de Pistorio, decano ecclesiae Traiectensis, capellano papae, qui ad Carolum, regem Romanorum, pro certis negotiis praesentialiter destinatur, de securo conductu providere procuret. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. scribitur: archiepiscopo Salzburgensi,*[a]) *Friderico,*[b]) *episcopo Bambergensi, Alberto, duci Austriae, Johannae, ducissae Austriae.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 283—287. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 165, Vatik. Akten n. 2329, Huber 778, n. 197. — [a]) ‚Salzeburgensi' V. [b]) ‚Frederico' V.

898. *Rudolphus, dux Saxoniae, supplicat, quatenus Bohutae de Hostina de canonicatu ecclesiae Magdeburgensis sub expectatione praebendae et dignitatis, personatus vel officii cum vel sine cura provideatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Supplicat S. V. devotus filius Rodulphus, dux Saxonie et sancti imperii marescallus, quatenus sibi in personam dilectissimi sui . . nobilis Beohaute de Hostina, presbyteri, specialem graciam facientes, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Maydemburgensis dignitateque, personatu vel officio cum cura vel sine cura ipsius ecclesie, eciam si maior post episcopalem dignitatem fuerit et ad ipsos vel ad ipsum per eleccionem consueverit quis assumi, si que, quis vel quod vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cum inhibicione, reservacione, acceptacione, decreto et clausula anteferri eidem B[eohaute] dignemini misericorditer providere, non obstante, quod dictus B[eohauta] Wratislauiensis et Omnium Sanctorum capelle regie in castro Pragensi ecclesiarum canonicatus et prebendas ac canonicatum sub expectacione prebende ecclesie Pragensis obtinere noscatur, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, ut in forma.

Fiat eciam de dignitate etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 11'.

899. *Carolus, rex Romanorum semper augustus, supplicat, quatenus Friderico, nato Conradi de Mondsee,[a]) clerico Pataviensis diocesis et familiari praepositi et capituli Salzburgensis,[b]) beneficium cum vel sine cura, si quod ad collationem archiepiscopi, praepositi, decani et capituli ecclesiae Salzburgensis[b]) vacat, vel cum vacaverit, reservetur. ‚Fiat usque ad triginta cum cura, viginti sine cura R. . . . . D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 11'. — a) ‚Chunradi de Mense' S. b) ‚Salczburgensis' S.

900. *Friderico, nato Conradi de Mondsee,[a]) canonico ecclesiae Montis sancti Virgilii in Frisaco, Salzburgensis[b]) diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 30 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani et capituli Salzburgensis[b]) vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' Forma ut in n. 2.*

. $\overline{\text{X}}$ $\overline{\overline{\overline{\text{X}}}}$. *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/3 (91) f. 176' n. 30, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 183 f. 16 n. 30. — a) ‚Chunradi de Mense' A. b) ‚Salzeburgensis' A.

901. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus cum Philippo Lucae de Abbatibus super defectu natalium amplius dispensetur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, rex Romanorum semper augustus, quod olim cum Philippo, clerico Auinionensi, filio Luce de Abbatibus de Florencia, dilecti familiaris sui, super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, quod ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, et deinde, ut canonicatum et prebendam eciam in ecclesia cathedrali, si alias sibi canonice conferrentur, libere recipere et licite retinere valeret, predicto defectu et quibuscunque constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus quarumcunque ecclesiarum, in quibus huiusmodi canonicatus et prebenda forent, nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica extitit dispensatum. Quare humiliter supplicat idem rex, quatenus sibi in personam dicti Philippi ampliorem graciam facientes, secum, ut beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus aut officium existat, et eciam si in cathedrali maior post episcopalem vel in collegiata ecclesiis dignitas principalis existat, eciam si ad illam per eleccionem consueverit quis assumi, libere recipere ac una cum predictis canonicatu et prebenda, si eos alias fuerit canonice assecutus, necnon cum canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie civitatis Austrie, Aquilegensis diocesis, ac ecclesia sancti Ampelli sine cura, Vigintimiliensis diocesis, quos ex dispensacione apostolica obtinet, licite obtinere valeat, defectu aliisque premissis non obstantibus oportunis, dignemini misericorditer dispensare, et quod beneficia, que habet et imposterum ipsum contigerit obtinere, licite valeat permutare et ipsa retinere, quociens sibi videbitur expedire, ac quod de dicto defectu in quibuscunque graciis, de cetero per eum aut pro eo impetrandis, non teneatur facere mencionem.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. et omnia supra petita sub vestro beato signo comprehendantur. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 11'.

902. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, et Nicolaus, episcopus Tridentinus, supplicant, quatenus Conrado Woyffronis de Brunna de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi et capituli Olomucensis provideatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Supplicant S. V. humiles et devoti vestri Karolus, Romanorum et Boemie rex, et Nicholaus,[a]) episcopus Tridentinus, quatenus eis in personam eorum dilecti Conradi Woyffonis de Brunna, canonici Colomucensis,[b]) specialem graciam facientes, eidem beneficium ecclesiasticum [c]) cum cura vel sine cura, spectans [d]) communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis

aliam disposicionem episcopi, prepositi et capituli ac singulorum canonicorum ecclesie Colomucensis, si quod in ecclesia, civitate vel diocesi Colomucensi vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eciam si dignitas, personatus vel officium fuerit et ad eam vel eum per eleccionem consueverit quis assumi, eidem Conrado conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Conradus canonicatum et prebendam ecclesie Colomucensis predicte et archipresbyteratum de Liczana, Tridentine diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis et executoribus oportunis.

Fiat etc., eciam si dignitas etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI [e]) kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI 2 (14) f. 16 et iterum ibidem f. 19. — a) ‚Nicolaus' f. 19. b) ‚Olomucensis' f. 19 consequenter per totum. c) ‚de beneficio ecclesiastico' S., corr. ab editore. d) ‚spectante' S., corr. ab editore. e) ‚XIX' fol. 19.

---

903. *Conrado Woyffronis de Brunna reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, etiam si dignitas, personatus vel officium existat, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, praepositi et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Olomucensis in ecclesia ipsa, civitate vel diocesi Olomucensi vacat, vel cum vacaverit, non obstante ut in num. 902, hac tamen conditione, ut, quamprimum vigore praesentium dignitatem vel personatum aut curatum officium vel beneficium pacifice fuerit assecutus, archipresbyteratum de Lizzana,*[a]) *Tridentinae diocesis, qui extunc vacare decernitur, omnino dimittere teneatur. ‚D Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Vercellensi ac abbati monasterii sancti Laurentii prope Tridentum. Forma ut in n. 76.*

.X̄ X̿. *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 224 n. 98, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 183 f. 50 n. 98. — Ed. CDM. VII n. 721. — a) ‚Ilezana' A.

904. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Guillelmo de Vilharticz de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, rex Romanorum semper augustus Boemieque rex, quatenus sibi in personam dilecti et familiaris capellani sui Guillelmi de Wilartitz, presbyteri, nepotis nobilis Busconis de Wilartitz, militis,

primi camerarii et familiaris sui dilecti, specialem graciam facientes, eidem G[uillelmo] de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Olomucensis, si vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cum inhibicione, reservacione, acceptacione, decreto et clausula anteferri dignemini misericorditer providere, non obstante, quod idem Guillelmus parrochialem ecclesiam in Stbetzna ac canonicatum et prebendam in capella regia castri Pragensis necnon canonicatum sub expectacione prebende ecclesie Misnensis obtinere noscatur, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 19'.

---

905. *Guillelmo de Vilharticz,[a]) capellano et familiari Caroli, regis Romanorum, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 904. ,D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. de Hradišť[b]) prope Olomucz[c]) et de Třebíč,[d]) Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac decano ecclesiae Pragensis. Forma ut in n. 6.*

$.\overline{X}\ \overline{\overline{\overline{X}}}.$ *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 366, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 179 f. 257' n. 1064. — Ed. CDM. VII n. 720. — a) ,Willarticz' A. b) ,Hradiscz' A. c) ,Olomucen' A. d) ,Trebecz' A.

---

906. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus cum nobili viro Gysa de „Crumnelant", familiari suo, et nobili muliere Margaretha de „Flodorf", Leodiensis diocesis, qui tertio consanguinitatis gradu invicem se contingunt, super matrimonio iam contracto dispensetur, cum miles ille fundaturum et dotaturum se unam capellaniam XX librarum intra biennium polliceatur. ,Fiat per diocesanum, si sit ita, ipsis ad tempus separatis et iniuncta bona penitencia R. . . . . D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 19'.

---

907. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus frater Bartholomaeus de Luca capellanis honoris papae aggregetur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam predilecti servitoris sui religiosi viri fratris Bartholomei de Luca, ordinis fratrum Servorum beate Marie, qui sciencia, moribus et religionis

observancia quamplurimum extitit commendandus, et qui eciam tam bone memorie domino genitori suo quam sibi per quindecim annos et amplius fideliter deservivit, specialem graciam facientes eidem, ut ipse ad dictum regem condecencius valeat remeare, eundem fratrem Bartholomeum una cum capellanis vestris honoris dignemini aggregare, cum libertatibus, honoribus et privilegiis consuetis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 22.

908. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus capellanis et clericis suis, praesentibus et futuris, perpetuo, vel saltem donec ipse vitam duxerit, privilegium de non residendo et fructibus in absentia percipiendis concedatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Pater Sanctissime! Licet per favores, quibus sedes apostolica Romanos cesares seu reges prosequi consuevit, capellani et clerici eorundem, suis serviciis insistentes, omnes fructus, redditus et proventus quorumcunque beneficiorum suorum, eciam si curata, dignitates aut personatus eciam maiores post pontificales in cathedralibus et principales in collegiatis ecclesiis existant, cum ea integritate, cotidianis distribucionibus duntaxat exceptis, perpetuo percipere debeant, cum qua illos perciperent, si in eisdem beneficiis personaliter residerent, et ad residendum in eis minime teneantur, idque adhuc in nonnullorum christianorum regum capellanis et clericis observetur: tamen quia propter diversas vacaciones et procellas imperii consuetudo favoris huiusmodi aboleri cepit forsitan apud multos, ac devotissimus f. v. Karolus, Romanorum rex, privilegia imperii super hiis et aliis, sicut S. V. novit, presencialiter habere non potest, devote supplicat dictus rex, quatenus sibi premissum renovando favorem aut saltem specialem graciam faciendo, dignemini predicta capellanis et clericis suis, presentibus et futuris, perpetuo, vel saltem donec idem rex vitam duxerit in humanis, graciosius indulgere, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat ad vitam suam de veris capellanis et clericis suis commensalibus vel obsequiis suis insistentibus R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 22.

909. *Carolo, regi Romanorum et Bohemiae, indulgetur, ut, quamdiu vixerit, veri capellani et clerici commensales, eius obsequiis insistentes, praesentes et futuri, fructus beneficiorum suorum, quae in quibuscunque ecclesiis obtinent vel obtinebunt, etiam si curata aut dignitates, personatus vel officia et etiam si dignitates ipsae maiores post pontificales in cathedralibus et principales in collegiatis ecclesiis existant, cum ea integritate percipere possint, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, ac si in eis personaliter residerent, et ad residendum in eisdem minime teneantur. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et abbati monasterii sanctae Genovefae Parisiensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 705.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI A. VI/6 (97) f. 3 n. 70, de fructibus percipiendis qu. 2, rubrica sola; litterae in V. 184 f. 32 n. 71 (sic!).

910. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus Nicolao Conradi de Netolicz de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi et capituli Pataviensis provideatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Supplicat S. V. devotus vester et sancte Romane ecclesie filius Karolus, rex Romanorum, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Nicolai, nati quondam Conradi de Necolicz, bacallarii iuris canonici, specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem . . episcopi, . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Patauiensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, de benignitate apostolica dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod ecclesiam parrochialem in Michelsteten et capellam in Wreynstein, Patauiensis et Olomucensis diocesium, ex presentacione laicorum canonice noscitur obtinere, quam parrochialem ecclesiam offert se paratum dimittere, cum possessionem pacificam alterius curati beneficii fuerit assecutus, ac aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat usque ad summam quadraginta [a]) marcarum cum cura, viginti sine cura R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI 2 (14) f. 22. — a) corr. ex ‚triginta' cum nota in margine: „Correcta fuit peticio per dominum nostrum in summa et per me Johannem de Pistorio hic."

911. *Nicolao, quondam nato Conradi de Netolicz,* [a]) *rectori parrochialis ecclesiae in Michelstetten,* [b]) *Pataviensis diocesis, baccallario in iure canonico et capellano Caroli, regis Romanorum, reservatur ad supplicationem eiusdem regis beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 40 resp. 20 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli Pataviensis vacat, vel cum vacaverit, non obstante ut in num. 910, hac tamen conditione, ut, quamprimum vigore praesentium curatum beneficium fuerit pacifice assecutus, parrochialem ecclesiam de Michelstetten, quae extunc vacare decernitur, dimittere teneatur. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. Burdegalensi et Pragensi archiepiscopis ac praeposito ecclesiae sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis. Forma ut in n. 2.*

. X X.

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI A. VI 2 (93) f. 143, de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 180 f. 27 n. 58. — a) ‚Necolitz' A. b) ‚Michelsteten' A.

912. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johanni quondam Poncardi de Žichov de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Supplicat S. V. devotus filius Karolus, dei gracia Romanorum, Boemieque rex, quatenus sibi in personam nobilis Johannis, nati quondam Poncardi de

Zichow, militis et familiaris commensalis, capellani sui dilecti, specialem graciam facientes, eidem Johanni de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Pragensis, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, cum inhibicione, reservacione, acceptacione, decreto et clausula anteferri dignemini misericorditer providere, non obstante, quod idem J[ohannes] canonicatum et prebendam ecclesie Misnensis et parrochialem ecclesiam in Cunow, Pragensis diocesis, obtinere noscatur, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 22.

---

913. *Hroznata, abbas monasterii Opatovicensis, supplicat, quatenus frater Bohuslaus de Dašicz habilitetur, ut vocem in capitulo habere necnon administrationis officium adipisci ac omnes alios legitimos actus exercere possit; supplicat etiam, quatenus sibi, priori Martino et Neplachoni, monacho eiusdem monasterii, absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Significat S. V. devotus et humilis orator vester Hrosnata, abbas monasterii Opatowicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, quod olim frater Bohuslaus de Dassicz, de ordine Predicatorum ad dictum suum ordinem transiens, in eo [a]) laudabiliter et honeste deguerit iam sunt XX anni et supra et adhuc degat fueritque hucusque ad singulos legitimos actus admissus, uno anno cum dimidio excepto. Supplicat igitur prelibate V. S. dictus abbas, quatenus eundem fratrem Bohuslaum, ut vocem habeat in capitulo necnon administracionis possit officium adipisci ac omnes alios legitimos actus, prout occurrerit, valeat exercere, habilitare dignemini, constitucionibus in contrarium editis non obstantibus quibuscunque.

Fiat R.

Item supplicat eidem S. V. dictus abbas, quatenus sibi et fratri Martino, priori claustrali eiusdem monasterii, et fratri Neplachoni, monacho sepedicti monasterii, nunc in curia Romana commoranti, specialem graciam facientes, plenam indulgenciam in mortis articulo eisdem concedere dignemini, ut in forma continetur talibus consueta.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 22'. — [a]) ‚eoque' S., corr. ab editore.

---

914. *Abbati monasterii Podlažicensis mandatur, quatenus Bohuslaum de Dašicz, monachum monasterii Opatovicensis, habilitet, ut vocem habere in capitulo et administrationis officium adipisci et omnes legitimos actus exercere valeat.*

X
X.

Avinione, 1347 Augusti 22.

D. f... abbati monasterii Podlasicensis, Pragensis diocesis, s. etc. Exhibite nobis nuper pro parte d. f. Bohuslai de Dassicz, monachi monasterii Opatowicensis, ordinis

sancti Benedicti, Pragensis diocesis, peticionis series continebat, quod ipse dudum de ordine fratrum Predicatorum, quem professus extiterat, ad prefatum ordinem sancti Benedicti canonice transivisse ac in eodem monasterio per viginti annos et amplius deguisse dinoscitur, prout eciam adhuc degit laudabiliter et honeste, quodque ad singulos actus preterquam ab uno anno cum dimidio citra admissus extitit in monasterio prelibato. Nos igitur volentes eundem Bohuslaum, de religionis zelo,[a]) honestate morum et vite ac aliis virtutum meritis apud nos multipliciter commendatum, pro quo eciam d. f. Hrosnata, prefati monasterii abbas, nobis super hoc humiliter supplicavit, favoribus prosequi graciosis, huiusmodi predictorum abbatis et Bohuslai supplicacionibus inclinati, discrecioni tue, de cuius circumspeccionis[b]) industria gerimus fiduciam in domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si premissis veritas suffragetur, eundem Bohuslaum, ut ipse, premissis necnon constitucionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinum predictorum contrariis nequaquam obstantibus, vocem habere in capitulo et administracionis officium, si sibi alias canonice conferatur vel assumatur ad illud, adipisci omnesque legitimos actus, prout occurrerit, exercere proinde licite valeat, ac si eundem Predicatorum ordinem non fuisset ingressus, habilitare seu habilem reddere auctoritate nostra procures. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 199′ n. 194, diversarum formarum qu. 4 = V. 184 f. 110 n. 193 (!). — a) ‚çelo' A. b) ‚cirspeccionis' A.

915. *Hroznatae,*[a]) *abbati monasterii Opatovicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' Forma ut in n. 65.*

. X . *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 389′, de absolutione qu. 1 = V. 180 f. 196′ sine numero. — a) ‚Hrosnate' A.

916. *Martino quondam Egidii, priori claustrali monasterii Opatovicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' Forma ut in n. 65.*

. X . *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 389, de absolutione qu. 1 = V. 180 f. 196′ sine numero.

917. *Neplachoni quondam Pauli, monacho monasterii Opatovicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' Forma ut in n. 65.*

. X . *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 389, de absolutione qu. 1 = V. 180 f. 196′ sine numero.

918. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus dilecto suo Guillelmo, filio Johannis Pauli, clerico, de duobus vel tribus beneficiis ecclesiasticis sine cura, quomodocunque fuerint, quorum fructus 70 florenorum auri s. t. d. valorem annuum non excedant, si ad collationem episcopi et capituli Lucani communiter vel divisim vacant, vel cum vacaverint, provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.‘*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 22'.

---

919. *Guillelmo, nato Johannis Pauli, clerico Pistoriensi, reservantur ad supplicationem Caroli, Romanorum regis, duo aut tria beneficia sine cura, prout supplicatum extitit. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.‘ Forma ut in n. 2.*

.X X

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 66 n. 30, litterarum, „que fuerunt portate post ligacionem librorum“ qu. 1. In V. quaterni huiusmodi deficiunt.

---

920. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Wilhelmo Sbinconis dicti Leporis de Bohemia de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Sanctissime pater et domine reverendissime. Dilectum nobis Wilhermum, natum dilecti fidelis [a]) nostri militis et camerarii Sbinconis dicti Leporis de Boemia, tenore presencium S. V. attentis affectibus commendamus, supplicantes humiliter et devote, quatenus intuitu nostri eidem W[ilhermo] de canonicatu [b]) et prebenda [c]) in ecclesia Wissegradensi, Pragensis diocesis, vacantibus vel vacaturis, de benignitate apostolica dignemini providere, cum clausulis acceptacionis, anteferri et aliis clausulis oportunis, non obstante, quod idem W[ilhermus] canonicatum et prebendam in ecclesia Omnium Sanctorum in castro Pragensi et canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Bambergensi vigore litterarum Sanctitatis Vestre dinoscitur obtinere. Supplicamus insuper, quod examen ipsius in partibus committere velitis.

Fiat R. Item supplicamus, ut transeat sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.

S. V. devotissimus filius Karolus, dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 23. — a) corr. ex ‚filii‘ S. b) ‚canonicatibus‘ S., corr. ab editore. c) corr. ex ‚prebendis‘ S.

921. *Wilhelmo, nato n. v. Sbinconis dicti Leporis, de Bohemia militis, providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 920. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. abbati monasterii Břevnoviensis,*[a]) *Pragensis diocesis, ac Pragensis ac sancti Salvatoris Traiectensis decanis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 365, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 179 f. 257 n. 1063. — a) ‚Brownouiensis' A

---

922. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus capellano suo Bartholomaeo de Vallesella de canonicatu ecclesiae Aquilegensis sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, quod in Tridentina, Novariensi et Bellunensi ecclesiis canonicatus et praebendas ac parrochialem ecclesiam in Sarentina et clericatum sancti Eusebii, Tridentinae diocesis, obtinet. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 23.

---

923. *Bartholomaeo de Vallesella,*[a]) *capellano Caroli, regis Romanorum et Bohemiae, ad supplicationem eiusdem regis providetur de canonicatu ecclesiae Aquilegensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 922. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 72 n. 67, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 182 f. 37 n. 67. — a) ‚Vallesela' A.

---

924. *Carolus, Romanorum rex semper augustus et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johanni, nato quondam Mathaei de Gardellis, clerico Tridentino, de canonicatu ecclesiae Tridentinae sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Augusti 22.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 23.

---

925. *Johanni de Gardellis, nato quondam Mathaei de Gardellis, providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Tridentinae sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione XI kal. Septembris a. sexto.' Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1347 Augusti 22.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 76′ n. 73, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 182 f. 40′ n. 73.

---

926. *Blanca, Romanorum ac Bohemiae regina, supplicat, quatenus familiari suo Hadinaro quondam Alberti de Eggenburg,[a]) clerico Pataviensis diocesis, reservetur beneficium cum vel sine cura, si quod ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Pataviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione X kal. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Augusti 23.

Clementis VI S. VI 2 (14) f. 19'. — a) ‚Egemburga' S.

927. *Hadinaro,[a]) nato quondam Alberti de Eggenburg,[b]) clerico Pataviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Blanchae, reginae Romanorum, cuius familiaris existit, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Pataviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione X kal. Septembris a. sexto.' — In e. m. patriarchae Constantinopolitano et archiepiscopo Pragensi ac abbati sanctae Mariae Scotorum in Vienna, Pataviensis diocesis. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1347 Augusti 23.*

Clementis VI A. VI 2 (93) f. 120, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 180 f. 12' n. 27. — a) ‚Hadimaro' A. b) ‚Egenburga' A.

928. *Eberhardus de Wallsee rogatur, quatenus Johanni de Pistorio de securo conductu providere procuret.*

Avinione, 1347 Augusti 26.

D. f. nobili viro Heberhardo de Waltse, militi Patauiensis diocesis. Cum d. f. magistrum Johannem de Pistorio, decanum ecclesie sancti Salvatoris Traiectensis, capellanum nostrum, latorem presencium, ad carissimum in Christo f. n. Carolum, regem Romanorum illustrem, presencialiter destinemus, nobilitatem tuam attente rogamus, quatenus eundem magistrum Johannem pro nostra et apostolice sedis reverencia benigne recipiens, ei de securo conductu, si a te illum pecierit, liberaliter providere procures. D. Auinione VII kal. Septembris a. sexto.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 294.

929. *Archiepiscopo Pragensi mandatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, quatenus Smilonem de Vetoria, specialem et dilectum consiliarium eiusdem regis, et complices ipsius absolvat ab excommunicationis sententia, quam propter homicidium in personam Voislai, rectoris parrochialis ecclesiae in Jaroměřicz, perpetratum incurrerat, ac ipsum et filios eius ad ius, famam et honores restituat.*
X *‚D. Auinione VI kal. Septembris a. sexto.'*
X
X *Avinione, 1347 Augusti 27.*
.X.

Clementis VI A. VI 6 (97) f. 459, litterarum communium qu. 2 = V. 180 f. 323' n. 1050[b] et iterum V. 141 n. 298. — Ed. CDM. VII n. 722.

930. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johanni quondam Tassonis de Tassov de dignitate, personatu seu officio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem episcopi et capituli Olomucensis provideatur.*

Avinione, 1347 Septembris 7.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, dei gracia Romanorum semper augustus et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti familiaris capellani sui Johannis, canonici ecclesie Olomucensis, nati quondam nobilis viri Tassonis de Tassow, eiusdem diocesis, specialem graciam facientes, de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura, eciam si quis ad eam, ad eum vel ad id per eleccionem assumi consueverit, et si maior post episcopalem in ecclesia cathedrali et principalis in ecclesia collegiata existat, spectans ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem dicti . . episcopi, . . prepositi, decani et capituli ecclesie Olomucensis coniunctim vel divisim, si que, quis vel quod in dicta Olomucensi ecclesia et extra vacat ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri eidem Johanni misericorditer dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes canonicatum et prebendam in dicta Olomucensi ecclesia ac canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Vissegradensi, Pragensis diocesis, et parrochialem ecclesiam in Popitz, Olomucensis diocesis, noscitur obtinere, quam parrochialem ecclesiam adepta possessione dignitatis pacifica paratus est resignare, et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis et executoribus. Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 43'.

---

931. *Johanni, nato quondam Tassonis de Tassov, capellano et familiari Caroli, regis Romanorum et Bohemiae, canonico Olomucensi, reservatur ad supplicationem eiusdem regis dignitas aut personatus vel officium cum vel sine cura, etiam si quis ad illa per electionem assumi consueverit, dummodo maior post episcopalem in cathedrali aut principalis in collegiata ecclesiis dignitas non existat, spectans ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli Olomucensis, si in ecclesia Olomucensi vacat, vel cum vacaverit, non obstante ut in num. 930, attamen hac conditione, ut, quamprimum vigore praesentium dignitatem aut personatum vel curatum officium pacifice fuerit assecutus, parrochialem ecclesiam de Popicz, quae extunc vacare decernitur, dimittere teneatur. ‚D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.' In e. m. Burdegalensi et Pragensi archiepiscopis et decano ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis. Forma ut in n. 52.*

| / .X | / ≡ / X.

Avinione, 1347 Septembris 7.

Clementis VI A. VI, 3 (94) f. 451, de dignitate sub expectatione qu. 1 = V. 179 f. 214 n. 978. — Ed. CDM. VII n. 724.

932. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus collectoribus mandetur, ut decimam in terris suis exactam sibi integraliter solvant et assignent.*

Avinione, 1347 Septembris 7.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quod, cum de decimis olim per S. V. impositis in regno Boemie et aliis terris, subiectis et obedientibus regi Boemie, pro certis terminis in subsidium contra Turcos [1]) et decima ipsa ante concessionem seu imposicionem huiusmodi pro uno termino exacta extitisset, dignetur S. V. mandare . . collectoribus ad id deputatis, quod dictam eiusdem termini exactam decimam eidem regi vel nunciis seu procuratoribus suis solvant integraliter et assignent.

Fiat in regno Boemie et aliis terris suis ex successione parentum suorum R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI 2 (14) f. 46. — [1]) hic tenor litterae corruptus esse videtur.

933. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, qnatenus cum Reimprechto de „Olssinez" et Adletha, filia Eberhardi de „Thechado", super matrimonio contrahendo dispensetur.*

Avinione, 1347 Septembris 7.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, quod, cum olim nobilis Ebhardus de Thechado, assumpto sibi fratre Rymprechei de Olssinez, una cum quibusdam aliis complicibus suis ad hostes quosdam invadendum ivisset, eisque cum dictis hostibus pugnantibus frater dicti Reymprechei a dictis hostibus interfectus extitisset, interque nobilis Aleythe, filie supradicti nobilis Ebhardi, et Reymprechei [a]) predicti consanguineos et amicos propter necem fratris ipsius Reymprechei multiplicia scandala guerrarumque pericula extunc extiterant et adhuc sint suscitata,[b]) dictique Aleytha et Reymprech, qui quarto et quinto consanguinitatis gradu se attingunt, cupiant [c]) ad supradictas guerras sedandas ad invicem matrimonialiter copulari: supplicat, quatenus ad huiusmodi periculis, excidiis [d]) et scandalis obviandum cum eis, quod premissis non obstantibus valeant iidem Aleytha et Reymprech ad invicem licite matrimonialiter copulari, dignemini misericorditer dispensare, prolem [e]) suscipiendam ab eisdem legitimam decernentes, cum clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat, si indigent, per diocesanum, si sit ita R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI 2 (14) f. 52. — [a]) sequitur iterum: ,a dictis hostibus interfectus extitisset', sed cancellatum S. [b]) ,suscitarum' S., corr. ab editore. [c]) ,cupiantque' S., corr. ab editore. [d]) ,exidiis' S.

934. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johannes de Lichtenberg ab excommunicationis et aliis sententiis absolvatur, cum ipso super irregularitate dispensetur et fructus per eum etiam nomine Ludovici fratris percepti ei remittantur.*

Avinione, 1347 Septembris 7.

Significat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quod olim dilectus suus nobilis Johannes de Lichtemberg, pro quo ipse rex alias sua

manu propria eidem S. V. scripsit, in Argentinensi et Spirensi ecclesiis canonicatus et prebendas obtinens et minor annis existens in Zintswilre, in Fulkriegesheim, in Schiltersdorf, in Suersheim, in Buhswilre, in Orswilre et in Wasselnheim parrochiales ecclesias, Argentinensis diocesis, necnon cantoriam ecclesie Argentinensis, que dignitas non curata existit, ac pincernatum eiusdem ecclesie, qui simplex officium existit, quandoque per prelatos quandoque per canonicos ipsius ecclesie solitus exerceri, successive sibi collatos extitit assecutus eaque omnia per plures annos simul tenuit et possedit, prout adhuc tenet et possidet, fructus percipiens ex eisdem, seque post aliquarum dictarum ecclesiarum adepciones fecit in subdiaconum ordinari et in ipso ordine interdum eciam ministravit, quodque nuper vacante decanatu ecclesie Argentinensis ad illum electus et in eo confirmatus ac in ipsius possessionem inductus extitit fructusque aliquos licet paucos ex eo percepit, de quo sibi noviter in Romana curia lis est mota. Quare, cum dictus Johannes homo valde nobilis et eciam circumspectus et in suis partibus multum honorabilis atque potens sancteque Romane ecclesie fidelis existat, eiusque consilium et auxilium in magnis et arduis agendis sit et fuerit plurimum utile dicto regi, devote supplicat idem rex, quatenus sibi specialissimam graciam facientes, eundem Johannem a quibuscunque excommunicacionis et aliis sentenciis, quas propterea incurrisset, absolvere et cum eo super irregularitate contracta, et quod in susceptis ordinibus ministrare valeat, dispensare eumque plenarie habilitare ac in integrum restituere ad actus quoslibet et ad famam fructusque predictos eidem Johanni remittere seu pocius ipsi regi donare ipsique Johanni, nunc in etate legitima existenti et predictas in Zincswilre, in Fulkriegshein, in Schilcersdorf et in Suershein parrochiales ecclesias ad mandatum vestrum resignare parato, de canonicatibus et prebendis, pincernatu, cantoria, in Wasselnheim et in Orswil parrochialibus ecclesiis predictis, quorum fructus, redditus et proventus CL marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, eciam si alio quovis modo vacarent et ad disposicionem sedis apostolice devoluta aut eciam eidem generaliter vel specialiter reservata forent, providere de novo dignemini graciose, cum eo, ut non obstantibus generalis concilii et quibuscunque aliis constitucionibus apostolicis contrariis canonicatus et prebendas, pincernatum, cantoriam et decanatum predictum, cum illum fuerit pacifice assecutus, dimissa tamen tunc cantoria predicta, simul licite valeat retinere, misericorditer dispensantes sibique, quod canonicatus et prebendas et pincernatum ac cantoriam seu decanatum predictos, cum illum ut prefertur fuerit assecutus, et dictas ecclesias parrochiales ex causa permutacionis vel alias pure et simpliciter dimittere et totidem alia beneficia ecclesiastica, quecunque fuerint, eciam si maioris extimacionis extiterint, dummodo sibi alias canonice conferantur, loco dimissorum recipere et una cum obtentis licite retinere idque de receptis huiusmodi successive, quociens sibi placuerit, facere valeat, dummodo concessorum sibi per S. V. beneficiorum numerus minime excedatur, misericorditer indulgentes, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Habilitamus, dispensamus et fructus perceptos remittimus et providemus, eciam quomodocunque vacent, et possit permutare et det ducentos florenos contra Turcos R.

Item significat, quod quondam Ludouicus, frater germanus dicti Johannis,

tunc minor annis existens et canonicatum et prebendam[a]) ecclesie Argentinensis obtinens, parrochialem ecclesiam in Etendorf, Argentinensis diocesis, sibi collatam extitit assecutus ipsosque canonicatum et prebendam ac ecclesiam per XIII annos vel circa tenuit et possedit et tam ipse Johannes, quando[b]) dicti fratris sui minoris se natu[c]) negocia[d]) gerebat, quam ipse Ludouicus ex ipsis canonicatu et prebenda ac ecclesia fructus perceperunt. Quare supplicat dictus rex, quatenus eidem Johanni eciam tamquam heredi dicti Ludouici huiusmodi fructus remittere seu pocius ipsi regi donare dignemini de dono gracie amplioris, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat et det sexaginta florenos contra Turcos. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 77. — a) sequitur ‚et ecclesiam', emend. ab editore S. b) ‚quam' S., emend. ab editore. c) ‚senatu' S., emend. ab editore. d) ‚negocio' S., emend. ab editore.

---

935. *Cum Johanne de Lichtenberg,*[a]) *canonico Argentinensi, dispensatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum et Bohemiae, super inhabilitatis macula ac infamiae nota, quas propter causas in num. 934 expositas incurrerat, et fructus ex parrochialibus ecclesiis, cantoria, pincernatu et decanatu, quorum ibidem fit mentio, ab eo percepti ei remittuntur, hac tamen conditione, ut de ipsis fructibus ducentos florenos auri persolvat camerae apostolicae in subsidium fidelium contra Turcos, et ut cantoriam, pincernatum et omnes parrochiales ecclesias supradictas omnino realiter et de facto dimittat. ‚D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.'*

.LX. *Avinione, 1347 Septembris 7.*

Clementis VI A. VI/6 (97) f. 422', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 7. In V. 180 deest! — a) ‚Lichtemberg' A.

---

936. *Regina Romanorum rogatur, quatenus frequenter papam de suo, viri et natorum suorum statu certiorem faciat, sicut et ipse ad eam de bono statu suo scribit. ‚D. Auinione VII id. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Septembris 7.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 324. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 170. Huber 779 n. 199.

---

937. *Philippus de Ammanatis de Pistorio, capitaneus civitatis Brixiae consanguineusque quondam domini Symonis Philippi, militis illustris memoriae domini Johannis, regis Bohemiae, supplicat, quatenus Vergiolesi Ammanati, fratri germano, de canonicatu ecclesiae Brixiensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione V id. Septembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Septembris 9.

Clementis VI S. VI/2 (14) f. 50.

938. *Sanctae Mariae in Arena Vratislariensis et in Kamencz monasteriorum abbatibus ac archidiacono ecclesiae Glogoriensis, Vratislariensis diocesis, mandatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum et Bohemiae, quatenus Jacobo Henrici de „Mirostor", clerico Vratislariensi, nullum ut asseritur beneficium ecclesiasticum assecuto, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae providere procurent. ‚D. Auinione IIII non. Novembris a. sexto.' Forma ut in n. 6.*

X
.X. *Avinione, 1347 Novembris 2.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 337', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 179 f. 239 n. 1026.

939. *Eisdem iudicibus mandatur, quatenus Andreae de Raslavicz,*[a]) *clerico Vratislariensis diocesis, iurisperito ac officiali Vratislariensi, pro quo etiam Preczlaus, episcopus Vratislariensis, ac Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicarunt, de canonicatu ecclesiae Vratislariensis sub expectatione praebendae provideant. ‚D. Auinione IIII non. Novembris a. sexto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1347 Novembris 2.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 338', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 179 f. 239' n. 1027. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 291. — a) ‚Roslowicz' A.

940. *Decano Vratislariensi mandatur, quatenus Ulrico dicto Schof, clerico Pragensis diocesis, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, ad supplicationem Caroli, regis Romanorum et Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae provideat. ‚D. Auinione IIII non. Novembris a. sexto.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1347 Novembris 2.*

Clementis VI A. VI/3 f. 408', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 4 = V 179 f. 287 n. 1122. — Ed. CDM. VII n. 737.

941. *Johanni Martini de Sedlecz providetur de dignitate, personatu vel officio cum vel sine cura sub expectatione ad collationem episcopi Vratislariensis. Forma ut in n. 52.*

|
| ≡
.X X. *Avinione, 1347 Novembris 2.*

D. f. Johanni Martini de Sedlecz, canonico Wratislauiensi, s. etc. Attributa tibi merita probitatis . . . . Hinc est quod nos, volentes te, pro quo v. f. Procellaus, episcopus Wratislauiensis, ac c. in Ch. f. nostri Karolus, Romanorum et Boemie rex illustris, eorum familiari,[a]) nobis humiliter supplicarunt, in ecclesia Wratislauiensi, in qua canonicatum obtines et prebendam, premissorum intuitu amplius honorare tibique graciam facere specialem, dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, ad collacionem, prov. seu q. a. d. episcopi Wratislauiensis, qui est pro tempore, pertinentem seu pertinens, si qua vel si

quis aut si quod in dicta Wratislauiensi ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, ... conferendam vel conferendum tibi . . . . d. a. reservamus . . . .; non obstantibus . . . . sive quod in dicta Wratislauiensi et Oppoliensi canonicatus et prebendas ac in Goglouiensi, Wratislauiensis diocesis, archidiaconatum necnon quedam bona eiusdem ecclesie Wratislauiensis in Dapramzin et Deblens villis, dicte diocesis, consistencia, que canonicalia nuncupantur et ex concessione prefati Porcellani episcopi quendam[b]) annuum redditum de bonis ad mensam eiusdem episcopi spectantibus nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quam primum vigore presentis gracie dignitatis vel personatus seu officii huiusmodi possessionem pacificam fueris assecutus, archidiaconatum predictum, quem ut prefertur obtines, et quem extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis . . . . D. Auinione IIII non. Novembris a. sexto.

In e. m. dd. ff. sancte Marie in Arena Wratislauiensis et . . in Kamencz, Wratislauiensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacriste ecclesie Auinionensis s. etc . . . . D. ut s.

Clementis VI A. VI 3 (94) f. 148, de dignitate sub expectatione qu. 1 = V. 179 f. 212 n. 975. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — a) ‚famulari' A. b) ‚quedam' A.

---

942. *Johanni Domnii, decretorum doctori, nullum ut asseritur ecclesiasticum beneficium assecuto, providetur ad supplicationem Preczlai, episcopi Vratislaviensis, ac Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione III non. Novembris a. sexto.' — In e. m. decano et cantori Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac thesaurario Vratislaviensis ecclesiarum.*[1]) *Forma ut in n. 6.*

| = .X X.

Avinione, 1347 Novembris 3.

Clementis VI A. VI 3 (94) f. 126', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 5 = V. 179 f. 295 n. 1138. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV. 296. — [1]) in margine nota: ‚attende, deficit executoria'. Executoria ipsa ab alia manu suppleta est.

943. *Mastino della Scala, cum de Carolo, rege Romanorum, bene meritus esset, gratiae agantur simulque rogatur, ut omnes, quicunque regnum Siciliae invasuri sint, impedire procuret et eis, quae magister Franciscus Petrachi, clericus Florentinus, ei retulerit, fidem adhibeat. ‚D. Auinione id. Novembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Novembris 13.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 833 — Ed. Werunsky, Excerpta n. 181. Vatik. Akten n. 2332. Huber 779 n. 200.

944. *Episcopus Pomezaniensis supplicat praeter alia, quatenus capellano suo Nicolao de Olsova, Vratislaviensis diocesis presbytero, de canonicatu ecclesiae beatae Mariae apud Glogoviam, eiusdem diocesis, sub expectatione praebendae provideatur, non obstante, quod idem Nicolaus parrochialem ecclesiam in „Rodowe", Pomezaniensis diocesis, obtinet, quam paratus est dimittere. ‚Fiat R. . . . D. Auinione IX kal. Decembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Novembris 23.

Clementis VI S. VI,1 (31) f. 65.

---

945. *Episcopus Vratislaviensis et sancti Vincentii et sanctae Mariae in Arena, Vratislaviensis diocesis, monasteriorum abbates constituuntur conservatores Andreae, episcopi Pomezaniensis. ‚D. Auinione IIII kal. Decembris a. sexto.'*

X
X
.X.

Avinione, 1347 Novembris 28.

Clementis VI A. VI 6 (97) f. 206 n. 28, de conservatoriis qu. 1 = V. 184 f. 45 n. 28. — Ed. Theiner MP. I n. 664.

---

946. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, quatenus quam celerrime ad partes Italiae festinet et interim in dissensione inter comites de Sabaudia atque Luchinum de Vicecomitibus, Johannem Montisferrati Thomamque Sallutiarum marchiones de opportuno remedio providere non postponat. ‚D. Auinione kal. Decembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Decembris 1.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 873. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 182. Vatik. Akten n. 2334. Huber 779 n. 201.

---

947. *Carolo, regi Romanorum, gratiae aguntur de notitia de morte Ludovici de Bavaria simulque rogatur, quatenus procuret, ut Ludovicus, rex Hungariae, ab omni auxilio et favore Nicolao Laurentii praestando abstineat. ‚D. Auinione VII id. Decembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Decembris 7.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 908. — Ed. Pelzl, Karl IV. I pag. 205 n. 208, CDM. VII n. 742. Vatik. Akten 2335. Huber 505, n. 17.

---

948. *Carolus, Romanorum rex, supplicat: quatenus Gottfriedo Henrici de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Stefani [Bambergensis] vacantibus provideatur, eidem parrochialis ecclesia de Steinach de novo conferatur et cum eo dispensetur, quod ipsam per duodecim annos retinuerat, in presbyterum non promotus; item supplicat, quatenus parrochialis ecclesia de Gunzenhausen monasterio Coeli thronus, in Norimberga sito, incorporetur.*

Avinione, 1347 Decembris 8.

Supplicat S. V. devotus v. f. Karolus, Romanorum rex, quod dilectus suus Gotfridus Henrici, notarius devote creature vestre Friderici, episcopi Bamber-

gensis, per primarias preces eiusdem episcopi canonicatum et prebendam in ecclesia sancti Stephani, qui olim per mortem Henrici dicti Quet in dicta ecclesia vacaverunt, extitit assecutus, sed quondam Henricus dictus Vogel, presbyter, dictos canonicatum et prebendam [vigore][a]) quarundam litterarum apostolicarum in forma communi acceptaverat et cum dicto Gotfrido in Romana curia litigabat et duas pro se sentencias reportaverat, [qui][b]) in eadem curia nuper diem suum clausit extremum, causa predicta ista in tercia instancia tum pendente. Quare supplicat idem rex, [quatenus][c]) sibi in persona dicti Gotfridi specialem graciam facientes, ei de dictis canonicatu et prebenda, quos possidet, dignemini auctoritate apostolica providere, remittentes eciam[d]) sibi fructus, per eum a dictis canonicatu et prebenda iam perceptos, non obstante, quod idem Gottfridus ecclesiam parrochialem in Staynach, sitam sub castro Encze, Herbipolensis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item significat idem rex, quod prefatus Gotfridus olim ecclesiam parrochialem supradictam in Stainnach extitit canonice assecutus et eam duodecim annis et ultra tenuit prout tenet et fructus ex ea percepit in presbyterum non promotus. Quare supplicat idem rex, quatenus sibi in personam dicti Gotfridi ampliorem graciam facientes, omnem infamie et inhabilitatis maculam atque notam, si quas premissorum occasione contraxit, dignemini totaliter abolere ipsumque in integrum restituere, ita quod nulla sibi propterea in iudicio sive extra excepcio obici valeat vel obstaculum quomodolibet interponi, remittentes eciam et donantes fructus predictos et uberiorem graciam sibi facientes, ei de dicta ecclesia de novo dignemini providere[e]) vel ipsam sibi ex certa sciencia confirmare, non obstante, quod canonicatum et prebendam in supradicta ecclesia sancti Stephani noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Habilitamus et providemus R.

Item significat idem rex, quod monasterium quondam[f]) appellatum Celitronus, situm in oppido Nurenberg, Cisterciensis ordinis, Bambergensis diocesis, est quedam plantacio et fundacio nova, quodque dictum monasterium nondum habundat redditibus, prout necessarium foret abbatisse et conventui ac personis degentibus in eodem. Quare supplicat idem rex, quatenus prefate abbatisse et conventui ac dicto eorum monasterio specialem graciam facientes, ecclesiam parrochialem de Gunczenhusen, Eystetensis diocesis, de patronatu dicti monasterii existentem, pro necessitatibus abbatisse et conventus ac personarum eiusdem monasterii relevandis dignemini imperpetuum incorporare, annectere et unire, ita quod cedente vel decedente etc., reservata etc., contradictores etc., et cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat in forma R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.

Clementis VI S. VI, 1 (13) f. 70'. — [a]) [b]) [c]) desunt in S., suppleta ab editore. [d]) ‚et' S. [e]) ‚provideri' S. [f]) ‚condam' S.

949. *Gottfriedus Henrici, canonicus ecclesiae sancti Stefani Bambergensis, ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, surrogatur Henrico dicto Vogel, qui nuper mortuus est, in sententiis, quarum in num. 948 fit mentio, et earum effectu ac in omni iure et ad omne ius, quod eidem Henrico tempore obitus ipsius in canonicatu et praebenda ecclesiae sancti Stefani Bambergensis quomodolibet competebat et competere poterat. ‚D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.'*

III
V
. X .

Avinione, 1347 Decembris 8.

Clementis VI A. VI 5 (96) f. 498, de beneficiis vacantibus qu. 24 = V. 179 f. 203' n. 954.

---

950. *Monasterio monialium, Coeli throno vulgariter nuncupato, in oppido Norimberga,*[a] *Cisterciensis ordinis, Bambergensis diocesis, ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, parrochialis ecclesia de Gunzenhausen,*[b] *Eichstaettensis*[c] *diocesis, incorporatur. ‚D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.' Forma ut in n. 271.*

X
. X .

Avinione, 1347 Decembris 8.

Clementis VI A. VI 6 (97) f. 355, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 5 = V. 180 f. 271' n. 827. — a) ‚Nuremberg' A. b) ‚Guntzehusen' A. c) ‚Eystetensis' A.

---

951. *Nicolaus de Gymnich supplicat, quatenus secum super inhabilitate dispensetur, fructus duarum parrochialium ecclesiarum, quos illicite perceperat, sibi remittantur, et parrochialis ecclesia de Düdelingen ac canonicatus et praebenda ecclesiae Vyssegradensis de novo conferantur; item quatenus non teneatur in dicta parrochiali ecclesia personaliter residere et fructus ipsius etiam in absentia percipere possit; supplicat etiam, quatenus Johanni, familiari suo, de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia sancti Symeonis Treverensis provideatur.*

Avinione, 1347 Decembris 8.

Significat S. V. devotus vester Nicolaus de Ghymenich, Coloniensis diocesis, consiliarius et nuncius carissimi f. v. Karoli, Romanorum regis, ad Vestram Sanctitatem transmissus, quod ipse olim clericus, in etate VII annorum constitutus vel circa, parrochialis ecclesia de Septemfontibus, Treuerensis diocesis, fuit sibi per patronum laicum collata, et fuit eius nomine quidam alius clericus inductus in possessionem illius, condicione prehabita, quod ipse Nicolaus perciperet fructus ipsius ecclesie, qui ascendebant ad XXV regales auri annuatim vel circa, sicut et eos percepit, et ipse alius clericus deberet de vicaria ipsius ecclesie cum certis aliis redditibus contentari; postque, cum ad etatem XV annorum vel circa pervenisset, ipse fuit ad presentacionem laici parrochialem ecclesiam de Munzee, Coloniensis diocesis, assecutus, ex qua fructus levavit hactenus, qui valent secundum taxacionem decime XXX regales auri annuatim; et insuper, cum ad

etatem XXVI annorum vel circa pervenisset, parrochialis ecclesia de Dudelinghen, predicte Treuerensis diocesis, fuit sibi eciam per patronos laicos collata, et fuit alius eius nomine ad illam presentatus et in ea institutus, condicione apposita per totum, prout predicitur de priori, ex qua fructus usque ad valorem annuum C florenorum auri eciam hactenus cum aliis percepit et levavit; et demum canonicatus et prebenda ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, fuerunt sibi per clare memorie dominum Johannem, regem Boemie, tunc dominum suum, collati, ex quibus fructus per octo annos vel circa levavit, ascendentes annuatim ad XXV marchas argenti vel circa, prefatas ecclesias et earum predictos redditus percipiendo et retinendo, et nondum se fecit ad sacros ordines promoveri, nec fecit residenciam in aliquo predictorum beneficiorum. Verum cum dictus Nicolaus anno iam elapso predictas duas priores ecclesias[a]) dimiserit cum effectu, humiliter V. S. supplicat idem Nicolaus et devote, quatenus dominorum suorum intuitu cum eo graciose et liberaliter dispensantes in premissis ac omnem infamie et inhabilitatis notam, quam ex premissis incurrit, de apostolice potestatis plenitudine abolentes, ipsum habilitare dignemini ac in integrum restituere sicut prius fructusque sibi remittere antedictos, terciam vero ecclesiam necnon canonicatum et prebendam predictos premissis non obstantibus sibi de novo conferre, cum clausulis, non obstantibus et executoribus oportunis etc. modo meliori.

Habilitamus et sibi de dictis canonicatu et prebenda et tercia ecclesia providemus R.[1])

Item supplicat, quatenus, quod racione dicte tercie[b]) ecclesie, que per S. V. petitur superius de novo conferri, non teneatur servicio predicti regis insistendo hinc ad aliquod competens tempus, de quo Sanctitati Vestre videbitur, se facere ad ordines sacros promoveri nec in ea personaliter residere, et quod fructus interim percipere possit ex ea, dignemini eidem indulgere et cum eo dispensare etc. ut supra.

Fiat ad triennium R.[2])

Item supplicat, quatenus Johanni, perpetuo vicario ecclesie parrochialis de Dudelinghen, Treuerensis diocesis, familiari suo, de canonicatu et prebenda vacante vel vacatura ecclesie sancti Symeonis Treuerensis cum acceptacione et clausula anteferri etc. ut supra dignemini providere, non obstante, quod predictam perpetuam vicariam noscitur obtinere.

Fiat R.

Item quatenus eis dignemini remittere examen. Fiat R.

Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.

Clementis VI S. VI 1 (13) f. 73'. — a) ,ecclesias ecclesias' S. b) suppl. supra S.
1) vide num. 963, 964, 965. 2) vide num. 952.

952. *Nicolao de Gymnich,*[a] *clerico Coloniensis diocesis, consiliario Caroli, regis Romanorum, conceditur, ut, regis eiusdem obsequiis insistens, fructus parrochialis ecclesiae de Düdelingen*[b] *Trevevensis diocesis, ‚de qua tibi hodie*[1] *nunc vacante per nostras certi tenoris litteras mandavimus provideri', postquam eam fuerit pacifice assecutus, usque ad triennium a data assecutionis huiusmodi inantea computandum percipere possit, ac si in ea personaliter resideret. ‚D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.' Forma ut in n. 454.*

Avinione, 1347 Decembris 8.

Clementis VI A. VI/6 (97) f. 3 n. 51, de fructibus percipiendis qu. 2, rubrica sola; litterae in V. 184 f. 24' n. 52. — a) ‚Ghymenich' A. b) ‚Dudelinghen' A. — 1) litterae vero, quarum hic fit mentio, (apud nos num. 964), habent datam aliam, scil. Avinione, 1348 Januarii 24!

---

953. *Ludovicus de Nordenberg,*[a] *canonicus praebendatus ecclesiae Eichstaettensis,*[b] *subdiaconus, supplicat, quatenus sibi reservetur dignitas, personatus, officium vel beneficium etiam cum cura, si ad collationem episcopi Eichstaettensis in ecclesia, civitate vel diocesi Eichstaettensi vacat, vel cum vacaverit. ‚Fiat etc. R.' — Item supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Augustensis provideatur, non obstante, quod canonicatum et praebendam ecclesiae Eichstaettensis obtinet. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Conrado de Nordenberg,*[c] *presbytero Augustensis diocesis, de canonicatu et praebenda ecclesiae Ratisponensis provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Decembris 8.

Clementis VI S. VI/1 (13) f. 71. — a) ‚Ludouicus Nortenberg' S. b) ‚Eystetensis' S. c) ‚Nortenberg' S.

---

954. *Ludovicus de Nordenberg supplicat, quatenus sibi canonicatus et praebenda ecclesiae Feuchtwangensis de novo conferantur.*

Avinione, 1347 Decembris 8.

Supplicat S. V. Ludwicus dictus de Nortemberg, subdiaconus Augustensis diocesis, serenissimi principis domini Karoli, Romanorum regis, notarius, quatenus sibi canonicatum et prebendam ecclesie Suchiwangensis, dicte diocesis, dudum sibi ad quondam domini Ludowici de Bauaria, tamquam imperatoris, instancias et preces eciam importunas, et eo tunc in servicio eiusdem domini Ludouici tamquam imperatoris existente, auctoritate ordinaria collatos, et quos dicte collacionis pretextu per sex annos et in eiusdem domini Ludowici quondam sic ut premittitur constitutus servicio possedit, dignemini de novo conferre, supradictis, necnon quod canonicatum et prebendam ecclesie Eystetensis obtinet, non obstantibus et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis et executoribus.

Fiat R. Quod transeat sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione VI id. Decembris a. sexto.

Clementis VI S. VI/1 (13) f. 74.

955. *Archiepiscopo Pragensi et episcopo Bambergensi conceditur facultas absolvendi omnes, qui Ludovico de Bavaria adhaeserant. ,D Auinione id. Decembris a. sexto.'*

Avinione, 1347 Decembris 13.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 925. Exc. in Vatik. Akten n. 2336. Huber 504 n. 16 cum alia data!

---

956. *Carolo, regi Romanorum, indulgetur, ut missam et alia divina officia etiam alta voce sibi et familiaribus suis etiam in locis ecclesiastico suppositis interdicto celebrari facere possit. ,D. Auinione XV kal. Januarii a. sexto.'*

X
X
.X.

Avinione, 1347 Decembris 18.

Clementis VI A. VI 7 (98) f. 269 n. 351, diversarum formarum qu. 7 = V. 181 f. 158' n. 352 (sic!). — Ed. CDM. VII n. 741, Vatik. Akten n. 2337.

957. *Winando Richardi de „Tuycio" providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Cassii Bunnensis, Coloniensis diocesis, vacantibus, non obstante, ,quod sicut asseris nos tibi nuper de parrochiali ecclesia de Goysdorp, dicte diocesis, per nostras certi tenoris litteras, tunc de iure vacante, ad supplicacionem c. in Ch. f. n. Caroli, regis Romanorum illustris, mandavimus provideri, de qua nondum tibi provisum existit. . . . . D. Auinione XII kal. Januarii a. sexto.'*

Forma ut in n. 4.

.X X.

Avinione, 1347 Decembris 21.

Clementis VI A. VI 1 (92) f. 128' n. 145, de praebendis vacantibus qu. 5 = V. 181 f. 251' n. 144 (sic!).

---

958. *Abbati et conventui monasterii de Kamencz, Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, confirmatur ius patronatus ecclesiae de Würben,*[a]) *eiusdem diocesis, quod eis Henricus, olim episcopus, et Johannes de Würben,*[a]) *quondam decanus ecclesiae Vratislaviensis, fratres germani, concesserant. ,D. Auinione II kal. Januarii a. sexto.'*

VIII [1])
X
X
X
.X.

Avinione, 1347 Decembris 31.

Clementis VI A. VI 7 (98) f. 261 n. 342, diversarum formarum qu. 7 = V. 181 f. 151 n. 343 (sic!). — Ed. Theiner, MP. I n. 666. a) ,Wirbena' A. — [1]) sic in A.

959. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, quatenus cum certis clericis Pragensis diocesis dispenset, ut in susceptis ordinibus ministrare et beneficia ecclesiastica recipere et retinere possint.*

X
X
.X.

Avinione, 1348 Januarii 17.

V. f. . . archiepiscopo Pragensi s. etc. Oblata pro parte dd. ff. Sebastiani de Lysa, diaconi, Johannis de Mochow, Sulico de Knyeziewes, Herrici de Wrutka,

subdiaconorum, Ratzconis de Slana, Hermanni de Praga, Sebastiani de Ledeziez, acolitorum Pragensis civitatis et diocesis, peticio continebat, quod, cum quadam vice quidam laicus Sebastianum de Weluar, eorum socium, acriter vulnerasset nec[a]) hiis contentus adiunctis sibi quampluribus aliis laicis diaconum, subdiaconos et acolitos predictos pluries et publice diffidasset, mortem et mutilacionem membrorum inferre comminando eisdem, propter quod dicti diaconus, subdiaconi et acoliti per aliquos dies de castro Pragensi exire ad sua peragenda[b]) negocia non audebant; tandem ipsis diacono et subdiaconis ac acolitis in armis et cum armis ante fores ipsius ecclesie insimul congregatis et, qualiter metum et violenciam ipsorum laicorum a se repellerent, inter se tractantibus, dicti laici contra eos bene armati et ballistis apprehensis processerunt ac in eosdem diaconum, subdiaconos et acolitos, qui ad hostium ipsius ecclesie, videntes eosdem laicos forciores eisdem, confugerant, irruerunt et contra ipsos in ecclesia predicta per ipsius hostium multis vicibus sagittantes demum quondam Jacobum, subdiaconum Pragensem, ictu sagitte in eadem ecclesia[c]) occiderunt. Quare pro parte dictorum diaconi, subdiaconi et acolitorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ex eis multi sint pauperes, ne in opprobrium cleri mendicare cogerentur, providere eis super hoc, si forsan ob premissa aliquam irregularitatis maculam incurrerunt, de oportune dispensacionis beneficio dignaremur. Nos igitur, carissimi in Christo filii nostri Caroli, Romanorum et Boemie regis illustris, super hoc nobis humiliter supplicantis, ac predictorum diaconi, subdiaconorum et acolitorum supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de qua fiduciam in domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si est ita, cum eisdem diacono, subdiaconis et acolitis, quod in susceptis et alias licite suscipiendis ordinibus ministrare et ecclesiastica beneficia, eciam si eis cura immineat animarum, dummodo eis alias canonice conferantur, premissis et quibuslibet aliis constitucionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, libere recipere et licite retinere valeant, auctoritate nostra dispenses. D. Auinione XVI kal. Februarii a. sexto.

Clementis VI A. VI, 7 (98) f. 69 n. 39, litterarum „que fuerunt portate post ligacionem librorum" qu. 1. In V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ‚ne' A., corr. ab editore. b) ‚perragenda' A. c) repetitum et non cancellatum A.

960. *Nobili mulieri Elisabeth,*[a]) *‚filiae quondam Busconis, domicellae Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione X kal. Februarii a. sexto.' Forma ut in n. 65.*

.X. *Avinione, 1348 Januarii 23.*

Clementis VI A. VI, 2 (93) f. 396, de absolutione qu. 1 = V. 180 f. 198' sine numero. — a) ‚Elizabet' A.

961. *N. v. Hynconi*[a]) *dicto Hlaváč*[b]) *de Duba, militi Pragensis diocesis, et n. m. Margarethae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione X kal. Februarii a. sexto.' Forma ut in n. 65.*

V̄
.X. *Avinione, 1348 Januarii 23.*

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 396′, de absolutione qu. 1 = V. 180 f. 199 sine numero. — [a]) ,Hayneoni' A. [b]) ,de Habach' A., corr. ab editore.

962. *N. v. Lepori, domino de Hasenburg,*[a]) *militi Pragensis diocesis, et Adelheidi,*[b]) *uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione X kal. Februarii a. sexto.' Forma ut in n. 65.*

.X̄. *Avinione, 1348 Januarii 23.*

Clementis VI A. VI/6 (97) f. 336′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 180 f. 260 n. 780. — [a]) ,Hazemborch' A. [b]) ,Alleydi' A.

963. *Cum Nicolao de Gymnich,*[a]) *clerico Coloniensis diocesis, consiliario Caroli, regis Romanorum, dispensatur super inhabilitate, quam ex causis in supplicatione sub num. 951 expositis contraxerat, fructusque ex parrochialibus ecclesiis atque canonicatu et praebenda, qui ibidem commemorantur, per eum percepti ei remittuntur et condonantur, hac tamen conditione, ut etiam ecclesiam de Düdelingen*[b]) *ac canonicatum et praebendam ecclesiae Vyssegradensis exnunc dimittere teneatur. ,D. Auinione VIIII kal. Februarii a. sexto.'*

X
.X. *Avinione, 1348 Januarii 24.*

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 300 n. 423, diversarum formarum qu. 8 = V. 184 f. 178 n. 424 (sic!) — [a]) ,Chymenich' A. [b]) ,Dudelinghen' A.

964. *Praeposito Treverensis et decano sancti Hilarii Pictavensis ac cantori sancti Pauli prope muros Treverenses ecclesiarum mandatur, quatenus Nicolao de Gymnich,*[a]) *consiliario Caroli, regis Romanorum, parrochialem ecclesiam de Düdelingen,*[b]) *postquam eam dimiserit, conferant et assignent.*[1]) *,D. Auinione VIIII kal. Februarii a. sexto.' Forma ut in n. 78.*

X
.X. *Avinione, 1348 Januarii 24.*

Clementis VI A. VI/4 (95) f. 220′ n. 314, de beneficiis vacantibus qu. 9 = V. 182 f. 251′ n. 314. — [a]) ,Ghymenich' A. [b]) ,Dudelinghen' A. — [1]) cfr. num. 952!

965. *Pragensis et Treverensis praepositis ac decano sancti Salvatoris Traiectensis ecclesiarum mandatur, quatenus Nicolao de Gymnich,*[a]) *consiliario Caroli, regis Romanorum, canonicatum et praebendam ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, postquam ipsos dimiserit, conferant et assignent. ,D. Auinione VIIII kal. Februarii a. sexto.' Forma ut in n. 79.*

X
.X. *Avinione, 1348 Januarii 24.*

Clementis VI A. VI/1 (92) f. 140 n. 160, de praebendis vacantibus qu. 6 = V. 181 f. 259′ n. 159 (sic!) — [a]) ,Ghymenich' A.

966. *Carolo, regi Romanorum, scribitur super negotio ecclesiae Herbipolensis simulque rogatur, quatenus successus suos frequenter papae intimare velit.*

Avinione, 1348 Februarii 3.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Venientes nuper ad sedem apostolicam d. f. Machardum, prepositum Bambergensis, et Nicolaum de Gunnich, canonicum Wissegradensis, Pragensis diocesis, ecclesiarum, celsitudinis tue nuncios, et litteras tuas nobis presentatas per illos contemplacione mittentis grate recepimus et, que ipsi nuncii nobis pro parte tua exponere curaverunt, diligencius intellectis, omnipotenti deo laudes et gracias agimus, quod eo tua negocia dirigente cuncta tibi, de quo gaudemus immense, in partibus ipsis feliciter prospereque succedunt, serenitatem tuam attente rogantes, ut successus tuos prosperos, quos tecum paterna caritate sortimur, frequenter nobis tua velit sublimitas intimare. Ceterum super negocio Erbipolensi locuti fuimus, sicut pro utilitate negocii vidimus expedire, licet parte alia obsistente in eo proficere non potuerimus, prout eorundem nunciorum poterit tibi clarius relacione constare. D. Auinione III non. Februarii a. sexto.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1090. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 189. Huber 779 n. 202.

967. *Carolo, regi Romanorum, commendatur Humbertus, dalphinus Viennensis, qui ei homagium et fidelitatis debitae iuramentum praestaturus est; quam ob rem Carolus rex rogatur, ut eundem dalphinum honoribus extollere, libertatibus munire et privilegiis decorare velit. ‚D. Auinione non. Februarii a. sexto.'* [1]

Avinione, 1348 Februarii 5.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1077. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 190. Huber 779 n. 203. — [1]) in calce folii sub hoc numero legitur: ‚Collacio istius quaterni facta cum minutis.'

968. *Carolus, rex Romanorum, certior fit, quae Nicolaus Laurentii, civis Romanus, facinora commiserit.*

Avinione, 1348 Februarii 5.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Quamquam Romana mater ecclesia ad statum subditorum, pro quorum quiete solicitudines libenter amplectitur, intenta semper operacione nitatur, plerumque tamen hominum faciente malicia, quod disposuisse videbatur utiliter, dispendiosum pocius iudicarunt [a]) eventus, et ideo Romani provida censura pontificis, sicut providet eisdem subditis libenter utilia, sic dampnosa quelibet resecat et prescindit. Dudum siquidem intellecto, quod dd. ff. populus Romanus ad reprimendum conatus aliquorum, qui ut ferebatur ad subversionem status urbis nitebantur ipsius, v. f. Raymundum, episcopum Vrbeuetanum, in spiritualibus in dicta urbe vicarium, et Nicolaum Laurencii, civem Romanum perniciosum atque pestiferum, tunc familiarem nostros, in rectores eorum et dicte urbis, credentes, quod nobis id foret acceptum, duxerant eligendos: nos, qui ad statum prosperum

et tranquillum[b]) urbis et populi[c]) predictorum, qui sunt Romani pontificis speciales, zelo paterne caritatis afficimur, attendentes, quod, sicut multorum et fere communis habebat assercio, non solum eisdem urbi et populo, sed et circumposite patrie ex eorum episcopi et Nicolai regimine commoda multa[d]) provenerant, et sperantes, quod dicti urbs et populus sub eorundem episcopi et Nicolai regimine prosperitatis et status incrementa susciperent et tranquille pacis commodis letarentur, licet dicti populus omnia ipsius urbis officia, prout et que ad eos pertinebant, dudum nobis in apostolatus nostri primordiis ad vitam nostram concorditer commisissent nosque sub certis protestacionibus acceptavissemus eadem, dictos episcopum et Nicolaum in rectores urbis et populi predictorum usque ad beneplacitum nostrum duximus ordinandos. Sed idem Nicolaus, favore commissi regiminis elevatus et subito noticiam sui perdens,[e]) sicut ad noticiam tuam, fili carissime, pervenisse iam credimus, commisso sibi et eidem episcopo non contentus officio rectorie varios titulos impudenter et temere usurpavit ac eorundem urbis et populi neglecta utilitate communi, ad quam fallacis hominis simulata voluntas tendere videbatur, propriis commodis inhians eundem episcopum ab huiusmodi officio repulit, qui eiusdem Nicolai detestanda facinora execratus in eadem urbe noluit remanere. Cumque Nicolaus idem sibi dictorum populi conspiceret arridere favorem, cepit nequam homo ad occupacionem terrarum et iurium ecclesie Romane oculos temere cupiditatis inicere ac manus sacrilegas extendere non expavit, gravibus penis atque sentenciis, quibus invasores et occupatores terrarum et iurium predictorum subiacent, se involvens, et deinde christiane religionis mores abiciens ac priscos gentilium ritus amplectens varias coronas laureasque suscepit ac fatuas et sine lege leges more cesarum promulgare temptavit et tanquam pullus onagri se liberum natum putans ac velut ille lucifer pravo corde conscendere meditatus in celum, super astra celi et altitudinem nubium presumpcionis sue solium nisus est exaltare, primatum quoque ecclesie memorate subvertere ac tocius urbis statum conturbare conatus est ad infirmum. Erigens cor ad alta, te, dilectissime fili, ad imperiale fastigium electum legitime riteque ab eadem ecclesia approbatum, et inveteratum illum dierum malorum quondam Ludouicum de Bauaria, a deo et eadem ecclesia iusto iudicio reprobatum et omni iure, si quod sibi ad regnum vel imperium Romanum quomodolibet competebat, omnique titulo, honore ac dignitate privatum, quem pollutis labiis non erubuit appellare ducem Bauarie, ac principes ecclesiasticos et seculares electores imperii de facto citavit, ut videlicet tu et dictus Ludouicus ad ostendendum de iure eleccionum vestrarum et electores predicti de potestate eligendi coram eo Rome comparere personaliter curaretis, ac nichilominus quibusdam civitatibus Italie nonnullas voces in eleccione Romani imperatoris obtulit vel concessit, maiori tamen parte vocum huiusmodi Romano populo reservata, statuens, quantum in eo fuit, quod de cetero nonnisi Italicus imperiali culmini presideret, quasi sua interesset de huiusmodi eleccionum iure ac eligencium potestate cognoscere et de statu Romani imperii ordinare, ut ad fastigium cesaree dignitatis, ad quod insani hominis tendebat insana fatuaque presumpcio, per huiusmodi astucias subdolas rueret pocius quam haberet ascensum. Concessiones insuper a condite urbis tempore factas per populum Romanum quibuscunque personis de quibusvis iuribus, honoribus, dignitatibus, privilegiis atque rebus de facto, cum

de iure non posset, revocare dampnabili immo dampnanda temeritate presumpsit et contra eandem sanctam, catholicam et universalem ecclesiam, quam solus deus ipse fundavit et regit, blasphemare non metuens, ipsam civitatemque Romanam idem esse asseruit et alia plura evomuit impudenter erronea et fidei catholice inimica, per que de scismate suspectum se reddidit [f]) et utinam non infectum. Clericos preterea Romanos, extra urbem manentes eandem, ut redirent ad illam, proposito edicto citavit ac sentencias canonum penasque non veritus nonnullos seculares et religiosos clericos artavit angustia carcerali. Et licet zelus domus domini,[g]) cuius [h]) gubernacionem quamvis immeriti gerimus, ad obviandum huiusmodi et aliis pluribus tam iniquis tamque pravis dicti Nicolai conatibus nos urgeret: nos tamen, desiderantes attente more pii patris eum lenimento clemencie ab invio erroris retrahere ac ad viam dirigere veritatis, per d. f. n. Bertrandum, tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, apostolice sedis legatum, paternis instituimus monitis, ut huiusmodi fatuitates erroneas atque pestiferas omnino deponeret et ad salubre ipsius urbis regimen contentus propriis terminis cogitatus erigeret, converteret studia et opera exerceret, eandem ecclesiam in dominam revereretur et matrem, citacionis eiusdem, quamquam ex nulla sui parte subsisteret edictum seu ludibrium verius, sicut ad illud de facto processerat, sic de facto eciam revocaret, errata corrigeret, pro commissis veniam peteret et a committendis de cetero abstineret, occupata per eum ipsius ecclesie iura dimitteret et ab occupandis manus sacrilegas revocaret. Cumque monita patris obaudiens et contempnens, quo eum toleraremus paciencius, eo intumesceret pocius, eo amplius superbiret: nos attendentes, quod, si huiusmodi prefati Nicolai facinora detestanda excessusque nepharios sub dissimulacione ulterius pateremur, paciencia nostra notaretur incuria et negligencia pocius censeretur, ad radicem tam infructuose tamque pestilentis arboris adhibuimus securim apostolice potestatis et, sicut tibi scripsisse meminimus, per eundem legatum spiritualiter ac nichilominus in bellica contra Nicolaum procedi mandavimus memoratum. Et factum est eo, qui superbis resistit et dat graciam humilibus, disponente, quod eiusdem Nicolai cornua elata contrita sunt ac ipse, que superbe ac fatue usurpavit, tribunicia insignia perdidit et ab urbe predicta cum ignominia est deiectus, idemque legatus prefatum Nicolaum huiusmodi rectorie privavit officio ac suspectum fore de crimine heresis sentencialiter declaravit. D. Auinione non. Februarii a. sexto.

In e. m. v. f. Baldewino, archiepiscopo Treuerensi.

Item e. m. v. f. Walramo, archiepiscopo Coloniensi.

Item in e. m. v. f. Gerlaco, archiepiscopo Maguntino.

Item in e. m. d. f. nobili viro [i]) duci Saxonie.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1111—1115. — Reg. in Vatik. Akten n. 2339. — [a]) ‚iudicauit' V. [b]) ‚transquillum' V. [c]) corr. ex ‚populis' V. [d]) ‚multa multa' V. [e]) ‚perderis' V. [f]) corr. ex ‚reddit' V. [g]) corr. ex ‚domini domus' V. [h]) sequitur ‚ad' V., corr. ab editore. [i]) sequitur spatium vacuum pro nomine.

969. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut ad pacem inter episcopum, capitulum, clerum atque inter cives Virdunenses faciendam favorabiliter et efficaciter se interponat, et eundem episcopum, clerum et capitulum commendatos habeat. ‚D. Auinione VI id. Februarii a. sexto.'*

Avinione, 1348 Februarii 8.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1086. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 191. Huber 779 n. 204.

970. *Carolo, regi Romanorum, scribitur, ut papam de statu suo frequenter certiorem faciat, alia Nicolaum de Lucemburgo ei nuntiaturum esse.*

Avinione, 1348 Februarii 8.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Gaudemus, carissime fili, et omnipotenti deo gracias agimus, quod ipse, ad negocia tua benigne respiciens, successus prosperos in eis tibi pro voto concedit. Quorum nos ex affectu paterne caritatis participes reputantes, serenitatem tuam attente rogamus, ut status tui continenciam et tuorum felicitatem processuum frequenter nobis intimare sublimitas tua velit. Ceterum super negociis tuis, pro quibus d. f. Nicolaum de Lucemburch, prepositum ecclesie Susatiensis,[1] Pragensis diocesis, capellanum nostrum, ad sedem apostolicam destinasti, prefatus Nicolaus, ad tuam presenciam rediens, plenius tibi vive vocis oraculo respondebit. D. Auinione VI id. Februarii a. sexto.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1088. — [1]) recte ‚Satcensis', id est ‚in Sadská'.

---

971. *Nicolao de Harta, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Pataviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VI id. Februarii a. sexto.' Forma ut in n. 2.*

| =
.X X.

Avinione, 1348 Februarii 8.

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 81 n. 44, litterarum, „que fuerunt portate post ligacionem librorum" qu. 2. In V. quaterni huiusmodi deficiunt.

---

972. *Fridericus, praepositus monasterii Pegaviensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Merseburgensis diocesis, qui ordinem ipsum expresse professus et in sacerdotio constitutus existit, praeficitur in abbatem eiusdem monasterii, vacantis ex eo, quod „Albertus, monachus, tunc abbas, eiusdem monasterii, regimini dicti monasterii, cui tunc preerat, per d. f. Karulum Mladoche de Czathowitz, olim archidiaconum ecclesie Bechinensis, Pragensis diocesis, procuratorem suum, ... ex certis causis apud sedem apostolicam sponte cessit in manibus d. f. n. Guidonis, tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, ... D. Auinione III id. Februarii a. sexto."* [1])

= —
V V
.X X.

Avinione, 1348 Februarii 11.

Clementis VI A. VII/3 (101) f. 442', de provisionibus prelatorum anni *septimi* qu. 4. In V. 187 reperitur rubrica sola, sed sine numero, inter n. 158 et 159 cum nota: ‚alibi'; in quaternis eiusdem registri V. 187 deest. — [1]) in marg. nota: ‚attende de anno sexto' A.

973. Neplacho Pauli preficitur in abbatem monasterii Opatovicensis.

V V V V
. X X X X. *Avinione, 1348 Februarii 11.*

D. in Ch. f. Neplachoni Pauli, abbati monasterii Oppatowicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, s. etc. Suscepti cura regiminis cor nostrum continua pulsat instancia, ut solicitudinis debitum, ad quod universis orbis ecclesiis et monasteriis nos apostolice servitutis necessitas obligat, eorum singulis, prout nobis ex alto conceditur, exolvamus in eo potissime, ut illorum regimina, que propriis sunt destituta pastoribus, personis talibus committantur, per quarum solerciam circumspectam ecclesie ac monasteria predicta in spiritualibus et temporalibus valeant adaugeri. Dudum siquidem monasterio Oppatowicensi, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, per liberam resignacionem d. f. Hrosnate de Lipoltitz, monachi, olim abbatis, dicti monasterii, per d. f. Giraldum de Magnaco, canonicum Pragensem, capellanum nostrum, procuratorem suum, ad hoc ab eo speciale mandatum habentem, in manibus d. f. n. Quidonis, tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, apud sedem apostolicam sponte factam et ab eodem cardinali de mandato nostro super hoc sibi facto oraculo vive vocis apud eandem sedem admissam, apud sedem predictam vacante: nos attendentes, quod de provisione ipsius monasterii nullus preter nos ea vice se intromittere poterat pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi provisiones omnium monasteriorum, tunc apud dictam sedem quocunque modo vacancium et vacaturorum inantea apud eam, disposicioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et ad provisionem ipsius monasterii celerem et felicem, ne prolixe vacacionis exponatur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes ac cupientes eidem monasterio talem presidere personam, que illud sciret, vellet et posset preservare a noxiis et adversis ac in suis manutenere iuribus ac eciam adaugere, post deliberacionem, quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, monachum eiusdem monasterii, in sacerdocio constitutum ac ordinem ipsum expresse professum, cui de religionis zelo, litterarum sciencia, honestate morum, vite mundicia aliisque donis virtutum fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus consideracione premissorum accepta, eidem monasterio de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque ipsi preficimus in abbatem, curam et administracionem ipsius monasterii tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gracias et largitur premia, confidentes, quod prefatum monasterium per tue circumspeccionis et diligencie studium, dextera domini tibi assistente propicia, spiritualiter et temporaliter regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, impositum tibi onus a domino devote suscipiens, curam et administracionem predictas sic geras fideliter et solicite prosequaris, quod prefatum monasterium gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissum, tuque proinde retribucionis eterne premium acquiras ac nostram et sedis eiusdem benediccionem et graciam uberius consequi merearis. D. Auinione III id. Februarii a. sexto.

In e. m. dd. ff. conventui monasterii Oppacowicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, s. etc. . . . . D. ut s.

In e. m. v. f. . . archiepiscopo Pragensi, s. etc. . . D. ut s.

In e. m. c. in Ch. f. Carolo, Romanorum et Boemie regi illustri, s. etc. . . D. ut s.

Clementis VI A. VI/1 (92) f. 523′ n. 40, de provisionibus praelatorum qu. 2 = V. 178 24′ n. 43. (!)

---

974. *Jacobo de Hlubčicz, (?)* [a]) *in presbyteratus ordine prout asseritur constituto, providetur de canonicatu ecclesiae Vladislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante, ‚quod plebanatum plebis in Lessino, Pomezaniensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium in eadem Vladislauiensi ecclesia prebendam pacifice assecutus extiteris, dictum plebanatum, quem obtines ut prefertur, et quem extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id te spontanee obtulisti, dimittere tenearis. . . . . D. Auinione VIII kal. Marcii a. sexto.‘ Forma ut in n. 6.*

.X̄ X̄. *Avinione, 1348 Februarii 23.*

Clementis VI A. VI/3 (94) f. 138′ n. 148, de praebendis vacaturis qu. 6 = V. 182 f. 79′ n. 148. — a) ‚Lubsitiz‘ A.

---

975. *Carolo, regi Romanorum, scribitur, votis eius pro Mastino della Scala hac vice satisfieri non posse, et ipse admonetur, ut indumenta longa et larga deferat et hastiludiis et torneamentis abstineat.*

Avinione, 1348 Februarii 25.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Serenitatis tue litteras, quibus d. f. Welconis, canonici Pragensis, secretarii et familiaris tui, adhiberi fidem relatibus peciisti, eundemque Welconem consideracione tua benigna caritate recepimus et, que idem Welco pro parte tua nobis prudenter et provide reseravit, intelleximus diligenter. Sane, fili carissime, licet d. f. nobilem virum Mastinum de Lascala, militem, ob sincere devocionis affectum, quem ad nos et Romanam ecclesiam habere dignoscitur, favorabiliter prosequamur, consideracione tamen tui, cui, sicut placide et letanter audivimus, devote ac reverenter obsequitur, ad placendum ei prompcius invitamur. Verumptamen quia de ecclesia illa, de qua per eundem Welconem tua nobis sublimitas supplicavit, duxeramus antea ordinandum, non potuimus hac vice satisfacere votis tuis, intendentes suo tempore Mastino prefato in omnibus, quantum cum deo possumus, tuo maxime intuitu complacere. Ceterum ante [a]) adventum [b]) dicti Welconis intelleximus relacione multorum, quod nonnulli magnates Alamanie, qui honorem tuum puro zelantur affectu, remurmurant et moleste plurimum ferunt, quod tu in vestibus tuis, quas breves nimis et strictas portare diceris, gravitatem illam, quam requirit fastigium dignitatis [c]) cesaree, non observas, quodque contra [d]) decenciam dignitatis huiusmodi hastiludiorum et torneamentorum exercicio te immisces; de quo nos, qui honoris tui desideramus paternis affectibus incrementa, mirati, serenitatem tuam attente rogamus, quatenus indumenta larga et longa, et que maturitatem indicent, que

in principe tanto requiritur. feras de cetero et, ab astiludiis et torneamentis huiusmodi abstinens, sic in omnibus actibus et gestibus tuis te gravem exhibeas ac maturum, quod nichil in te notetur indecens vel reprehensibile. sed dignitatem, cuius fasces et pondera sustines, moribus impleas et virtuosis actibus representes. D. Auinione VI kal. Marcii a. sexto.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1162. Exc. Werunsky, Excerpta n. 192. Huber 779 n. 205. — a) corr. ex ,autem' V. b) sequitur ,autem', sed cancell V. c) suppl. supra V. d) ,circa' V., corr ab editore.

---

976. Judicibus mandatur, quatenus provisionem Bronislao quondam Henrici de Pezyn concessam ad effectum perducere procurent.

Gratis pro deo. *Avinione, 1348 Martii 12.*

V. f. . . episcopo Wratislauiensi et dd. ff. . . decano Opoliensis ac . . archidiacono Glogouiensis, Wratislauiensis diocesis, ecclesiarum s. etc. Exposuit nobis d. f. Broncilaus, natus quondam Henrici de Pezyn, pauper clericus Wratislauiensis diocesis, in nostra presencia constitutus, quod ipse dudum, qui per certos examinatores super hoc deputatos a nobis de litteratura diligenter examinatus et in illa inventus convenienter idoneus extitit ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, super provisione sibi facienda de aliquo beneficio ecclesiastico, secundum sue probitatis merita competenti, sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, spectante ad collacionem vel provisionem v. f. n. . . episcopi Cracouiensis, si quod in civitate vel diocesi Cracouiensi, ubi dictus clericus perpetuam mansionem [a]) se asseruit elegisse, tunc vacabat, vel quamprimum ad id se facultas offerret, nostras ad dd. ff. . . prepositum et . . decanum [b]) ac . . archidiaconum ecclesie Cracouiensis, tunc eorum propriis nominibus non expressis, sub ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, litteras impetravit, et quod predictis litteris eisdem preposito, decano et archidiacono per ipsum clericum presentatis ipsisque pluries et instanter legitimis temporibus per ipsum clericum humiliter requisitis, ut ad execucionem litterarum ipsarum procederent iuxta continenciam earundem, [c]) idem prepositus primo, quod idem clericus male fecerat, quia extra suam diocesim impetrarat, et quod propter hoc male posset forsitan [d]) pertractari, ac deinde dictus decanus, quod in negocio provisionis huiusmodi sine dicto preposito non procederet, licet dictus archidiaconus se paratum offerret libenter procedere in provisionis negocio memorato, successive dicto clerico responderunt. Quare idem clericus, fatigatus laboribus et expensis, ad nos iterato recurrens, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna solicitudine dignaremur. Nos igitur eidem clerico paterno in hac parte compacientes affectu ac nolentes imperfectum deseri, quod de ipso dedit pietas inchoari, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, in huiusmodi provisionis negocio auctoritate nostra racione previa procedatis iuxta predictam per nos eisdem preposito, decano et archidiacono directarum continenciam litterarum. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. D. Auinione IIII id. Marcii a. sexto.

Clementis VI A. VI,6 (97) f. 353', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1, et iterum ib. f. 139, litterarum communium qu. 1 = V. 180 f. 270' n. 820 et iterum ib. f. 317 n. 1032. — [a]) ,mancionem' A. [b]) ,decanatum' A. [c]) sequitur ,quodque', non cancell. in A., corr. ab editore. [d]) ,forcitan' A.

977. *Carolus, rex Romanorum, requiritur, ut apud Ludovicum, regem, et Margaretham, filiam suam, reginam Ungariae, favorabiliter et efficaciter se interponat, ut principes regiae domus Siciliae, quos Ludovicus ille ceperat et in Ungariam captivos miserat, liberentur et ab omni noxia novitate praeserventur, indubie credens et ad effectum adducens ea, quae magister Johannes de Pistorio, decanus ecclesiae sancti Salvatoris Traiectensis, capellanus papae et nuntius, ei de his rebus pro parte papae retulerit.* ,*D. Auinione XVI kal. Aprilis a. sexto.*'

Avinione, 1348 Martii 17.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1189. — Ed. Theiner MH. I pag. 751, Huber 505 n. 19.

978. *Bohutio de Hostina providetur de canonicatu ecclesiae Magdeburgensis sub expectatione alicuius maioris praebendae ac dignitatis vel personatus seu officii cum vel sine cura, etiam si maior post archiepiscopalem dignitatem fuerit et ad illam vel illum seu illud per eleccionem consueverit quis assumi, non obstante, ,quod prepositurum ecclesie Lewchomergezensis, Pragensis diocesis, ac canonicatum sub expectacione prebende in ecclesia Pragensi nosceris obtinere. Volumus autem, quod, postquam vigore presencium dignitatem vel personatum seu curatum officium in prefata Magdeburgensi ecclesia fueris pacifice assecutus, prepositurum predictam, quam ut predicitur obtines, et quam extunc vacare decernimus, omnino dimittas. . . . . D. Auinione VI kal. Aprilis a. sexto.' — In e. m. Maguntinensi et Pragensi archiepiscopis ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

.X̄ X̿. *Avinione, 1348 Martii 27.*

Clementis VI A. VI,6 (97) f. 177' n. 31, de dignitatibus vacaturis qu. 2 = V. 181 f. 168' n. 32.

979. *Nicolao de Brunna conceditur, ut praepositurum ecclesiae Misnensis quocunque alio beneficio permutare possit.*

V̄ .X. *Avinione, 1348 Martii 27.*

D. f. Nicolao de Brunna, preposito ecclesie Misnensis, s. etc. Suffragancia tibi virtutum merita. . . . . Dudum siquidem, volentes tibi graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Pragensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate contulimus et providimus eciam de eodem, prebendam necnon dignitatem vel personatum seu officium, si que vel si qui aut si qua in eadem ecclesia tunc vacabant, vel cum vacarent, quas vel quos seu que per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra certi temporis spacium acceptares, conferendas[a]) seu conferendos vel conferenda tibi post acceptacionem huiusmodi dona-

cioni apostolice reservantes, ac deinde te favore apostolico prosequentes preposituram ecclesie Misnensis tunc vacantem eadem auctoritate tibi contulimus et providimus[b]) eciam de eadem ac voluimus inter cetera, quod, quamprimum vigore huiusmodi gracie in prefata ecclesia Pragensi dignitatem vel personatum fores pacifice assecutus, dictam preposituram, quam extunc vacare decrevimus, prout ad id eciam te sponte obtulisti, dimittere tenearis, prout in diversis nostris litteris inde confectis[c]) plenius continetur. Cum itaque, sicut oblata nobis tua peticio continebat, ex predicta gracia, tibi in eadem ecclesia Pragensi ut predicitur per nos facta, nondum fueris effectum aliquem consecutus et eidem prepositure, sicut ei onus incumbens et eiusdem ecclesie Misnensis consuetudo requirunt, sufficienter servire non possis: nos premissorum meritorum tuorum intuitu et volentes personam tuam in hac parte favore prosequi gracie specialis, tibi, quod dictam preposituram pro quocunque alio beneficio ecclesiastico, cum canonicatu et prebenda ac decanatu Olomucensis, quos obtines, et canonicatu et prebenda ac dignitate vel personatu seu officio eiusdem Pragensis ecclesiarum, quas seu quos aut que ut prefertur expectas, compassibilia, premissis ac quibuscunque generalibus seu specialibus reservacionibus aut constitucionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, permutare libere valeas, auctoritate apostolica tenore presencium licenciam elargimur. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione VI kal. Aprilis a. sexto.

Clementis VI A. VI 6 (97) f. 263, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1 = V. 180 f. 219′ n. 574. — a) sequitur: ,vel conferenda', sed cancellatum A. b) corr. ex ,providemus' A. c) ,fectis' A.

---

980. *Conrado de Schleida,[a]) consanguineo Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu et praebenda in ecclesia Coloniensi vacantibus. ,D. Auinione VI kal. Aprilis a. sexto.' Forma ut in n. 4.*

I X I X.

Avinione, 1348 Martii 27.

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 55′ n. 15, litterarum „que fuerunt portate post ligacionem librorum" qu. 1. In V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ,Sleyda' A.

981. *Carolo, regi Romanorum, commendatur Albertus, electus Herbipolensis. ,D. Auinione V [sic!] non. Aprilis a. sexto.'*

Avinione, 1348 Aprilis 1.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1242. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 196. Huber 779 n. 208.

982. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, quatenus apud Johannem, ducem Brabantiae, qui oppidum Sancti Trudonis occupatum tenet, intercedat, ut idem oppidum ecclesiae Leodiensi restituat. ,D. ut s. [Auinione IIII non. Aprilis a. sexto.]'* [1])

Avinione, 1348 Aprilis 2.

Clementis VI V. 141 (secr. a. VI) n. 1245. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 195. Huber 779 n. 207. — 1) ut in V. 141 n. 1244.

---

983. *Nicolao*[a]) *Arnoldi de Strzelce*[b]) *providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Poznaniensi vacantibus, non obstante, ,quod in Dymisiensi, Vesprimensis diocesis, canonicatum [et]*[c]) *prebendam et in Agriensi sub expectacione prebende ac dignitatis vel personatus seu officii cum cura vel sine cura auctoritate litterarum nostrarum et in Vesprimiensi ecclesiis sub expectacione prebende auctoritate ordinaria canonicatus nosceris obtinere. . . . . D. Auinione non. Aprilis a. sexto.' — In e. m. Vratislaviensi et Lubucensi episcopis ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 4.*

.X X.

Avinione, 1348 Aprilis 5.

Clementis VI A. VI/5 (96) f. 410, de beneficiis vacantibus qu. 21 = V. 179 f. 153 n. 843. — [a]) ,Nicholao' A. [b]) ,Strelitz' A. [c]) deest in A., suppl. ab editore.

984. *Praeposito et scholastico ac Hermanno de Opatowecz, canonico ecclesiae Cracoviensis, mandatur, quatenus Johanni Dzeczkonis de Ratibor,*[a]) *canonico Cracoviensi, ,qui sicut asserit in Polonie et Vngarie regnis in officio tabellionatus, quod auctoritate apostolica obtinet, pro negociis dicte sedis cum ipsius nunciis commorando per multos annos laboravit fideliter et devote et eidem sedi servivit et adhuc continue servit et inantea est servire paratus,' parrochialem ecclesiam in honorem beatae Mariae Virginis fundatam, vacantem in villa Ygolomia, abbatis Tinciensis, Cracoviensis diocesis, conferant et assignent, non obstante, ,quod dudum prefato Johanni de canonicatu et prebenda ecclesie Cracouiensis tunc vacantibus per nostras certi tenoris litteras, que in eadem Cracouiensi ecclesia adhuc publicate non fuerunt, duximus providendum. . . . . D. Auinione III id. Aprilis a. sexto.' Forma ut in n. 78.*

V
.X.

Avinione, 1348 Aprilis 11.

Clementis VI A. VI/5 (96) f. 497', de beneficiis vacantibus qu. 24 = V. 179 f. 203 n. 953. — [a]) ,Rathybor' A.

985. *Benedicto, nato Sdononis de Ujezd,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi Pragensis et praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis in eadem ecclesia vel extra eam vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione II id. Maii a. sexto.' — In e. m. decano Vyssegradensis prope Pragam et archidiacono Boleslaviensis, Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

.X X.

Avinione, 1348 Maii 14.

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 221', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 180 f. 81' n. 178. Eadem littera reperitur de novo registrata in A. VI/2 (93) f. 222—222' cum nota: ,Vacat, credo, quia scripta in pagina precedenti'. — [a]) ,Wgezd' A.

986. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut Nicolao Hostislai de Hořovicz de parrochiali ecclesia in Modřicz vacanti provideatur.*

Avinione, 1348 Maii 19.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, dei gracia Romanorum rex semper augustus Boemieque rex, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Nicolai, nati nobilis viri Hostyzlay de Horauitz, Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de ecclesia parrochiali in Moderitz, Olomucensis diocesis, vacante ad presens per obitum Peregrini de Nausedlitz, eiusdem diocesis, ipsius ecclesie ultimi rectoris, qui in curia diem clausit extremum, cuius fructus, redditus et proventus XXV marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedunt, eidem dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, non obstante, quod idem Nicolaus canonicatum sub expectacione prebende ac canonicatum et prebendam et obedienciam in ecclesiis Pragensi et sancti Egidii Pragensis noscitur obtinere.

Fiat R. Et remaneant sibi gracie R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.

Ligatum errore ad Innocentii VI S. VII/1 (30) f. 2'.

987. *Nicolao, nato n. v. Hostislai de Hořovicz,*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum Bohemiaeque regis, cuius capellanus existit, de parrochiali ecclesia in Modřicz,*[b]) *Olomucensis diocesis, vacante, cuius fructus 25 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedunt, non obstante ut in num. 986. ‚D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et archidiacono Znoimensi, Olomucensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 178.*

Avinione, 1348 Maii 19.

.X X.

Clementis VI A. VII/3 (101) f. 104' n. 33, de beneficiis vacantibus qu. 1 = V. 189 f. 79' n. 33. — Ed. CDM. VII n. 793. — a) ‚Harauicz' A. b) ‚Modericz' A.

988. *Arnestus, archiepiscopus Pragensis, supplicat, quatenus sibi indulgeatur, ut capellanis et clericis suis de nonnullis beneficiis providere possit.*

Avinione, 1348 Maii 19.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Arnestus, archiepiscopus Pragensis, quatenus sibi ad hoc, ut capellanos et clericos suos, qui ecclesie Pragensi et sibi tam nuper apud sedem apostolicam quam alias alibi servierunt et servient in futurum, valeat[a]) in aliquo premiare, specialem graciam facientes, quod de dignitatibus, personatibus et officiis ad suam duntaxat collacionem spectantibus necnon de duodecim beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, eciam si officia altaria vel medie prebende existant, ad suam et prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis [collacionem][b]) communiter et divisim in eadem ecclesia vel extra

spectantibus, vacantibus vel vacaturis, insuper de duabus dignitatibus cum cura vel sine cura et duobus personatibus vel officiis necnon duobus canonicatibus et duabus prebendis, spectantibus ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem . . episcopi, . . prepositi, decani et capituli ecclesie Olorensis */sic!/* communiter vel divisim, in eadem ecclesia vel extra ad presens vacantibus vel vacaturis, possit singulis personis idoneis, eciam tria beneficia ecclesiastica, quorum eciam unum curatum aut dignitas vel personatus seu officium existit, dum tamen se invicem[c]) compaciantur, obtinentibus,[d]) providere auctoritate apostolica,[e]) eidem archiepiscopo dignemini indulgere, cum omnibus clausulis, non obstantibus et clausulis oportunis in talibus consuetis, et ad evadendum regulas seu contradictores cancellarie dignemini vestra beata manu signare: Fiat ut petitur.

Fiat de quinque eciam de dignitatibus R. Et sine alia transeat leccione. Fiat R. D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.

Ligatum errore ad Innocentii VI S. VII/1 (30) f. 11'. — a) corr. ex ‚vel' S. b) deest in S., suppl. ab editore. c) ‚cum' S., cor ab editore. d) ‚obtinentibus compaciantur' S., corr. ab editore. e) sequitur ‚valeat' S., om. ab editore.

989. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, conceditur, ut quinque beneficia ecclesiastica, ad archiepiscopi et praepositi ac capituli Pragensis collationem spectantia, personis, quas duxerit eligendas, conferre possit.*

— III X .X.

Avinione, 1348 Maii 19.

V. f. Arnesto, archiepiscopo Pragensi, s. Personam tuam, nobis et apostolice sedi devotam, paterna benivolencia prosequentes, illam eo libencius graciis et honoribus prevenimus, quo ipsa maioribus virtutum dinoscitur titulis insignita, et per quam personis sibi obsequentibus se possit reddere graciosam. Hinc est, quod nos, tuis devotis supplicacionibus inclinati, fraternitati tue reservandi auctoritate nostra hac vice dumtaxat quinque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, eciam si dignitates vel personatus aut officia existant, ad archiepiscopi, qui est pro tempore, ac dd. ff. . . prepositi, decani et capituli Pragensis collacionem vel provisionem seu presentacionem aut quamvis aliam disposicionem spectancia communiter vel divisim, si qua in ecclesia Pragensi vel extra tunc vacabunt, vel cum illa extunc vacare continget, que singule quinque personarum idonearum, quas ad hoc duxeris eligendas, eciam si quelibet dictarum quinque personarum tria beneficia ecclesiastica, et eciam si unum illorum curatum aut dignitas vel personatus seu officium existat, obtinere noscatur, per se vel procuratores suos ad hoc legitime constitutos infra unius mensis spacium, postquam eisdem personis vel earum procuratoribus de ipsorum beneficiorum vacacione constiterit, duxerint acceptanda, conferenda personis eisdem post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, inhibendi quoque successoribus tuis, archiepiscopis Pragensibus, qui erunt pro tempore, ac preposito, decano et capitulo predictis, ne de beneficiis ipsis interim eciam ante acceptacionem predictam, nisi postquam eis constiterit, quod persone vel earum procuratores predicti beneficia huiusmodi noluerint

acceptare, disponere quoquomodo presumant, conferendi eciam singulis personis eisdem singula beneficia huiusmodi post acceptacionem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis et providendi eciam de eisdem, inducendi quoque per te vel alium seu alios easdem singulas personas vel procuratores earum pro ipsis in corporalem possessionem singulorum beneficiorum huiusmodi ac iurium et pertinenciarum ipsorum et defendendi inductas ac faciendi singulas personas easdem ad huiusmodi singula beneficia ut est moris admitti sibique de ipsorum beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, contradictores eciam auctoritate predicta per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, *[non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus predicte Pragensis vel alterius seu aliarum ecclesiarum, in qua vel quibus huiusmodi beneficia forsitan fuerint, contrariis, iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint . . illud prestent],* plenam et liberam auctoritate predicta concedimus tenore presencium facultatem. Volumus autem, quod, quamprimum predicte quinque persone vigore presencium huiusmodi quinque beneficia fuerint assecute, si persone ipse vel aliqua earundem alia beneficia ecclesiastica, se invicem non compaciencia cum eisdem, que tunc fuerint ut premittitur assecute, tunc forsan obtineant, que nos extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneantur. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.

Clementis VI A. VII 2 (100) f. 71' n. 65, diversarum formarum qu. 2 = V. 191 f. 49 n. 65.

---

990. *Pauperes Alemanni supplicant, quatenus eorum cuilibet de aliquo beneficio ecclesiastico cum vel sine cura, vacanti vel vacaturo, provideatur.*

Avinione, 1348 Maii 19.

Supplicant S. V. pauperes Alemanni infrascripti, quatenus eisdem et eorum cuilibet de aliquo beneficio vacante vel vacaturo ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem etc. infrascriptorum misericorditer dignemini providere:

. . . .

Alberto quondam Hemingi de Zutauia, clerico Pragensis diocesis, ad collacionem abbatis et conventus monasterii Trebecensis, ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis.

. . . .

Alberto quondam Walteri de Summo, clerico Misnensis diocesis, ad collacionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesie Pragensis.[a])

. . . .

Nicolao de Boleslauia, clerico Wratislauiensis diocesis, ad collacionem abbatis et conventus monasterii dicti Lubiz, ordinis Cisterciensis,[b]) dicte diocesis.

. . . .

Fiat pro omnibus quadraginta suprapositis usque etc. Fiat R. D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.

Ligatum errore ad Innocentii VI S. VII/1 (30) f. 35. — [a] sequitur: ‚Datum Auinione, XIIII kalendas Junii, anno septimo', sed supplicationes huiusmodi prosequuntur. [b] corr. ex ‚sancti Benedicti' S.

991. *Alberto quondam Henningi de Zittavia, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Trebecensis, ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et archidiacono Znoimensi, Olomucensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1348 Maii 19.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 385′ n. 22, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 190 f. 9′ n. 22. — Ed. CDM. VII n. 795.

992. *Alberto quondam Waltheri de Sammo, clerico Misnensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi Pragensis et praepositi, decani et capituli ac singulorum canonicorum ecclesiae Pragensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii Brevnoviensis,[a]) Pragensis diocesis, et decano Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

| — | X. X. *Avinione, 1348 Maii 19.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 374′ n. 7, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 190 f. 3 n. 7. — [a]) ‚Brunouiensis' A.

993. *Nicolao de Boleslavia, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii dicti Leubus,[a]) Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.' — In e. m. episcopo Vratislaviensi et archidiacono Legnicensis,[b]) Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1348 Maii 19.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 110 n. 61, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 190 f. 24′ n. 61. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [a]) ‚Lubes' A. [b]) ‚Legeniczensis' A.

994. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, commendatur Aliotus Lucii, nuntius apostolicus, ad Carolum, regem Romanorum, destinatus.*

Avinione, 1348 Maii 19.

V. f. Ernesto, archiepiscopo Pragensi. Cum d. f. magistrum Alioctum Lucii, canonicum Narniensem, decretorum doctorem, capellanum nostrum et causarum palacii auditorem, apostolice sedis nuncium, ad carissimum in Christo f. n. Karolum, regem Romanorum illustrem, pro certis negociis, que ipse tibi exponet oretenus, et que insident admodum cordi nobis, presencialiter destinemus: fraternitatem tuam attente rogamus, quatenus ipsius nuncii adhibita pro parte nostra relatibus super hoc exponendis huiusmodi plena fide, sibi in votiva et celeri [a]) eorum promocione apud eundem regem assistas pro nostra et dicte sedis reverencia favoribus et auxiliis oportunis, ita quod per interposicionem tuam nostrum in hiis votive consequamur optatum. D. Auinione XIIII kal. Junii a. septimo.

In e. m. d. f. Nicolao de Lucembourgo, preposito ecclesie Susaciensis,[1]) Pragensis diocesis, capellano nostro.

Item in e. m. d. f. Nicolao de Kimia,[2]) decano Olomucensi, carissimi in Christo f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, cancellario.

Item in e. m. d. f. nobili viro Guillermo, domino de Lantstan, carissimi in Christo f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, consiliario.

In e. m. d. f. nobili viro Rodolfo, duci Saxonie.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 2 n. 10—14. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 198. Huber 779 n. 209. Vide CDM. VII n. 794. — [a]) ‚celera' V. — [1]) Sadcensis. [2]) Brunna.

---

995. *Johanni Pelros reservantur canonicatus et praebenda, qui in ecclesia Vratislaviensi brevi vacare sperantur. Forma ut in n. 11.*

.X X.

Avinione, 1348 Maii 27.

D. f. Johanni Pelros, canonico Wratislauiensi, s. etc. Suffragancia tibi merita probitatis. . . . Hodie siquidem nos, volentes d. f. magistro Iterio de Claustris, canonico Aurelianensi, graciam facere specialem, sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Aurelianensis, apud sedem apostolicam per obitum quondam Geraldi de Jorsaco, canonici ecclesie Aurelianensis, qui apud dictam sedem nuper extitit vita functus, vacantibus, motu proprio providimus ac voluimus, quod idem magister Iterius, quamprimum vigore litterarum nostrarum canonicatum et prebendam predictos foret pacifice assecutus, canonicatum et prebendam ecclesie Wratislauiensis, quos tunc obtinebat, sicut adhuc obtinet, quosque extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur. Cum autem canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis predicti propterea vacare sperentur in brevi: nos volentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam Wratislauienses predictos, cum illos premisso vel alio quovis modo preterquam per ipsius magistri Iterii obitum vacare contigerit, conferendos tibi cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis motu proprio, non vero ad tuam vel alterius pro te nobis oblate peticionis instanciam, sed de

nostra mera liberalitate, donacioni apostolice reservamus, ... D. Auinione VI kal. Junii a. septimo.

In e. m. dd. ff. . . sancte Marie in Arena et . . sancti Vincentii prope Wratislauiam monasteriorum abbatibus ac sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 493′ n. 71, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 189 f. 31′ n. 71. — Registratum in ZVGA Schlesiens XXV, S. 296.

---

996. *Symoni, nato quondam Martini de Stochov, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii Pragensis, ordinis sancti Benedicti, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione II kal. Junii a. septimo.' — In e. m. praeposito et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

[1]) *Avinione, 1348 Maii 31.*

Clementis VI A. VII/6 (104) f. 71′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 187 f. 239 n. 497. — [1]) Taxatio deest.

---

997. *Petrus Basconis supplicat, ut matris suae liberis concedatur absolutio plena in mortis articulo.*

Avinione, 1348 Junii 13.

Supplicat S. V. devotus f. v. Petrus Basconis, ordinis fratrum Minorum, diocesis Pragensis, in personam sue dilecte matris M., relicte[a]) de Opoczna Basconis, diocesis supradicte, quatenus facientes graciam specialem, ut dicte domine liberis confessor seu confessores, quem seu quos duxerint eligendum, semel tantum in mortis articulo plenam indulgenciam dare valeat, apostolica auctoritate misericorditer dignemini indulgere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione id. Junii a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 84′. — [a]) ‚Le Relicte' S., corr. ab editore.

---

998. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, quatenus Petro Begonis de canonicatu et praebenda in ecclesia Cracoviensi in proximo vacaturis provideatur.*

Avinione, 1348 Junii 14.

Supplicat S. V. devota creatura vestra G[uillelmus], sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus sibi in personam magistri Petri Begonis, baccalaurei in legibus, dilecti familiaris sui ac procuratoris principalis in regnis Vngarie et Polonie, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda Cracouiensi, quos tenet Baczada,[a]) decanus et canonicus ipsius ecclesie et per V. S. nunc

episcopus ecclesie predicte, cum vacabunt per consecracionem ipsius vel per lapsum temporis de non consecrandis episcopis vel alias, preterquam per predicti decani obitum, eidem P[etro] dignemini misericorditer providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam [ecclesie][b]) Wratislauiensis[c]) obtineat, et [cum][d]) aliis non obstantibus et clausulis et executoribus etc.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVIII kal. Julii a. septimo.

Clementis VI S. VII 1 (15) f. 51. — [a]) corr. ex ,Boczarda' S. [b]) deest in S., suppl. ab editore. [c]) ,Wrastill' S., corr. ab editore. [d]) deest in S., suppl. ab editore.

---

999. *Petro Begonis, canonico Vratislaviensi, baccallario in legibus, reservantur ad supplicationem Guillelmi, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, cuius est familiaris ac procurator principalis in regnis Ungariae et Poloniae, canonicatus et praebenda, qui in ecclesia Cracoviensi brevi vacare sperantur, non obstante ut in num. 998. ,D. Auinione XVIII kal. Julii a. septimo.' Forma ut in n. 11.*

. X X .

Avinione, 1348 Junii 14.

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 477 n. 47, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 189 f. 21 n. 47. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 298.

1000. *Carolo, regi Romanorum, commendatur iisdem fere verbis, ut in n. 994, magister Aliotus Lucii, apostolicae sedis nuntius. ,D. Auinione XII kal. Julii a. septimo.'*

Avinione, 1348 Junii 20.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 28' n. 85. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 201. Huber 779 n. 210.

1001. *Decano ecclesiae Pragensis, cancellario Caroli, regis Romanorum, commendatur iisdem verbis ut in n. 994 magister Aliotus Lucii, apostolicae sedis nuntius. ,D. Auinione XII kal. Julii a. septimo.'*

Avinione, 1348 Junii 20.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 22' n. 84. — Werunsky, Excerpta n. 201, Huber 779 n. 210.

1002. *B[ernardus], tituli sancti Cyriaci in Thermis presbyter cardinalis, supplicat, ut familiari suo Pantaleoni magistri Roffini de Pistorio, germano capellani domini papae Johannis de Pistorio et domini regis Romanorum servienti armorum, provideatur de hospitali pauperum sancti Lazari extra muros civitatis Lucanae, consueto per laicos gubernari, vacante in Romana curia per obitum Symonis magistri Roffini de Pistorio, ipsius Pantaleonis germani, qui in eadem curia diem clausit extremum. ,Fiat R. . . . . D. Auinione XI kal. Julii a. septimo.'*

Avinione, 1348 Junii 21.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 96.

1003. *Johannes Martini de Mohelna (?) supplicat, ut sibi de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem abbatis et conventus monasterii Gredecensis provideatur.*

Avinione, 1348 Junii 26.

Supplicat S. V. Johannes Martini de Mohelna, clericus Pragensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem, seu quamvis aliam disposicionem abbatis et conventus monasterii Gredecensis, ordinis Cisterciensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI kal. Julii a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 112.

1004. *Johanni Martini de Mohelna, (?) clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii Gredecensis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VI kal. Julii a. septimo.‘ — In e. m. archiepiscopo Pragensi et abbati monasterii Břevnoviensis*[a]) *prope Pragam ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1348 Junii 26.*

Clementis VI A. VII/6 (104) f. 24. de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 187 f. 203. — a) ‚Brunouiensis‘ A.

1005. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, ut magistro Petro Begonis de cancellaria in ecclesia Vratislaviensi vacante provideatur.*

[Avinione], 1348 Junii 27.

Supplicat S. V. devota creatura vestra G[uillelmus], sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus sibi in personam magistri Petri Begonis, bacallaurei in legibus, dilecti familiaris sui ac procuratoris principalis in regnis Vngarie et Polonie, specialem graciam facientes, de cancellaria Wratislauiensi, vacante in curia per obitum ultimi cancellarii dicte ecclesie,[a]) qui ibidem diem suum clausit extremum, eidem Petro dignemini misericorditer providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam dicte ecclesie Wratislauiensis obtineat ac de gracia eiusdem S. V. canonicatum et prebendam Craccouienses, licet possessionem nondum habeat, et aliis non obstantibus et clausulis[b]) ac executoribus etc.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. [Auinione][c]) V kal. Julii a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 85 et iterum ib. f. 98 (!). — a) sequitur ‚Wratislauiensis‘, sed cancell. S. b) sequitur ‚oportunis‘, sed cancell. S. c) deest in S., suppl. ab editore.

1006. *Petro Begonis, baccallario in legibus, providetur ad supplicationem Guillelmi, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, cuius est familiaris et procurator principalis in regnis Ungariae et Poloniae, de cancellaria ecclesiae Vratislaviensis, vacante per obitum Johannis de Aynonia,[a]) ipsius ecclesiae cancellarii, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, non obstante ut in num. 1005. ‚D. Auinione V kal. Julii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii sanctae Mariae in Arena prope Vratislaviam et scholastico Cracoviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 9.*

Avinione, 1348 Junii 27.

Clementis VI A. VII 6 (104) f. 22 n. 96, de dignitatibus vacantibus qu. 4, rubrica sola; litterae in V. 188 f. 176 n. 94 (!). — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 289. — a) ‚Haynonia' V.

1007. *Ludovicus de Tarento, comes Provinciae, supplicat pro „dilecto suo Fridrico de Eslayn, presbytero et plebano sancte Marie in Valchimschirichen, Pataviensis diocesis, speciali amico fidelissimi sui familiaris Johannis de Bohemia . . . D. Auinione IIII kal. Julii a. septimo."*

Avinione, 1348 Junii 28.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 119.

1008. *Johannes, episcopus Portuensis, supplicat, ut Conrado Nicolai de Budweis de canonicatu sub expectatione praebendae in basilica Principis Apostolorum de Urbe provideatur.*

Avinione, 1348 Julii 15.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes, episcopus Portuensis, quatenus sibi in personam Conrardi Nicolai de Budewoys, clerici et familiaris sui, graciam facientes, de canonicatu sub expectacione prebende ad presens vacantis seu de proximo vacature in basilica Principis Apostolorum de Vrbe, cum acceptacione, reservacione, decreto, anteferri ceterisque non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, dicto Conrardo dignemini providere, non obstante, quod scolastriam et canonicatum sub expectacione prebende in sancti Johannis ac canonicatum et prebendam in sancti Dyonisii ecclesiis, Leodiensis, et personatum de Guanerella sine cura, Atrabatensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione id. Julii a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 148'.

1009. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut bona, Guidoni, episcopo Cameracensi, sequestrata, restitui faciat et aliquibus personis in illis partibus committat, ut ab eodem episcopo iuramentum fidelitatis recipiant. ‚D. Auinione XVI kal. Augusti a. septimo.'*

Avinione, 1348 Julii 17.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 37 n. 169. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 202. Huber 779 n. 211.

1010. *Bodzach, episcopus Cracoviensis, supplicat (praeter alia), ut Nicolao, nato Passconis, militis de Bechov, de canonicatu et praebenda ac villa Jancovicz in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1348 Julii 23.

Supplicat S. V. creatura vestra devota Bodzach, episcopus ecclesie Cracouiensis, ...

Item in eundem modum supplicat idem episcopus, quatenus Pasconi Nicolai, militis de Bechoco, graciam specialem facientes, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, de quibus S. V. providerat Wernero quondam Ninogerii de Chmellik, qui Wernerus nuper apud sedem apostolicam decessit, antequam illorum possessionem haberet, dignemini misericorditer providere, non obstante, quod idem Passco canonicatum cum prebenda corporali in Gneznensi ac canonicatum cum prebenda graciali in Poznaniensi ecclesiis dinoscitur obtinere, cum omnibus ut supra.

Fiat R.

Item in eundem modum supplicat idem episcopus, quatenus dicto Passconi[a]) de villa Jancouicze vulgariter dicta, Wratislauiensis diocesis, consueta ab olim per episcopum Wratislauiensem canonico camere ipsius ecclesie Wratislauiensis in beneficium particulare assignari, vacante per obitum dicti Werneri ut supra, dignemini misericorditer providere, cum omnibus non obstantibus ut supra.

Fiat R.

. . . .

Item supplicat idem episcopus, quod, cum prenominati [Johannes],[b]) Passco [et Janussius][c]) absentes propter viarum discrimina commode venire nequeant ad examen, ac [Nicolaus, Volodco et Petrus][d]) presentes, cum quibus quantocius intendit ad propria redire, et cum alias existant idonei, placeat S. V. eisdem examen remittere vel saltem committere ad partes de gracia beatitudinis vestre speciali.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione X kal. Augusti a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 173. — [a]) corr. ex ,Janussio, dicto Passconis' S. [b]), [c]), [d]) nomina clericorum, pro quibus idem episcopus in eadem supplicatione nonnulla beneficia petit.

1011. *Pasconi,*[a]) *nato n. v. Nicolai*[b]) *de Bechov, militis, providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus; quos quidem b. m. Petrus, episcopus Cracoviensis, obtinebat, postea autem illo in episcopum Cracoviensem promoto iidem canonicatus et praebenda Wernero, nato quondam Ninognerii de Chmelik, collati sunt, qui vero, antequam ipsorum canonicatus et praebendae possessionem est adeptus, apud sedem apostolicam naturae debitum persolvit, non obstante ut in num. 1010. ,D. Auinione X kal. Augusti a. septimo.' — In e. m. praeposito et decano Gneznensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

. X X .

Avinione, 1348 Julii 23.

Clementis VI A. VII/1 (102) f. 175, de beneficiis vacantibus qu. 9 = V. 186 f. 157' n. 348. — [a]) ,Passconi' A. [b]) ,Nicholai' A.

1012. *Pasconi,*[a]) *nato n. v. Nicolai de Bechor, militis, canonico Vratislaviensi, providetur de quodam perpetuo beneficio, villa Jancoviez*[c]) *vulgariter nuncupato, quod in ecclesia Vratislaviensi per obitum Werneri, nati quondam Ninognerii de Chmelik,*[d]) *vacat, non obstante, ,quod in Gneznensi et Poznaniensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere, et quod hodie tibi de canonicatu et prebenda ipsius Wratislauiensis ecclesie tunc vacantibus per nostras litteras duximus providendum. . . . . D. Auinione X kal. Augusti p. n. a. VII.' Executores ut in n. 1011. Forma ut in n. 4.*

. X X . *Avinione, 1348 Julii 23.*

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 121', sine titulo quaterni = V. 186. n. 230 Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 293. — [a]) ,Passconi' A. [b]) ,Nicholay' A. [c]) ,Jancouicze' A. [d]) ,Chinelik' A.

1013. *Nobili mulieri Přibislavae,*[a]) *relictae quondam Petri de Gorin, domicellae Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione VIII kal. Augusti a. septimo.' Forma ut in n. 65.*

. X . *Avinione, 1348 Julii 25.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 353' n. 121, de absolutione qu. 1 = V. 191 f. 212' n. 118 (sic!). — [a]) ,Pribislaue' A.

1014. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut frater Johannes Moravecz, ordinis Praedicatorum de conventu Pragensi, in magistrum sacrae theologiae promoveatur.*

Avinione, 1348 Augusti 30.

Significat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quod religiosus frater Johannes Morauetz de conventu Pragensi, ordinis Predicatorum, de regno Boemie oriundus, religionis zelo ac morum et vite honestate preditus, dudum in Parisiensi, Exoniensi et aliis generalibus studiis multis temporibus in theologica studuit facultate et tandem, cum iam in conventu suo Pragensi eandem facultatem per quinque annos legisset et postmodum per generale capitulum dicti ordinis Parisius celebratum [a]) assignatus fuisset ad legendum sentencias in Exoniensi studio supradicto pro magisterio ibidem assumendo, ad preces et instanciam archiepiscopi et capituli Pragensis per suum ordinem retentus et deputatus extitit pro lectore et instructore cleri Pragensis ecclesie, in qua postmodum per tres annos continuos sacram paginam legit cum multitudine auditorum et fructu non modico animarum, sicque per dei graciam in eadem theulogica facultate profecit, quod in ea meretur et iam diu meruit honorem suscipere magistratus. Quare dictus rex, qui alias super hoc S. V. sepius et instantissime supplicavit, iterato supplicat [b]) reverenter, quatenus sibi ad suum et regni sui Boemie honorem et decus ac Pragensis studii per S. V. fundati commodum et augmentum ad hoc, ut ibidem ex auctoritate legencium prefata sacra pagina libencius audiatur, specialem graciam facientes, committere dignemini domino archiepiscopo Pragensi, ut, si eundem fratrem Johannem diligenti cum doctoribus et magistris prefati

studii Pragensis examinacione prehabita idoneum repererit, ipsum auctoritate apostolica ad prefatum promoveat magistratum ipsumque extunc omnibus honoribus, privilegiis, beneficiis et graciis, quibus gaudent ceteri magistri eiusdem pagine, gaudere decernat, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Vel similem commissionem facere dignemini alicui de sacro collegio dominorum cardinalium iuxta morem solitum in talibus observatum.

Fiat per cardinalem Album R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III kal. Septembris a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 212'. — Ed. Tadra, Kulturní styky pag. 281. — [a]) ‚celebrato' S., corr. ab editore. [b]) ‚iterato supplicat' suppl. in margine S.

1015. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, rogatur, ne cum Ludovici de Bavaria filiis tractatum aliquem consummet, priusquam plenam et certam responsionem a curia receperit.*

Avinione, 1348 Septembris 1.

C. in Ch. f. Karolo, Romanorum semper augusto et Boemie regi illustri. . . D. f. Johannem de Boemia, ordinis Predicatorum, nuncium tuum ad nostram presenciam destinatum, et presentatas nobis per eum litteras excellencie tue, per quas super hiis, que vertuntur, ut tuis verbis utamur, inter te ac filios dampnate memorie Ludouici de Bauaria, necnon super statu Almanie predicti nuncii adhiberi fidem relatibus petiisti, contemplacione tua benigne recepimus et, que ipse nobis super hiis pro parte tua prudenter exposuit et in scriptis eciam adhibere curavit, in examen debite consideracionis adductis, quia nichil speciale, sed generalia tantum et succincte proposuit et redire ad te infra constitutum sibi a te ut asseruit brevem nimis et artum terminum festinabat: nos, quia nonnulli ex fratribus nostris propter pestem, que, ut ad tuam credimus pervenisse noticiam, patriam hanc inaudita et incredibili clade vastavit, a curia secesserant nec adhuc redierunt ad illam, et quidam ex eis, qui in curia prefata remanserant, infirmitate gravantur, elicere vel deliberare nequivimus, quid tibi super huiusmodi eiusdem nuncii tui ambassiata respondere possemus. Et ideo, ut tibi certitudinaliter respondeamus ad illa, significa nobis specifice et extense, que et qualia sunt, que inter te ac predictos ipsius Ludouici filios tractata sunt et tractantur, et que et qualia nobis et ecclesie Romane pro tot iniuriis, obprobriis et contumeliis, per eosdem patrem et filios deo et eidem ecclesie irrogatis ut nosti, pro satisfaccione [a]) condigna offerunt, ut nobis et eidem reconcilientur ecclesie ac pacem tuam eciam mereantur, in quibus puritas tua prout decet et expedit mature procedat, ita quod eidem honorificencia debita deferatur ecclesie et fama tua celebris conservetur, et consulte prospicias, utrum cum hostibus et persecutoribus ipsius ecclesie, matris tue, cum et tu persequi tenearis eosdem, eis in persecucionis et inimicicie pristine pertinacia persistentibus excellenciam tuam deceat [b]) concordiam habere vel pacem. Quocirca serenitatem tuam attente rogamus, tibi tui honoris intuitu nichilominus suadentes, quatenus, donec vel idem Johannes aut alius nuncius tuus, quem ad nos mittere poteris, ad te cum plena et certa super

hiis responsione nostra redierit, cum eisdem prefati Ludouici filiis de pace vel concordia cum ipsis habenda tractatum aliquem non consummes. D. Auinione kal. Septembris a. septimo.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 45′ n. 201. — Reg. in CDM. VII n. 842. Abhandlungen der baier. Akademie B. II. 1 Abthlg. S. 74. Menken, Scriptores III, 2028. Exc. in Raynaldi Annales ecclesiastici XVI pag. 278. Huber 505 n. 20. — a) ,satisfacione' V. b) ,excellenciam tuam deceat pristine pertinacia persistentibus' V., corr. ab editore.

1016. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut pro liberatione principum regiae domus Siciliae se interponat.*

Avinione, 1348 Septembris 1.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri, s. etc. Liberaciones dilectorum filiorum nobilium virorum regalium domus Sicilie consideracione multiplici cupientes, d. f. Johanni de Boemia, ordinis Predicatorum, nuncio tuo, latori presencium, aliqua super ea tibi referenda oretenus duximus imponenda. Quocirca serenitatem tuam attente rogamus, quatenus eius super hoc pro parte nostra relatibus adhibens plenam fidem, pro liberacione huiusmodi pro reverencia dei, nostre intervencionis obtentu et tue quoque consideracione salutis te favorabiliter et efficaciter interponas. D. Auinione kal. Septembris a. septimo.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 51 n. 217.

1017. *Rudolfus, dux Saxoniae, sacri Romani imperii archimarschalcus, supplicat, quatenus familiari suo nobili Ottoni, clerico, filio Ottonis, burggravii de Wettin,*[a]) *canonicatus cum praebenda maiori in ecclesia Misnensi, ,in qua eciam eidem Ottoni*[b]) *dominus Carolus, Romanorum rex, porrexerit primarias preces', conferantur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione kal. Septembris a. septimo.'*

Avinione, 1348 Septembris 1.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 215′. — a) ,Waytlin' S., corr. ex ,Waylin'. b) ,Othoni' S.

1018. *Ottoni, nato n. v. Ottonis, burggravii de Wettin,*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione maioris alicuius praebendae. ,D. Auinione kal. Septembris a. septimo.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et de Porta Apostolorum ac in Ossek monasteriorum abbatibus, Pragensis diocesis. Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1348 Septembris 1.

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 422′, omnium formarum qu. 2; in V. quaterni huiusmodi deficiunt. — a) ,Wittin' A.

1019. *Rudolfus, dux Saxoniae, sacri Romani imperii archimarschalcus, supplicat, quatenus familiari suo nobili Johanni, clerico, filio Ottonis,*[a]*) burggravii de Wettin,*[b]*) canonicatus cum maiori praebenda ecclesiae Magdeburgensis, ‚in qua eciam eidem Johanni Carolus, Romanorum rex, porrexerit primarias preces', conferantur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione kal. Septembris a. septimo.'*

Avinione, 1348 Septembris 1.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 216'. — a) ‚Othonis' S. b) ‚Wintlin' S.

1020. *Carolus, dei gratia Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut cum fratre Henrico, praeposito monasterii Sderasiensis, super defectu natalium amplius dispensetur, ita ut etiam ad episcopales dignitates eligi et ad ipsas assumi possit.*

Avinione, 1348 Septembris 10.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, dei gracia Romanorum et Boemie rex, quod dudum cum devoto capellano suo fratre Henrico, canonico sacri Sepulcri Dominici Jerosolimitani, preposito monasterii Sderasiensis prope Pragam, de subdiacono genito et soluta, quod ipso defectu non obstante possit beneficia ecclesiastica, eciam si sint dignitates et curam habeant animarum, obtinere et ad ipsas licite eligi et assumi, auctoritate S. V. fuit graciose dispensatum. Cum autem idem Henricus suis meritis et bona fama talem se reddidit, quod ad maiora merito est promovendus: quare supplicat eidem S. V. idem Karolus, quatenus sibi in personam dicti fratris Henrici specialem graciam facientes, cum ipso fratre Henrico, ut eciam ad episcopales dignitates licite eligi et ad ipsas libere assumi valeat, huiusmodi defectu et quibuscunque constitucionibus contrariis editis vel edendis nequaquam obstantibus, dignemini de uberiori dono gracie dispensare, cum omnibus clausulis necessariis etc.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII id. Septembris a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 229.

1021. *Cum Henrico Petri Angeli, canonico Sepulcri Dominici Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini, qui est etiam praepositus monasterii Sderasiensis*[a]*) prope Pragam, ordinis sancti Augustini, et capellanus Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, dispensatur ad supplicationem eiusdem regis amplius super defectu natalium, quem patitur, de subdiacono et soluta genitus, ut eodem defectu et quibuscunque constitutionibus apostolicis, in contrarium editis, nequaquam obstantibus ad episcopales dignitates licite eligi et ad ipsas assumi libere possit. ‚D. Auinione IIII id. Septembris a. septimo.'*

X
X
.X.

Avinione, 1348 Septembris 10.

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 125 n. 225, diversarum formarum qu. 1 = V. 191 f. 83 n. 245 (sic!). — a) ‚de Rasion' (sic!) A.

1022. *Carolus, Romanorum rex, certior fit, de iis, quae pro parte sua per Henricum de Boemia, praepositum monasterii Sderasiensis, exposita essent, eidem nuntio responsum datum esse.*

Avinione, 1348 Septembris 16.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Venientem nuper ad presenciam nostram d. f. Henrricum de Boemia, prepositum monasterii Sederasiensis prope Pragam, Sepulcri Dominici Jerosolimitani, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, nuncium tuum, latorem presencium, contemplacione mittentis et sue insuper bonitatis obtentu benigne recepimus et, que ipse pro parte tua prudenter et provide reseravit, intelleximus diligenter. Ad que ipse celsitudini tue pro parte nostra vive vocis oraculo respondebit. D. Auinione XVI kal. Octobris a. septimo.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 55' n. 229. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 203. Huber 779 n. 212.

1023. *Clemens papa VI Carolum, regem Romanorum, consolatur super morte Blanchae, uxoris eius, et pollicetur, se eum adiuvaturum esse, si forsitan ipse aliquam mulierem ex domo Franciae in matrimonium ducere velit.*

Avinione, 1348 Septembris 19.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Perduxit nuper ad nostri apostolatus auditum molesta nobis insinuacio fidedigna quorundam, quod clare memorie Blanca, regina Romanorum, uxor tua, humane sortis iudicio, cui regum altitudo succumbit, tela vite succissa diem clausit extremum. In cuius obitu prematuro tanto ex paterne caritatis affectu, quem ad eam gessimus, dum vivebat, doluimus pocius, quanto ipsius nondum annosa etas longioris vite spacia promittebat, et quanto in occasu eius velut in subtracta tibi quasi altera parte tui dolere te amplius probabili credimus argumento. Sed dum finem universe carnis attendimus, et quod avara mors, que se annis sepe dulcibus inserit, nulli parcens, magnos, parvos, senes et iuvenes, iustos et iniustos, sapientes et indoctos una pariter sena depascitur, quodque omnia, que orta sunt, occidunt, attente pensamus: postquam quantum licuit dolori indulsimus, in eo, qui dedit et abstulit, et qui fidelibus suis occulto licet iudicio et utiliora prospicit, consolamur et te petimus eciam consolari. Ceterum quia, prout eciam expedire credimus, pro eo maxime, quod ex eadem uxore tua proles tibi nulla superest masculina, que post te regni tui Boemie sceptra regens paternum avitumque genus longum deo favente duraturum in evum suscitet et conservet, probabiliter credimus secundis nupciis et alterius mulieris connubio te usurum: serenitatem tuam attente rogamus, paterno tibi consilio et sinceris affectibus suadentes, quatenus talem, sicut indubia spe tenemus, tuo lateri socies, talem ad thalamum tuum regium ducas [a]) sponsam, que devotis orta parentibus erga deum et Romanam ecclesiam, matrem tuam, sincerum habeat devocionis affectum, et considerans, quod ex nulla principum mundi domo nobilius posses habere coniugium et ex nulla sicut ex christianissima domo Francie, que velut peculiaris ipsius ecclesie filia ab eius devocione

nunquam declinavit ad dextram vel sinistram, felici prosecucioni agendorum tuorum tanta possent commoda provenire, aliquam ex ipsa Francie domo suscipias tibi felicibus prestante domino auspiciis matrimonio copulandam, que fecunda in sobole gracia divina preambula pulcra et numerosa te faciat prole parentem ac solium tuum regium stabiliat et confirmet. Nos enim ad id partes apostolice potestatis offerimus, si forsitan expediret. D. Auinione XIII kal. Octobris a. septimo.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 59 n. 249. — Ed. Pelzl, Karl IV. I pag. 200 n. 201. reg. in CDM. VII n. 846. Huber 505 n. 21. — a) ,ducat' V.

1024. *Henricus, praepositus monasterii Sderasiensis, supplicat, ut monasterio suo parrochialis ecclesia sancti Michaelis in Praga incorporetur, eidem monasterio conservatores instituantur et sibi, Petro dicto Stach cum coniuge et Perchtae, relictae Johannis de Meziříčí, absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1348 Septembris 21.

Significat S. V. devotus orator vester frater Henricus, prepositus monasterii Sderasiensis prope Pragam, canonicorum sacri Sepulcri Dominici Jherosolimitani, ordinis sancti Augustini, quod predictum [monasterium] [a]) Sderasiense propter hospitalitates, edificia, structuras et alia onera eidem monasterio incumbencia sit multis et irrecuperabilibus debitis gravatum, propter que [b]) fratres eiusdem monasterii non possunt commode vivere nec necessaria onera supportare. [c]) Quare supplicat eidem S. V. idem frater Henricus, quatenus pro sublevamine et solucione debitorum ac dictorum onerum supportacione dignemini ecclesiam parrochialem sancti Michaelis in Praga, cuius ecclesie ius patronatus ad dictum monasterium noscitur pertinere, cuius eciam fructus, redditus et proventus secundum taxacionem decime quadraginta marcarum argenti valorem annuum non excedunt, cum iuribus et pertinenciis et aliis obvencionibus universis eidem monasterio in perpetuum incorporare, unire et annectere, ita quod cedente vel decedente rectore ipsius ecclesie, qui nunc est, possint idem prepositus et fratres possessiones ipsius ecclesie apprehendere et fructus [d]) ex eis percipere, diocesani loci vel alterius cuiuscunque licencia vel assensu minime requisitis, reservatis tamen de ipsis fructibus perpetuo vicario inibi servituro congruis porcionibus, ex quibus possit congruam sustentacionem habere, iura legatorum et nunciorum sedis apostolice ac episcopalia persolvere et alia sibi incumbencia onera supportare, contradictores etc.

Fiat in forma R.

Item supplicat, quatenus pro conservacione iurium et bonorum dicti monasterii dignemini conservatores eidem monasterio dare et concedere pro annis et [ad] [e]) annos, ad quos et pro quibus placet Sanctitati predicte.

Fiat ad quinquennium R.

Item supplicat, quatenus eidem fratri Henrico et Petro dicto Stach, militi, cum coniuge et nobili relicte Johannis Perchte de Mezirzietz dignemini concedere

confessores, quos elegerint,[f] qui eos semel in articulo mortis auctoritate S. V. valeant absolvere, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Octobris a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 236'. — [a]) deest in S., suppl. ab editore. [b]) corr. ex ,quod' S. [c]) ,spportare' S. [d]) ,fructibus' S. [e]) deest in S., suppl. ab editore. [f]) ,eligerint' S.

1025. *Monasterio Sderasiensi, Sepulcri Dominici Jerosolimitani, prope Pragam, per praepositum solito gubernari, ordinis sancti Augustini, incorporatur parrochialis ecclesia sancti Michaelis Pragensis, quae de iure patronatus dicti monasterii seu praepositi eiusdem est, et cuius fructus 40 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedunt. ,D. Auinione XI kal. Octobris a. septimo.' Forma ut in n. 271.*

X
.X. *Avinione, 1348 Septembris 21.*

Clementis VI A. VI/7 (98) f. 98, sine titulo quaterni = V. 187 n. 1232.

1026. *Břevnoviensis et Zabrdovicensis, Pragensis et Olomucensis diocesis, monasteriorum abbates ac decanus ecclesiae Vratislaviensis constituuntur conservatores praepositi et conventus monasterii Sderasiensis, Sepulcri Dominici Jerosolimitani prope Pragam, per praepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini. ,D. Auinione XI kal. Octobris a. septimo.' Forma ut in n. 92.*

X
X
.X. *Avinione, 1348 Septembris 21.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 128', de conservatoriis qu. 1 et unicus = V. 185 f. 369' n. 861. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 300.

1027. *N. m. Perchtae, relictae quondam Johannis de Meziříčí,[a]) viduae Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione XI kal. Octobris a. septimo.' Forma ut in n. 65.*

.X. *Avinione, 1348 Septembris 21.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 188, de absolutione qu. 1 et unicus; in V. 187 deest. — [a]) ,Mezicziecz' A.

1028. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut erectio et dotatio monasterii Slavorum in Praga confirmetur et abbati eiusdem monasterii indulgeatur, ut insigniis pontificalibus uti possit, et ut ipsi monasterio aliquae indulgentiae concedantur.*

Avinione, 1348 Septembris 21.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, dei gracia Romanorum et Boemie rex, quod,[a]) cum S. predicta ad augmentum fidei Christiane et supplicacionem et

instanciam ipsius Karoli archiepiscopo Pragensi commiserit, ut abbati et monachis ordinis sancti Benedicti, Slavis et in Slavonico celebraturis, alias tamen per ecclesiam approbatis, locum in civitate et diocesi Pragensi vel in regno aut confinibus ipsius auctoritate predicte S. V. daret, concederet et assignaret, concedens ipsis,[b]) ut vulgariter et in [c]) Slavonico secundum ritum et consuetudinem eorum, alias tamen per ecclesiam approbatum, in horis tam diurnis quam nocturnis possent deum laudare et horas canonicas ac missas dicere, cantare et in vulgari predicto celebrare, qui archiepiscopus considerata pia commissione et augmento fidei Christiane ac omnipotentis dei et sue genitricis ex hoc laude necnon sanctorum suorum gloria et honore et habita plena informacione locum [d]) ipsi abbati et fratribus predictis, videlicet ecclesiam parrochialem sanctorum martirum Cosme et Damiani in Podskal, sine preiudicio iuris alieni, auctoritate predicte S. V. et ordinaria et de consensu sui capituli et aliorum, quorum interest, dedit, concessit et assignavit et dictam ecclesiam in claustrum conventuale [e]) et monasterium erexit et exaltavit, quibus eciam abbati et fratribus, monasterio, loco et conventui pro sustentacione eorum dictus Karolus de bonis temporalibus bene, congrue et sufficienter providit et sollempniter dotavit, ut plenius et lacius in litteris ereccionis dicti archiepiscopi et ipso testante continetur. Quare supplicat eidem S. V. humiliter et devote idem Karolus, quatenus dictas assignacionem, ereccionem, exaltacionem, donacionem, dotacionem, fundacionem et concessionem dignemini ratas et gratas et firmas habere et ipsa ex certa sciencia ratificare, approbare et confirmare ipsumque monasterium et locum libertatibus, immunitatibus et privilegiis dotare, quibus alia loca et monasteria eiusdem ordinis sunt privilegiata et dotata, cum omnibus clausulis necessariis et oportunis etc.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus eidem abbati et monasterio, ut mitra et anulo et aliis insigniis pontificalibus possit uti, dignemini concedere et indulgere.

Habeat insignia, quibus communiter utuntur abbates R.

Item supplicat, quatenus eidem monasterio dignemini concedere aliquas indulgencias, que Vestre placuerint Sanctitati.

Fiat in die dedicacionis et in festis dictorum martirum, in singulis de uno anno et una quadragena R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Octobris a. septimo.

Clementis VI S. VII, 1 (15) f. 236'. — [a]) ‚eidem' S., corr. ab editore. [b]) ‚ipsius' S. [c]) supl. supra S. [d]) ‚locioni (locon)' S. [e]) corr. ex ‚conventuale claustrum' S.

1029. *Ludovicus Isardi et Thomas de Burgo supplicant, ut primo in Laudunensi et alteri in Leodiensi ecclesiis de canonicatu et praebenda in Romana curia vacantibus provideatur.*

Avinione, 1348 Octobris 4.

Sanctissime Pater! Cum nuper humiles et devoti oratores vestri Ludouicus Isardi, in utroque iure licenciatus, reverendissimi in Christo patris et domini domini cardinalis Boloniensis camerarius, canonicatum et prebendam ecclesie Leodiensis per se ipsum, et Thomas de Burgo, magister in artibus, medicus et

familiaris domini regis Romanorum illustris, per legitimum procuratorem suum canonicatum et prebendam ecclesie Laudunensis, quos in ecclesiis ipsis obtinebant, in manibus reverendi patris domini G[uillelmi], electi sancti Pauli Tricastrinensis, causa permutacionis et non alias de ipsis ad invicem faciende libere duxerint resignandos, qui quidem electus resignaciones ipsas de mandato S. V. vive vocis oraculo super hoc sibi facto apud sedem apostolicam recepit et admisit: humiliter supplicant S. V. predicti Ludouicus et Thomas, quatenus Ludouico de canonicatu et prebenda ecclesie Laudunensis et Thome prefatis de canonicatu et prebenda ecclesie Leodiensis sic in Romana curia vacantibus dignemini misericorditer providere, quacunque reservacione etc. non obstante, sed quod dictus Ludouicus auctoritate S. V.[a]) canonicatus sub expectacione prebendarum in Laudunensi et Miniatensi ecclesiis noscitur obtinere et per eandem S. V. dicto Thome[b]) de canonicatu et prebenda ecclesie Virdunensis vacantibus duxerit providendum, de quibus nondum possessionem extitit assecutus, et cum aliis non obstantibus, clausulis et executoribus oportunis.

Fiat pro utroque R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII non. Octobris a. septimo.

Clementis VI S. VII/1 (15) f. 254'. — a) sequitur ,dicto Thome', non cancell. S. b) ,canonicatus — Thome' suppl. in marg. S.

1030. *Carolo, regi Romanorum, gratiae aguntur de illis, quae de viro quodam, pro marchione Brandenburgensi se gerenti, scripserat, et commendatur ei magister Aliotus de Narnia, apostolicae sedis nuntius.*

Avinione, 1348 Octobris 27.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Ex litteris tuis, quas benignitate consueta recepimus, intelleximus,[a]) qualiter quidam marchio Brandeburgensis, hucusque non solum incognitus, verum eciam et nescitus, in marchionatu Brandeburgensi noviter inventus est, qui a nonnullis nobilibus et aliis inferioribus hominibus marchionatus eiusdem receptus in dominum multa iam oppida, villas et alia loca dicti[b]) marchionatus suo dominio applicavit et ad subiugandum sibi residuum[c]) erigit studia, intendit eciam et conatur, et licet hoc utpote miranda res nos in ammiracionem merito traxerit, credimus tamen id a domino preparatum, ut ipse divina potencia in progenie dampnata exequente senteneiam, adversus impios ore prophetico promulgatam, sic progeniem ipsam, dum allevaretur, eiceret, ut nec transeuntibus sit nec querentes inveniant locum eius. De significatis itaque novis huiusmodi excellencie tue grates debitas referentes rogamus eandem, ut progressum negocii ac successus nobis tuis velis litteris intimare.[d]) Ceterum excellenciam ipsam[e]) attente precamur, quatenus magistrum Aliotum de Narnia, canonicum Narniensem, apostolice sedis nuncium, super negocio, pro quo illum ad presenciam tuam misimus, velit tua sublimitas iuxta indubitate spei nostre fiduciam favorabiliter, votive atque celeriter expedire. D. Auinione VI kal. Novembris a. sexto.[1])

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 82 n. 334. — Registratum ap. Werunsky, Excerpta n. 204. Huber 780, n. 213. — a) suppl. in marg. V. b) corr. ex ,sui' V. c) corr. in marg. ex ,studium' V. d) corr. ex ,intimare litteris' V. e) corr. in marg. ex ,tuam' V. — 1) sic in V., probabiliter erronee loco ,septimo'.

1031. *Carolo, regi Romanorum, commendatur Johannes, electus Tridentinus.*
Avinione, 1348 Novembris 1.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Attendentes, quantum ad felicem prosecucionem negociorum tuorum in Italia expediebat et expedit excellencie tue fidelem ac devotam tibi habere personam in ecclesia Tridentina,[a]) d. f. Johannem, electum Tridentinum, cuius erga te tuaque negocia affeccionem devocionis et fidei plene nosti,[b]) eidem ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem. Sperantes itaque, quod tu ex innata [c]) tibi affeccione ad ecclesias ecclesiasticasque personas et speciali dileccione, quam ad prefatum electum habere diceris, serenitatem tuam attente rogamus, quatenus electum et ecclesiam predictos nostre intervencionis obtentu commendatos suscipere ac in manutenendis, conservandis et recuperandis bonis et iuribus ipsius ecclesie dextere tue potencia eidem electo assistere ac favere serenitas ipsa velit. D. Auinione kal. Novembris a. septimo.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 76′ n. 302. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 205. Huber 780 n. 214. — b) sequitur ‚cuius erga te — nosti' ut inferius, sed cancellatum V. a) corr. ex ‚plene nosti et fidei' V. c) ‚ignata' V.

1032. *Ademarus Roberti, tituli sanctae Anastasiae presbyter cardinalis, supplicat, ut Nicolao quondam Henrici de Boesdorf de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*
Avinione, 1348 Novembris 19.

Supplicat S. V. devota vestra creatura [a]) Ademarus Roberti, tituli sancte Anastasie presbyter cardinalis, quatenus sibi in personam dilecti sui Nycholay [b]) quondam Henrici de Pontwynsdorf,[c]) clerici Wratislauiensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie Wratislauiensis, vacantibus per mortem quondam Johannis de Haynonia, cancellarii et [d]) canonici dicte ecclesie, qui in curia S. V. diem clausit extremum, misericorditer dignemini providere, non obstante, quod idem Nicholaus scolastriam necnon canonicatum et prebendam ecclesie Lubucensis noscitur obtinere, de quibus propter spoliacionem Ludowici de Bauaria, asserentis se marchionem Brandenburgensem, iam multis annis nichil percipere potuit nec percipit in presenti, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIII kal. Decembris a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 26 et iterum ibidem f. 32. — a) ‚creatura vestra' f. 32. b) ‚Nicholai' f. 32. c) ‚Ponwyfdorf' f. 32. d) ‚et et' f. 32.

1033. *Nicolao, quondam Henrici de Boesdorf* [a]) *filio, providetur ad supplicationem Ademari, tituli sanctae Anastasiae presbyteri cardinalis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus, non obstante ut in n. 1032. ‚D. Auinione XIII kal. Decembris a. septimo.' — In e. m. episcopo Lubucensi et sacristae Avinionensis ac Henrico de Bancz, canonico Lubucensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*
Avinione, 1348 Novembris 19.

X X

Clementis VI A. VII/4 (102) f. 502, de beneficiis vacantibus qu. 20 = V. 185 f. 5 n. 12. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — a) ‚Pontwinsdorf' A.

1034. *Ramwoldo Stoschonis conceditur, ut cum sex personis, quas eligendas duxerit, Sepulcrum Dominicum et alia loca terrae sanctae visitare possit.*

III
V
.X.

Avinione, 1348 Novembris 30.

D. f. nobili viro Ramwoldo Stoschonis, domicello Bratislauiensis diocesis, s. etc. Tue devocionis exigentibus meritis votis tuis[a]) libenter annuimus et peticiones tuas in hiis, que honeste postulas, quantum cum deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum itaque, sicut oblate nobis tue peticionis series continebat, tu zelo pie[b]) devocionis accensus Sepulchrum Dominicum et alia oratoria terre sancte cum decenti comitiva desideras personaliter visitare: nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, quod sepulchrum et alia oratoria supradicta cum sex personis catholicis, quas ad hoc duxeris eligendas,[c]) quibuscunque prohibicionibus, constitucionibus et processibus per sedem apostolicam in contrarium factis, habitis seu eciam promulgatis, penas et sentencias spirituales et temporales continentibus, nequaquam obstantibus, ex causa predicta valeas visitare illaque[d]) nichilominus tu et ipse persone pro huiusmodi visitacione deferre ac eciam exhibere, sine quibus peregrinacionem huiusmodi adimplere non possetis, dummodo tu[e]) et dicte persone ad partes illas nulla alia deferatis vel deferri faciatis, que in profectum vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant, tibi[f]) et eisdem[g]) personis auctoritate presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione II kal. Decembris a. septimo.

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 262′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 187 f. 341′ n. 871. — [a]) suppl. in marg. V. [b]) ‚pio‘ V. [c]) sequitur ‚et‘, sed cancell. V. [d]) ‚illasque‘ V. [e]) [f]) suppl. supra V. [g]) corr. ex ‚eiusdem‘ V.

1035. *Ramwoldo Stoschonis et sex personis, cum quibus Sepulcrum Dominicum visitare velit, conceditur absolutio plena in mortis articulo. Forma ut in n. 65, mutatis mutandis.*

III
X
.X.

Avinione, 1348 Novembris 30.

D. f. nobili viro Ramwoldo Schaschonis, domicello Wratislauiensis diocesis, s. etc. Exigit paterne devocionis affectus, quo nos et Romanam ecclesiam revereris, ut peticiones tuas illas presertim, que animarum salutem respiciunt, ad exaudicionis graciam admittamus. Cum itaque hodie tibi per nostras certi tenoris litteras duxerimus indulgendum, ut Sepulchrum Dominicum et alia loca terre sancte cum sex personis catholicis, quas duxeris eligendas, visitare valeas: tuis supplicacionibus inclinati, ut confessor idoneus, quem tu et quelibet personarum predictarum duxeritis eligendum, omnium peccatorum vestrorum . . . . suffragetur. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione II kal. Decembris a. septimo.

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 261, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 187 f. 340′ n. 869. Ed. Theiner, MP. I n. 684.

1036. *Patriarchae Aquilegensi et episcopo Curiensi mandatur, ut in causa divortii inter Johannem, filium regis Bohemiae, et Margaretham, filiam quondam Henrici, ducis Carinthiae, quod canonicum fuerit, auctoritate sedis apostolicae decernant. ‚D. Auinione XVI kal. Januarii p. n. a. septimo.'*

V
.X.

Avinione, 1348 Decembris 17.

Originale in archivio c. r. aulico Vindobonensi. Reg. in Clementis VI A. VII/2 (100) f. 114′ n. 199, diversarum formarum qu. 4 = V. 191 f. 37 n. 209 (sic!). — Ed. Steyrer, Commentarii pro historia Alberti II, ducis Austriae, p. 634, Riedel, Codex Brandeb. II. 2, 255, CDM. VII n. 881. Huber 505 n. 22.

1037. *N[icolaus] Sortes, clericus, secretarius et nuntius domini regis Romanorum, supplicat, ut clerico suo Symoni Halot de capellania sanctae Margarethae in ecclesia Laudunensi vacante provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XII kal. Januarii a. septimo.'*

Avinione, 1348 Decembris 21.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 79.

1038. *N[icolaus] Sortes, clericus, secretarius et nuntius domini regis Romanorum, supplicat, ut clerico suo Symoni Halot beneficium cum vel sine cura ad collationem abbatis et conventus monasterii de Verneyo, ordinis sancti Benedicti, Lexoviensis diocesis, ad valorem 70 resp. 40 librarum Turonensium s. t. d., reservetur. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Stefano Flamingi, clerico, beneficium cum vel sine cura ad collationem canonicorum ecclesiae sanctae Genovefae Laudunensis reservetur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione XII kal. Januarii a. septimo.'*

Avinione, 1348 Decembris 21.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 80.

1039. *Nicolaus de Brunna supplicat, ut sibi motu proprio de praepositura in ecclesia Pragensi vacante provideatur.*

Avinione, 1348 Decembris 21.

Motu proprio providemus Nicolao de Brunna, canonico Pragensi, regis Romanorum cancellario, de prepositura ipsius Pragensis ecclesie, per obitum quondam Henrici, ultimi ipsius preposture prepositi, qui in partibus illis diem clausit extremum, ad presens vacante per reservacionem dicte preposture, ante eius obitum per nos factam, cum omnibus non obstantibus, clausulis et executoribus oportunis.

Fiat motu proprio R. Et s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 81′.

1040. *Nicolao de Brunna, qui est canonicus Pragensis et cancellarius Caroli, regis Romanorum, providetur de praepositura ecclesiae Pragensis, vacanti per obitum Henrici, ultimi praepositi eiusdem ecclesiae, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum; quae quidem praepositura, dum adhuc idem Henricus ageret in humanis, videlicet VII kal. Septembris pontificatus Clementis VI anno primo, collationi apostolicae reservata fuit. ,D. Auinione XII kal. Januarii a. septimo.' — In e. m. Brevnoviensis prope Pragam et Aulaeregiae, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 9.*

Avinione, 1348 Decembris 21.

Clementis VI A. VII 6 (104) f. 542 n. 61. de dignitatibus vacantibus qu. 3. rubrica sola; litterae in V. 188 f. 158' n. 60 (sic!)

1041. *Predrogius, decanus ecclesiae Pragensis, supplicat, ut sibi de praebenda atque de oboedientia in Jenikov, in eadem ecclesia vacantibus, provideatur, et Johannes Goblini de Lucemburgo, ut sibi canonicatus et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantes conferantur.*

Avinione, 1348 Decembris 21.

Supplicat S. V. humilis creatura vestra Przedwogius, decanus ecclesie Pragensis, quatenus sibi specialem graciam facientes, de prebenda eiusdem ecclesie, vacante per obitum quondam Gerardi de Magnaco, electi Tridentini, capellani vestri, necnon de obediencia sive prestimonio in Genicow, in eadem ecclesia vacante per obitum quondam Henrici Bouis, ipsius ecclesie canonici, in partibus illis defuncti, eidem dignemini providere, non obstante, quod in eadem decanatum ac canonicatum sub expectacione prebende ac in Wratislauiensi ecclesiis canonicatum et prebendam et in eadem Pragensi ecclesia obedienciam in Przibisow, quam post assecucionem predicte alterius obediencie dimittere est paratus, noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat Johannes Goblini de Lucemburgo, quatenus sibi specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis, vacante per obitum quondam Henrici Ronis,[1] ipsius ecclesie canonici, eidem dignemini providere, non obstante, quod pro canonicatu et prebenda sancti Castoris in Confluencia, Treuerensis diocesis, in Romana curia noscitur litigare.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XII kal. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII 2 (16) f. 83. — [1]) sic S.; probabiliter ille ,Henricus Bouis', de quo superius fit mentio.

1042. *Předrogio Čadkonis, canonico Pragensi, providetur de praebenda, quae in eadem ecclesia per mortem Geraldi de Magnaco, electi Tridentini, sedis apostolicae capellani, qui nuper extra Romanam curiam obiit, vacat, non obstante ut in n. 1041, hac tamen conditione, ut litterae, per quas canonicatum sub expectatione praebendae in illa Pragensi ecclesia obtinet, et processus habiti per easdem et alia inde secuta, postquam vigore praesentium illam praebendam pacifice fuerit assecutus, extunc quoad aliam praebendam inibi obtinendam sint cassa et irrita et nullius firmitatis, quoad alia vero in suo robore permaneant. ,D. Auinione XII kal. Januarii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis et decano Vyssegradensis, Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

| |
— ≡
.X X.

Avinione, 1348 Decembris 21.

Clementis VI A. VII/5 (103) f. 393, de beneficiis vacantibus qu. 34 = V. 185 f. 299 n. 630 bis. In rubricis V. 185 omissum!

1043. *Nicolaus de Brunna supplicat, ut Conrado Wyffonis de Brunna de decanatu in ecclesia Olomucensi vacante, Jacobo Goblini de Brunna de praepositura in ecclesia Misnensi vacante et Ottoni Francisci de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur, item quatenus Petro Plasserii, canonico Vyssegradensi, indulgentia de non residendo et fructibus percipiendis concedatur.* [1])

Avinione, 1348 Decembris 25.

Supplicat S. V. humilis orator vester Nicolaus de Brunna, prepositus ecclesie Pragensis, domini Romanorum regis cancellarius, quatenus sibi in personas infrascriptorum consanguineorum et familiarium suorum specialem graciam facientes: Conrado Wyffonis de Brunna, canonico ecclesie Olomucensis, de decanatu eiusdem ecclesie, vacante apud sedem apostolicam per liberam resignacionem ipsius Nicholay, in manibus S. V. sponte factam, dignemini providere, non obstante, quod idem Conradus in dicta ecclesia canonicatum et prebendam ac archipresbyteratum ecclesie de Liczan, Tridentine diocesis, quem paratus est dimittere, cum eiusdem decanatus possessionem pacificam adeptus fuerit, obtinet, et quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, spectans communiter vel divisim ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi, prepositi, decani et capituli Olomucensis, noscitur expectare, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. [2])

Item Jacobo Goblini de Brunna de prepositura ecclesie Misnensis, per liberam resignacionem ipsius Nicolai similiter vacante apud apostolicam sedem, dignemini providere, non obstante, quod in ecclesia sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, canonicatum obtinet et prebendam, seu quod patitur in etate defectum, cum in vigesimo secundo etatis sue anno vel circiter constitutus existat, super quo dignemini misericorditer dispensare, cum omnibus clausulis et non obstantibus sicut supra.

Fiat et dispensamus R.[3])

Item Octoni Francisci, clerico et sigillatori dicti domini regis, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende necnon dignitatis, personatus vel officii, eciam si curatum[a]) existat, spectante communiter vel divisim ad collacionem vel provisionem episcopi, decani et capituli Wratislauiensis, si que, si quis vel si quod eciam in eadem ecclesia vacant ad presens, aut cum simul vel successive vacaverint, dignemini providere, non obstante, quod perpetuam vicariam parrochialis ecclesie in Gostel, Olomucensis diocesis, obtinet, et quod ecclesiasticum beneficium cum cura vel sine cura, pertinens ad collacionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii monialium in Tusnowit, prefate diocesis, auctoritate litterarum vestrarum expectat, cum aliis etc. sicut supra.

Fiat R.[4])

Item Petro Plasserii, canonico ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, quod residendo in altero beneficiorum suorum, que nunc obtinet vel imposterum obtinebit, fructus, redditus et proventus aliorum beneficiorum huiusmodi, eciam[b]) si curata aut dignitates, personatus vel officia existant, cum ea integritate percipere valeat, cum qua illos perciperet etc., indulgere dignemini, ut in forma.

Fiat ad triennium R.[5]) Et q. t. s. a. l.[c]) Fiat R. D. Auinione VIII kal. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII 2 (16) f. 85. — [a]) ‚curatus‘ S., corr. ab editore. [b]) ‚et‘ S., corr. ab editore. [c]) sequitur: ‚Fiat R., et sine examine‘, sed cancellatum S. — [1]) cfr. num. 1047. [2]) vide num. 1044. [3]) haec supplicatio, pro Jacobo Goblini de Brunna porrecta, *correcta* fuit et signata de novo Avinione, 1348 Decembris 29, vide num. 1047; litterae in num. 1048. [4]) vide num. 1045. [5]) vide num. 1046.

1044. *Conrado Wyffonis de Brunna providetur*[1]) *de decanatu in ecclesia Olomucensi vacante, non obstante ut in num. 1043.* ‚*Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium predicti decanatus possessionem pacificam fueris assecutus, archipresbyteratum predictum [de Lizzana, Tridentinae diocesis], quem extunc vacare decernimus, dimittere, prout ad id te sponte eciam obtulisti, protenus tenearis, et quod extunc prefate littere, per quas huiusmodi beneficium ut prefertur expectas, et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta quoad beneficium cum cura necnon dignitatem, personatum seu curatum officium sint cassa et irrita et nullius prorsus existant roboris vel momenti, eis quoad beneficium seu simplex officium non curatum in suo robore permansuris. . . . D. Auinione VIII kal. Januarii a. septimo.*‘ — *In e. m. Velegradensis et Gradicensis, Olomucensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 9.*

Avinione, 1348 Decembris 25.

Clementis VI A. VII/6 (104) f. 543′ n. 170, de dignitatibus vacantibus qu. 6, rubrica sola. Litterae in V. 188 f. 216 n. 168 (sic!) — Ed. CDM. VII n. 887. — [1]) de supplicatione Nicolai de Brunna, cancellarii regis Romanorum, hic nulla fit mentio.

1045. *Ottoni Francisci, qui ut asseritur clericus et sigillator Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, existit, providetur* [1]) *de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 1043. ,D. Auinione VIII kal. Januarii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii sancti Vincentii extra muros Vratislavienses et decano sanctae Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1348 Decembris 25.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 459' n. 20, de praebendis vacaturis qu. 1 = V. 189 f. 9 n. 20. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [1]) de supplicatione Nicolai de Brunna, cancellarii regis Romanorum, hic nulla fit mentio.

1046. *Petro Plasserii, canonico ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, indulgetur,*[1]) *ut in aliquo beneficiorum suorum ecclesiasticorum, quae in quibuscunque ecclesiis seu locis nunc obtinet et in posterum obtinebit, residendo, fructus omnium ecclesiasticorum beneficiorum suorum, quae obtinet ac in posterum obtinebit, etiam si curata aut dignitates, personatus vel officia existant, dummodo dignitates ipsae in cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis principales non existant, cum ea integritate usque ad triennium libere percipere possit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperet, si in eisdem ecclesiis seu locis aut eorum aliquo personaliter resideret, et ad residendum in eisdem ecclesiis sive locis minime teneatur. ,D. Auinione VIII kal. Januarii* [a]) *a. septimo.' — In e. m. monasterii Sderasiensis prope Pragam, per praepositum soliti gubernari, et Litoměřicensis,*[b]) *Pragensis diocesis, praepositis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 454.*

.X X. *Avinione, 1348 Decembris 25.*

Clementis VI A. VII/3 (101) f. 333' n. 10, de fructibus percipiendis qu. 1 = V. 190 f. 4 n. 10. — [a]) ,VIII kal. Januarii' suppl. in marg. A. [b]) ,Luthomericensis' A. — [1]) de supplicatione Nicolai de Brunna, cancellarii regis Romanorum (num. 1043), hic nulla fit mentio.

1047. *Nicolaus de Brunna supplicat, quatenus Conrado Wyffonis de Brunna de decanatu in ecclesia Olomucensi vacante, Jacobo Goblini de Brunna de canonicatu et praebenda ac praepositura in ecclesia Misnensi vacantibus et Ottoni Francisci de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur, item quatenus Petro Plasserii indulgentia de non residendo et fructibus in absentia percipiendis concedatur.*[1])

Avinione, 1348 Decembris 29.

Supplicat S. V. humilis orator vester Nicholaus de Brumna, prepositus ecclesie Pragensis, domini Romanorum regis cancellarius, quatenus sibi in personis infrascriptorum consanguineorum et familiarium suorum specialem graciam facientes: *[Conrado Wyffonis de Brunna, canonico ecclesie Olomucensis — Fiat R', ut in num. 1043].*

Item Jacobo Goblini de Brunna de canonicatu ecclesie Misnensis necnon de prepositura eiusdem ecclesie, per liberam resignacionem ipsius Nicholay similiter vacantibus apud apostolicam sedem, dignemini providere, unam vero de maioribus ipsius ecclesie prebendis, si qua vacat ad presens, vel cum vacabit, quam idem Jacobus duxerit acceptandam, conferendam eidem donacioni apostolice dignemini reservare, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudine ipsius ecclesie et presertim illis, quibus caveri dicitur, quod nullus maiorem in ipsa ecclesia possit obtinere prebendam, nisi primo minorem obtinuerit in eadem, et quod gradatim per minores et maiores prebendas ascenderit, seu quod idem Jacobus in ecclesia sancti Petri de Brunna, Olomucensis diocesis, canonicatum obtinet et prebendam, seu quod patitur in etate defectum, cum in vigesimo primo etatis sue anno vel circiter constitutus existat, super quo dignemini misericorditer dispensare, cum omnibus clausulis et non obstantibus, sicut supra.

Fiat et dispensamus R. [1])

[,Item Ottoni Francisci — Fiat R', ut in num. 1043].

[,Item Petro Plasserii — Fiat ad triennium R', ut in num. 1043].

Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII kal. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 88. — [a]) ,ecclesia ecclesia' S. — [1]) cfr. num. 1043.

1048. *Jacobo Goblini de Brunna providetur [1]) de praepositura in ecclesia Misnensi vacante et de canonicatu eiusdem ecclesiae sub expectatione maioris alicuius praebendae, non obstante ut in num. 1047, et dispensatur cum eo super defectu aetatis, hac tamen conditione, ut praepositura Misnensis debitis interim non fraudetur obsequiis, et ut ipse, postquam ad aetatem pervenerit ad id aptam, se faciat ad ordines, prout ipsius praepositurae onus requirat, statutis temporibus promoveri. ,D. Auinione IIII kal. Januarii a. septimo.' — In e. m. praeposito Litoměřicensis [a]) et decano Budissinensis, Pragensis et Misnensis diocesium, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1348 Decembris 29.

Clementis VI A. VII/6 (104) f. 542 n. 63, de dignitatibus vacantibus qu. 3, rubrica sola. Litterae in V. 188 f. 159' n. 62 (sic!) — [a]) ,Luthomericensis' A. — [1]) de supplicatione Nicolai, cancellarii regis Romanorum, quam vide in num. 1043 et correctam in num. 1047, hic nulla fit mentio.

1049. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut magistro Johanni Pauli de Pistorio de hospitali pauperum sancti Bartholomaei de Alpibus provideatur.*

Avinione, 1348 Decembris 29.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti et antiqui secretarii et familiaris sui, nunc abbreviatoris curie vestre, magistri Johannis Pauli de Pistorio, pro quo tam ipse quam b. m. rex Boemie, genitor suus, S. premisse sepissime supplicarunt absque eo, quod adhuc pro eo graciam aliquam reportarint, specialem graciam facientes,

ipsum Johannem ad omne ius et in omni iure ac ad possessionem, quod et quam quondam Jacobus Gandulfi, rector hospitalis pauperum sancti Bartholomei „praciepi“ [? sic] de Alpibus, Pistoriensis diocesis, ad quod consueverunt ut plurimum laici per eleccionem assumi, nuper extra Romanam curiam vita functus, in et de eodem hospitali habebat, et ad causam et in causa, que inter ipsum Jacobum et Bonauenturam Jacobini de Sancto Petro in Romana curia super hospitali vertebatur eodem, et in eo statu, in quo dictus Jacobus erat tempore mortis sue, dignemini subrogare et nichilominus mandare, ut, in quantum appareat Jacobum dicto tempore non habuisse et Bonauenturam predictos non habere ius in hospitali predicto, hospitale ipsum quocunque modo vacans cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, et si secundum Lateranensis statuta concilii[a]) ad sedem apostolicam legitime devolutum aut per S. premissam specialiter reservatum existeret, conferant dicto Johanni, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII kal. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 87. — a) ‚consilii‘ S.

1050. *Nicolaus [de Bohemia, filius Johannis, regis Bohemiae], archidiaconus Horssoviensis*[a]) *in ecclesia Pragensi, praeficitur in episcopum ecclesiae Naumburgensis,*[b]) *vacantis per mortem Witigonis,*[c]) *ultimi eiusdem ecclesiae episcopi. ‚D. Auinione VII id. Januarii a. septimo.‘ — In e. m. scribitur capitulo ecclesiae, clero civitatis et diocesis, populo civitatis et diocesis, vassallis ecclesiae Naumburgensis, archiepiscopo Magdeburgensi, Carolo, Romanorum et Bohemiae regi.*

Avinione, 1349 Januarii 7.

Clementis VI A. VII/6 (104) in fragmentis rubricarum f. 539—539′ non est conservatum. Litterae in V. 188 f. 76 n. 114. — a) ‚Horzouiensis‘ V. b) ‚Nuemburgensis‘ V. c) ‚Vitikonis‘ V.

1051. *N. v. Luchino de Vicecomitibus de Mediolano scribitur, papam propter mortalitatis pestem et alia negotia impeditum esse, quominus discordiam praeveniret, quae inter ipsum Luchinum et Carolum, regem Romanorum, nasci posset; sed nuper Nicolaum de Brunna, ecclesiae Pragensis praepositum, illius regis cancellarium, de intentione papae plane informatum, ad eundem regem remissum esse; quae omnia Guido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, referet. ‚D. Auinione VI id. Januarii a. septimo.‘*

Avinione, 1349 Januarii 8.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 119′ n. 624. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 206, Huber 780 n. 215.

1052. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus sibi et aliis nonnullae gratiae concedantur.*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi ad hoc, ut secundum exigenciam status sui et[a]) regnorum suorum decencius

[matrimonium][b]) contrahere valeat, specialem graciam facientes, secum, ut cum quacunque quarto vel tercio consanguinitatis vel affinitatis gradibus eciam ex pluribus[c]) lateribus sibi iuncta et eciam in casu, ubi iusticia publice honestatis obstaret, matrimonium licite contrahere possit, dignemini misericorditer dispensare, prolem etc., cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus dare dignemini per vestras litteras in mandatis illi vel illis personis, quas ad colligendum decimam, per S. V. in Pragensi, Olomucensi, Luthomuslensi et Wratislauiensi civitatibus et diocesibus indicendam, duxerit deputandas, quod secundum ordinacionem et voluntatem dicti regis de pecunia dicte decime fundare, construere et dotare debeat in regno suo Boemie unum monasterium virorum ordinis sancti Benedicti, per abbatem proprium gubernandum, quod debeat immediate subesse monasterio Cazedei,[d]) eiusdem ordinis, Claromontensis diocesis, et in quo poni debeant monachi, quos abbas dicti monasterii Casedei de suo eodem monasterio Casedei hac vice primaria ibi duxerit deputandos.

Fiat R.[1])

Item pro cultu divino in civitate Pragensi uberius adaugendo dignemini concedere, quod ecclesia Melnicensis, Pragensis diocesis, de collacione dicti regis existens,[e]) in dictam transferri valeat civitatem, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat per archiepiscopum Pragensem, si viderit expedire R.

Item dignemini[f]) duci Saxonie,[g]) quod nonnulla corpora quorundam progenitorum suorum, sepulta in claustro fratrum Minorum in Wittemberg, Brandenburgensis diocesis, exhumari et ad claustrum monasterii in Doberluch, Cisterciensis ordinis, Misnensis diocesis, transferri facere valeat,[h]) misericorditer indulgere.

Videatur in cancellaria et fiat, si possit fieri sine iniusticia R.

Item supplicat, quatenus sibi in personam Willelmi, canonici Pragensis, nati dilecti militis et consiliarii sui ac baronis regni Boemie Subinconis dicti Leporis, specialem graciam facientes, cum eodem Willelmo, ut non obstante defectu etatis, quem patitur, cum in sextodecimo etatis sue anno constitutus existat, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, et[i]) eciam si dignitas vel personatus existat, et eciam si dignitas ipsa maior post pontificalem in cathedrali et in collegiata ecclesiis principalis existat et ad eam per eleccionem consueverit quis assumi, si sibi alias canonice conferatur, libere recipere ac licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus cum dilecto suo Johanne, nato Hugoloti de Lupis, marchionis de Soranea, scolare Parmensi, de coniugato genito[1]) et soluta, quod ad omnes eciam sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium cum cura vel sine cura, eciam si dignitas vel personatus aut officium seu canonicatus et prebenda in ecclesia cathedrali existat, obtinere licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.

Item significat S. V., quod b. m. Johannes, episcopus Pragensis, dum viveret, in honorem[m]) et sub vocabulo beate Marie de bonis[n]) ad eum racione persone sue spectantibus fundavit et dotavit in oppido de Rudnycz, Pragensis diocesis, ad archiepiscopatum Pragensem spectante, quoddam monasterium ordinis sancti Augustini, in quo prepositus et canonici regulares existunt, et nonnulla statuta in eodem monasterio condidit ipsique monasterio pro cultu divino ibidem augendo et maiori sustentacione personarum ipsius monasterii in dicto oppido Rudnycz et in Palcz Maiori ac in Chirwarecz et Wetla parrochiales ecclesias, prefate diocesis, de consensu capituli Pragensis annexuit et univit. Quare humiliter supplicat idem rex, quatenus fundacionem et dotacionem, statuta et unionem huiusmodi dignemini ex certa sciencia confirmare omnemque defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem, supplere de plenitudine potestatis, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis, litteras eorundem episcopi et capituli super hiis confectas vestris litteris inseri faciendo, dictaque statuta in ea parte, ubi per personas ipsius ecclesie quedam officia divina mandavit certo modo sub anathematis vinculo celebrari, et alias, ubi statuit, in canonicos dicti monasterii recipi non debere personas, que non sint de Boemica lingua[o]) seu nacione, ut huiusmodi anathematis pena et personarum excepcio de statutis subducantur eisdem, de benignitate apostolica mitigando.

Fiat per archiepiscopum Pragensem auctoritate apostolica, si viderit expedire R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 106'. — [a]) corr. ex ‚ad' S. [b]) deest in S., suppl. ab editore [c]) corr. ex ‚plurilibus' S. [d]) sequitur: ‚hac vice primaria', sed cancell. S. [e]) ‚existentis' S., corr. ab editore. [f]) sequitur ‚dicto', sed cancell. S. [g]) suppl. supra S. [h]) sequitur ‚dignemini', eliminatum ab editore S. [i]) suppl. supra S. [l]) ‚genitus' S., corr. ab editore. [m]) ‚in honorem' suppl. supra S. [n]) corr. ex ‚bonnis' S. [o]) ‚linga' S. — [1]) Registratum in ZVGA. Schlesiens, XXV, 304.

1053. *Cum Carolo,[a]) rege Romanorum, dispensatur, ut cum quacunque catholica muliere, in quarto vel tertio consanguinitatis vel affinitatis gradibus etiam ex pluribus lateribus sibi coniuncta, et etiamsi iustitia publicae honestatis obstet, matrimonium contrahere possit, proles quoque ex eodem matrimonio suscipienda legitima decernitur. ‚D. Auinione III id. Januarii a. septimo.'* [1])

.C. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 112' n. 191, diversarum formarum qu. 3 = V. 191 f. 36 n. 201 (sic!). — [a]) ‚Karulo' V. — [1]) in margine nota: ‚de camera'.

1054. *Cum Wilhelmo,*[a]) *nato n. v. Sbinconis dicti Leporis, militis, canonico Pragensi, qui in sextodecimo anno aetatis constitutus est, dispensatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ut praemisso aetatis defectu et quibuscunque statutis non obstantibus beneficium ecclesiasticum cum cura aut dignitatem vel personatum, etiam si curam habeat animarum, aut etiam si dignitas ipsa in cathedrali maior post pontificalem et in collegiata ecclesiis principalis existat et ad eam per electionem consueverit quis assumi, si alias ei conferatur vel eum ad dignitatem ipsam canonice assumi contingat, libere recipere et licite retinere possit, proviso, quod in beneficio tali cura animarum non negligatur, et quod idem Sbinco, cum ad aetatem aptam pervenerit, se ad ordines competentes statutis temporibus promoveri faciat. ‚D. Auinione III id. Januarii a. septimo.'*

$\overline{\text{V}}$
.X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 354, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 187 f. 411 n. 1192. — a) ‚Willelmo' A.

1055. *Archiepiscopo Pragensi mandatur, ut statuta monasterii Rudnicensis, ordinis sancti Augustini, confirmet, certis punctis ex eisdem sublatis.*

X
.X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

V. f. . . archiepiscopo Pragensi s. etc. Honestas fidelium preces in hiis presertim, que divini cultus sacreque religionis augmentum respiciunt, apostolico libenter favore prosequimur[a]) et ad effectum perducere, quantum cum deo possumus, procuramus. Sane peticio pro parte dd. ff. . . prepositi et conventus monasterii Rudnycensis, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, nobis exhibita continebat, quod olim, priusquam Pragensis ecclesia in metropolitanam fuisset erecta, b. m. Johannes, episcopus Pragensis, predecessor tuus, dum viveret, prefatum monasterium ad honorem et sub vocabulo beate Marie Virginis in oppido de Rudnycz, Pragensis diocesis, ad tuum archiepiscopatum tunc episcopatum Pragensem pertinente, de bonis ad eum racione persone sue spectantibus fundavit pariter et dotavit et nonnulla statuta edidit in eodem et demum pro divino cultu in eodem monasterio adaugendo et pro commodiori sustentacione personarum ipsius parrochiales[b]) eiusdem oppidi de Rudnycz et in Palcz Maiori ac in Chyrwarecz et in Wetla ecclesias, prefate diocesis, cum suis iuribus et pertinenciis universis, congruis de ipsarum ecclesiarum redditibus pro perpetuis vicariis inibi domino servituris porcionibus assignatis, eidem monasterio annexuit et univit, ad premissa omnia dd. ff. capituli Pragensis ecclesie accedente consensu, prout in diversis predictorum episcopi et capituli inde confectis litteris, eorum sigillis[c]) munitis, dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum prepositi et conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut fundacionem, dotacionem et unionem predictas confirmare omnemque defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem, supplere, et quod de dictis statutis in ea parte, ubi prefatus episcopus per personas ipsius monasterii quedam divina officia certo modo et ordine celebrari sub anathematis pena mandavit, et alias, ubi statuit, personas, que non essent de lingua seu nacione Boemica, in canonicos

dicti monasterii recipi non debere, dictas[d]) anathematis penam et personarum excepcionem tollere dignaremur. Nos igitur, predictorum prepositi et conventus necnon carissimi in Christo f. n. Caroli, Romanorum regis illustris, nobis eciam super hoc humiliter supplicantis, supplicacionibus inclinati, fraternitati tue, de qua specialem in domino in hiis et aliis fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus statuto, quo caveri dicitur ut prefertur, personas, que non sint de lingua seu nacione Boemica, in canonicos dicti monasterii recipi non debere, ac anathematis pena premissis de statutis eisdem sublatis et penitus irritatis fundacionem, dotacionem et uniones predictas, si tibi videbitur expedire, auctoritate nostra confirmes[e]) omnemque defectum suppleas, si quis forsan intervenerit in eisdem. D. Auinione III id. Januarii a. septimo.

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 276, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 187 f. 351′ n. 914. — a) corr. ex ‚prosequi‘ A. b) ‚parrochialis‘ A. c) ‚singillis‘ A. d) ‚dictus‘ A. e) ‚conferimus‘ A., corr. ab editore.

***1056.** Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus notariis et clericis suis infrascriptis de nonnullis beneficiis provideatur.*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personas infrascriptorum notariorum et clericorum dilectorum suorum specialem graciam facientes, dignemini eis ut sequitur providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, videlicet:

Johanni de Nouoforo, clerico Wratislauiensis diocesis, notario suo, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione etc., non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Nouo foro, Wratislauiensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R.

Frederico Stromayri de Nurembercli, clerico Bambergensis diocesis, registratori suo, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter vel divisim, si quod eciam in eadem ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi vacat ad presens, vel cum vacabit, cum reservacione, acceptacione etc., non obstante, quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine, spectans ad collacionem vel presentacionem decani et capituli ecclesie sancti Petri Wissegradensis prope Pragam, auctoritate litterarum vestrarum expectat.

Fiat etc. R.

Martino Gerlibi de Brudissin (!), notario suo, de decanatu ecclesie Misnensis, cum reservacione unius de maioribus prebendis in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione etc., non obstante, quod virtute primariarum precum dicti regis canonicatum ecclesie Budissinensis, Misnensis diocesis, obtinet ac in ea prebendam necnon beneficium ecclesiasticum ad collacionem episcopi et capituli Lubicensis noscitur expectare, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus

eiusdem Misnensis ecclesie et presertim illis, quibus cavetur, quod nullus in eadem ecclesia maiorem possit obtinere prebendam, nisi prius minorem obtinuerit et gradatim ad maiorem ascenderit in eadem.

Fiat R.

Jacobo de Watwiller, canonico Basiliensi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, provisionem vel aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii Vallis Masonis, ordinis sancti Benedicti, Basiliensis diocesis, non obstante, quod in Basiliensi et in sancti Vrsicini, Basiliensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere.

Fiat et cetera R.

Petro Gerhardi Nigri, clerico Pragensi, notario suo, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem abbatisse et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi communiter vel divisim, cum reservacione, acceptacione etc.

Fiat R.

Henrico de Brunna, clerico Olomucensis diocesis, officiali Pragensi, de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione etc., non obstante, quod canonicatum et prebendam ac custodiam ecclesie Olomucensis ac parrochialem ecclesiam in Neli, Patauiensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R.

Jacobo, nato quondam Johannis de Tuschnowicz, canonico ecclesie sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, spectante ad collacionem, presentacionem seu aliam quamvis disposicionem episcopi, prepositi, decani et capituli, in ecclesia, civitate seu diocesi Olomucensi communiter vel divisim vacante vel vacaturo, cum reservacione etc., non obstante, quod in dicta ecclesia sancti Petri in Brunna canonicatum et prebendam noscitur obtinere.

Fiat etc. R.

Conrado, nato nobilis militis et consiliarii sui Burkardi de Monachis de Basilea, canonico Basiliensi, de canonicatu et prebenda ecclesie Spirensis, vacante apud apostolicam sedem per liberam resignacionem domini Johannis, episcopi Tridentini, qui illos ex dispensacione sedis apostolice obtinebat, in manibus S. V. sponte factam et per S. V. admissam, non obstante, quod canonicatum ecclesie Basiliensis sub expectacione prebende noscitur obtinere.

Fiat et resignavit R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. Et sine examine. Fiat R. D. Auinione III id. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 108.

1057. *Johanni de Novoforo, notario Caroli, regis Romanorum, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1056. ‚D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' In e. m. sanctae Mariae in Arena et sancti Vincentii prope Vratislariam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 502′ n. 82, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 189 f. 37 n. 82. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

1058. *Friderico Stromayeri de Norimberga,*[a]) *clerico Bambergensis diocesis, registratori Caroli, Romanorum regis, reservatur ad supplicationem eiusdem regis beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani et capituli Pragensis in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi vacat, vel cum vacaverit, non obstante, ‚quod beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem oc. decani et capituli ecclesie sancti Petri Wyssegradensis prope Pragam, per nostras certi tenoris litteras nosceris expectare, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta exnunc quoad curatum beneficium cassamus et eciam irritamus, eis quoad beneficium sine cura in sua remanentibus firmitate..... D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii Aulaeregiae et praeposito Litoměřicensis,*[b]) *Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 451 n. 131, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 190 f. 52 n. 130 (sic!) — [a]) ‚Frederico Stromayri de Nurembercb' A. [b]) ‚Luthomericensis' A.

1059. *Martino Gerlibi de Budissin, notario Caroli, regis Romanorum, providetur ad supplicationem eiusdem regis de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione alicuius maioris praebendae. ‚D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii Aulaeregiae et praeposito Litoměřicensis,*[a]) *Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 501′ n. 81, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 189 f. 36′ n. 81. — [a]) ‚Luthomericensis' A.

1060. *Jacobo de Wattweiler*[a]) *reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii Vallismasonis, ordinis sancti Benedicti, Basiliensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 451′ n. 132, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 190 f. 52′ n. 131 (sic!). — [a]) ,Wattwillre' A.

1061. *Petro Gerhardi Nigri, clerico Pragensis diocesis, notario Caroli, regis Romanorum, reservatur* [1]) *beneficium cum vel sine cura, solitum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, vacat ad praesens, vel cum vacaverit. ,D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii Aulaeregiae et praeposito Litoměřicensis,*[a]) *Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 447′ n. 125, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 190 f. 49′ n. 124 (sic!). — [a]) ,Luthomericensis' A. — [1]) ad supplicationem eiusdem regis, vide num. 1056.

1062. *Henrico de Brunna providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1056. ,D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' — In e. m. Aulaeregiae et Goettwicensis,*[a]) *Pragensis et Pataviensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 501 n. 80, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 189 f. 36 n. 80. — [a]) ,Chotwicensis' A.

1063. *Jacobo, nato quondam Johannis de Tišňovicz,*[a]) *canonico ecclesiae sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum regis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli Olomucensis in ecclesia, civitate vel diocesi Olomucensi vacat, vel cum vacaverit, non obstante ut in n. 1056. ,D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' — In e. m. Velegradensis et Gradicensis monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 76.*

.X X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 448′ n. 127, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 190 f. 50′ n. 126. — Exc. in CDM. VII n. 902. — [a]) ,Tuschnowicz' A.

1064. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus familiari suo Ulrico de Capella, clerico Aquilegensis diocesis, provideatur de beneficio cum vel sine cura, spectante ad collationem patriarchae, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Aquilegensis, si quod in eadem ecclesia, civitate vel diocesi vacat, vel cum vacaverit, cuius fructus 40 resp. 30 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione III id. Januarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 108.

1065. *Ulrico de Capella, clerico Aquilegensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum regis, cuius est familiaris, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 40 resp. 30 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem patriarchae atque decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Aquilegensis in eadem ecclesia, civitate vel diocesi vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' Forma ut in n. 76.*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Clementis VI A. VII/6 (104) f. 82', de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 187 f. 248 n. 517. Taxatio deest.

1066. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Meinhardo Ulrici de Novadomo de dignitate etc. cum vel sine cura sub expectatione in ecclesia Pragensi et Johanni de Pürstein de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia Olomucensi provideatur.*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Bohemie rex, quatenus dilecto familiari suo Meinhardo, nato nobilis viri Vlrici, domini de Nouadomo, ipsius regis familiaris, etatis XX annorum vel quasi, de dignitate, personatu vel officio seu administracione cum cura vel sine cura, eciam si maior sit post archiepiscopalem dignitatem et quis ad illam, illum vel illud per eleccionem consueverit assumi, vacante vel vacaturo in ecclesia Pragensi et extra, dignemini cum acceptacione et clausulis oportunis providere, non obstante, quod in eadem canonicatum sub expectacione prebende obtinere noscatur, dispensantes ut necesse.

Fiat et dispensamus R.

Item similem graciam facientes dilecto suo Johanni de Pierssenstein, presbytero, de canonicatu sub expectacione prebende, dignitate, personatu etc. ut supra in ecclesia Olomucensi, non obstante, quod idem Johannes canonicatum et prebendam in Cytensi, Neuemburgensis diocesis, ac altare in Pragensi ecclesiis necnon capellaniam in castro de Pirssenstein,[a]) Pragensis diocesis, obtinere noscatur, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Januarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 108'. — [a]) corr. ex ‚Pursserstein' S.

1067. *Fridericus, episcopus Bambergensis, supplicat, ut parrochialis ecclesia in „Erbenbach", Bambergensis diocesis, mensae suae episcopali incorporetur, praeter alias causas etiam adducens ,continuas sumptuosas et inevitabiles hospitalitates et expensas, prescrtim hiis diebus in serenissimi principis domini Karoli, Romanorum regis, serviciis ob sancte Romane ecclesie devocionem multipliciter factas.' ,Fiat in forma R. . . . . D. Auinione III id. Januarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Clementis VI S. VII 2 (16) f. 120.

1068. *Parrochialis ecclesia in „Erbenbach", Bambergensis diocesis, ecclesiae et mensae episcopi Bambergensis unitur, praeter alia etiam ex causa, cuius in supplicatione praecedenti fit mentio. ,D. Auinione III id. Januarii a. septimo.' Forma ut in n. 271.*

X
.X. *Avinione, 1349 Januarii 11.*

Clementis VI A. VI 7 (98) f. 97', sine titulo quaterni = V. 187 n. 1231.

1069. *Petrus Plasserii supplicat, quatenus sibi reserventur canonicatus et praebenda, qui in ecclesia Pragensi brevi vacare sperantur.*

Avinione, 1349 Januarii 11.

Supplicat S. V. Petrus Plasserii, canonicus ecclesie Wissegradensis, Pragensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, canonicatum et prebendam ecclesie Pragensis, quos dominus Nicholaus, electus Nuemburgensis, tempore promocionis sue in eadem ecclesia obtinebat, cum illos per consecracionem suam vel alio quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendos dicto Petro donacioni apostolice dignemini reservare, non obstante, quod idem Petrus in Wissegradensi et in Cremsirensi ecclesiis canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam in Villandres, Olomucensis et Tridentine diocesis, noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III id. Januarii a. septimo.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 125'.

1070. *Carolo, regi Romanorum, commendatur Guido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, apostolicae sedis nuntius, ad certas partes Italiae ac Ungariae regnum destinatus. ,D. Auinione id. Januarii a. septimo.' — In e. m. scribitur Alberto, duci, et Mariae, ducissae Austriae, atque archiepiscopo Strigoniensi.*

Avinione, 1349 Januarii 13.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 109 n. 428—431. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 207.

1071. *Nicolao [filio Johannis, regis Bohemiae], electo Naumburgensi,*[a]) *qui in subdiaconatus ordine constitutus est, conceditur, ut a quocunque maluerit catholico antistite diaconatus et presbyteratus ordines statutis a iure temporibus successive recipere possit. ‚D. Auinione XVI kal. Februarii a. septimo.'*

.V. *Avinione, 1349 Januarii 17.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 115' n. 205, diversarum formarum qu. 4 = V. 191 f. 77' n. 215 (sic!) — [a]) ‚Nuemburgensi' A.

1072. *Eidem Nicolao conceditur, ut a quocunque maluerit catholico antistite, ascitis duobus vel tribus catholicis episcopis, munus consecrationis recipere possit, hac tamen conditione, ne Magdeburgensi archiepiscopo, cui ecclesia Naumburgensis*[a]) *iure metropolitico subest, ullum in posterum praeiudicium generetur. ‚D. Auinione XVI kal. Februarii a. septimo.'*

.X. *Avinione, 1349 Januarii 17.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 116 n. 206, diversarum formarum qu. 4 = V. 191 f. 77' n. 216 (sic!) — [a]) ‚Nuemburgensis' A.

1073. *Magister Nicolaus Sortes supplicat, quatenus sibi motu proprio de canonicatu et praebenda in ecclesia Constantiensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1349 Januarii 21.

Motu proprio providemus magistro nato N. Sortes, secretario regis Romanorum, de canonicatu et prebenda ecclesie Constanciensis, quos J[ohannes] Rogerii in eadem ecclesia obtinebat, vacantibus per assecucionem alterius prebende ipsius ecclesie, de qua nuper eidem J[ohanni] duximus providendum, cum clausulis oportunis et executoribus.

Fiat motu proprio R. Et sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione XII kal. Februarii a. septimo.

Clementis VI S. VII/2 (16) f. 97'.

1074. *Guidoni, tituli sanctae Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, conceditur ad supplicationem Caroli, Romanorum regis, facultas suspendendi sententias, poenas ac processus, quos Albertus de Hohlach, (?)*[a]) *praepositus ecclesiae Herbipolensis, incurrit, cum in eadem ecclesia tunc pastore carente se intrusisset. ‚D. Auinione X kal. Februarii a. septimo.'*

X
.X. *Avinione, 1349 Januarii 23.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 115 n. 200, diversarum formarum qu. 4 = V. 191 f. 76' n. 210 (sic!) — [a]) ‚Holloch' A.

1075. *Rudolfi [a]) senioris, ducis Saxoniae, erga Romanam ecclesiam affectus laudatur idemque dux monetur, ut ab eo non desistat et in necessitatibus suis ad sedem apostolicam recurrat; praeterea commendantur ei negotia Caroli, regis Romanorum. ‚D. Auinione VIIII kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Januarii 24.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 129 n. 654. — Werunsky, Excerpta n. 208.

1076. *Annibaldo, episcopo Tusculano, apostolicae sedis legato, commendantur negotia Caroli, regis Romanorum. ‚D. Auinione VIIII kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Januarii 24.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 129′ n. 655. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 209.

1077. *Carolo, regi Romanorum, gratiae aguntur, quod magistrum Aliotum de Narnia, canonicum Narniensem, capellanum papae, benigne recipiens negotium civitatis Avinionensis favorabiliter expediverit, et nuntiatur ei, papam propterea in negotiis ecclesiae Vratislaviensis et aliis, pro quibus ipse rex magistrum Nicolaum de Brunna, praepositum ecclesiae Pragensis, cancellarium suum, ad sedem apostolicam destinaverit, voluntati eius condescendisse, prout idem cancellarius plenius relaturus sit. ‚D. ut. s. [Auinione VIIII kal. Februarii a. septimo.]'* [1])

Avinione, 1349 Januarii 24.

Clementis VI V. 142 (secr. a VII) f. 129′ n. 656. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 210. — [1]) ut in V. 142 n. 655.

1078. *Nicolaus de Brunna supplicat, quatenus Johanni, sacristae ecclesiae Basiliensis, absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1349 Januarii 26.

Supplicat S. V. Nicolaus de Bruna, prepositus Pragensis, domini regis Romanorum cancellarius, quatenus dilecto suo Johanni, sacriste ecclesie Basiliensis, absolucionem plenariam in mortis articulo concedere dignemini, cum clausulis etc., ut in forma.

Fiat R. Et sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione VII kal. Februarii a. septimo.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 129′.

1079. *Johannes Chunadi de Pelwicz et Paulus Gobelini de Brunna supplicant, ut ab excommunicationis sententia absolvantur.*

Avinione, 1349 Januarii 26.

Significant S. V. Johannes Chunadi de Pelwicz et Paulus Goblini de Brunna, laici Olomucensis diocesis, quod ipsi olim temerario furore vexati fratrem Di-

mirus, (?) commandatorem seu preceptorem domus in Cruce,[1]) hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, dicte diocesis, cum magna effusione sanguinis in pluribus partibus sui corporis enormiter vulnerarunt adeo, quod ipse frater in uno ex brachiis suis debilitatus est valde, et quod ipsi postea super hiis cum dicto fratre et fratribus dicti ordinis concordarunt et eis congrue satisfecerunt. Quare humiliter supplicant, quatenus, cum propter guerras et viarum discrimina ad Romanam curiam eis nimis difficilis sit accessus, dignemini de clemencia consueta committere alicui in partibus, ut, si sibi de satisfaccione predicta constiterit, ipsos imposita eis super hoc penitencia salutari ab excommunicacionis sentencia, quam propterea[a]) incurrerunt, absolvat iuxta formam ecclesie consuetam, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat per diocesanum, si sit ita. R. Et q. t. s. a. l. Fiat[b]) R. D. Auinione VII kal. Februarii a. septimo.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 120. — [a]) ‚proptam' S. [b]) suppl. supra S. — [1]) Přibice, (?) vide CDM. VII n. 863.

1080. *Episcopo Olomucensi conceditur, ut Johannem Chunadi de Pelwicz et Paulum Gobelini de Brunna, laicos suae diocesis, ab excommunicationis sententia, quam ex causis in num. 1079 expositis incurrerunt, absolvat, postquam ei constiterit, eosdem iam satisfactionem congruam praestitisse, et ut pro modo culpae eis poenitentiam iniungat. ‚D. Auinione VII kal. Februarii a. septimo.'*

V̄ .X. — *Avinione, 1349 Januarii 26.*

Clementis VI A. VI/2 (93) f. 71', sine titulo quaterni = V. 185 f. 394 n. 932.

1081. *Johanni de Tulna providetur de canonicatu ecclesiae Pataviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VII kal. Februarii a. septimo.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et episcopo Frisingensi et abbati monasterii Campililiorum,[a]) Pataviensis diocesis. Forma ut in n. 6.*

I .X | X̿ . — *Avinione, 1349 Januarii 26.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 491' n. 68, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 189 f. 30' n. 58. — [a]) ‚Campisiliorum' A.

1082. *Predrogius Čadkonis de Sudomiř supplicat, quatenus sibi et aliis personis nonnullae gratiae concedantur.*

Avinione, 1349 Januarii 26.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Przedwogius, decanus ecclesie Pragensis, quatenus sibi in personam Johannis, fratris sui germani, nati quondam Cradconis, militis de Zudomirz, Pragensis diocesis, et procuratoris nepotis S. V. in partibus Boemie, specialem graciam facientes, eidem Johanni de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende necnon dignitatis, personatus

vel officii, eciam si curatum existat, si que, si quis vel si quod in dicta ecclesia vel extra vacat ad presens, aut cum simul vel successive vacaverit, dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes de et super quadam prebenda eiusdem ecclesie Wissegradensis necnon de parrochiali ecclesia in Horka ac altari sancte Margarete, sito in ecclesia Pragensi, in Romana curia[a]) noscitur litigare, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus Rinhardo de Wstupenicz, Pragensis diocesis, vicario Johannis, nepotis S. V., in ecclesia Pragensi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo in ecclesia Pragensi vel extra, spectante ad collacionem vel provisionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani[b]) et capituli singulorumque canonicorum ecclesie Pragensis, dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Habardo Conradi de Gelezenicz, Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii beati Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, si quod ad presens vacat, vel cum vacaverit, dignemini providere, cum acceptacione etc. et cum aliis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis ac executoribus.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Theodrico de Dubnecz, Pragensis diocesis, vicario decani Pragensis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo in ecclesia Pragensi vel extra, spectante ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi Pragensis, dignemini providere, cum acceptacione etc. et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod ipse[c]) Theodricus perpetuam vicariam dicti decani in dicta Pragensi ecclesia noscitur obtinere.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Przedroogio, decano Pragensi, et aliis undecim personis, quas ipse decanus sibi in hac parte assumpserit, dignemini indulgere, ut in mortis articulo aliquos idoneos presbyteros, religiosos vel seculares, in suos possint eligere confessores, qui ipsorum confessione audita plenam remissionem peccatorum concederent, ut in forma.

Fiat, sed nominet personas in cancellaria R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII kal. Februarii a. septimo.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 140. — a) suppl. supra S. b) ‚prepositi, decani', suppl. supra S. c) ‚quod ipse' suppl. supra S.

1083. *Johanni, nato clarae memoriae Johannis, regis Bohemiae, duci Carinthiae, respondetur, papam benigne audivisse ea, quae Nicolaus de Brunna, praepositus ecclesiae Pragensis et cancellarius Caroli, regis Romanorum, germani ipsius, exposuerit, et omnia fecisse, quae potuerit. ,D. Auinione VI kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Januarii 27.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 131 n. 668. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 211.

1084. *Johannes quondam Nicolai* [a]) *de Praga Maiori supplicat, quatenus sibi de beneficio ecclesiastico sine cura, ad collationem archiepiscopi et capituli ecclesiae Pragensis spectante, si quod vacat ad praesens, vel quamprimum vacaverit, provideatur, ut in forma. ,Fiat R. . . . . D. Auinione kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Februarii 1.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 133. — [a]) ,Nicholay' S.

1085. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus cum Henrico Ondeti, Remensis diocesis, in artibus licenciato Aurelianisque in iure civili studenti, in XXII aetatis anno constituto, dispensetur, ut huiusmodi defectu non obstante unum beneficium ecclesiasticum cum cura, si ei canonice conferatur, obtinere possit. ,Fiat R.' Item supplicat, quatenus Stefanus, clericus Remensis diocesis, in monachum monasterii de Alto Villari, ordinis sancti Benedicti, Remensis diocesis, recipi mandetur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Februarii 1.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 135.

1086. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus fundatio et dotatio decanatus et XII praebendarum, quos Barnim,* [a]) *dux Stetinensis, in ecclesia beatae Virginis Mariae, beati Ottonis confessoris et Omnium Sanctorum in villa Stetinensi instituit, et quorum collationem pro se ipso et successoribus suis retinuit, confirmetur. ,Fiat de confirmacione et de collacione prebendarum, sed decanus creetur per eleccionem R.' Item supplicat, quatenus visitantibus eandem ecclesiam indulgentiae concedantur. ,Fiat in festo sancti Ottonis de uno anno et una quadragena R. . . . . D. Auinione kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Februarii 1.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 135'. — [a]) ,Barnym' S.

1087. *Omnibus, qui ecclesiam beatae Virginis Mariae, beati Ottonis confessoris et Omnium Sanctorum in Stettin in die beati Ottonis visitaverint, conceduntur ad supplicationem Caroli, Romanorum regis, indulgentiae unius anni et unius quadragenae. ,D. Auinione kal. Februarii a. septimo.'*

.X. *Avinione, 1349 Februarii 1.*

Clementis VI A. VII/1 (99) f. 356, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 187 f. 412' n. 1202.

1088. *Ulricus de Novadomo, miles regni Bohemiae, Pragensis diocesis, supplicat, quatenus sibi et consorti absolutio plenaria in mortis articulo concedatur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione kal. Februarii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Februarii 1.

Ligatum errore ad Clementis VI S. III/1 (6) f. 136'.

1089. *N. v. Ulrico de Novadomo, militi Pragensis diocesis, et n. m. Clarae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Februarii a. septimo.' Forma ut in n. 65.*

V
.X. *Avinione, 1349 Februarii 1.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 361 n. 286, de absolutione qu. 1 = V. 191 f. 216' n. 283 (sic!).

1090. *Petro Plasserii reservantur canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis, qui per consecrationem Nicolai, electi Naumburgensis,*[a]) *brevi vacare sperantur, non obstante, ,quod in Wissegradensi quoddam prestimonium, obedienciam vocatum, in Bascz,*[1]) *et in eadem Wissegradensi et Cremsirensi ecclesiis canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam in Willandres, Pragensis, Olomucensis et Tridentine diocesium, nosceris obtinere .... D. Auinione kal. Februarii a. septimo.' — In e. m. Sadcensis*[b]) *et Litoměřicensis*[c]) *praepositis, Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 11.*

.X X. *Avinione, 1349 Februarii 1.*

Clementis VI A. VII/5 (103) f. 78', de beneficiis vacantibus qu. 22 = V. 185 f. 58' n. 123. — [a]) ,Nuemburgensis' A. [b]) ,Saccensis' A. [c]) ,Luthomericensis' A. — [1]) de hoc praestimonio in supplicatione ipsius Petri sub num. 1069 nulla fit mentio!

1091. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut apud Ludovicum, regem Ungariae, pro liberatione Roberti, imperatoris Constantinopolitani, et aliorum principum regiae domus Siciliae intercedat et nuntiis papae, exhibitoribus harum litterarum, securum conductum concedat, ut ad regem eundem pervenire et ab eo redire possint. ,D. Auinione id. Februarii a. septimo.' — In e. m. Bertrando, patriarchae Aquilegensi.*

Avinione, 1349 Februarii 13.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 136' n. 691—692. Ed. Theiner MH. I., pag. 769, Huber 505 n. 24.

***1092.** Nicolaus, electus Naumburgensis, supplicat, quatenus sibi nonnullae gratiae concedantur et capellanis suis infrascripta beneficia, quae promotionis suae tempore obtinebat, reserventur.*

Avinione, 1349 Februarii 20.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Nicolaus, electus Nuemburgensis, quatenus sibi in personas infrascriptas capellanorum et dilectorum suorum specialem graciam facientes, infrascripta beneficia, que tempore promocionis sue obtinebat, conferenda ipsis, cum vacabunt per munus consecracionis sue vel alias quovis modo preterquam per ipsius obitum, donacioni apostolice dignemini reservare, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, videlicet:

Johanni Malaprise, clerico Lucano, capellano suo, studenti Bononiensi in iure canonico, archidiaconatum Horzouiensem in ecclesia Pragensi.

Fiat R.

Johanni Sagitarii, canonico Osiliensi, capellano suo, prepositurам ecclesie Osiliensis, cuius fructus, redditus et proventus XIIII marcarum argenti valorem annuum non excedunt, non obstante, quod idem Johannes in eadem ecclesia canonicatum obtinet et prebendam.

Fiat R.

Jacobo Jacobi, clerico Pragensi, canonicatum et prebendam ecclesie Osiliensis.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus sibi et Katherine de Ricciano, priorisse monasterii sancti Laurencii Pragensis, ordinis sancti Augustini, amicte sue, quod confessor, quem elegerint, plenam remissionem in mortis articulo eis concedere valeat, dignemini misericorditer indulgere.

Fiat R.

Item dignemini sibi caritativum subsidium petendum et exigendum a clero non exempto sue civitatis et diocesis, prout per predecessores suos peti et exigi consuevit, concedere moderatum, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item dignemini sibi concedere, quod in sua et in duodecim collegiatis ecclesiis suarum civitatis et diocesis possit singulis personis idoneis, eciam plura beneficia ecclesiastica, quorum eciam unum curatum aut dignitas vel personatus seu officium existat, obtinentibus, conferre singulos canonicatus et prebendas eciam reservare, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Fiat R.

Item dignemini sibi indulgere, quod auctoritate apostolica concedere valeat quatuor clericis idoneis tabellionatus officium.

Fiat R.

Item quod in locis interdictis possit celebrare et audire divina cum familia et comitiva sua, et quod, antequam illucescat dies, possit missam facere celebrari, sibi indulgere dignemini, ut in forma.

Fiat R. In forma R.

Item quod omnes et singulas personas et universitates suarum civitatis et diocesis, qui processus et sentencias factos et latos contra dampnate memorie

Ludouicum de Bauaria[a]) et adherentes eidem quomodolibet incurrissent, ab eisdem processibus et sentenciis absolvere et interdicta suspendere et eciam relaxare et super irregularitatibus et inhabilitatibus propterea contractis dispensare libere valeat, eidem dignemini indulgere, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis ac executoribus.

Fiat in forma, qua est concessum aliquibus aliis prelatis R.

Item dignemini domino Nicolao de Zabilis, capellano et familiari suo, conferre canonicatum ecclesie Pragensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, cum acceptacione etc. et omnibus clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus, non obstante, quod idem N[icolaus] ecclesiam curatam de Zabilis, Pragensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. Et sine examine. Fiat R. D. Auinione X kal. Marcii a. septimo.

Clementis VI S. VII/3 (17) f. 160'. — [a]) ,de Bauaria' suppl. supra S.

1093. *Johanni Malaprese, clerico Lucano, in iure canonico sicut asseritur Bononiae studenti, reservatur archidiaconatus Horssoviensis*[a]) *in ecclesia Pragensi, qui per electionem et consecrationem Nicolai, electi Naumburgensis,*[b]) *brevi vacare speratur. ,D. Auinione X*[1]) *kal. Marcii a. septimo.' — In e. m. Omnium Sanctorum in castro Pragensi et Sadcensis,*[c]) *Pragensis diocesis, praepositis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 11.*

.X X. *Avinione, 1349 Februarii 20.*

Clementis VI A. VII/5 (103) f. 178', de beneficiis vacantibus qu. 26 = V. 185 f. 132' n. 284. — [a]) ,Horzauiensis' A. [b]) ,Nuemburgensis' A. [c]) ,Saccensis' A. — [1]) V. habet ,IX'!

1094. *Jacobo Jacobi, clerico Pragensi, reservantur canonicatus et praebenda ecclesiae Osiliensis, qui per promotionem et consecrationem Nicolai, electi Naumburgensis,*[a]) *brevi vacare sperantur. ,D. Auinione X kal. Marcii a. septimo.' — In e. m. abbati monasterii Padensis, Revaliensis diocesis, et praeposito Tarbatensis ac decano Revaliensis ecclesiarum. Forma ut in n. 11.*

.X X. *Avinione, 1349 Februarii 20.*

Clementis VI A. VII/5 (103) f. 86, de beneficiis vacantibus qu. 22 = V. 185 f. 64' n. 136. — [a]) ,Nuemburgensis' A.

1095. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, quatenus magistro Petro Begonis, baccallario in legibus, speciali dilecto capellano commensali ac principali vicario et procuratori suo in Ungariae et Poloniae regnis, reservetur archidiaconatus de Zemlin in ecclesia Agriensi cum omnibus pertinentiis, quamprimum vacaverit vigore gratiae, a papa Johanni, filio Demetrii, de praepositura ecclesiae sancti Martini Sepsiensis, Strigoniensis diocesis, factae, non obstante, quod idem Petrus Begonis canonicatum et praebendam in Vratislaviensi ecclesia obtinet ac in ipsa Vratislaviensi de officio cancellariae et in Cracoviensi ecclesiis de canonicatu et praebenda ei provisum est, quorum possessionem nondum est adeptus; supplicat etiam, ut eundem archidiaconatum una cum praefato cancellariae officio libere recipere et licite retinere possit. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione V kal. Marcii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Februarii 25.

Clementis VI S. VII/3 (17) f. 158.

1096. *Petro Begonis, canonico Vratislaviensi, baccallario in legibus, reservatur ad supplicationem Guillelmi, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, archidiaconatus de Zemlin*[a]) *in ecclesia Agriensi, qui brevi vacare speratur, non obstante ut in num. 1095. ‚D. Auinione V kal. Marcii a. septimo.' Forma ut in n. 11.*

Avinione, 1349 Februarii 25.

Clementis VI A. VII/6 (104) f. 514 n. 12, de dignitatibus vacaturis qu. 1, rubrica sola. Litterae in V. 188 f. 223 n. 12. — [a]) ‚Zelin' V.

1097. *Carolo, regi Romanorum, et eodem modo Magno, regi Daciae ac Sueciae, commendatur Vromoldus, archiepiscopus Rigensis. ‚D. Auinione kal. Marcii a. septimo.'*

Avinione, 1349 Martii 1.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 162 n. 786—787. — Ed. Theiner, MP. I n. 688.

1098. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut privilegia ecclesiae Bisuntinae confirmare et innovare velit neve alicui in diocesi Bisuntina monetam cudendi licentiam concedat. ‚D. ut s. [Auinione kal. Marcii a. septimo.']* [1])

Avinione, 1349 Martii 1.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 163 n. 789. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 212, Huber 780 n. 221. — [1]) ut in V. 142 n. 788.

1099. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Petrum, episcopum Cameracensem, commendatum habeat et nonnullis personis in illis partibus committat, ut ab eodem episcopo iuramentum fidelitatis recipiant. ‚D. Auinione XII kal. Aprilis a. septimo.'*

Avinione, 1349 Martii 21.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 186′ n. 858. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 215, Huber 780 n. 222.

1100. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, quatenus Vincentio Begonis de canonicatu ecclesiae Albiensis sub expectatione praebendae et Petro de Gostina de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1349 Martii 22.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Guillelmus, sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, quatenus dilecto suo Vincencio Begonis Castrensi, fratri magistri Petri Begonis, procuratoris sui principalis in regnis Vngarie et Polonie, de canonicatu ecclesie Albiensis dignemini providere, prebendam vacantem ad presens vel vacaturam in ipsa ecclesia conferendam eidem Vincencio cum acceptacionis, inhibicionis, decreti et anteferri clausulis donacioni apostolice reservantes, et cum omnibus non obstantibus ac clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R.

Item cum discretus vir dominus Petrus de Gostina, procurator dicti cardinalis, in sancte Romane ecclesie et suis serviciis multos et graves labores sustinuit, diversis et variis periculis se exponens, et[a]) ad presens decime triennalis contra Turcos imposite per sedem apostolicam ac census denarii sancti Petri dicte Romane ecclesie debiti in civitate et archidiocesi */sic/* Wratislauiensi, scilicet de commissione episcopi Wratislauiensis, collector existit: supplicat idem cardinalis, quatenus dicto Petro de canonicatu ecclesie Cracouiensis[b]) dignemini providere, prebendam vacantem ad presens, vel cum simul aut successive vacaverit[c]) in eadem, dicto Petro conferendam[d]) cum acceptacionis, inhibicionis, decreti et anteferri clausulis donacioni apostolice reservantes, non obstante, quod idem Petrus canonicatum et prebendam in ecclesia Wratislauiensi ac ecclesiam parrochialem in Henrichsdorph, Wratislauiensis diocesis, obtinet, seu quod ipse vigore gracie per S. V. alias sibi facte beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem vel presentacionem abbatis et conventus monasterii Tinciensis, ordinis sancti Benedicti, Cracouiensis diocesis, noscitur expectare, quam quidem ecclesiam parrochialem dimittere et gracie predicte renunciare paratus existit, postquam dignitatis, officii vel personatus huiusmodi in dicta Cracouiensi ecclesia possessionem pacificam vigore dicte gracie fuerit assecutus, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item cum dictus Petrus propter decime et denarii predictorum colleccionem non possit se ab illis partibus absentare, placeat S. predicte, quod examen ipsius remittatur vel saltem committatur ad partes.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Aprilis a. septimo

Clementis VI S. VII/3 (17) f. 206. — a) suppletum supra S. b) corr. ex ‚Cracouensis' S. c) ‚vacaverint' S., corr. ab editore. d) ‚conferendos' S., corr. ab editore.

1101. *Petro de Gostina providetur ad supplicationem Guillelmi, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, cuius est procurator, de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 1100. ‚D. Auinione XI kal. Aprilis a. septimo.' Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1349 Martii 22.*

Clementis VI A. VII/5 (103) f. 589, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 187 f. 192′ n. 393.

1102. *Quido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, rogatur, ut apud Carolum, regem Romanorum, in negotio Petri, Cameracensis, olim Claromontensis episcopi, intercedat. ‚D. Auinione IIII kal. Aprilis a. septimo.'*

Avinione, 1349 Martii 29.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 192′ n. 876.

1103. *Venceslao de Znoima,*[a]) *ordinis fratrum Minorum, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione II kal. Aprilis a. septimo.' Forma ut in n. 65.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1349 Martii 31.*

Clementis VI A. VII/2 (100) f. 362′ n. 321, de absolutione qu. 1 = V. 191 f. 217′ n. 320 (sic!). — a) ‚Vencislao de Znayma' A.

1104. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, mandatur, ut litteras de indulgentia anni iubilaei publicet et divulget.*

Avinione, 1349 Maii 10.

V. f. Ernesto, archiepiscopo Pragensi. Mittimus tibi una cum presentibus litteras apostolicas super indulgencia anni iubilei, per nos de centesimo ad quinquagesimum annum consulta et matura deliberacione reducta, fraternitati tue per apostolica scripta mandantes, quatenus per te vel alium seu alios per tuas civitatem et diocesim ac provinciam litteras ipsas publices et divulges. D. Auinione VI id. Maii a. septimo.

Clementis VI V. 142 (secr. a. VII) f. 235 n. 976.

1105. *Vratislariensis et Poznaniensis ac Pomezaniensis episcopi constituuntur conservatores Mathiae, episcopi, et capituli Vladislariensis[a]) usque ad biennium.*
X *‚D. Auinione XV kal. Junii a. septimo.' Forma ut in n. 92.*
X
X *Avinione, 1349 Maii 18.*
.X.

Clementis VI A. VII, 1 (99) f. 440 n. 40, de conservatoriis qu. 1 et unicus = V. 191 f. 28′ n. 41 (sic!).

1106. *Clemens papa VI ad Carolum, regem Romanorum, scribit, se victoria, quam de Gunthero, comite de Schwarzburg,[a]) et Henrico, olim archiepiscopo Maguntinensi, reportaverit, laetari, non autem ei id assentiri se posse, quod de filio Ludovici de Bavaria ad sedem apostolicam adducendo proposuerit. ‚D. Auinione XIIII kal. Junii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Maii 19.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 6′. — Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI pag. 288 § 13, reg. CDM. VII n. 922, Huber 506 n. 27. — [a]) ‚Wartzburt' V.

1107. *Raymundus Pelegrini in regno Angliae et eodem modo Johannes dictus Paduanus in civitate et diocesi atque provincia Pragensi collectores fructuum ad cameram apostolicam spectantium deputantur.*

Avinione, 1349 Maii 19.

D. f. Raymundo Pelegrini, canonico Londoniensi, apostolice sedis nuncio, s. Dudum attenta consideracione pensantes, quod camere nostre proventus tenues admodum et exiles ad supportanda multiplicia onera, que incumbebant eidem camere, sufficere non valebant, et providere super hoc, prout exigebat necessitas, honestis modis et licitis cupientes, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum necnon dignitatum, personatuum, administracionum, officiorum, prioratuum, prebendarum et aliorum quorumcunque locorum ecclesiasticorum, secularium et regularium, exemptorum et non exemptorum, cum cura et sine cura, que apud sedem apostolicam vel ubicunque alibi ad disposicionem nostram ex speciali vel generali nostra vel predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, reservacione spectancia[a]) tunc vacabant, et que extunc usque ad duos annos vacare contingeret, ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis dumtaxat exceptis, percipiendos modis infrascriptis et in supportacionem huiusmodi onerum convertendos auctoritate apostolica, videlicet XIII kalendas Junii, pontificatus nostri anno primo,[1]) reservavimus et eidem camere pro supportandis utilius huiusmodi oneribus duximus applicandos, [*‚non obstantibus quibuscunque statutis — posset exigere vel habere'*[2]) *ut in n. 203.*] Ac deinde huiusmodi necessitatibus non subductis, nos reservacionem et applicacionem huiusmodi usque ad biennium continuum a fine duorum primorum annorum[b]) primo et subsequenter ad alios duos annos a fine biennii predictorum computandos sub modis, formis, condicionibus et expressionibus

supradictis prorogandas duximus ac eciam extendendas, adicientes nichilominus in extensione et prorogacione ultimis supradictis ac volentes, quod canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administraciones et officia et alia quecunque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, que predicto ultimo durante biennio ex causa permutacionis, per nos aut auctoritate nostra faciende de illis, vacarent, aut que per nos alicui vel aliquibus, ut in illis securius remanere valerent, confirmari [c]) contingeret, sive qualitercunque per modum confirmacionis vel alias ius per nostras litteras eis tribueretur in illis, seu que vigore quarumcunque unionum, de illis quibusvis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut cuicunque loco vel religioni factarum hactenus et extunc faciendarum, cum per cessum vel decessum ipsorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinerent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut loco vel religioni devenire infra predictum biennium contingeret, sub reservacione et applicacione predictis comprehenderentur et includerentur modis, formis et condicionibus, qui de aliis beneficiis superius sunt expressi. Et deinde, cum huiusmodi onera non diminuta, sed aucta pocius noscerentur, nos reservacionem et applicacionem et adieccionem ac voluntatem predictas sub modis, formis, condicionibus et expressionibus antedictis usque ad biennium a fine dicti ultimi biennii computandum auctoritate apostolica extendendas duximus ac eciam prorogandas. Subsequenter autem, cum huiusmodi onera, quam diminuta essent, pocius excrevissent,[d]) nos necessitatibus eiusdem camere honestis viis et accommodis cupientes remediis providere, reservacionem et applicacionem dictorum fructuum necnon adieccionem et voluntatem predictas sub modis, formis, condicionibus et expressionibus supradictis usque ad biennium a fine ultimorum duorum annorum predictorum computandum auctoritate predicta extendendas duximus ac eciam prorogandas. Et ne forsan esitaretur de ecclesiis, quibus dignitates, personatus, officia et alia beneficia ecclesiastica huiusmodi ecclesiis ipsis unita contingeret devenire, sub huiusmodi ecclesiis patriarchales,[e]) metropolitanas et cathedrales ac alias quascunque ecclesias voluimus et declaravimus comprehendi. Et quia sicut audivimus sepe contingit, quod, dum camera ipsa partem fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum huiusmodi in solucione decime taxatorum unius anni, in qua sunt in huiusmodi decime solucione taxata, recipit, residuo fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum ipsorum illa obtinentibus remanente, iidem obtinentes nequaquam de remanente ipsis predictorum fructuum, reddituum et proventuum porcione contenti huiusmodi fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum ipsaque beneficia pro huiusmodi primo anno totaliter dimiserunt camere memorate, unde factum est, quod, dum camera ipsa seu collectores dictorum fructuum, reddituum et proventuum pro eadem[f]) pluribus et diversis negociis occupati ad faciendum beneficiis ipsis in divinis officiis deserviri et animarum curam in eis, quibus illa imminet, exerceri commode intendere nequiverunt, et illa obtinentes intromiserunt se minime de eisdem, beneficia ipsa debitis sunt fraudata obsequiis, animarum cura in eis, quibus illa imminet ut prefertur, neglecta est, nec hospitalitas est servata in eis et bona direpta sunt eorundem: nos providere super hiis intendentes, voluimus et ordinavimus, quod eadem camera pro parte ipsam contingente de fructibus, redditibus [et][g]) proventibus beneficiorum ipsorum in huiusmodi solucione decime taxatorum

summam, in qua beneficia ipsa in ipsius decime solucione taxata sunt, eligeret,[h]) residuo huiusmodi fructuum illa obtinentibus, ex quo substentari et incumbencia eis supportare possent[i]) onera, remanente, quibus eciam ad solvendum huiusmodi summam per collectores fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi sic competentes terminos voluimus assignari, quod dicti obtinentes ad solvendam sufficerent et eos propter impotenciam necessitas non compelleret ad ipsa beneficia dimittendum, non obstantibus exempcionis et quibuslibet aliis privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que nostris [litteris][l]) non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet[m]) vel differri et de quibus quorumque[n]) totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret in nostris litteris mencio specialis. Quocirca discrecioni tue, de qua in hiis et aliis plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium seu alios fide ac facultatibus idoneos fructus, redditus et proventus eosdem in regno Anglie, in quo te collectorem illorum auctoritate deputamus eadem, iuxta reservacionis, applicacionis, prorogacionis, extensionis, comprehensionis, inclusionis et adieccionis nostrarum tenorem petere, exigere ac recipere nostro et ipsius camere nomine cum integritate procures, contradictores, cuiuscunque status, ordinis, preeminencie vel condicionis existant, eciam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, non obstantibus supradictis, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Per hoc autem commissioni per nos v. f.[o]) Bertrando, episcopo Lomberiensi, thesaurario nostro, super peticione, exaccione ac recepcione dictorum fructuum, reddituum et proventuum generaliter facte nolumus in aliquo derogari. D. Auinione XIIII kal. Junii anno octavo.

. . . .

Item in e. m. d. f. Johanni Paduano, decano ecclesie Wossiensis[3]) *[sic]*, Pragensis diocesis, apostolice sedis nuncio, in civitate et diocesi atque provincia Pragensi.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 11′–14′ et fol. 15. — a) ‚spectancium‘ V. b) suppl. in marg. V. c) suppl. in marg. V. d) corr. ex ‚concrevissent‘ V. e) corr. in marg. ex ‚parrochiales‘ V. f) sequitur ‚dum‘, emend. ab editore V. g) deest in V., suppl. ab editore. h) ‚eligere‘ V. i) suppl. in marg. V. l) deest in V., suppl. ab editore. m) ‚valeat quomodolibet‘ repetitum, non cancell. V. n) ‚quorumcunque‘ V. o) ‚venerabili fratri‘ suppl. in marg. V. 1) 1342 Maii 20. 2) ut in V. 140 (secr. a. V) f. 294′ n. 1306, apud nos num. 733. 3) Vyssegradensis.

1108. *Balduino,*[a]) *archiepiscopo Treverensi, et Engelberto, episcopo Leodiensi, ac Nicolao, praeposito ecclesiae Pragensis, mandatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, ut omnia et singula interdicta, quibus oppidum Aquense, Leodiensis diocesis, subiacet, auctoritate apostolica usque dumtaxat ad festum beati Michaelis proximo futurum prorogent.* ‚*D. Auinione XIII kal. Junii a. octavo.*‘

Avinione, 1349 Maii 20.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 16. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 218, Huber 780 n. 224. a) ‚Baldewino‘ V.

1109. *Universitas magistrorum Parisius studentium supplicat praeter alia, ut magistro Alberto quondam Ranconis de canonicatu ecclesiae sancti Viti Pragensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1349 Maii 22.

Rotuli universitatis Parisiensis.

Supplicat S. V. devota filia vestra universitas magistrorum Parisius studencium, quatenus de solita benignitate vestre clemencie in personis magistrorum in arcium facultate actu regencium graciam specialem facientes, eisdem magistris inferius nominatis de beneficiis ecclesiasticis infrascriptis vel aliis seu alias, sicut petunt, prout Vestre placuerit Sanctitati, intuitu pietatis misericorditer dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus non obstantibus et aliis clausulis oportunis; et cum dicta facultas arcium in hoc rotulo sit divisa per quatuor naciones, quarum prima est nacio Gallicorum, secunda Picardorum, tercia Normannorum, quarta Anglicorum, et [in][a]) nacione Gallicana sint quinque provincie, quarum prima est Parisiensis, secunda Senonensis, tercia Remensis, quarta Turonensis, quinta Bituricensis: quatenus vestre benigne clemencie placeat quamlibet nacionem et quamlibet provinciam visitare. Et quod transeant sine alia leccione. Certis super hoc executoribus deputatis . . . .

. . . .

Nacio Anglicana.

. . . .

Magistro Alberto quondam Ranconis, clerico Pragensis diocesis, de canonicatu et prebenda cum dignitate aut sine dignitate, spectantibus communiter vel divisim ad collacionem etc. decani et capituli ecclesie sancti Viti Pragensis, vacantibus ad presens, vel quamprimum vacaverint, dignemini providere, cum acceptacione[b]) etc., eciam simul vel successive vacantibus.

Habeat ut in forma.

. . . .

Item supplicant eidem S. predicte nacionis Anglicane magistri, quod, si alicui vel aliquibus ipsorum post presentacionem rotuli de aliquibus beneficiis ab aliquo provisum fuerit, de quibus in supplicacionibus predictis mencionem non fecerunt, quia futura ignoraverunt, quatenus illa beneficia sic eis postmodum collata una cum graciis, quas petunt, quoad beneficia compassibilia valeant obtinere.

Concessum, quod omnia non obstancia possint exprimere in vicecancellaria.

Item, quod remittatur examen. Item, quod remaneant eis gracie in forma communi pauperum ipsis concesse, et quod possint obtinere canonicatus et prebendas eciam in ecclesiis cathedralibus extra regnum Francie. Item, quod predicte gracie absque[c]) examine transeant et sine alia leccione, et quod in qualibet supplicacione pro repetito habeatur: Concessum.

Fiat pro omnibus, qui petunt in ecclesiis collegiatis, et pro omnibus aliis, qui petunt ad collacionem, vel qui habere voluerint usque ad summam septuaginta librarum cum cura, quinquaginta sine cura, eciam si in ecclesia cathedrali, et fiat

assignacio per episcopum Tricastrinum et electum Petragoricensem, et provideant, quod non sit concursus R. Sine leccione R. D. Auinione XI kal. Junii a. octavo.

Clementis VI S. VIII 2 (19) f. 214. — a) deest in S., suppl. ab editore. b) ‚cum acceptacione' suppl. supra S c) ‚abque' S.

1110. *Capitulo ecclesiae Cameracensis mandatur, ut Petrum Brunnelli possessione canonicatus et praebendae eiusdem ecclesiae pacifice gaudere permittant, cum provisio, quam ipsorum consilio Carolus, rex Romanorum, de illis canonicatu et praebenda Petro de Roya fecit, nihil valeat. ‚D. Auinione IIII kal. Junii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Maii 29.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 2'.

1111. *Arnaldus de Lacaucina supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur et Alberto quondam Christini beneficium cum vel sine cura ad collationem episcopi Cracoviensis reservetur.*

Avinione, 1349 Junii 1.

Supplicat S. V. devotus vester Arnaldus de Causina, Sanctitatis eiusdem in regnis Vngarie et Polonie nuncius, quatenus providere sibi dignemini de canonicatu et prebenda in ecclesia Wratislauiensi vacantibus pro eo, quod Pasek, natus domini Nicolai, palatini Calisiensis, cui Sanctitas eadem de dictis canonicatu et prebenda, vacantibus per obitum Wernerii, qui in Romana curia diem clausit extremum, providit, extra Romanam curiam in partibus illis obiit ante possessionem adeptam predictorum canonicatus et prebende, non obstantibus beneficiis suis in vicecancellaria declarandis, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.

Item supplicat eidem S. V., quatenus sibi in personam dilecti sui Alberti quondam Cristini, presbyteri Cracouiensis diocesis, qui multis retroactis annis stando cum domino Galhardo, b. m. archiepiscopo Brundisiensi, tunc in regnis Polonie et Vngarie apostolice sedis nuncio, multa servicia exhibuit in officio tabellionatus camere V. S., sicut et adhuc stando cum domino Arnaldo de Causina, scolastico ecclesie Cracouiensis, eciam apostolice sedis nuncio, exhibere non desistit, specialem graciam facientes, beneficium ecclesiasticum[a]) cum cura vel sine cura, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi Cracouiensis spectans,[b]) si quod in civitate vel diocesi ad presens vacat, vel quamprimum vacaverit, eidem Alberto conferendum donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione kal. Junii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 16. — a) ‚de beneficio ecclesiastico' S., corr. ab editore. b) ‚spectante' S., corr. ab editore.

***1112.** Arnaldo de Lacaucina providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

$\overline{\overline{\overline{\text{.X}}}}$ V X. *Avinione, 1349 Junii 1.*

D. f. Arnaldo de Causina, canonico Wratislauiensi, s. etc. Honestas morum . . . . Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud sedem apostolicam vacancia et in posterum vacatura, collacioni et disposicioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac deinde declaravimus nostre fuisse intencionis et esse, omnes huiusmodi canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, quoquomodo collacioni nostre generaliter vel specialiter reservata, que per nos quibuscunque personis conferri contingeret, si personas easdem, quibus eadem beneficia conferrentur, priusquam collaciones nostre huiusmodi sibi facte per adepcionem possessionis pacifice beneficiorum ipsorum suum essent sortite effectum, rebus eximi contingeret ab humanis, donec per nos de illis provisum existeret nostreque provisiones huiusmodi per adepcionem predictam huiusmodi possessionis pacifice plenum essent sortite effectum, sub nostra reservacione huiusmodi remanere libere sicut prius. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos quondam Wernerus de Chmelik, eiusdem ecclesie canonicus, dum viveret obtinebat, per obitum eiusdem Wernerii, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, tunc apud eandem sedem vacavissent, nos quondam Pasok, nato d. f. Nicolai, palatini Calisiensis, canonico Wratislauiensi, de dictis canonicatu et prebenda sic vacantibus duximus providendum, idemque Pasok litteris apostolicis super huiusmodi provisione confectis, antequam possessionem eorundem canonicatus et prebende fuisset adeptus, viam fuerit extra eandem curiam universe carnis ingressus, et secundum premissa canonicatus et prebenda predicti adhuc vacare noscantur, nullusque preter nos hac vice de illis disponere potuerit neque possit, reservacione, declaracione et decretis obsistentibus antedictis: nos volentes tibi, in Vngarie et Polonie regnis dicte sedis nuncio, premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in Cracouiensi et in Gneznensi ac in Ticulensi, Colocensis diocesis, canonicatus et prebendas et in dicta Cracouiensi ecclesiis scolastriam nosceris obtinere . . . . D. Auinione kal. Junii a. octavo.

In e. m. dd. ff. . . preposito Ariensis et . . archidiacono Cracouiensis ecclesiarum ac . . officiali Cracouiensi s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. VIII/4 (108) f. 119 n. 11, de praebendis vacantibus qu. 1 = V. 195 f. 170 n. 14. — Registratum in ZVGA. Schlesiens XXV, 296.

1113. *Carolo, regi Romanorum, respondetur, formam iuramenti, quod cives Maguntini (atque alii), qui ad devotionem ecclesiae Romanae redire volunt, praestare debent, mutari non posse. ‚D. Auinione VIII id. Junii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Junii 6.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 9. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 220, Huber 781 n. 225.

1114. *Wilhelmus de Strakonicz cum Margaretha, uxore sua, et Břenko de Riesenburg cum Petruska, uxore sua, supplicant, quatenus sibi absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1349 Junii 13.

Sanctissime Pater et domine reverendissime! S. V. attento studio humiliter supplicamus, quatenus consideracione nostri nobiles Wilhalmum de Strahonicz, Margaretam, uxorem eius, Brezenkonem de Risemberg et Petruskam,[a]) uxorem ipsius, in una supplicacione eidem S. V. pro ipsis una cum presentibus offerendo, ut videlicet a pena et a culpa de sedis apostolice benignitate mereantur absolvi, dignemini graciosius exaudire, specialem nobis in hoc graciam facientes. S. V. incolumem conservare dignetur Altissimus cum dierum felicitate longeva regimini[b]) ecclesie sue sancte. Datum Maguncie, XXVIII die Maii, regnorum nostrorum anno tercio.[1])

Fiat in forma R. D. Auinione id. Junii a. octavo.

Clementis VI S. VIII 2 (19) f. 25'. — [a]) ‚Petruskom' S. [b]) ‚regimen' S. — [1]) 1349 Maii 28.

1115. *N. v. Wilhelmo de Strakonicz et n. m. Margarethae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\ }{V}$
.X.

Avinione, 1349 Junii 13.

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 464, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 308', sine numero. — [a]) ‚Wilhalmo de Strahoniez' A.

1116. *N. v. Břenkoni de Riesenburg[a]) et n. m. Petruskae,[b]) eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\ }{V}$
.X.

Avinione, 1349 Junii 13.

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 464, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 309 sine numero. — [a]) ‚Brzenkoni de Risemberg' A. [b]) ‚Petruskoni' A., corr. ab editore.

1117. *Frater Protira,[a]) lector Clatoriensis, ordinis fratrum Praedicatorum, capellanus commensalis Caroli, Romanorum regis, supplicat, quatenus Bertholdo de Grumbach, qui de nobilibus partium illarum originem traxerit, de canonicatu et praebenda in ecclesia Herbipolensi vacantibus provideatur. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Arnoldo, clerico, nato Arnoldi quondam de Gauersheim,[b]) armigeri, de canonicatu ecclesiae Novimonasterii Herbipolensis sub expectatione praebendae provideatur. ‚Fiat R.' — Item supplicat, quatenus Friderico, nato quondam Johannis dicti de Klingenburg,[c]) pauperi clerico, conferatur parrochialis ecclesia vacans in „Beynsgesang“, Herbipolensis diocesis. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione id. Junii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Junii 13.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 26. — a) ‚Procywa' S. b) ‚Gawensheim' S. c) ‚Clingenburg' S.

1118. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Albertus Bludonis, ordinis fratrum Minorum lector in Praga, ad sacrae theologiae magistratum promoveatur.*

Avinione, 1349 Junii 13.

Significat S. V. devotus f. v.[a]) Karolus, Romanorum et Boemie rex, quod dilectus suus Albertus Bludonis, ordinis fratrum Minorum lector in Praga, de nobili genere baronum regni Boemie ortum ducens, qui extra regnum Boemie in diversis generalibus studiis multo tempore et demum in studio Parisiensi duobus annis sacre pagine laudabiliter insudavit et postremo in diversis conventibus regni Boemie et specialiter in conventu suo Pragensi eandem paginam legit in disputacionibus et sermonibus continue laborando sicque in eadem pagina profecisse dignoscitur, quod in ea meruit magistrari, tantisque aliarum virtutum meritis pollet, quod[b]) se quibuscunque honoribus dignum reddit. Quare humiliter supplicat idem rex, quatenus dictum fratrem Albertum tam meritorum suorum quam ipsius regis intuitu ad sacre theologie promovere dignemini magistratum, sibi eandem paginam ubique legendi licenciam concedendo ac decernendo ipsum gaudere debere omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, exempcionibus, honoribus et condicionibus, quibus eiusdem sacre theologie[c]) magistri doctorati aut legentes Parisius quomodolibet pociuntur, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis.

Examinetur per archiepiscopum Rauentacensem, et si sit sufficiens, licencietur per eundem R.

Item supplicat dictus rex, quatenus dictum fratrem Albertum recipere dignemini in vestrum capellanum honoris.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione id. Junii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 26. — Ed. Tadra, Kulturní Styky p. 282 n. 3. — a) ‚fuilius' S. b) ‚pro' S. c) corr. ex ‚pagine' S.

1119. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus personis infra nominatis nonnullae gratiae concedantur.*

Avinione, 1349 Junii 13.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi specialem graciam facientes, Henrico, Slosie duci et Glogouie domino, principi et vassallo suo, plenam indulgenciam in mortis articulo, et quod possit habere altare portatile et audire missam, antequam illucescat dies, et eciam in locis interdictis, indulgere dignemini, ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Boleslao, canonico Carrouiensi *[sic]*, nato nobilis viri Kazimiri, ducis Thessinensis, Wratislauiensis diocesis, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum reservacione prebende necnon dignitatis, personatus seu officii cum cura vel sine cura, eciam si maior post pontificalem existat et ad eam consueverit quis per eleccionem assumi, in ea vacancium aut simul vel successive vacaturorum, [cum] [a]) acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri dignemini providere, non obstante, quod in ecclesia Cracouiensi canonicatum et prebendam noscitur obtinere, cum eodem Boleslao super etatis defectu, quem patitur, cum in XVIII sue etatis anno constitutus existat, ut eo non obstante possit huiusmodi dignitatem, personatum seu officium libere recipere et licite retinere valeat, misericorditer dispensantes, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus, cum alias ad supplicacionem ducis Saxonie feceritis graciam Johanni Ottonis de canonicatu [b]) sub expectacione prebende in ecclesia Magdeburgensi et Ottoni Ottonis de canonicatu et prebenda in ecclesia Misnensi, dignemini eis propter eorum absenciam et viarum pericula remittere examen.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus Stiborio Stiborii de Milikouitz, clerico Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim intra ecclesiam vel extra ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem archiepiscopi, prepositi, decani singulorumque canonicorum tociusque capituli ecclesie Pragensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum clausulis omnibus aliis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item quatenus Conrado, nato Henrici dicti Schenkel de Salzungen, presbytero Maguntine diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatis, decani et conventus monasterii Hersueldensis, ordinis sancti Benedicti, Herbipolensis diocesis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem presbytero misericorditer dignemini providere, cum acceptacione, reservacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item quatenus Andree, nato Conradi de Kelmer, oppidani in Melrichstat, Herbipolensis diocesis, presbytero, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem abbatis, decani et conventus monasterii sancti Bonifacii Fuldensis, ordinis sancti Benedicti, Herbipolensis diocesis, vacante vel vacaturo, eidem Andree dignemini misericorditer providere, cum [non] [c]) obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus etc., non obstante, quod predictus Andreas capellaniam vulgariter Reynhus dictam, parrochiali ecclesie oppidi predicti Mesrichstat annexam, dicte diocesis, noscitur obtinere.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Gerhardo, nato quondam Theodrici de Botilsiete, presbytero Maguntine diocesis, de canonicatu ecclesie sancti Seueri, Erfordiensis diocesis, cum reservacione prebende necnon dignitatis, personatus vel officii in ea vacancium vel vacaturorum simul vel successive dignemini misericorditer providere, non obstante, quod perpetuam vicariam in ecclesia sancte Marie Erfordiensis, dicte diocesis, cuius fructus, redditus et proventus quinque marcharum annuam quantitatem non excedunt, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus Johanni quondam Welislay de Dauel, nunc vero in Luzetz, clerico Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, eidem Johanni dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis, sicut supra.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Hoatmodo, nato Henrici dicti Bezer, clerico Herbipolensis diocesis,[d]) de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Johannis Nouimonasterii Herbipolensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit,[e]) misericorditer dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus ut supra.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R.

Supplicat S. V. frater Prochiua, ordinis Predicatorum, lector Glatouiensis, quatenus sibi concedere dignemini officium penitenciarie in Urbe ad stipendia consueta et alias ut in forma.

Fiat R. Et sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione id. Junii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 27. — [a]) deest in S., suppl. ab editore. [b]) sequitur ‚et prebenda', non cancell. S., emend. ab editore. [c]) deest in S., suppl. ab editore. [d]) sequitur ‚quatenus sibi' non cancell. S., emend. ab editore. [e]) sequitur: ‚eidem clerico' non cancell. S., emend. ab editore.

1120. *N. r. Henrico, duci Silesiae,*[a]) *conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.‘ Forma ut in n. 65.*

≡ .X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 86 n. 54, de absolutione qu. 1 = V. 198 f. 250′ n. 54. — a) ‚Slosie‘ A.

1121. *N. r. Henrico, duci Silesiae,*[a]) *conceditur, ut altare portatile habere possit. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.‘ Forma ut in n. 490.*

.X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 73′ n. 5, de altari portatili et celebrando ante diem qu. 1 et unicus = V. 198 f. 246 n. 5. — a) ‚Slosie‘ A.

1122. *N. r. Henrico, duci Silesiae,*[a]) *indulgetur, ut missam, antequam illucescat dies, celebrari facere possit. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.‘ Forma ut in n. 444.*

.X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 73 n. 4, de altari portatili et celebrando ante diem qu. 1 et unicus = V. 198 f. 246 n. 4. — a) ‚Slosie‘ A.

1123. *N. r. Henrico, duci Silesiae,*[a]) *indulgetur, ut missam in locis ecclesiastico interdicto suppositis celebrari facere possit. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.‘*

.X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 298 n. 75, diversarum formarum qu. 1 = V. 198 f. 56′ n. 75. — a) ‚Slosie‘ A.

1124. *Boleslao, nato n. r. Kazimiri, ducis Tessinensis,*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione id. Junii a. octavo.‘ — In e. m. praeposito Opoliensis et archidiacono Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X. X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 382′, de dignitate sub expectatione qu. 1 et unicus = V. 194 f. 10 n. 18. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — a) ‚Thessinensis‘ A.

1125. *Ctiborio Ctiborii de Milíkovicz,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Pragensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione id. Junii a. octavo.' — In e. m. episcopo Litomyšlensi*[b]) *et decano Vyssegradensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

| |=
.X X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 401', de beneficiis cum vel sine cura qu. 8 = V. 194 f. 216 n. 498. — [a]) ,Stiborio Stiborii de Milikouicz' A. [b]) ,Luthomuschlensi' A.

1126. *Conrado, nato Henrici dicti Schenkel, presbytero Maguntinensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis, decani et conventus monasterii Hersfeldensis,*[a]) *ordinis sancti Benedicti, Herbipolensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione id. Junii a. octavo.' Forma ut in n. 2.*

| |=
.X X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/4 (108) f. 333 n.16, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 197 f. 7 n. 16. — [a]) ,Hersueldensis' A.

1127. *Andreae, nato Conradi dicti „Keliner", perpetuo capellano in parrochiali ecclesia oppidi in Mellrichstadt, Herbipolensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis, decani et conventus monasterii sancti Bonifacii Fuldensis, ordinis sancti Benedicti, Herbipolensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione id. Junii a. octavo.' Forma ut in n. 2.*

| |=
.X X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 302', de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 191 f. 136' n. 302.

1128. *Johanni, nato quondam Velislai de Darel,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione id. Junii a. octavo.' — In e. m. Vyssegradensis prope Pragam et Omnium Sanctorum in castro Pragensi decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII 4 (108) f. 339 n. 27, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 197 f. 11 n. 27. — a) ,Welislay de Dauel' A.

1129. *Hartmodo,*[a]) *nato Henrici dicti Bezier de Meiningen,*[b]) *providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae sancti Johannis Novimonasterii Herbipolensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione id. Junii a. octavo.' Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1349 Junii 13.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 225 n. 4, de praebendis vacaturis qu. 1 = V. 196 f. 2' n. 4. — a) ,Hoatmodo' A. b) ,Meynigen' A.

1130. *Guillelmus, tituli sanctorum Quatuor Coronatorum presbyter cardinalis, supplicat, quatenus monasterio in Eberbach,*[a]) *ordinis Cisterciensis, Maguntinae diocesis, incorporetur parrochialis ecclesia in Biberach, Constantiensis diocesis, in qua idem monasterium ius patronatus obtinet, ,prout eciam alias Karolus, Romanorum et Boemie rex, et archiepiscopus Treuerensis eidem V. S. suis litteris super hoc scripserunt atque supplicarunt. Fiat in forma R. . . . . D. Auinione XIIII kal. Julii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Junii 18.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 39'. — a) ,Ebirbach' S.

1131. *Balduino,*[a]) *archiepiscopo Treverensi, et Engelberto, episcopo Leodiensi, ac Nicolao, praeposito ecclesiae Pragensis, mandatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ut omnia et singula interdicta, quibus oppidum Aquense, Leodiensis diocesis, per processus olim contra Ludovicum de Bavaria factos subiacebat, auctoritate apostolica usque dumtaxat ad festum beati Michaelis futurum proximo prorogent. ,D. Auinione XIII kal. Julii a. octavo.'*

.L. *Avinione, 1349 Junii 19.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 284' n. 29, diversarum formarum qu. 1 = V. 198 f. 47' n. 29. — a) ,Baldewino' A.

1132. *Franciscus de Kettenheim,*[a]) *canonicus Tracentinus, (?) supplicat, quatenus consanguineo suo Johanni de Lucemburgo,*[b]) *capellano regis Romanorum, provideatur de canonicatu sub expectatione praebendae, dignitatis, officii vel personatus, si ad collationem episcopi Leodiensis in ecclesia, civitate vel diocesi Leodiensi vacat ad praesens, vel cum vacaverit, non obstante, quod ecclesiam parrochialem de „Osperen", Treverensis diocesis, obtinet; vel ut provideatur ei de canonicatu sub expectatione praebendae in ecclesia sancti Johannis Leodiensis. ,Fiat R. . . . . D. Auinione X kal. Julii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Junii 22.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 58. — a) ,Keccenheym' S. b) ,Luczelborgh' S.

1133. *Johanni de Lucemburgo,*[a]) *qui sicut asseritur capellanus Caroli, regis Romanorum, existit, providetur de canonicatu ecclesiae sancti Johannis Leodiensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 1132. ,D. Auinione X kal. Julii a. octavo.' Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1349 Junii 22.

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 391', de dignitate sub expectatione qu. 1 et unicus = V. 194 f. 17' n. 33. — a) ,Lutzelborgh' A.

1134. *Francisquinus Hannemanni de Kautenheim (?) supplicat, ut ab excommunicationis sententia absolvatur et super irregularitate per duellum quoddam contracta secum dispensetur.*

Avinione, 1349 Junii 22.

Significat S. V. devotissimus vester Francisquinus Hannemanni de Cautenheym, clericus Metensis diocesis, quod orta dudum inter ipsum et Godefridum dictum Sehurempost de Theonisuilla, pro clerico se gerentem, dicte diocesis, super ecclesia parrochiali de Cautheuenne, dicte diocesis, quam uterque ipsorum ad se spectare dicebat, apud sedem apostolicam materia questionis, tandem prefatus Fran[cisquinus] per certum auditorem palacii apostolici, in causa huiusmodi deputatum, latam pro se diffinitivam[a]) sentenciam super possessorio reportavit, dictusque Fran[cisquinus] super execucione dicte sentencie nostras ad certos iudices in consueta forma litteras impetravit. Et cum idem Fran[cisquinus] cum eisdem sentencia et litteris pro ipsius sentencie execucione facienda de curia ivisset ad partes, prefatus Godefridus, falso confingens predictas sentenciam et litteras super eius execucione confectas fore falsas ipsumque Fran[cisquinum] esse homicidam, spoliatorem viarum et incendiarium nocturnum ac falsarium, prefatum Fran[cisquinum] propter hoc ad duellum provocavit ipsumque per se et suos complices et eorum potenciam ad suscipiendum huiusmodi duellum per comminate mortis periculum ac vim et metum, qui cadere poterat in constantem, cum idem Fran[cisquinus] aliter mortis periculum vitare non posset, quamquam pro posse illud suscipere recusasset, coegit, dictusque Francisquinus, videns huiusmodi duellum

sibi indictum se oportere suscipere et susceptum subire et peragere, vel mortis corporalis inevitabile periculum sustinere, ut certe et imminentis ac indubitate mortis periculum evaderet, casum mortis dubie dolenti et renitenti animo suscepit. In quo duello divina gracia et insticia suffragante dictus Gode[fridus] subcubuit, nullam tamen ibidem membrorum[b]) mutilacionem suscepit, licet idem Go[defridus] postmodum per insticiam secularem occasione dicti duelli fuerit decapitatus. Quare humiliter supplicat predictus Franc[isquinus], quatenus statui suo misericorditer providentes, ipsum ab omni excommunicacionis sentencia et pena a iure et canone inflicta, si quam propterea incurrit, auctoritate vestra absolventes et ad cautelam et super irregularitate exinde contracta, et ut ad omnes ordines eciam sacros promoveri et beneficia ecclesiastica, que obtinet, licite retinere et alia, si sibi canonice conferantur, recipere et obtinere valeat, eadem auctoritate apostolica misericorditer cum eodem dignemini dispensare.

Possit, si ita sit, ad omnes ordines promoveri et beneficia, que obtinet, retinere et unum aliud compassibile obtinere et committatur[c]) diocesano consideracione regis Romanorum R. Sine leccione R. D. Auinione X kal. Julii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 58'. — a) ,diffinitam' S. b) ,menbrorum' S. c) ,comitatur' S.

1135. *Episcopo Metensi mandatur, quatenus consideratione Caroli, Romanorum regis, declaret, Francisquinum Hannemanni de Kautenheim,*[a]) *(?) clericum suae diocesis, qui illius regis familiaris esse dicitur, propter ea, quae in num. 1134 exposita sunt, nullam excommunicationis sententiam aut irregularitatis seu infamiae vel inhabilitatis maculam sive notam aut aliam iuris poenam incurrisse eundemque ad omnes sacros ordines promoveri et quaecunque beneficia ecclesiastica se ad invicem compatientia obtinere posse.* ,*D. Auinione X kal. Julii a. octavo.*'

X
.X. *Avinione, 1349 Junii 22.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 510, litterarum communium qu. 1 = V. 194 f. 443' n. 1591. — a) ,Cauttenheym' A.

1136. *Ordinatio per Neplachonem, abbatem Opatovicensem, et Arnestum, archiepiscopum Pragensem, de Cella sanctae Mariae in Albea seu Vrchlabí facta confirmatur.*

X
X
X
.X. *Avinione, 1349 Junii 30.*

Ad futuram rei memoriam. Hiis, que ad divini cultus augmentum et presertim pro bono statu et concordia locorum et personarum religiosarum ordinata sunt, ut[a]) illibata permaneant, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Dudum siquidem, sicut peticio d. f. Leonis, nati quondam Hermanni de Baylicz, monachi monasterii Oppatowicensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, nuper nobis exhibita continebat, dudum v. f. n. Arnestus, archiepiscopus Pragensis, attendens, quod Cella sancte Marie in Albea seu Vorchlab, olim Heynrichs nuncupata, ordinis et diocesis predictorum, dicto monasterio subiecta, quemadmodum temporalibus extiterat[b]) solaciis destituta, in eadem propter defectum personarum

et variam mutacionem prepositorum eiusdem Celle officium divinum minus debite fuerat celebratum: de consensu expresso d. f. Neplachonis, abbatis dicti monasterii, ordinavit, ut idem Leo, qui in prepositum prefate Celle per predictum abbatem prefectus fuerat, per ipsum abbatem aut suos successores sine culpis et causis legitimis ac consensu et consilio eiusdem archiepiscopi ad hoc specialiter requisitis a prepositura eiusdem Celle destitui seu amoveri nequiret; adiecit et eciam ordinavit idem archiepiscopus una cum predicto abbate, ut in collegio predicte prepositure eiusdem Celle septem fratres, quinque videlicet monachi et duo conversi, per [c]) ipsius celle prepositum propter contemplacionem dicti cultus divini continue tenerentur, quodque, ut prefatus prepositus eiusdem Celle propter ampliorem numerum fratrum adiunctorum pleniori auctoritate temporalium potiretur, predictus abbas adiunxerat, dederat et assignaverat villam supradicti monasterii, Benachkil vulgariter nuncupatam, cum curia, agris, pratis, pascuis, rubetis, silvis, excepta silva prope Moslayod. dicte diocesis, in qua silva noluit ipsum prepositum aliquod dominium habere, nisi quod idem prepositus uteretur ea solummodo pro necessitatibus curie ville predicte, necnon quod haberet idem prepositus utilitates, quecunque sine dampno ipsius silve poterant provenire, piscinis eciam, rivulis, paludibus et universis pertinenciis suis, tali condicione adiecta, ut memoratus abbas et sui successores de dicta villa aut curia aut eius ordinacione seu disposicione se in nullo penitus intromitterent quoquomodo aut eiusdem ville incolis aliquas collectas seu soluciones imponerent, exceptis dumtaxat collectis et steuris regalibus, quas incole prefate ville una cum villis supradicti monasterii iuxta antiquam consuetudinem persolvere tenebantur, et nonnullas alias ordinaciones fecit, prout premissa in patentibus litteris, eiusdem archiepiscopi sigillo munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continentur. Quare prefatus Leo prepositus nobis humiliter supplicavit, ut ordinacionem predictam et omnia et singula in ipsis litteris eiusdem archiepiscopi contenta ex certa sciencia confirmare et omnem defectum, si quis in eis esset, supplere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque divinum cultum huiusmodi, quantum cum deo possumus, ampliare volentes, eiusdem Leonis prepositi supplicacionibus inclinati ordinacionem predictam et omnia et singula in ea et litteris predictis contenta rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum de apostolice potestatis plenitudine, si quis forsan in premissis quomodolibet intervenit. Tenor vero dictarum litterarum talis est: Noverint universi, presencium noticiam habituri, quod nos Arnestus, dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus, volentes, prout ad nostrum spectat officium, salubri statui et quieti presertim personarum et locorum religiosorum nobis subiectorum attencius providere in eo potissime, ut ipsa loca per prudenciam circumspectam et temporalibus iuventur [d]) auxiliis et divini cultus frequencia excolantur, consideravimus, quod Cella sancte Marie in Albea seu Vorchlab, olim Heynrichs nuncupata, monasterio Opathouicensi, ordinis sancti Benedicti, subiecta, nostre diocesis predicte, quemadmodum hactenus temporalibus extiterat destituta solaciis, ita in eadem propter defectum personarum et variam mutacionem prepositorum officii divini servicium minus debite fuerat celebratum. Ut igitur ipsa Cella auctore deo et eius sanctissima matre tam in spiritualibus quam in temporalibus

continuum suscipiat incrementum, fratri Leoni, monacho monasterii Opathouicensis, de cuius providencia presumimus, de consensu expresso fratris Neplachonis, abbatis predicti monasterii, hanc ordinacionem fecimus, ut idem frater Leo, prefectus per abbatem preposíture supradicte, per ipsum abbatem aut suos successores sine culpis et causis legitimis amoveri et destitui nequeat ac consensu et consilio nostro ad hoc specialiter requisitis, adicientes et ordinantes una cum predicto abbate, ut in collegio predicte Celle septem fratres, quinque videlicet monachi et duo conversi, per ipsum prepositum propter ampliacionem cultus divini continue teneantur, per quos omnibus et singulis diebus duodecim lectionum missa sub nota et omnes hore canonice decantentur, aliis vero diebus privatis matutine misse et vespere dumtaxat sub nota cantentur et ad mensam refectoriumque fratrum singulis diebus leccio nullatenus obmittatur, cetera autem devocionis et laudis divine ampliora studia in ipsorum prepositi et fratrum relinquimus potestate. Ut autem prefatus prepositus propter ampliorem numerum fratrum eidem adiunctorum pleniori necessitate temporalium pociatur, predictus abbas adiungit, dat et assignat villam supradicti monasterii, de Benatki vulgariter nuncupatam, cum curia, agris, pratis, pascuis, rubetis, silvis, excepta silva prope Moslayed sita, in qua nolumus ipsum aliquod dominium habere, nisi quod utatur ea solummodo pro necessitatibus curie ville supradicte necnon habeat eciam utilitates, quecunque sine dampno ipsius silve poterunt provenire, piscinis eciam, rivulis, paludibus et universis pertinenciis suis, tali condicione adiuncta, ut memoratus abbas et sui successores in nullo penitus se de dicta villa aut eius ordinacione seu disposicione quoquomodo intromittant aut eiusdem ville incolis aliquas collectas seu soluciones inponant, exceptis dumtaxat collectis et steuris regalibus, quas incole prefate ville una cum villis supradicti monasterii iuxta antiquam consuetudinem persolvere tenebuntur. In cuius rei testimonium et evidens firmamentum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Prage, anno domini M°CCC°XLVIII, die quarta mensis Julii, archiepiscopatus vero nostri anno quarto. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis et supplecionis infringere etc. D. Auinione II kal. Julii a. octavo.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 307 n. 105, diversarum formarum qu. 2 = V. 198 f. 63 n. 106 (!) — [a]) ,et' A. [b]) ,extiteret' A. [c]) ,ex' A. corr. ab editore. [d]) ,iuvetur' A.

1137. *Carolus, rex Romanorum, qui papae de interdicto, cui oppidum Aquense subiacet, suspendendo scripserat, certior fit, archiepiscopo Treverensi et episcopo Leodiensi ac praeposito ecclesiae Pragensis iam per alias litteras apostolicas commissum esse, ut omnia illa interdicta usque ad festum beati Michaelis proximo futurum suspendant. ,D. Auinione kal. Julii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Julii 1.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 33. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 223, Huber 780 n. 224.

1138. *Arnaldus de Lacaucina, scholasticus Cracoviensis, apostolicae sedis in regnis Poloniae et Ungariae nuntius, supplicat, quatenus sibi et Johanni Dzeczkonis ac Alberto de Turbia et Jaroslao, rectori ecclesiae Corporis Christi in Kazimiria, notariis ac familiaribus suis, per litteras apostolicas potestas eligendi confessorem concedatur, qui ipsis auctoritate apostolica plenam remissionem peccatorum semel dumtaxat indulgere possit, ut in forma. ‚Fiat in mortis articulo R. . . . . D. Auinione kal. Julii a. octavo.'*

Avinione, 1349 Julii 1.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 78'.

1139. *Arnaldus de Lacaucina supplicat, quatenus cum Johanne Dzeczkonis de Ratibor super defectu natalium amplius dispensetur, ut etiam dignitatem, personatum seu officium in quacunque cathedrali vel collegiata ecclesiis licite obtinere possit.*

Avinione, 1349 Julii 1.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator ac servitor vester Arnaldus de Lacaucina, scolasticus Cracouiensis, in regnis Polonie et Vngarie vester et apostolice sedis nuncius, quatenus in personam dilecti notarii sui Johannis Dzeczkonis de Ratibor, clerici Wratislauiensis diocesis, cum quo super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, extitit sanctissima auctoritate dispensatum, quod defectu huiusmodi non obstante tria beneficia ecclesiastica, eciam si duo eorundem canonicatus et prebende in quibuscunque cathedralibus vel collegiatis ecclesiis forsitan existerent et unum[a]) eorum curatum, licite possit obtinere, specialem graciam facientes eidem, quatenus defectu et dispensacione huiusmodi non obstantibus dignitatem, personatum seu officium in quacunque cathedrali vel collegiata ecclesiis simili modo obtinere licite possit, de benignitate sedis apostolice cum dicto Johanne dignemini misericorditer dispensare, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione kal. Julii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 84. — [a]) ‚uni' S.

1140. *Cum Johanne Dzeczkonis de Ratibor,[a]) clerico Vratislaviensis diocesis, dispensatur amplius super defectu natalium, ut etiam dignitatem vel personatum seu officium in cathedrali vel collegiata ecclesiis, si sibi alias canonice conferatur, libere recipere et una cum aliis beneficiis, cum illa fuerit assecutus, licite retinere possit. ‚D. Auinione kal. Julii a. octavo.'*

. X . *Avinione, 1349 Julii 1.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 305, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 2 = V. 191 f. 342 n. 990. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — [a]) ‚Rachibor' A.

1141. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus consanguineo suo n. v. Burchardo de „Bruyke“, clerico Coloniensis diocesis, canonicatus et praebenda in ecclesia Coloniensi vacantes conferantur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione VI non. Julii a. octavo.‘*

Avinione, 1349 Julii 2.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 83.

1142. *Abbati monasterii sancti Procopii mandatur, quatenus servatis servandis Sdeslaum de Sternberg sacris ordinibus obligatum non esse et matrimonium licite contrahere posse declaret.*

X
.X.

Avinione, 1349 Julii 4.

D. f. . . abbati monasterii sancti Procopii, Pragensis diocesis, s. etc. Peticio d. f. Sdeslai de Sternberk, clerici Pragensis diocesis, nobis exhibita continebat, quod olim pro parte sua b. m. Gaucelino, episcopo Albanensi, penitenciarie nostre curam gerenti, exposito, quod, licet ipse Sdeslaus dudum minor vigintiquinque annis et in minoribus ordinibus ac sub potestate patria constitutus quoddam laicale homicidium cum quibusdam suis in hac parte complicibus insciis eius parentibus perpetrasset, tamen postmodum, cum ab ipsis parentibus, ut sacros ordines reciperet, artaretur invitus, ipse tamquam simplex et iuris ignarus ex precepto dictorum parentum, quibus huiusmodi homicidium revelare nolebat, resistere nequiens, ad b. m. Przibislaum [sic], episcopum Pragensem, tunc ordines publice celebrantem, personaliter bis accessit et indutus alba et recepto manipulo, primo ut subdiaconatus et deinde ut diaconatus ordines reciperet, se inter promovendos ad huiusmodi ordines posuit et locavit, quem idem episcopus, qui per quendam ipsius Sdeslai familiarem, qui homicidio una cum dicto Sdeslao interfuerat, informatus extiterat, volens et non audens dictorum suorum parentum timore illum exinde repellere, ad se clam vocaverat sibique dixerat, quod inde recederet, quia occasione dicti voluntarii homicidii nolebat nec intendebat eum ad dictos sacros ordines promovere, et quod, licet idem Sdeslaus timore dictorum parentum inter ipsos ordinandos contra voluntatem episcopi remansisset ipsius, idemque episcopus aliis ordinandis impendisset et fecisset, que in talibus requiruntur, tamen eundem Sdeslaum noluit ordinare, sed eum semper preteriit et omisit, quodque postmodum memoratus Sdeslaus, qui bene certus erat, se dictos subdiaconatus et diaconatus ordines minime recepisse, timore huiusmodi ad occultandum homicidium supradictum pro subdiacono et diacono publice se gessit et pro tali fuit ab aliis habitus et communiter reputatus, quamquam in ipsis ordinibus nunquam voluisset ministrare, et quod plura beneficia ecclesiastica alias sibi canonice collata, que pluribus annis tenuerat fructusque perceperat ex eisdem, voluntarie et omnino dimiserat, et quod dicti episcopus [et][a]) persone, per quas predicta probari poterant, de medio sublati erant: idem episcopus Albanensis auctoritate nostra et de speciali mandato nostro super hoc vive vocis oraculo sibi facto v. f. n. . . archiepiscopo Pragensi, eius proprio nomine non expresso, commisit, ut, si esset ita, postquam sepefatus Sdeslaus de predictis fructibus per eum ex dictis beneficiis receptis ad ipsius archiepiscopi arbitrium satisfecisset, in evidentem utilitatem dictorum beneficiorum fideliter convertendis, et per suum

iuramentum se ipsos ordines non recepisse coram eo secrete dixisset et per decem alios probos et honestos viros eum verum de credulitate dixisse in predictis approbari fecisset ac in locis, in quibus predictus Sdeslaus dictos ordines recepisse reputatus fuerat, illos ficticie, non in rei veritate recepisse per ipsum archiepiscopum fuisset sollempniter publicatum, iniuncta ipsi Sdeslao ab excessibus predictis absolucione previa pro modo culpe penitencia salutari, eundem Sdeslaum occasione predicta non esse eisdem sacris ordinibus in aliquo obligatum, sed alio sibi non obstante canonico legitime posse cum aliqua muliere matrimonium contrahere decerneret ac eciam declararet, prout in ipsius episcopi Albanensis super hoc confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis ipsius Sdeslai peticio[b]) continebat, prefatus archiepiscopus predictas ipsius episcopi litteras exequi non curaverit neque curet, ipseque Sdeslaus eundem archiepiscopum ex hoc et ex certis causis aliis reputet in hac parte suspectum: discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, eundem Sdeslaum, postquam de huiusmodi fructibus per eum perceptis ex eisdem beneficiis ut prefertur ad tuum arbitrium satisfecerit, in utilitatem beneficiorum ipsorum fideliter et integraliter convertendis, et per suum iuramentum se ipsos ordines non recepisse coram te dixerit in secreto ac per decem alios honestos probosque viros ipsum Sdeslaum verum de credulitate dixisse in predictis fecerit approbari ac in locis, in quibus predictus Sdeslaus huiusmodi sacros ordines recepisse reputatus fuit, illos ficticie, non in rei veritate recepisse per te fuerit sollempniter publicatum, iniuncta sibi ab excessibus huiusmodi absolucione premissa penitencia salutari, prefatum Sdesslaum non esse occasione predicta eisdem sacris ordinibus quomodolibet obligatum, quin immo alio sibi non obstante canonico legitime posse contrahere matrimonium cum aliqua muliere, auctoritate nostra declares. D. Auinione IIII non. Julii a. octavo.

Clementis VI A. V/6 (110) f. 287′ n. 42, diversarum formarum qu. 1 = V. 198 f. 49 n. 42. — [a]) deest in A., suppl. ab editore. [b]) ‚peticio peticio' A.

1143. *Carolo, regi Romanorum, mandatur copia cedulae cuiusdam, quae statui et honori eius derogabat.*

Avinione, 1349 Julii 5.

Carissimo in Christo filio Karolo, regi Romanorum illustri. Recepimus nuper de Italie partibus quasdam litteras, cedulam, cuius copiam mittimus excellencie tue interclusam presentibus, habentes inclusam. Qua visa, licet eam nullam omnino continere veritatem probabiliter extimemus, ut tamen tu contra machinaciones eorum, qui honori et statui tuo per exquisitas conantur astucias derogare, oportune cautele presidio muniaris, providimus eam tue celsitudini destinandam. Tu ergo, fili dilectissime, sic studeas[a]) virtuose ac strenue agere, quod ora quorumcunque detrahencium obstruas et in virtute tua favente tibi divina potencia aspera quelibet in plana convertas. Rescripsimus tibi, si premissa vel aliqua premissorum aliquam, quod non credimus, contineant speciem veritatis. D. Auinione III non. Julii a. octavo.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 29. — Ed. Werunsky, Excerpta n. 224. — [a]) suppl. in marg. V.

1144. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Jacobum Rirerie, papae capellanum et praeceptorem praeceptoriae Grünberg.*[a]) *ordinis sancti Augustini, Maguntinensis diocesis, quae subiecta est monasterio sancti Antonii, Viennensis diocesis, adiuvet, ut possessionem pacificam nonnullorum bonorum, ad eandem praeceptoriam spectantium, assequi possit. ‚D. Auinione VI id. Julii a. octavo.' — In e. m. landgravio Terrae Hassiae*[b]) *et Gerlaco, archiepiscopo Maguntinensi.*

Avinione, 1349 Julii 10.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 30'. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 225. — [a]) ‚Grimberti' V. [b]) ‚Terreassie' V.

1145. *Johanni de Tulna, canonico Patariensi, in diaconatus ordine constituto, reservatur beneficium cum vel sine cura, ad valorem 25 resp. 18 marcarum argenti, si quod ad collationem episcopi Pataviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XVI kal. Septembris a. octavo.' — In e. m. episcopo Frisingensi et abbati monasterii Lucensis prope Znoimam, Olomucensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

. $\overline{\text{X}}$ $\overline{\overline{\overline{\text{X}}}}$. *Avinione, 1349 Augusti 17.*

Clementis VI A. VIII, 3 (107) f. 264', de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 — V. 194 f. 105 n. 226.

1146. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Guidonem, tituli sanctae Ceciliae presbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum, ad Ungariae atque alias partes transmissum, commendatum habeat. ‚D. Auinione XV kal. Septembris a. octavo.'*

Avinione, 1349 Augusti 18.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 52'. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 227. Huber 781 n. 226.

1147. *Pauperes clerici, qui fuerunt inutiliter assignati, inter quos etiam Nicolaus quondam Conradi, subdiaconus Vratislaviensis diocesis, et Petrus Dipoldi de Pilgram, clericus Pragensis diocesis, supplicant, quatenus sibi de aliquo beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, provideatur.*

Avinione, 1349 Augusti 18.

Rotulus pauperum clericorum, qui fuerant inutiliter assignati.

Significant S. V. humiles et devoti oratores vestri pauperes infrascripti, tam presbyteri quam clerici diversarum provinciarum et nacionum, labores, penurias, dolores et expensas, quos et quas ipsi in Romana curia a longo tempore sustinuerunt et die ac nocte sustinent, et pre nimia verecundia[a]) in tali statu ita nudi et miseri non sunt ausi ad partes suas inter amicos suos remeare, et sunt

plures de infrascriptis, qui in prosecucione[b]) alicuius gracie per eos[c]) habende devastarunt omnia bona sua, qui[d]) supplicant eidem S. humiliter, quatenus eisdem et eorum singulis, prout per ipsos petitur, graciam facientes specialem, secundum consideracionem eiusdem Sanctitatis de beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, spectantibus communiter vel divisim ad omnes et singulos collatores infrascriptos, eciam si in ecclesiis[e]) cathedralibus existant etc., vacantibus vel vacaturis vel quamprimum vacaverint, cum omnibus iuribus et pertinenciis eis et eorum singulis dignemini misericorditer providere, cum[f]) acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Isti infrascripti fuerunt de tempore V. S. inutiliter assignati, prout aliqui per litteras apostolicas, aliqui per supplicaciones et alii per registra vel alias in cancellaria poterunt edocere:

. . . .

Nicolaus quondam Conradi, subdiaconus Wratislauiensis diocesis, petit ad collacionem capituli et singulorum canonicorum et personarum ecclesie sancte Crucis in Wratislauia.

Petrus Dypoldi de Pilgrons, clericus Pragensis diocesis, petit ad collacionem archiepiscopi, prepositi et capituli ecclesie Pragensis.

. . . .

Fiat in forma pro omnibus suprapositis usque etc. R, sed recedant de curia nec faciant alios venire, quia pro nihilo laborarent. Sine leccione R. D. Auinione XV kal. Septembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 131–135. — a) ‚nimiam veregondiam' S. b) ‚prosequcione' S. c) ‚eis' S. d) ‚quatenus' S. e) corr. ex ‚negociis' S. f) ‚eum' S.

1148. *Petro Dipoldi de Pilgram,*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi et capituli Pragensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XV kal. Septembris a. octavo.' — In e. m. episcopo Litomyšlensi*[b]) *et decano Vyssegradensis, Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1349 Augusti 18.*

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 313', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 194 f. 170' n. 382. — a) ‚Pilgrims' A. b) ‚Luthomuslensi' A.

1149. *Bisentoni de Enzersdorf*[a]) *providetur de parrochiali ecclesia in Horn, Patariensis diocesis, vacanti per liberam resignationem Nicolai dicti Stocharner.*[b]) *‚D. Auinione XV kal. Septembris a. octavo.' — In e. m. in Altenburga et Lucensis, Patariensis et Olomucensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 178.*

. X X . *Avinione, 1349 Augusti 18.*

Clementis VI A. VIII/2 (106) f. 225, de beneficiis vacantibus qu. 9 = V. 192 f. 268' n. 587. — a) ‚Entzestorf' A. b) ‚Stochamer' A.

1150. *Nicolao dicto Stocharner providetur de capella sancti Pauli extra muros oppidi Viennensis, Pataviensis diocesis, vacanti per liberam resignationem Bisentonis de Enzersdorf.*[a]) ,*D. Auinione XV kal. Septembris a. octavo.*' — *In e. m. Scotorum in Vienna et Lucensis, Pataviensis et Olomucensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 178.*

. X X .

Avinione, 1349 Augusti 18.

Clementis VI A. VIII/2 (106) f. 282', de beneficiis vacantibus qu. 11 = V. 193 f. 49 n. 691. — [a]) ,Enczestorf' A.

1151. *Archiepiscopo Burdegalensi eiusque suffraganeis et eodem modo archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis mandatur, quatenus litteras Clementis papae VI dd. Avinione, 1343 Januarii 27, quarum vigore indulgentia anni iubilaei a quolibet centesimo ad quemlibet quinquagesimum annum reducta erat, publicare procurent.* ,*D. Auinione XV kal. Septembris a. octavo.*'

Avinione, 1349 Augusti 18.

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 552 n. 1 + 30, de curia qu. 1 et unicus = V. 192 f. 1 – 1' + 2 n. 1 + 30.

1152. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Johannem, episcopum, et ecclesiam Tridentinam contra adversarios protegat et se interponat, ut liberetur n. v. Vinciguerra de Aicho,*[a]) *domicellus Tridentinae diocesis, qui pro eiusdem ecclesiae recuperandis iuribus laborat.* ,*D. Auinione VI kal. Septembris a. octavo.*

Avinione, 1349 Augusti 27.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 53. — [a]) Arco? Aicha?

1153. *Carolo, regi Romanorum, scribitur de discordia, quae inter monasterium Praedicatorum et cives Colonienses orta sit: civibus Coloniensibus mandantur articuli per procuratores ambarum partium Romae conclusi, ut, deliberatione habita, quod sibi placuerit, rescribant. Carolus ipse autem rogatur, ut nobiles de Schoenburg,*[a]) *Treverensis diocesis, qui illos cives praetextu eiusdem discordiae diffidasse dicantur, inducat, ut quacunque offensione eorundem civium abstineant. D. Auinione VI kal. Septembris a. octavo.*' — *In e. m. Balduino,*[b]) *archiepiscopo Treverensi.*

Avinione, 1349 Augusti 27.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 53'. — [a]) ,Sconemburch' V. [b]) ,Baldewino' V.

1154. *N. r. Vlachoni de Tunèchod,*[a]*) armigero, et n. m. Adlethae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione IIII non. Septembris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

V
.X. *Avinione, 1349 Septembris 2.*

Clementis VI A. VIII 1 (105) f. 168, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 310, sine numero. — [a]) ,Wlathuoni de Thumechod' A.

1155. *Catherina, domina de Coucy, supplicat, quatenus Henrico de Sitten de canonicatu ecclesiae Vratislariensis sub expectatione praebendae et Nicolao Friedlini de Brunna de beneficio cum vel sine cura, vacante vel vacaturo, ad collationem abbatissarum et conventuum in Tišnovicz et Aulae sanctae Mariae in Antiqua Brunna provideatur.*

Avinione, 1349 Septembris 2.

Supplicat S. V. devota filia vestra Katherina, domina de Coucy, cuius nupciis alias vestri gracia in curia domini regis Francorum Parisius interfuistis, quatenus sibi in personam dilecti capellani et secretarii sui et nunc ambassiatoris domini Bolconis, ducis Slezie, Henrici de Sittin, presbyteri Misnensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam, eciam si dignitas, personatus vel officium existat, si qua, quis vel quod ibidem vacat ad presens, vel cum simul vel successive vacaverint, prefato Henrico conferendam seu conferendum donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto, anteferri et ceteris non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat eidem S., quatenus sibi in personam dilecti clerici et familiaris sui Nicolai Fridlini de Brunna, clerici Pragensis, similem graciam facientes, eidem de aliquo ecclesiastico beneficio cum cura vel sine cura, eciam si dignitas existat, vacante vel vacaturo, ad collacionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatissarum et conventuum Porteceli in Tusnowicz et Aule sancte Marie in Antiqua Brunna, monasteriorum Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, communiter vel divisim spectante, cum omnibus oportunis ut supra dignemini providere, non obstante, quod abbatissa et conventus monasterii Porteceli predicti solam habeant dignitatem conferre, seu quod dictus Nicolaus canonicatum et prebendam in ecclesia sancti Petri Brunnensis, dicte Olomucensis diocesis, noscitur obtinere.

Fiat etc. ad unam collacionem, quam elegerit R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII non. Septembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII 2 (19) f. 151.

1156. *Anna, Romanorum et Bohemiae regina, supplicat, quatenus Henrico de Wesalia de canonicatu ecclesiae de Monasterio in Maifeld et Rudolpho de Friedberg de canonicatu ecclesiae sancti Florini Confluentiae sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1349 Septembris 7.

Supplicat S. V. devota filia vestra Anna, Romanorum et Boemie regina, quatenus dilecto suo Henrico de Wesalia, diacono Treuerensis diocesis, eius conthoralis et reverendi patris domini Baldewini, archiepiscopi Treuerensis, notarii, quem cum novis coronacionis sue nuper Aquisgrani solenniter facte ad dictam S. V. transmisit, de canonicatu ecclesie de Monasterio in Meyneuelt, Treuerensis diocesis, dignemini providere ac prebendam necnon dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, et si dignitas ipsa in eadem ecclesia principalis existat et ad eam consueverit per eleccionem quis assumi, et eciam si vigore constitucionis „Execrabilis" ad disposicionem sedis apostolice dumtaxat pertineret, si quis, si qua vel si quod in eadem ecclesia vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint, conferendam ipsi Henrico donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod dictus Henricus canonicatum et prebendam sancti Florini Confluencie et vicariam curatam parrochialis in Couerna ecclesiarum, dicte diocesis, noscitur obtinere.

Fiat in forma de canonicatu sub expectacione prebende, dignitatis etc. R.

Item supplicat dicta regina, quatenus Rodolpho de Frideberg, clerico Maguntinensis diocesis, predicti domini archiepiscopi Treuerensis notario, similem graciam facientes, ei de canonicatu ecclesie sancti Florini Confluencie, Treuerensis diocesis, dignemini providere ac prebendam necnon dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, eciam si dignitas ipsa in eadem ecclesia principalis existat et ad eam per eleccionem consueverit quis assumi, si quis, si qua vel si quod ibidem ut supra, donacioni apostolice dignemini reservare, non obstante, quod idem Rodolphus parrochialem ecclesiam in Lysura obtinet et quod per serenissimum principem dominum Karolum, Romanorum et Boemie regem, ad preposituram ecclesie Wetslariensis, dicte Treuerensis diocesis, presentatus existat etc., et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat ut in alia R.

Item supplicat, quod dicto Rodolpho dignemini examen remittere vel aliquibus discretis committere ad partes.

Committatur R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VII id. Septembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 164.

1157. *Henrico de Wesalia, qui ut asseritur Balduini, archiepiscopi Trevevensis, et Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, notarius existit, providetur ad supplicationem Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, de canonicatu ecclesiae de Monasterio in Maifeld,*[a]) *Treverensis diocesis, sub expectatione praebendae necnon dignitatis, personatus vel officii cum vel sine cura, non obstante ut in num. 1156.*
,D. Auinione VII id. Septembris a. octavo.' Forma ut in n. 6.

.X X. *Avinione, 1349 Septembris 7.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 392', de dignitate sub expectatione praebendae qu. 1 et unicus = V. 194 f. 18' n. 35. — a) ,Meyneuelt' A.

1158. *Archiepiscopo Treverensi mandatur, ut Rudolfo de Friedberg,*[a]) *rectori parrochialis ecclesiae in Lysura, Treverensis diocesis, qui sicut asseritur notarius suus existit, ad supplicationem Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, de canonicatu ecclesiae sancti Florini [Confluentiae],*[b]) *Treverensis diocesis, sub expectatione praebendae necnon dignitatis, personatus vel officii cum vel sine cura, si vacant, vel cum simul aut successive vacabunt, providere procuret, non obstante ut in n. 1156. ,D. Auinione VII id. Septembris a. octavo.' Forma ut in n. 304.*

X
.X. *Avinione, 1349 Septembris 7.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 246 n. 38, de praebendis vacaturis qu. 1 = V. 196 f. 20 n. 38. — a) ,Frideberg' A. b) deest in A., suppl. ab editore.

1159. *Colardus de Asperomonte, consanguineus Caroli, regis Romanorum, archidiaconus de Boparia in ecclesia Virdunensi praepositusque ecclesiae de Hathoniscastro, Virdunensis diocesis, simul annexae, supplicat, ut electio sua in praepositum ecclesiae Montisfalconis, Remensis diocesis, cui archidiaconatus de Argona in ecclesia Virdunensi canonice est annexus, confirmetur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione III id. Septembris a. octavo.'*

Avinione, 1349 Septembris 11.

Clementis VI S. VIII/2 (19) f. 171'.

1160. *Carolo, regi Romanorum, commendatur Johannes, marchio Montisferrati, cum ad felicem prosecutionem negotiorum ipsius in Italiae partibus operari possit. ,D. Auinione id. Septembris a. octavo.'*

Avinione, 1349 Septembris 13.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 55'.

1161. *N. r. Johanni dicto Poppko de „Habror", armigero, et Clarae, uxori eius, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Septembris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

V̄
.X.

Avinione, 1349 Septembris 13.

Clementis VI A. VIII 1 (105) f. 168, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 310 sine numero.

1162. *Carolus, rex Romanorum, de novo rogatur, ut eis, quae ei Guido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, pro parte papae verbo vel litteris aut per nuntium seu nuntios exponat, indubie credat illaque ad effectum votivae ac celeris prosecutionis adducat. ‚D. apud Villamnouam, A. d., XIIII kal. Octobris a. octavo.'*

Apud Villamnovam, 1349 Septembris 18.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 74.

1163. *Gerardo de Naldekin, clerico Traiectensi, reservantur canonicatus et praebenda cum supplemento ecclesiae sancti Petri Traiectensis, cum illos quocunque modo praeterquam per obitum Johannis, episcopi Tridentini, ultimi eorum possessoris, vacare contigerit, non obstante, quod beneficium cum vel sine cura ad collationem decani eiusdem ecclesiae expectat; quae litterae et quaecunque inde secuta cassa et irrita declarantur, postquam illorum canonicatus et praebendae ac supplementi possessionem pacificam fuerit assecutus. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VIII kal. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 11.*

≡ V
.X X.

Apud Villamnovam, 1349 Septembris 24.

Clementis VI A. VIII 5 (109) f. 253 n. 49, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 196 f. 26 n. 49.

1164. *Episcopo Vratislaviensi et praeposito sancti Egidii ac decano sanctae Crucis Vratislaviensis ecclesiarum mandatur, ut contra nonnullos laicos Cracoviensis diocesis, qui Apeczonem, episcopum Lubucensem, et presbyteros ac familiares eius, laicos Cracoviensis et Vratislaviensis diocesis, manu violenta coeperunt et in vincula coniecerunt ac bonis spoliarunt, procedere et poenas cum spirituales tum temporales eis inferre procurent. ‚D. Auinione VI non. Octobris a. octavo.'*

X
X
.X.

Avinione, 1349 Octobris 2.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 327′ n. 178, diversarum formarum qu. 3 = V. 198 f. 77 n. 178.

1165. *N. v. Reyncz dicto Schaf, militi Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VI non. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1349 Octobris 2.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 89′ n. 131, de absolutione qu. 1 = V. 198 f. 253 n. 131. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 302.

1166. *Henrico, plebano plebis de Lenschütz,*[a] *Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione V non. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1349 Octobris 3.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 89′ n. 129, de absolutione qu. 1 = V. 198 f. 252′ n. 129. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 302. — [a]) ‚Lanczhuc' A.

1167. *N. v. Kehil de Czerna, militi Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione V non. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1349 Octobris 3.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 89′ n. 130, de absolutione qu. 1 = V. 198 f. 253 n. 130. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 302.

1168. *Thammoni dicto Rym, militi Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione V non. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X.

Avinione, 1349 Octobris 3.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 89′ n. 132, de absolutione qu. 1 = V. 198 f. 253 n. 132. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 302.

1169. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut Geraldo de Naldekin de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Salvatoris Traiectensis vacantibus provideatur.*

Avinione, 1349 Octobris 4.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum ac Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti clerici sui Geraldi Naldekin graciam facientes specialem, de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Saluatoris Traiectensis, vacantibus per obitum quondam Becconis Bliec, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, diu ante eius obitum reservatis, dignemini providere, supplementum vero, si quod vacat ad presens, vel quamprimum inibi vacare con-

tigerit, consuetum canonicis prebendatis assignari, conferendum eidem donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione etc., non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie quibusvis et presertim eo, quo caveri dicitur, quod nullus supplementum assequi valeat, nisi prius de quinque minoribus ad maiores gradatim ascendat, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, seu quod idem Gerardus beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem etc. decani ecclesie sancti Petri Traiectensis, noscitur in forma communi expectare.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII non. Octobris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 17'.

1170. *Johanni, episcopo Litomyšlensi,*[a]) *conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione non. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

.X.

Avinione, 1349 Octobris 7.

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 170, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 311 sine numero. — [a]) ‚Luchomyslensi' A.

1171. *Episcopo Vratislaviensi et archidiacono Legnicensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, ut circa Petrum de Grünenberg,*[a]) *monachum monasterii Lubensis, Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, qui ab ipsis monasterio et ordine apostatans et habitum religionis dimittens per saeculum vagavit, vestes deferens clerici saecularis, constitutionem Benedicti papae XII de apostatis observari faciant. ‚D. Auinione non. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 891.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1349 Octobris 7.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 325 n. 171, diversarum formarum qu. 3 = V. 198 f. 75' n. 171. — [a]) ‚Grununberch' A.

1172. *Albertus, episcopus Poznaniensis, supplicat praeter alia, ut Stanislao Martini de Herrnstadt in Opoliensi et Jacobo Augustini in Vratislaviensi ecclesiis de canonicatu sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1349 Octobris 10.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Albertus, episcopus Poznaniensis,

. . . .

Stanislao Martini de Hernstat, clerico Wratislauiensis diocesis, nullum beneficium ecclesiasticum obtinenti, de canonicatu ecclesie Opoliensis, Wratislauiensis diocesis, et prebenda in eadem ecclesia vacante vel proxime vacatura, pertinente ad collacionem seu provisionem aut aliam disposicionem episcopi Wratislauiensis, dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clau-

sula anteferri et cum ceteris non obstantibus consuetis et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.

Item supplicat eidem S. Jacobus Augustini, canonicus[a]) ecclesie Opoliensis, Wratislauiensis diocesis, quatenus sibi uberiorem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis dignemini eidem providere, prebendam vero, si in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit ⌈proxime, spectantem ad episcopi Wratislauiensis, qui est pro tempore, collacionem seu provisionem aut aliam disposicionem quamcunque, conferendam[b]) ipsi Jacobo cum iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Jacobus canonicatum et prebendam in dicta ecclesia Opoliensi noscitur obtinere necnon pro ecclesia parrochiali in Ossecno, dicte Wratislauiensis diocesis, in partibus litem habet, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.

Et supplicat dictus episcopus, quatenus personis huiusmodi absentibus, quibus propter longam distanciam et viarum discrimina nimis periculosum et difficile esset pro examine sedem apostolicam visitare, examen ipsum remittere vel in partibus committere dignemini de gracia speciali.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI id. Octobris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 45. — a) ‚canonicas‘ S. b) S. habet: ‚spectantem ad episcopi Wratislauiensis, qui est pro tempore, pertinentem seu pertinens ad archiepiscopi Gneznensis collacionem seu provisionem aut aliam disposicionem quamcunque simul vel successive conferendas seu conferenda‘ (sic!!); corr. ab editore ut supra. Vide litteras pro eodem Jacobo Augustini, n. 1173.

1173. *Jacobo Augustini providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1172. ‚D. Auinione VI id. Octobris a. octavo.‘ — In e. m. decano et scholastico Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

I
I =
.X X.

Avinione, 1349 Octobris 10.

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 407', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 194 f. 31' n. 62. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 291.

1174. *Stephanus Hermanni de Reichenbach supplicat, ut sibi et sex aliis personis, quas duxerit eligendas, facultas loca devota transmarina visitandi et absolutio plena in mortis articulo concedantur.*

Avinione, 1349 Octobris 11.

Supplicat S. V. devotus f. v. Stephanus, natus Hermanni de Richimbach, militis, laicus Wratislauiensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, eidem Stephano, ut cum sex aliis sociis seu personis, quos et quas in sua duxerit comitiva et ad hoc elegerit, causa devocionis sepulcri dominici Jherosolimitani

et alia oratoria ac loca devota transmarina visitare necnon idem Stephanus et eedem persone ex causa huiusmodi presbyterum idoneum confessorem communiter vel divisim eligere sibi valeant, qui ipsas penitentes et confessas auctoritate apostolica possit absolvere eisque semel in mortis articulo plenam remissionem omnium peccatorum suorum concedere, liberam auctoritate eadem tribuere dignemini facultatem in forma.

Fiat R. D. Auinione V id. Octobris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 42. — Registratum in ZVGA. Schlesiens XXV, 303.

1175. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, quatenus sibi et aliis personis nonnullae gratiae concedantur.*

Avinione, 1349 Octobris 11.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis Ade de Louisco specialem graciam facientes, eidem Johanni de canonicatu ecclesie Wratislauiensis dignemini providere, prebendam vero, si in eadem ecclesia, necnon dignitatem, personatum seu officium aut aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, si in civitate seu diocesi Wratislauiensi vacant ad presens, vel cum vacaverint simul vel successive, spectantem seu spectans ad collacionem aut provisionem seu aliam disposicionem episcopi Wratislauiensis, qui est pro tempore, conferendam seu conferendum Johanni prefato cum iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem ecclesiam parrochialem in Gwizdanoir, dicte Wratislauiensis diocesis, noscitur obtinere, quam, postquam dignitatem, personatum seu officium huiusmodi curatum assecutus fuerit pacifice, dimittere est paratus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. De dignitate etc. R.

Item Czamborio Henrici de Pogorella de canonicatu ecclesie Cracouiensis et prebenda in eadem ecclesia vacante ad presens aut proxime vacatura, spectante ad collacionem seu provisionem etc. episcopi Cracouiensis, in simili forma dignemini providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam in ecclesia Wratislauiensi necnon allodium sive manerium rurale dictum Wilczcow, consuetum canonicis Wratislauiensibus assignari, noscitur obtinere, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.

Item supplicat S. V. eadem creatura vestra episcopus supradictus, quatenus sibi uberiorem graciam facientes, eidem episcopo, ut ipse duos canonicatus et duas prebendas necnon unam dignitatem, personatum seu officium in ecclesia Wratislauiensi cum cura vel sine cura, eciam si ipsa dignitas post episcopalem in dicta ecclesia fuerit maior, et in Glogouiensi atque Opoliensi ecclesiis, Wratislauiensis diocesis, in singulis earum similiter duos canonicatus et duas prebendas vacantes vel proxime vacaturas simul vel successive, spectantes seu spectans ad collacionem seu provisionem etc. ut supra episcopi Wratislauiensis, auctoritate

apostolica reservare ac de canonicatibus et prebendis necnon de dignitate, personatu seu officio predictis providere communiter vel separatim personis idoneis, ad hoc canonice electis, singulariter singulis, eciam alias beneficiatis, libere valeat ac eisdem personis ipsos conferre cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum ceteris non obstantibus consuetis et clausulis oportunis ac executoribus, predicta auctoritate apostolica plenam et liberam concedere dignemini facultatem, ut in forma.

Fiat de una in qualibet, eciam de dignitate in Wratislauiensi R.

Item supplicat eidem S. dictus episcopus, quatenus, cum personis prefatis propter viarum pericula et alias difficile sit propter longam distanciam pro examine sedem apostolicam visitare, absentibus examen huiusmodi remittere vel ad partes committere dignemini de gracia speciali.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V id. Octobris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 42'.

1176. *Johanni Adae de Lomsko*[a]) *providetur ad supplicationem Preczlai, episcopi Vratislaviensis, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae ad collationem episcopi Vratislaviensis spectantis, non obstante ut in n. 1175. ‚D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' — In e. m. Glogoviensis et Legnicensis, Vratislaviensis diocesis, archidiaconis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

. X X .

Avinione, 1349 Octobris 11.

Clementis VI A. VIII 5 (109) f. 260 n. 60. de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 196 f. 32 n. 60. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 289. — [a]) ‚Louisco' A.

1177. *Johanni Adae de Lomsko,*[a]) *canonico Vratislaviensi, reservatur ad supplicationem Preczlai, episcopi Vratislaviensis, dignitas seu personatus vel officium aut beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura, cuius quidem beneficii fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si ad collationem episcopi Vratislaviensis in civitate vel diocesi Vratislaviensi vacat, vel cum vacaverit, non obstante, ‚quod parrochialem ecclesiam in Gwizdanow, dicte diocesis, obtines, et quod tibi hodie de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Vratislaviensis per alias nostras litteras duximus providendum. Volumus autem, quod, quamprimum fueris vigore presentis gracie dignitatem seu personatum vel officium aut beneficium curata pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis . . . . D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' — Executores ut in n. 1176. Forma ut in n. 76.*

. X X .

Avinione, 1349 Octobris 11.

Clementis VI A. VIII 5 (109) f. 209 n. 11. de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 195 f. 153 n. 11. — [a]) ‚Louisco' A.

1178. *Zamborio[a]) Henrici de Pogorella providetur de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae ad collationem episcopi Cracoviensis spectantis, non obstante ut in n. 1175. ‚D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' — In e. m. Vratislaviensis et Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1349 Octobris 11.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 219 n. 43, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 196 f. 23 n. 43. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 298. — a) ‚Czamborio' A.

1179. *Preczlao,[a]) episcopo Vratislaviensi, conceditur, ut semel dumtaxat auctoritate apostolica in sua Vratislaviensi ac in Glogoviensi et Opoliensi ecclesiis, Vratislaviensis diocesis, singulis personis idoneis, etiam alia beneficia ecclesiastica obtinentibus, quas ad id duxerit eligendas, singulos canonicatus ecclesiarum ipsarum conferre et singulas praebendas, ad collationem suam spectantes, reservare possit. ‚D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' Forma ut in n. 105.*

X
.X. *Avinione, 1349 Octobris 11.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 411, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 194 f. 35 n. 69. — a) ‚Prezlao' A.

1180. *Preczlao, episcopo Vratislaviensi, conceditur, ut semel dumtaxat auctoritate apostolica in ecclesia sua Vratislaviensi uni personae idoneae, etiam alia ecclesiastica beneficia obtinenti, unam dignitatem sive unum personatum vel officium cum vel sine cura, ad collationem suam spectantem seu spectans, si vacat, vel cum vacaverit, reservare et conferre possit. ‚D. Auinione V id. Octobris a. octavo.'*

V *Avinione, 1349 Octobris 11.*
.X.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 348 n. 251, diversarum formarum qu. 4 = V. 198 f. 92 n. 251.

1181. *Nicolaus Henrici de Poznania, Alexius Gebhardi de Legnicz et Nicolaus Martini de Ponatoricz, clerici Vratislaviensis diocesis, supplicant, quatenus sibi de beneficiis cum vel sine cura, vacantibus vel vacaturis, ad collationem episcopi Vratislaviensis provideatur.*

Avinione, 1349 Octobris 11.

Supplicat S. V. Nicolaus Henrici de Poznania, clericus Wratislauiensis diocesis, quatenus sibi, nullum beneficium ecclesiasticum assecuto, specialem graciam facientes, eidem Nicolao in forma communi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, in civitate seu diocesi Wratislauiensi vacante ad presens, vel quamprimum vacaverit, spectante ad collacionem, provisionem seu aliam disposicionem episcopi Wratislauiensis, dignemini providere, cum acceptacione,

inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum ceteris omnibus et singulis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.

Item supplicat eidem S. Alexius Gebhardi de Legnicz, clericus Wratislauiensis diocesis, nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus sibi specialem graciam facientes, eidem Alexio de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura in forma simili in civitate seu diocesi Wratislauiensi, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, spectante ad collacionem seu provisionem etc. episcopi Wratislauiensis predicti, dignemini providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, non obstante, quod iuxta cuiusdam testatoris disposicionem, qui de bonis suis unum altare perpetuum fundandum disposuit et dotandum et ipsi Alexio postmodum assignandum, idem Alexius de bonis huiusmodi pecuniam aliquam iam percepit.

Fiat in Cracouiensi R.

Item supplicat eidem S. Nicolaus Martini de Ponatouicz, clericus Wratislauiensis diocesis supradicte, quatenus sibi, nullum beneficium ecclesiasticum obtinenti, similem graciam facientes, eidem Nicolao de beneficio ecclesiastico sine cura in civitate vel diocesi Wratislauiensi, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, spectante ad collacionem, provisionem etc. episcopi Wratislauiensis prefati, dignemini providere in forma simili, sicut supra.

Fiat in Guennensi R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V id. Octobris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 43.

1182. *Nicolao Henrici de Poznania, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, ad valorem 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d., si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis in civitate vel diocesi Vratislaviensi vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' — In e. m. abbati monasterii Saganensis et praeposito Glogoviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

. X X. *Avinione, 1349 Octobris 11.*

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 320', de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 194 f. 149' n. 333. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 291.

1183. *Alexio Gebhardi de Legnicz, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium ut in n. 1182, si quod ad collationem episcopi Cracoviensis in civitate vel diocesi Cracoviensi vacat, vel cum vacaverit, non obstante ut in n. 1181. ‚D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' — In e. m. Vratislaviensi et Lubucensi episcopis ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

. X X. *Avinione, 1349 Octobris 11.*

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 278, de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 194 f. 117 n. 251. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

1184. *Nicolao Martini[a]) de Ponatoricz[b]) reservatur beneficium sine cura, ad valorem 18 marcarum argenti s. t. d., si quod ad collationem archiepiscopi[c]) Gneznensis in civitate vel diocesi Gneznensi vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione V id. Octobris a. octavo.' — In e. m. archidiacono Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, et sacristae Avinionensis ecclesiarum ac officiali Vratislaviensi. Forma ut in n. 2.*

I | I̿
.X | X.

Avinione, 1349 Octobris 11.

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 320, de beneficiis cum vel sine cura qu. 4 = V. 194 f. 149' n. 332. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — a) ,Maritini' corr. ex ,Martini' (sic!) A. b) ,Ponacouicz' A. c) ,episcopi' A.

1185. *Geraldo Naldekin providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, cuius est clericus, de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Salvatoris Traiectensis vacantibus sub expectatione supplementi, quod canonicis praebendatis eiusdem ecclesiae assignari consuevit. ,D. Auinione XIIII kal. Novembris a. octavo.' Forma ut in n. 52.*

V | V̄
.X | X.

Avinione, 1349 Octobris 19.

Clementis VI A. VIII/4 (108) f. 186 n. 125, de praebendis vacantibus qu. 4 = V. 195 f. 222' n. 125.

1186. *Archiepiscopo Bituricensi eiusque suffraganeis et in eundem modum archiepiscopo Pragensi eiusque suffraganeis mandatur, quatenus contra flagellatores procedere non postponant. ,D. Auinione XIII kal. Novembris a. octavo.*

Avinione, 1349 Octobris 20.

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 554, de curia qu. 1 et unicus = V. 192 f. 3—3'+4, n. 56+64. Vide Raynald, Annales ecclesiastici XVI § 20, Lünig RA. 19, 76, Huber 506 n. 28.

1187. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, Anna, uxor, ac Rudolphus et Rupertus, comites Palatini Rheni, supplicant, ut magister Henricus de Rothenburg habilitetur, fructus indebite percepti ei remittantur et cum eo dispensetur, quatenus plura beneficia simul licite retinere possit; supplicant etiam, ut eidem magistro Henrico absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1349 Novembris 3.

Significant[a]) S. V. devoti vestri Karolus, rex, et Anna, regina Romanorum et Boemie, eius collateralis, ac Radolphus, ipsius regine pater, et Rupertus, comites Palatini Reni, duces Bauarie, quod honestus magister Henricus de Rotenburg, in artibus licenciatus, eorundem regis et regine clericus ac nuncius specialis iuratus ac ipsorum comitum secretarius et prothonotarius dilectus, ecclesias parrochiales, scilicet in Falkirchen, in Erlbach, in Grindstat, in Gartach, in Wilzo

et in Alzeia, Ratisponensis, Herbipolensis, Wormaciensis, Spirensis et Maguntinensis diocesium, quandoque simul et aliquando successive per plures annos, alias tamen sibi canonice collatas, tenuit et possedit pacifice et quiete, fructus, redditus et proventus percipiens ex eisdem, in ordine tamen sacerdocii constitutus, absque dispensacione sedis apostolice speciali, postmodum vero omnes ecclesias parrochiales supradictas preterquam ecclesias parrochiales in Erlbach et in Alzeia libere dimisit, deinde canonicatum et prebendam in Ratisponensi et quandam prebendam sacerdotalem in Spirensi ecclesiis, alias tamen canonice, extitit assecutus. Supplicant [b]) igitur rex et regina ac comites supradicti, quatenus ipsis in personam dicti magistri Henrici specialem graciam facientes, fructus ex dictis ecclesiis perceptos eidem remittere dignemini graciose, omnem infamie et inhabilitatis maculam sive notam, premissorum et cuiuslibet eorum occasione contractam, in eo penitus abolendo, ac ipsum in integrum restituere de apostolice plenitudine potestatis, cum ipso graciosius dispensare, ut considerata sui generis qualitate et decencia sui status commodius valeat sustentari, [quatenus] [c]) ecclesiam parrochialem in Alzeia predictam et prebendam [in] [d]) Ratisponensi et sacerdotalem prebendam in Spirensi ecclesiis predictis simul valeat licite retinere, ac sibi eas cum iuribus et pertinenciis suis universis de novo conferre, consuetudinibus seu statutis in contrarium editis non obstantibus quibuscunque, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Habilitamus, restituimus, providemus et dispensamus et fructus perceptos remittimus R.

Item supplicant, quatenus dicto magistro Henrico de Rotemburg eligendi confessorem idoneum, quociens ei placuerit, qui eum a peccatis suis possit absolvere et eidem semel in mortis articulo duntaxat remissionem plenam impertiri, concedere dignemini per vestras litteras facultatem.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Novembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 68. — [a]) ‚significat‘ S. [b]) ‚supplicat‘ S., corr. ab editore. [c]) [d]) deest in S., suppl. ab editore.

***1188.** Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johanni quondam Conradi de Wansow de canonicatu ecclesiae Vratislariensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1349 Novembris 3.

Supplicat S. V. devotus vester et sancte Romane ecclesie filius Karolus, Romanorum Boemieque rex, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis quondam Conradi de Wansow, presbyteri Wratislauiensis diocesis, specialem graciam facientes, de perpetuo canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum plenitudine iuris canonici eidem Johanni dignemini providere, prebendam vero, si qua ibidem vacaverit, ipsi conferendam donacioni apostolice dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, reservacione, decreto et clausula anteferri, non obstante opcione vel consuetudine cuiuscunque, et quod dictus Johannes in eadem ecclesia

altare et vicariam noscitur obtinere, habita [enim][a] pacifica canonicatus et prebende possessione paratus est vicariam[b] resignare, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l., et remisso examine ad partes vel penitus indulto de gracia speciali. Fiat R. D. Auinione III non. Novembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 68'. — a) deest in S., suppl. ab editore. b) ,vicaria' S.

1189. *Johanni, nato quondam Conradi de Wansow, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum et Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1188, hac tamen conditione, ut, quamprimum vigore praesentium huiusmodi praebendam fuerit assecutus, vicariam in eadem ecclesia, quae extunc vacare decernitur, dimittere teneatur. ,D. Auinione III non. Novembris a. octavo.' — In e. m. episcopo Lubucensi et abbati monasterii beatae Mariae Virginis extra muros Vratislavienses ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

. X X. *Avinione, 1349 Novembris 3.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 394', de dignitate sub expectatione qu. 1 et unicus = V. 194 f. 20 n. 38. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291.

1190. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, quatenus Hugoni Erbonis dicti Gaensefuss in ecclesia Rinaugensi et Hugoni dicto Gaensefuss in ecclesia sancti Thomae Argentinensis de canonicatu sub expectatione praebendae provideatur et nonnullis civibus Argentinensibus absolutio plena in mortis articulo concedatur.*

Avinione, 1349 Novembris 3.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum rex, quatenus sibi in personam dilecti sui Hugonis, clerici, nati dilecti sui militis et familiaris Erbonis dicti Gensefûs, militis Argentinensis, qui r. m. domino Johanni, regi Boemie, patri ipsius regis Romanorum, multa grata et accepta servicia per se et suos corpore et rebus fecit et facit, specialem graciam facientes, eidem Hugoni de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis ecclesie Rynagensis, Argentinensis diocesis, dignemini providere, cum acceptacione et non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus etc., ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat, quatenus sibi in personam dilecti sui Hugonis dicti Gensefûs, presbyteri, fratris germani dicti militis, similem graciam facientes, ei de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis ecclesie sancti Thome Argentinensis dignemini providere, cum acceptacione etc. ut supra, non obstante, quod ecclesiam parrochialem alias rectoriam monasterii in Eschawe, dicte diocesis, obtinet.

Fiat R.

Item supplicat, quod dicto militi, Nese uxori et Agneti sorori ac Grede dicte Kurnegelin, consanguineo ipsius militis Friderico dicto Groszfritsche et eius

uxori, Friderico dicto Kleinfritsche et Johanni dictis de Hoilgenstein, civibus Argentinensibus, concedere dignemini plenam indulgenciam in mortis articulo semel, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Novembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 72.

1191. *Hugoni, nato Erbonis*[a]) *dicti Gaensefuss,*[b]) *militis, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Rinaugensis,*[c]) *Argentinensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione III non. Novembris a. octavo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1349 Novembris 3.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 250 n. 44, de praebendis vacaturis qu. 2 = V. 196 f. 23' n. 44. — a) ,Erbornis' A. b) ,Gensefuos' A. c) ,Rynagensis' A.

1192. *Hugoni, dicto Gaensefuss,*[a]) *in presbyteratus ordine constituto, providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae sancti Thomae Argentinensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1190. ,D. Auinione III non. Novembris a. octavo.' Forma ut in n. 6.*

| =
.X X. *Avinione, 1349 Novembris 3.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 428', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 194 f. 49 n. 100. — a) ,Gensefüs' A.

1193. *Menhardus*[a]) *de Noradomo, canonicus Pragensis et in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus, praeficitur episcopus ecclesiae Tridentinae, cum Johannes, praedecessor eius, a Tridentina ad Spoletanam ecclesiam translatus sit. ,D. Auinione II non. Novembris a. octavo.' — In e. m. capitulo, clero civitatis et diocesis, populo civitatis et diocesis, vassallis ecclesiae Tridentinae, patriarchae Aquilegensi, Carolo, regi Romanorum.*

X X X X X X X
.X X X X X X X. *Avinione, 1349 Novembris 4.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 181', de provisionibus praelatorum qu. 2 = V. 192 f. 37' n. 147. — a) ,Meynhardo' A.

1194. *Nicolaus de Gymnich supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Treverensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1349 Novembris 8.

Rotulus resignacionum.

Pater sanctissime! Dignemini providere Nicolao de Gymenich, consiliario regi Romanorum, de canonicatu et prebenda ecclesie Treuerensis, vacantibus apud sedem apostolicam per liberam resignacionem, factam per procuratorem

Godefridi de Vianna, ipsius ecclesie canonici prebendati, in manibus reverendi patris domini Guillelmi, episcopi Tricastrini, de mandato S. V. viva voce sibi facto recipientis, eciam si fuerint alias reservati, cum aliis non obstantibus in vicecancellaria vestra exprimendis, cum executoribus et clausulis oportunis.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis R. Sine leccione. Fiat R. D. Auinione VI id. Novembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 79'.

1195. *Nicolao de Gymnich,*[a]) *qui prout asserit consiliarius Caroli, regis Romanorum, existit, providetur de canonicatu et praebenda ecclesiae Treverensis, vacantibus per liberam resignationem Godefridi de Vianna, qui ipsos per Johannem de Rupe, procuratorem suum, in manibus Guillelmi, Lexoriensis, tunc Tricastrini*[b]) *episcopi, resignavit, non obstante, quod in ecclesia Vyssegradensi canonicatum et praebendam ac parrochialem ecclesiam de Düdelingen, Pragensis et Treverensis diocesium, obtinet. ,D. Auinione VI id. Novembris a. octavo.' Forma ut in n. 4.*

. X X .

Avinione, 1349 Novembris 8.

Clementis VI A. VIII/4 (108) f. 225 n. 183, de praebendis vacantibus qu. 5 = V. 195 f. 250' n. 183. — a) ,Gymenich' A. b) corr. ex ,Castrinensis' A.

1196. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut statum suum et eventus prosperos papae saepe significare velit, simulque informatur de bono statu papae, qui brevi ad eum plenius se scripturum de pluribus rebus promittit. ,D. ut s. [Auinione VI id. Novembris a. octavo].'* 1)

Avinione, 1349 Novembris 8.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 92'. — 1) ut in V. 143 f. 92': ,Karolo, regi Nauarre'.

1197. *Capitulo et eodem modo vassallis ecclesiae Tridentinae mandatur, ut Menhardo,*[a]) *electo Tridentino, ,cum de potentum domo traxisse originem et multorum principum auxilio fulciri dicatur', eiusque gentibus pareant nec obligationi aut alienationi quorumcunque bonorum et iurum eiusdem ecclesiae assensum praebeant. ,D. ut s. [Auinione V id. Novembris a. octavo].'* 1)

Avinione, 1349 Novembris 9.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 100. — a) ,Moynhardum' A. — 1) ut in V. 143 f. 100: ,Johanni, episcopo Spoletano'.

1198. *Menhardus,*[a]) *comes Goriciae et Tirolis etc., devotus servitor et familiaris serenissimi principis domini Caroli, Romanorum regis, supplicat, quatenus secum dispensetur, ut in matrimonio cum Catherina, filia Ulrici, comitis de Pfannberg,*[b]) *contracto, permanere possit, non obstante, quod unus in tertio et alius in quarto consanguinitatis gradibus sint coniuncti, et ut proles inter ipsos suscepta et suscipienda legitima decernatur. ,Possit fieri per Guidonem, tituli sancte Cecilie presbyterum cardinalem, legatum etc., si viderit expedire, iniuncta eis bona penitencia et ipsis separatis ad tempus, et quod teneantur fundare unam vel plures capellanias, sicut viderit expedire, et alias in forma R. . . . . D. Auinione XIII kal. Decembris a. octavo.'*

Avinione, 1349 Novembris 19.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 86. — a) ,Meynardus' S. b) ,Phammberh' S.

1199. *Guidoni, sanctae Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, conceditur consideratione Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ut cum Menhardo, comite Goriciae et Tirolis, qui eiusdem regis servitor et familiaris existit, et Catherina, filia Ulrici, comitis de Pfannberg,*[a]) *super matrimonio iam contracto dispenset, prout in supplicatione praecedenti continetur. ,D. Auinione XIII kal. Decembris a. octavo.'*

X
.X. *Avinione, 1349 Novembris 19.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 366' n. 326, diversarum formarum qu. 4 = V. 198 f. 107 n. 326. a) ,Phamberch' A.

1200. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Johanni de Insula de praepositura in ecclesia Poznaniensi vacante provideatur et Stanislao dicto Sofka decanatus ecclesiae Vladislaviensis reservetur.*

Avinione, 1349 Novembris 19.

Significat S. V. devotus vester et sancte Romane ecclesie filius Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui continui Johannis de Insula, decani ecclesie Wladislauiensis, specialem graciam facientes, eidem de prepositura ecclesie Poznaniensis, vacante ad presens apud sedem apostolicam per provisionem per eandem V. S. domino Andree de ecclesia predicta Poznaniensi [factam][a]) et munus consecracionis de ipsa susceptum,[b]) [qui dominus Andreas][c]) postmodum per eandem V. S. de dicta Poznaniensi ecclesia ad ecclesiam Zwerzinensem translatus [est][c]) et ante provisionem et translacionem sic per eandem S. sibi factas dictam preposituram obtinebat, eidem Johanni cum omnibus suis iuribus et pertinenciis dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes dictum decanatum et in Wald[islauiensi] ac Crusuiciensi et beati Petri, diocesis Wladislauiensis, ac Guerzmensi, Poznaniensi et Wratislauiensi ecclesiis canonicatus et prebendas ac altare sancti Michaelis in ecclesia Wratislauiensi, consuetum canonico assignari, noscitur obtinere, quem decanatum paratus est

dimittere, cum fuerit de dicta prepositura possessionem pacificam assecutus, cum inhibicione, decreto et omnibus clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat idem Karolus, quatenus sibi in personam sui fidelis Stanislay dicti Sefka, clerici diocesis Wald[islauiensis], studentis in iure canonico, specialem graciam facientes, eidem de dicto decanatu ecclesie Wladislauiensis,[e]) quem nunc prefatus Johannes de Insula obtinet, cum per provisionem per eandem S. V. dicto Johanni de Insula factam seu fiendam de eadem prepositura ecclesie Poznaniensis vacabit vel alio quovis modo vacaverit, preterquam per ipsius Johannis de Insula obitum, dicto Stanislao cum suis iuribus et pertinenciis universis dignemini providere, quacunque reservacione de ipso decanatu per sedem apostolicam forsan facta non obstante, seu quod canonicatus et prebendas in ecclesiis Plocensi et Crusmaensi ac beati Petri, diocesis Volamd[ensis], et ecclesiam parrochialem in Claustrello, Culmensis diocesis, noscitur obtinere, necnon et eidem de dignitate, personatu seu officio cum cura vel sine cura in ecclesia Plocensi et de canonicatu cum prebenda Lancianensi et beati Alexii, diocesis Gneznensis, sub expectacione per S. V. sit provisum, cui provisioni in ecclesia Plocensi predicta de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura sub expectacione et ecclesie parrochiali in Claustrello paratus est renunciare, quam cito dicti decanatus possessionem pacificam fuerit assecutus, cum inhibicione, decreto et omnibus clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIII kal. Decembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 88'. — a) deest in S., suppl. ab editore. b) ,susceptam' S., corr. ab editore. c) loco ,qui dominus Andreas' habet S. ,et'; corr. ab editore. d) deest in S., suppl. ab editore. e) corr. ex ,Waldislauiensis' S.

1201. *Johanni de Insula providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, cuius est familiaris, de praepositura in ecclesia Poznaniensi vacante, non obstante ut in n. 1200. ,D. Auinione XIII kal. Decembris a. octavo.' In e. m. decano Glogoviensis et archidiacono Legnicensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 9.*

.X X.

Avinione, 1349 Novembris 19.

Clementis VI A. VIII/2 (106) f. 476, de beneficiis vacantibus qu. 19 = V. 193 f. 210 n. 1043.

1202. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus capellanus suus Johannes dictus Kusterlin de Freiburg habilitetur, fructus indebite percepti ei remittantur et concedatur, ut parrochialem ecclesiam sancti Martini Argentinensis retinere possit.*

Avinione, 1349 Novembris 21.

Significat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum ac Boemie rex, quod, postquam per f. r. Johannem papam XXII, predecessorem vestrum, cum dilecto capellano suo Johanne dicto Kusterlin de Friburgo, defectum in natalibus paciente,

de subdiacono genito et soluta, tam super defectu huiusmodi, quod ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, eciam si curam animarum haberet, et deinde, quod ecclesiam parrochialem in Sletzstat una cum quodam alio beneficio sine cura, que tunc obtinebat, dimissis per eum pluribus aliis parrochialibus ecclesiis, quas minus debite retinuerat ante, licite retinere posset, extitit dispensatum, cum remissione fructuum et abolicione note infamie et inhabilitatis, per eum occasione premissorum contractarum, idem Johannes se fecit infra annum in presbyterum promoveri ac dictam parrochialem ecclesiam in Sletzstat cum parrochiali ecclesia sancti Martini Argentinensis permutavit eamque per XXI et deinde prebendam sacerdotalem, que prebenda regis vocatur, per XV et demum duas parrochiales ecclesias in Bettenhouen per XIII et denuo predictam ecclesiam in Sletzstat per X et tandem preposituram cum prebenda ecclesie Rinagensis, Argentinensis diocesis, quas per XV annos sibi collatas detinuit, percipiendo ex eis fructus, redditus et proventus. Cum autem omnia beneficia supradicta preter ecclesiam sancti Martini et prebendam regiam supradictas dumtaxat duxerit realiter dimittenda, dictus rex humiliter supplicat, quatenus, ne ipse Johannes, qui presbyter est, prefata duo beneficia dimittendo remaneat omni ecclesiastico beneficio destitutus, sibi in personam dicti Johannis specialem graciam facientes, omnem inhabilitatis et infamie ac irregularitatis maculam sive notam, per eum, qui forsan existens inhabilis ob recepcionem et retencionem dictorum beneficiorum et fructuum percepcionem ipsorum se fecit ad omnes sacros ordines promoveri, divina officia celebravit seu immiscuit se eisdem vel alias premissorum occasione contraxit, dignemini totaliter abolere ipsumque plenarie habilitare et in integrum restituere ac fructus ex dictis beneficiis per eum indebite perceptos remittere et donare, ut iuxta status sui [decenciam][a]) vivere valeat, concedentes, quod parrochialem ecclesiam sancti Martini et prebendam predictas, quas[b]) obtinet pacifice et quiete, premissis, seu quod ipsa ecclesia sancti Martini mense episcopali Argentinensi, postquam ipse habuit, auctoritate apostolica ut dicitur est unita, et quod dictus episcopus unionem huiusmodi de facto dederat capitulo Argentinensi, nequaquam obstante, valeat de paciencia sedis apostolice retinere, presertim cum super hoc eciam episcopus Argentinensis S. V. supplicet, dignemini absque alia dimissione seu nova collacione ipsorum de uberioris dono gracie ac solita vestra clemencia dispensare, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus. Et pro fructibus indebite perceptis paratus est restituere II^{c} florenos.

Fiat ut petit R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XI kal. Decembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 91'. — a) deest in S., suppl. ab editore. b) ‚predictos, quos' S.

1203. *Johannes dictus* **Kusterlin** *de Freiburg,*[a]) *capellanus Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ad supplicationem eiusdem regis habilitatur, fructus indebite percepti ei remittuntur, hac tamen conditione, ut ducentos florenos auri camerae apostolicae solvat in subsidium fidelium contra Turcos, et conceditur, ut parrochialem ecclesiam sancti Martini Argentinensis retinere possit. ,D. Auinione XI kal. Decembris a. octavo.'*

≡
X
.X.

Avinione, 1349 Novembris 21.

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 340, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 194 f. 371′ n. 1170. — a) ,Friburgo' A.

1204. *Quido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, supplicat, quatenus sibi et Hermanno Witten ac Johanni Andreae de Jeryšovicz de certis beneficiis per obitum Nicolai de Lucemburgo vacantibus provideatur.*

Avinione, 1349 Decembris 5.

Motu proprio providemus Guidoni, tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Sazensis, Pragensis diocesis, necnon de prepositura eiusdem ecclesie, vacante ad presens per obitum quondam Nicolai de Lucemburgo, ipsius cardinalis familiaris et apostolice sedis dum vivebat capellani, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, dispensantes etc.

Fiat motu proprio et dispensamus R.

. . . .

Item supplicat S. V. idem cardinalis, quatenus dilecto suo capellano et familiari domestico Hermano Wit de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, vacantibus per obitum dicti Nicolai, dignemini providere, non obstante, quod canonicatum sub expectacione prebende ecclesie Patauiensis obtinere noscatur, cum clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R.

Item et Johanni Andree de Jevvyssowriz, eius eciam capellano et familiari suo domestico,[a]) de canonicatu et prebenda ecclesie Wyssegradensis, Pragensis diocesis, modo predicto vacantibus, dignemini providere, non obstante, quod parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Znoyma, Olomucensis diocesis, obtinere noscatur, cum clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R.

. . . .

D. Auinione non. Decembris a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 97. — a) supl. supra S.

1205. *Quidoni, tituli sanctae Ceciliae presbytero cardinali, providetur motu proprio de canonicatu sub expectatione praebendae et praepositura in ecclesia Sadcensi,*[a]) *Pragensis diocesis, per obitum Nicolai de Lucemburgo vacante, ut expensarum onera, quae eum oportet continue de necessitate subire, facilius supportare possit. ‚D. Auinione non. Decembris a. octavo.' — In e. m. praeposito et decano ecclesiae Pragensis ac officiali Avinionensi. Forma ut in n. 6.*

Gratis pro domino cardinali. *Avinione, 1349 Decembris 5.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 597 n. 17, de litteris dominorum cardinalium qu. 1 et unicus = V. 195 f. 7′ n. 17. — a) ‚Saczensi' A.

1206. *Hermanno Witten,*[a]) *capellano et familiari domestico Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, providetur ad supplicationem eiusdem cardinalis de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis, qui vacant per obitum Nicolai de Lucemburgo,*[b]) *non obstante ut in num. 1204. ‚D. Auinione non. Decembris a. octavo.' — In e. m. magistro Thomae Fastolf, archidiacono Wellensis, capellano papae, et praeposito Zwerinensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

.X X. *Avinione, 1349 Decembris 5.*

Clementis VI A. VIII/4 (108) f. 308′ n. 306, de praebendis vacantibus qu. 9 = V. 195 f. 309 n. 306. — a) corr. ex ‚Wietten' A. b) ‚Lucemburg' A.

1207. *Johanni Andreae de Jevyšovicz,*[a]) *capellano et familiari domestico Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, providetur ad supplicationem eiusdem cardinalis de canonicatu et praebenda ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, qui vacant per obitum Nicolai de Lucemburgo, non obstante ut in num. 1204. ‚D. Auinione non. Decembris a. octavo.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et Břevnoviensis*[b]) *ac Montis Sion monasteriorum abbatibus, Pragensis diocesis. Forma ut in n. 4.*

.X X.[c]) *Avinione, 1349 Decembris 5.*

Clementis VI A. VIII/4 (108) f. 271′ n. 254, de praebendis vacantibus qu. 7 = V. 195 f. 282 n. 254. — a) ‚Jewyssowicz' A. b) ‚Brownouiensis' A. c) corr. ex ‚.X X.' A.

1208. *Praeposito ecclesiae Montis sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, mandatur, ut Hinconem de Vlašim,*[a]) *canonicum monasterii Siloensis, ordinis Praemonstratensis, Pragensis diocesis, qui a Petro, abbate Strahoviensi, in abbatem monasterii Zabrdovicensis, eiusdem ordinis, Olomucensis diocesis, intrusus est, compellat, ut iuramentum, quo Theodericum, canonicum monasterii Zabrdovicensis et rectorem parrochialis ecclesiae in Klobuk,*[b]) *Olomucensis diocesis, constrinxerat, relaxet et eundem Theodericum ad illam parrochialem ecclesiam restituat. ‚D. Auinione non. Decembris a. octavo.'*

Gratis pro deo. *Avinione, 1349 Decembris 5.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 363 n. 311, diversarum formarum qu. 4 = V. 198 f. 104′ n. 311. — Ed. CDM. VII n. 975. — a) ‚Blasschin' A. b) ‚Clobucb' A.

1209. *Johanni Goblini*[a] *de Lucemburgo providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus, quorum collatio XII kalendas Julii, pontificatus Clementis VI anno septimo,*[1]) *vivente adhuc Henrico Bovis,*[b]) *ultimo eorundem possessore, qui extra Romanam curiam mortuus est, sedi apostolicae reservata fuit, non obstante ut in num. 1041. ‚D. Auinione XII kal. Januarii a. octavo.'*[2]) — *In e. m. Pragensis et Vyssegradensis, Pragensis diocesis, decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

. X̄ X̿ . *Avinione, 1349 Decembris 21.*

Clementis VI A. VII/5 (103) f. 503', de beneficiis vacantibus anni *septimi* qu. 38. In V. 185 loco competenti deest! — a) ‚Gobblini' A. b) ‚Boms' A., in supplicatione sub num. 1041 legitur ‚Bouis' et ‚Ronis'. — 1) 1348 Junii 20. 2) Supplicatio Předvogii, decani Pragensis, pro eodem Johanne Goblini de Lucemburgo porrecta (apud nos num. 1041), cuius hic nulla fit mentio, signata est a. 1348, Decembris 21, sed litterae nostrae uno anno post datae sunt; cum autem in registra *Vaticana* anni *septimi* scriptae non essent, datam earum non duximus emendandam.

1210. *Nicolao Rogerii providetur de canonicatu et praebenda ac custodia in ecclesia Pragensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

Avinione, 1349 Decembris 23.

D. f. Nicolao Rogerii, canonico et custodi ecclesie Pragensis, s. etc. Laudabilia tue iuventutis indicia . . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ac custodia ecclesie Pragensis, quos d. f. nobilis vir Guillelmus Rogerii, domicellus Lemouicensis diocesis, nuper obtinuit, per liberam resignacionem ipsius Guillelmi, de dictis canonicatu et prebenda ac custodia in manibus nostris apud sedem apostolicam sponte factam et per nos apud dictam sedem admissam, apud sedem ipsam vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice de illis disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas necnon dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud dictam sedem vacancia et imposterum vacatura, collacioni et disposicioni nostre duximus reservanda, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi premissorum intuitu graciam facere specialem, predictos canonicatum et prebendam ac custodiam sic vacantes, eciam si custodia ipsa dignitas vel personatus seu officium existat et curam habeat animarum et ad eam consueverit quis per eleccionem assumi, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate motu proprio . . . . conferimus et de illis eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod pateris in etate defectum, cum in quartodecimo etatis tue anno vel circa illum constitutus existas. Nos enim tecum, ut custodiam predictam libere recipere et una cum dignitatibus, personatibus vel officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, cum cura et [a]) sine cura, que ex concessione et dispensacione apostolica obtines vel expectas, vel in quibus seu ad que ius tibi competit, cum illa habueris, defectu predicto necnon generalis et Lateranensis conciliorum et quibusvis aliis constitucionibus

apostolicis ac premissis et aliis statutis et consuetudinibus ipsius Pragensis ecclesie contrariis non obstantibus, licite retinere valeas, auctoritate predicta motu simili de ampliori gracia dispensamus, proviso, quod custodia ac dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebende, ecclesie et alia beneficia supradicta debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. . . . . D. Auinione X kal. Januarii a. octavo.

In e. m. vv. ff. . . Ilerdensi et . . Lemouicensi episcopis ac d. f. . . officiali Pragensi s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. VIII/2 (106) f. 321′, de beneficiis vacantibus qu. 13 = V. 193 f. 82′ n. 765. — a) corr. ex ‚vel' A.

1211. *N. v. Petro, dicto Stach, militi, et n. m. Annae, eius uxori, Pragensis dioecesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVIII kal. Februarii a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

V̄
.X. *Avinione, 1350 Januarii 15.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 473′, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 313, sine numero.

1212. *Henrico, praeposito monasterii Sderasiensis, Sepulcri Dominici, prope Pragam, per praepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVIII kal. Februarii a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

≡
.X̄. *Avinione, 1350 Januarii 15.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 474, de absolutione qu. 1 = V. 194 f. 313, sine numero.

1213. *Ludovicus, rex Ungariae, supplicat, ut capellano suo et vicecomiti capellae suae Paulo de Jaegerndorf,*[a] *iuris perito, Olomucensis*[b] *diocesis, nullum adhuc beneficium assecuto, de canonicatu et praebenda ecclesiae Strigoniensis et archidiaconatu Nitriensi in eadem Strigoniensi ecclesia, ad praesens in curia Romana vacantibus, provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione V kal. Februarii a. octavo.'*

Avinione, 1350 Januarii 28.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 134′. — a) ‚Jegherdorp' S. b) ‚Olmussensis' S.

1214. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, ut Johanni Petros, clerico Albiensis diocesis, familiari et procuratori suo in Ungaria, reserventur canonicatus et praebenda ecclesiae Zagrabiensis, quos Nicolaus, praepositus Strigoniensis, electus ecclesiae Nitriensis, obtinet, non obstante, quod ei de canonicatu et praebenda ecclesiae Vratislaviensis, quorum nondum assecutus est possessionem, provisum est, seu quod vigore generalis gratiae sibi factae beneficium cum vel sine cura ad collationem prioris de Ambileto, ordinis s. Benedicti, Albiensis diocesis, expectat. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione V kal. Februarii a. octavo.'*

Avinione, 1350 Januarii 28.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 135.

1215. *Johanni Pelros reservantur ad supplicationem Guillelmi, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, cuius est familiaris et procurator in Ungaria, canonicatus et praebenda ecclesiae Zagrabiensis, qui brevi vacare sperantur, non obstante ut in num. 1214, hac tamen conditione, ut reservatio beneficii ad collationem prioris de Ambileto nullius sit valoris, postquam canonicatum et praebendam ecclesiae Zagrabiensis assecutus fuerit. ,D. Auinione V kal. Februarii a. octavo.' Forma ut in n. 11.*

I
I ≡
.X X.

Avinione, 1350 Januarii 28.

Clementis VI A. VIII 5 (109) f. 286' n. 102, de praebendis vacaturis qu. 3 = V. 196 f. 53 n. 102. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 298.

1216. *Arnaldo de Lacaucina, qui in Ungariae et Poloniae regnis collector pro camera apostolica existit, providetur de parrochiali ecclesia vacanti de Lentilhaco, Caturcensis diocesis, non obstante, quod in Cracoviensi scholastriam, quae dignitas est, et in ea ac in Gneznensi* [a]) *et Titulensi, Colocensis diocesis, canonicatus et praebendas obtinet, et quod nuper ut asserit in Vratislaviensi ecclesiis de canonicatu et praebenda tunc vacantibus ei auctoritate apostolica provisum est; insuper dispensatur cum eo, ut eandem parrochialem ecclesiam una cum illa scholastria licite retinere possit. ,D. Auinione kal. Februarii a. octavo.' Forma ut in n. 178.*

≡ V
.X X.

Avinione, 1350 Februarii 1.

Clementis VI A. VIII/2 (106) f. 551', de beneficiis vacantibus qu. 22 = V. 193 f. 261' n. 1159. — a) ,Gesnensi' A.

1217. *Carolus, rex Romanorum, supplicat, quatenus Rudolpho dicto Losse de praepositura in ecclesia Naumburgensi vacante provideatur.*

Avinione, 1350 Februarii 3.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, rex Romanorum, quatenus dilecto familiari et consiliario suo Rodolfo dicto Losse, officiali Treuerensi et sedis apostolice capellano, de prepositura ecclesie Nuemburgensis, in qua auctoritate dictarum litterarum vestrarum canonicatum obtinet ac prebendam, dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura cum clausula etc. per eleccionem etc. diucius exspectavit, vacante per obitum Vlrici de Frekeleyvin, qui in partibus illis [a]) decessit et eandem preposituram ultimo tenuit, quam quidem preposituram vigore dictarum litterarum per procuratorem suum in partibus acceptavit, dignemini, eciam si fuerit generaliter vel specialiter reservata, et si per alium de facto occupetur, providere, dispensantes nichilominus cum eodem, ut decanatum Maguntinensem, de quo sibi per S. V. dudum provisum fuit, possit eciam cum dicta prepositura et aliis beneficiis suis alias ad invicem compassibilibus insimul licite retinere, et quod possit huiusmodi sua beneficia et non obstancia exprimere in vicecancellaria, cum executoribus et non obstantibus et ceteris clausulis oportunis.[b])

Fiat et dispensamus R. Sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione III non. Februarii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 151'. — a) ,in' S., corr. ab editore. b) sequitur ,et proximo precedente, quando S. V. fuerant super hoc littere regie presentate', sed cancell. S.

1218. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Nicolao dicto Taner de beneficio sine cura ad collationem abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii Pragensis et Venceslao Ottonis de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1350 Februarii 3.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti sibi Nicolai, nati dicti */sic/* Taner, clerici de Praga, specialem graciam facientes, de beneficio vel officio ecclesiastico sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatisse et conventus monasterii sancti Georii in castro Pragensi, cum clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus dignemini providere.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Wenceslao Ottonis, clerico Pragensis diocesis, [de][a]) canonicatu ecclesie Wissegradensis cum reservacione prebende in ea vacantis vel vacature, acceptacione etc. dignemini providere, cum omnibus clausulis et non obstantibus oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l., et remittere eis dignemini examen propter viarum discrimina et earum longitudinem. Fiat R. D. Auinione III non. Februarii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 151'. — a) deest in S., suppl. ab editore.

1219. *Nicolao dicto Taner, clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium sine cura, etiam si officium simplex existat, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii* [a]) *in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione III non. Februarii a. octavo.' — In e. m. decano sancti Egidii Pragensis et scholastico Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

| =
. X X .

Avinione, 1350 Februarii 3.

Clementis VI A. VIII/3 (107) f. 344', de beneficiis cum vel sine cura qu. 5 = V. 194 f. 172 n. 385. a) ,Georii' A.

1220. *Venceslao Ottonis providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione III non. Februarii a. octavo.' — In e. m. decano sancti Egidii Pragensis et sacristae Avinionensis ac scholastico maioris Pragensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

. X X . *Avinione, 1350 Februarii 3.*

Clementis VI A. VIII/1 (109) f. 428, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 194 f. 48′ n. 99.

1221. *Henricus, praepositus monasterii Sderasiensis, supplicat, quatenus parrochialis ecclesia de Maiori Bor cum quadam capella ibidem existenti et parrochialis ecclesia de Moravan monasterio suo incorporentur.*

Avinione, 1350 Februarii 3.

Supplicat S. V. devotus orator vester Henricus, prepositus monasterii Sderasiensis Sepulcri Dominici Jerosolimitani, civitatis Pragensis, ordinis sancti Augustini, quod olim iam longis transactis temporibus quidam nobilis illarum parcium parrochialem ecclesiam in Maiori Bor, Pragensis diocesis, in castrum erexit et incastellavit multaque super et iuxta eam edificia fecit et extra ac prope castrum seu locum ipsum aliam ecclesiam seu capellam de novo construxit, in qua extunc vice prime ecclesie supradicte parrochianis eiusdem et aliis divina fuerunt officia celebrata et adhuc celebrantur, et quod postmodum dictum castrum cum iure patronatus ipsarum ecclesiarum et nonnullis aliis bonis sibi adiacentibus ad dictum suum monasterium legitime pervenit, et quod aliqui dicti monasterii fratres in ipso castro continue commorantur. Quare humiliter supplicat dictus prepositus, quatenus sibi specialem graciam facientes, predictam antiquam parrochialem ecclesiam cum dicta alia ecclesia seu capella, que ab illa processit,[a]) ad hoc, ut plures fratres dicti monasterii in ipso castro ac melius et liberius residere possint cultusque divinus ibidem et in dictis ecclesiis augeatur, eidem monasterio in perpetuum unire et annectere dignemini, cum clausulis et non obstantibus oportunis et executoribus.

Possit fieri auctoritate apostolica per archiepiscopum Pragensem, si viderit expedire, super quo eius conscienciam oneramus R.

Item supplicat, quatenus institucionem factam per dominum Olomucensem episcopum de fratre Wenceslao, canonico dicti monasterii, in rectorem parrochialis ecclesie in Morawans, dicte diocesis, consuete ut plurimum per seculares clericos ad presentacionem prepositi et conventus dicti monasterii gubernari, dignemini ex certa sciencia confirmare omnemque supplere defectum, si quis in eadem intervenerit, de apostolice plenitudine potestatis ac eciam ordinare et dictis preposito et conventui indulgere, quod dicta ecclesia possit et debeat deinceps per canonicos dicti monasterii ad presentacionem prepositi et conventus ac institucionem episcopi predictorum in perpetuum gubernari, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, ut in alia.

R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Februarii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 155′. — [a]) corr. ex ‚possit' S.

1222. *Archiepiscopo Pragensi conceditur, ut monasterio Sepulcri Dominici Sderasiensi in Praga, ordinis sancti Augustini, parrochialem ecclesiam in Maiori Bor cum alia ecclesia ibidem constructa incorporare possit. ‚D. Auinione III non. Februarii a. octavo.'*

X
.X. *Avinione, 1350 Februarii 3.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 513', litterarum communium qu. 2 = V. 194 f. 446' n. 1610.

1223. *Episcopo Olomucensi conceditur ad supplicationem Henrici, praepositi monasterii Sderasiensis Pragensis, facultas, ut institutionem Venceslai [Ottonis],*[a]) *canonici ipsius monasterii, in rectorem parrochialis ecclesiae de Moravan,*[b]) *Olomucensis diocesis, confirmare et ordinare possit, ut eadem ecclesia deinceps per canonicos illius monasterii ad praesentationem praepositi et conventus Sderasiensis et episcopi Olomucensis institutionem in perpetuum gubernetur. ‚D. Auinione III non. Februarii a. octavo.'*

X
.X. *Avinione, 1350 Februarii 3.*

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 513', litterarum communium qu. 2 = V. 194 f. 446' n. 1609. — Ed. CDM. VIII n. 9. — [a]) deest in A. [b]) ‚Morawans' A.

1224. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus abbati monasterii Slavorum in Podskal concedatur, ut insigniis pontificalibus uti possit, item quatenus omnibus ecclesiam Pragensem et mensale ibidem conservatum visitantibus indulgentiae quaedam largiantur et cum fratre Ulrico Petri, canonico monasterii Gradicensis, super defectu natalium dispensetur.*

Avinione, 1350 Februarii 3.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi specialem graciam facientes, abbati et conventui [monasterii][a]) Sclauorum in Podstal, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, per dictum regem auctoritate S. V. de novo fundati, quod abbas dicti monasterii, qui est et pro tempore fuerit, mitra et annulo et aliis pontificalibus insigniis, quibus alii quicunque abbates utuntur, libere ac licite imperpetuum uti possit, dignemini indulgere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat sicut utuntur alii abbates R.

Item supplicat, quatenus, cum in ecclesia Pragensi existat certa pars mensalis, quod dominus noster habuit in cena, quam cum discipulis suis fecit in Parasceue, dignemini omnibus, qui ecclesiam et mensale predicta in die eiusdem cene annis singulis visitabunt, aliquam perpetuam indulgenciam elargiri.

Fiat de uno anno et una quadragena R.

Item supplicat, quatenus cum fratre Vlrico Petri, canonico monasterii Gradicensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de diacono genitus[b]) et soluta, ut eo non obstante in dicto vel aliis

ordinibus, ad quos eum canonice forsan transferri contingeret, locum et vocem in capitulo ac prioratum, officium seu administracionem aut dignitatem eciam abbacialem, si alias sibi canonice conferatur, vel ipsum ad eam eciam per eleccionem assumi contingat, libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare sibique concedere,[c]) quod in aliquibus graciis seu collacionibus aut provisionibus sibi vel de ipso faciendis de dicto defectu non teneatur facere mencionem, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Februarii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 158. — [a]) deest in S., suppl. ab editore. [b]) ‚genito' S., suppl. ab editore. [c]) ‚concedentes' S., emend. ab editore.

1225. *Abbati monasterii Sclavorum in Podskal,*[a]) *ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, eiusque successoribus conceditur, ut insigniis pontificalibus uti possint. ‚D. Auinione III non. Februarii p. n. a. octavo.'*

. L . *Avinione, 1350 Februarii 3.*

Originale in pergameno cum bulla plumbea in filo serico in archivio caes. r. aulico Vindobonensi. Registratum in A. VIII 1 (105) f. 347'. de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 194 f. 379 n. 1207. — E „registro Slavorum" ed. Pelzl, Karl IV I pag. 94 n. 85. Reg. in CDM. VIII n. 8. — [a]) ‚Podstal' Or.

1226. *Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Pragensem, partem mensalis, quod Jesus Christus habuit in coena, visuri, in festo Coenae Domini visitaverint, indulgentiae conceduntur. Forma ut in n. 261.*

. X̿ . *Avinione, 1350 Februarii 3.*

Clemens episcopus, servus servorum dei, universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benediccionem. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum eorum devota humilitas in salvatoris nostri redundare dinoscitur gloriam et honorem. Cum igitur sicut accepimus in Pragensi ecclesia quedam pars mensalis, quod dominus noster Jhesus Christus habuit in cena, quam ultimo[a]) cum discipulis suis fecit, existat: nos cupientes, ut ad salvatoris predicti decus et laudem pars mensalis predicta in ecclesia ipsa Pragensi congruis honoribus et condigna reverencia attollatur, et ut Christi fideles eo libencius ad ecclesiam ipsam, partem mensalis predictam visuri, causa devocionis accedant, quo ibidem uberioris dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam, partem mensalis predictam visuri, in [festo][b]) Cene Domini visitaverint, annuatim unum annum et unam quadragenam de iniunctis eis penitenciis,[c]) singulis videlicet[d]) Cene predicte diebus, quibus ecclesiam

predictam visitaverint ut prefertur, misericorditer relaxamus. D. Auinione III non. Februarii p. n. a. octavo.

Originale cum bulla plumbea in filo serico in archivo capituli Pragensis. In registris non fuit repertum. — [a]) lacuna 2·3 cm. in Or. [b]) deest in Or., suppl. ab editore; lacuna 2 cm. in Or. [c]) lacuna 1·7 cm. in Or. [d]) lacuna 1·5 cm. in Or.

1227. *Cum fratre Ulrico Petri, canonico monasterii Gradicensis, dispensatur super defectu natalium.*

X
.X. *Avinione, 1350 Februarii 3.*

D. f. Vlrico Petri, canonico monasterii Gradicensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, salutem etc. Etsi geniti ex copula, quam fedus matrimonii non excusat, illegitimi censeantur, illis tamen, qui geniture maculam per religionis observanciam, morum honestatem, studium laudabilis conversacionis et vite ac alia virtutum merita satagunt abolere, tanquam a domino graciam consecutis, libenter apostolice munificencie ianuam aperimus eosque benigne prosequimur prerogativa favoris et gracie specialis. Cum itaque, sicut ex tenore pro parte tua nobis exhibite peticionis accepimus, tu, qui monasterii Gradicensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, canonicus regularis existis, defectum natalium, quem pateris de diacono genitus et soluta, huiusmodi religionis observancia et aliis virtutum meritis recompenses, redimens favore virtutum, quod in te ortus odiosus ademit: nos volentes personam tuam premissorum meritorum intuitu necnon consideracione carissimi in Christo f. n. Karoli, Romani et Boemie regis illustris, pro te nobis in hac parte humiliter supplicantis, favore prosequi gracie specialis, tuis supplicacionibus inclinati, tecum, [ut] [a]) in dicto vel alio quolibet ordine, ad quem te, alias tamen canonice, transferri contigerit, ac in ipsorum ordinum monasteriis seu locis vocem et locum in capitulo habere ac prioratum, officium seu administracionem aut dignitatem eciam abbacialem, si tibi alias canonice conferatur, vel ad eam per eleccionem te assumi contigerit, libere recipere ac licite retinere valeas, defectu premisso et quibuscunque constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ordinum, monasteriorum seu locorum predictorum contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de specialis dono gracie tenore presencium dispensamus, tibi eciam nichilominus concedentes, quod in aliquibus graciis, collacionibus ac provisionibus, tibi vel de te inantea faciendis, de dicto defectu non tenearis aliquam facere mencionem. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis et concessionis infringere etc. D. Auinione III non. Februarii a. octavo.

Clementis VI A. VIII, 1 (105) f. 329', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 — V. 191 f. 362' n. 1117. — [a]) deest in A., suppl. ab editore.

1228. *Johannes de Hasenburg supplicat, quatenus fratri suo Wilhelmo Sbinconis de Hasenburg de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae provideatur, abbatissis et conventibus monasteriorum in Teplicz et sancti Georgii Pragensis privilegia confirmentur et conservatores concedantur, et Agnes Proticczonis de Waldeck in monasterio sancti Francisci Pragensis in monacham et sororem recipi mandetur.*

Avinione, 1350 Februarii 3.

Supplicat S. V. devotus f. v. Johannes de Hazenburch, baro regni Boemie. quatenus sibi in personam dilecti fratris sui Wilhelmi Sbynkonis de Hazenburch specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Wratislauiensis eidem dignemini providere, prebendam vero necnon dignitatem vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, ad collacionem, provisionem, presentacionem, eleccionem seu quamvis aliam disposicionem episcopi, prepositi, decani et capituli dicte Wratislauiensis ecclesie communiter vel divisim pertinens vel pertinencia, si que vel si qui aut si qua in dicta Wratislauiensi ecclesia aut civitate Wratislauiensi vacant ad presens, vel cum vacaverint, simul aut successive, |eidem conferendam reservare,|[a]) cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri, non obstante, quod idem Willhelmus in Babinbergensi et in Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac in Melnicensi ecclesiis, Pragensis diocesis, canonicatus et prebendas necnon et in ecclesia Pragensi canonicatum et prebendam sub expectacione vacature prebende noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.[1])

Item supplicant S. V. devote oratrices vestre abbatissa et conventus monasterii in Tepliez, ordinis sancti Benedicti. Pragensis diocesis,quatenus eis. ut liberius et quiecius in divinis atque aliis serviciis debitum domino impendere valeant famulatum. specialem graciam facientes, omnes libertates |et|[b]) immunitates, a predecessoribus vestris, Romanis pontificibus, sive per privilegia seu alias indulgencias eis et monasterio predicto concessas, necnon libertates et exempciones secularium exaccionum, a regibus et principibus aliisque Christi fidelibus, consuetudines quoque et observancias laudabiles eiusdem monasterii etc., a primeva institucione ipsius institutas, auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmantes et approbantes, decernere dignemini eas contra privilegia, indulgencias, libertates, exempciones ac consuetudines et observancias huiusmodi ab aliquibus nec debere neque posse indebite molestari vel perturbari ac irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Fiat R.

Item supplicant, quatenus eis conservatores concedere dignemini, qui eas contra privilegia, indulgencias, libertates, immunitates, exempciones, consuetudines et observancias laudabiles supradictas nec permittant ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam etc., ut in forma conservatoriarum.

Fiat ad quinquennium R.

Item supplicant S. V. devotissime oratrices vestre abbatissa et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, eiusdem ordinis atque diocesis,

quatenus privilegia, indulgencias, libertates, immunitates, exempciones, consuetudines et observancias laudabiles dicti monasterii dignemini in forma simili confirmare,[c]) eis conservatores in eadem forma concedendo.

Fiat de confirmacione et de conservatoribus[d]) ad quinquennium R.

Item supplicat eidem S. V. prefatus Johannes, quatenus sibi in personam Agnetis Procywczonis de Waldek, puelle litterate Pragensis diocesis, consanguinee sue, specialem graciam facientes, eandem Agnetam, cupientem in monasterio sancti Francisci Pragensis, ordinis sancte Clare, una cum abbatissa et conventu dicti monasterii sub regulari habitu domino famulari, mandare dignemini recipi in eodem monasterio, si in eo non sit, vel eciam si existat, certus monialium numerus, in monacham et sororem, ut in forma.

Fiat in forma R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione III non. Februarii a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 159′. — a) b) deest in S., suppl. ab editore. c) ,conferre, S., corr. ab editore. d) corr. ex ,confirmacione' S. — 1) Registratum erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

1229. *Carolo, regi Romanorum, ad litteras, quas Henricus, praepositus Sderasiensis Pragensis, ac Johannes de Hasenburg,[a]) miles Pragensis diocesis, ipsius nuntii, papae presentarunt, respondetur: in negotio Herbipolensis[b]) ecclesiae papam contra voluntatem nonnullorum cardinalium, „negocium ipsum omnino infactibile asserencium", petitioni eius annuisse, de subiectione vero ecclesiae Vratislaviensis adhuc plene respondere non posse, quia cancellarius Casimiri,[c]) regis Poloniae, ad impediendum votum Caroli in consistorio multa proposuerit. ,D. Auinione non. Februarii a. octavo.'*

Avinione, 1350 Februarii 5.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 142. — Ed. Theiner, MP. I n. 695, reg. Werunsky, Excerpta n. 231, Huber 781 n. 227. — a) ,Hasemburc' V. b) ,Erbipolensis' V. c) ,Kazimiri' V.

1230. *Johanni de Brandenburg providetur de canonicatu et praebenda ac scholastria in ecclesia sancti Servatii Traiectensis, Leodiensis diocesis, vacantibus. ,D. Auinione II id. Februarii a. octavo.' Forma ut in n. 4.*

. X X .

Avinione, 1350 Februarii 12.

Clementis VI A. VIII/2 (106) f. 600′, de beneficiis vacantibus qu. 24.

1231. *Episcopus Lubucensis[a]) et praepositus Pataviensis atque archidiaconus Boleslaviensis, Pragensis diocesis, ecclesiarum, constituuntur conservatores abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, usque ad quinquennium. ,D. Auinione VI non. Marcii a. octavo.' Forma ut in n. 92.[1])*

X
X
. X .

Avinione, 1350 Martii 2.

Clementis VI A. VIII/1 (105) f. 429, de conservatoriis qu. 1 et unicus = V. 194 f. 285′ n. 791. — a) ,Lubicensis' A. — 1) in margine nota: ,de camera' A.

1232. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, quatenus Beatricem, reginam Bohemiae, super dotalicio eius molestari non permittat.*

Avinione, 1350 Martii 8.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. s. etc. Credimus, fili carissime, quod ad carissimam in Christo filiam nostram Beatricem, reginam Boemie illustrem, novercam tuam, ex consideracione paterna et intuitu generis, ex quo duxit originem, zelum filialis habeas caritatis, et proinde illam apud te precibus non egere. Sed quoniam ipsa prout accepimus in constituto sibi dotalicio molestatur, nos id preter conscienciam tuam fieri probabiliter extimantes, serenitatem tuam attente rogamus, quatenus omnem molestiam, si qua infertur eidem regine super huiusmodi dotalicio aut alias quovis modo, faciens amoveri, sic eam premissorum intuitu et nostre intervencionis obtentu favorabiliter prosequaris, quod qualibet [a]) illata eidem regine sublata molestia, unde contentetur ipsa et unde nos ad graciarum merita serenitati tue assurgamus, proinde habeamus. D. Auinione VIII id. Marcii a. VIII.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 160. — a) ‚quamlibet' V.

1233. *Balduinus, archiepiscopus Treverensis, rogatur, ut apud Carolum, regem Romanorum, intercedat, ne Beatrici, reginae Bohemiae, nepti suae, super dotalicio eius molestia inferatur. ‚D. ut s. [Auinione VIII id. Marcii a. octavo.']* [1])

Avinione, 1350 Martii 8.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 160. — [1]) ut in V. 143 f. 160: ‚Carolo, regi Romanorum.'

1234. *Carolo, regi Romanorum, scribitur, super negotio ecclesiae Vratislaviensis nondum plene deliberatum esse.*

Avinione, 1350 Martii 22.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri. Super negocio ecclesie Wratislauiensis propter occupaciones varias emergentes nondum plene deliberare potuimus, propter quod d. f. Henrico, preposito Sderasiensi, Pragensis diocesis, capellano nostro, ad tuam regredi excellenciam appetenti, licenciam dedimus redeundi, intendentes quam cicius poterimus [a]) deliberacionem cum fratribus nostris super huiusmodi habere negocio illamque per d. f. Nicolaum, decanum ecclesie sancti Stephani Luthomericensis, dicte diocesis, qui remanet hic promoturus negocium, sicut habita fuerit, [b]) tibi celeriter destinare. D. Auinione XI kal. Aprilis a. octavo.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 187'. — a) suppl. in marg. V. b) ‚fuit' V., corr. ab editore.

1235. *Elisabeth, regina Ungariae, supplicat, quatenus certis personis infrascriptis absolutio plena in mortis articulo concedatur et Potoni quondam Pauli de Jaegerndorf in Pragensi ac Ulrico dicto Schoff in Vratislaviensi ecclesia de canonicatu sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1350 Aprilis 8.

Supplicat S. V. devota filia et oratrix vestra Elizabeth, regina Vngarie

. . . .

Item supplicat, quatenus personis infrascriptis, videlicet Nicolao de Panevoicz, custodi Wratislauiensi, fratri Egidio, confessori ipsius regine, ordinis Minorum, Demetrio de Mariad, clerico Vesprimiensis diocesis, Henrico dicto Honberth et Offce, eius uxori, Wratislauiensis diocesis, Lorando Stephlino et Hermanno, filiis Nicolai de Buda, dicte Vesprimiensis diocesis, ut confessor, quem ipsi et eorum quilibet duxerit eligendum, possit eorum cuilibet plenam remissionem omnium peccatorum suorum semel in mortis articulo auctoritate apostolica impartiri, dignemini indulgere, ut in forma.

Fiat R.

. . . .

Item supplicat, quatenus Botoni quondam Petri de Jegerdorf, fratri uterino Pauli, eius capellani et nuncii nunc presentis, de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservacione prebende ac dignitatis, officii vel personatus cum cura vel sine cura, vacantibus ad presens, vel cum simul aut successive vacaverint in ipsa ecclesia, cum acceptacione etc. dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.

. . . .

Item supplicat dicta regina, quatenus Vlrico dicto Schof de canonicatu ecclesie Vratislauiensis sub expectacione prebende vacantis vel vacature in dicta Wratislauiensi ecclesia cum acceptacionis, inhibicionis, decreti et anteferri clausulis dignemini providere, non obstante, quod alias per vestras certi tenoris litteras eidem Vlrico de canonicatu ecclesie Clomucensis sub expectacione prebende vacantis vel vacature in dicta Olomucensi ecclesia provideri mandastis, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI id. Aprilis a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 39'.

1236. *Nicolao de Panewicz,[a]) custodi ecclesiae Vratislaviensis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. octavo.' Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1350 Aprilis 8.

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 107 n. 474, de absolutione qu. 2 = V. 198 f. 263 n. 474. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 302. — [a]) ‚Panewitz' A.

1237. *Potoni,*[a]) *nato quondam Petri de Jaegerndorf,*[b]) *providetur ad supplicationem Elisabeth, reginae Ungariae, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. octavo.' — In e. m. episcopo Vratislaviensi et decano Vyssegradensis prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| = . X X . *Avinione, 1350 Aprilis 8.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 310 n. 141, de praebendis vacaturis qu. 4 = V. 196 f. 71 n. 141. — a) ‚Botoni' A. b) ‚Jegerdorf' A.

1238. *Ulrico dicto Schoff providetur ad supplicationem Elisabeth, reginae Ungariae, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1235. ‚D. Auinione VI id. Aprilis a. octavo.' — In e. m. abbati monasterii sanctae Mariae in Arena prope Vratislaviam et decano Glogoviensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

| = . X X . *Avinione, 1350 Aprilis 8.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 313' n. 147, de praebendis vacaturis qu. 4 = V. 196 f. 73 n. 147.

1239. *Henricus, praepositus monasterii Sderasiensis, supplicat, quatenus electio et confirmatio de ipso facta in praepositum eiusdem monasterii auctoritate apostolica confirmetur.*

Avinione, 1350 Aprilis 10.

Supplicat S. V. devotus orator vester Henricus, prepositus monasterii Sderasiensis Sepulcri Dominici prope Pragam, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, quatenus eleccionem dudum de ipso factam ad regimen dicti monasterii et confirmacionem inde secutam per b. m. dominum Petrum, patriarcham Jerosolimitanum, dignemini ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmare omnemque defectum, si quis in ea intervenerit, supplere de apostolice plenitudine potestatis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII id. Aprilis a. octavo.

Clementis VI S. VIII/1 (18) f. 41'.

1240. *Abbati Jerocensis et priori Portae Coeli in Vienna ac praeposito „Bernensis", per priorem et praepositum solitorum gubernari, monasteriorum, Pataviensis diocesis, mandatur, ut super intrusione Hinconis de Vlašim*[a]) *in abbatem monasterii Zabrdovicensis, Praemonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, ac dilapidatione bonorum ipsius monasterii, quae idem Hinco alienavit, faciant iustitiae complementum. ‚D. Auinione XVII kal. Maii a. octavo.'*

Gratis pro deo. *Avinione, 1350 Aprilis 15.*

Clementis VI A. VIII/6 (110) f. 464 n. 653, diversarum formarum qu. 8 = V. 198 f. 172' n. 653. — Ed. CDM. VIII n. 20. — a) ‚Blaschyn' A.

1241. *Friderico Eslarii, in presbyteratus ordine constituto, providetur de canonicatu ecclesiae Pataviensis sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., V non. Maii a. octavo.' — In e. m. abbati monasterii Lucensis prope Znoimam et praeposito Montis sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1350 Maii 3.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 330 n. 174, de praebendis vacaturis qu. 5 = V. 196 n. 174.

1242. *Carolus, rex Romanorum, et simili modo Balduinus, archiepiscopus Trerensis, rogantur, ut impedimenta, quae Beatrici,*[a]) *reginae Bohemiae, super dote a cl. m. Johanne, rege Bohemiae, constituta, inferuntur, amoveri faciant. ‚D. ut s. [apud Villamnouam, A. d., non. Maii a. octavo.]'* [1])

Apud Villamnovam, 1350 Maii 7.

Clementis VI V. 143 (secr. a. VIII) f. 198'. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 240, Huber 781 n. 229. [a]) ‚Johanne' V., corr. ab editore. — [1]) ut in fol. 198: ‚communi sc. Maceratensi'.

1243. *Johanni de Insula providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis vel personatus seu officii cum vel sine cura, si ad collationem episcopi Cracoviensis in eadem ecclesia vacant, vel cum simul aut successive vacaverint, non obstante, quod decanatum Vladislaviensis et ipsius ac Gneznensis, Vratislaviensis, Poznaniensis, Crusviciensis*[a]) *et beati Petri ecclesiarum, Vladislaviensis diocesis, canonicatus et praebendas obtinet, hac tamen conditione, ut decanatum illum dimittere teneatur, quamprimum vigore praesentium dignitatis vel personatus seu curati officii huiusmodi possessionem pacificam assecutus fuerit. ‚D. Auinione VII id. Maii a. octavo.' — In e. m. decano Glogoviensis ac archidiacono Legnicensi, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1350 Maii 9.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 215' n. 24, de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 195 f. 159' n. 24. — [a]) ‚Curuswiciensis' A.

1244. *Johanni Albifali providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Gneznensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis vel personatus seu officii cum vel sine cura ad collationem archiepiscopi Gneznensis, non obstante, quod in Vladislariensi cum custodia et in Crusviciensi*[a] *canonicatus et praebendas obtinet et auctoritate litterarum Clementis papae VI in Opoliensi ecclesiis, Vladislariensis et Vratislaviensis diocesium, dignitatem se asserit expectare, hac tamen conditione, ut, quamprimum vigore praesentium dignitatis vel personatus seu curati officii possessionem pacificam assecutus fuerit, praedictam custodiam dimittat, et ut litterae illae de expectatione dignitatis &c. et quaecunque inde secuta nullius roboris existant. ,D. Auinione VII id. Maii a. octavo.' Forma ut in n. 6.*

.X $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1350 Maii 9.*

Clementis VI A. VIII/5 (109) f. 216 n. 25, de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 195 f. 160 n. 25. — [a]) ,Curuswiciensi' A.

1245. *Ottoni de Rogiten, nato Guntheri de Russyn, providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Warmiensi vacantibus. ,D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Junii a. nono.' — In e. m. abbati monasterii sanctae Mariae in Arena prope Vratislaviam ac praeposito Pomesaniensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

.$\overline{X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}$. *Apud Villamnovam, 1350 Maii 21.*

Clementis VI A. IX/4 (114) f. 305' n. 30, de praebendis vacantibus qu. 1 = V. 204 f. 147 n. 29 (corr. ex ,30'!)

1246. *Ottoni de Russyn, canonico Warmiensi, conceditur, ut, in aliquo beneficiorum suorum residens vel insistens litterarum studio in loco, ubi studium generale existat, vel in Romana curia commorans, fructus beneficiorum suorum quorumcunque, quae obtinet seu obtinebit, etiam si curam habeant animarum, cum eadem integritate usque ad triennium percipere possit, quotidianis distributionibus exceptis, ac si in eisdem beneficiis personaliter resideret, nere ad residentiam personalem in eisdem teneatur. ,D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Junii a. nono.' — Executores ut supra in num. 1245. Forma ut in n. 454.*

.X $\overline{\overline{X}}$. *Apud Villamnovam, 1350 Maii 21.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 126, de fructibus percipiendis qu. 1 = V. 200 f. 237' n. 713.

1247. *Carolus, Romanorum rex, necnon abbatissa et capitulum saecularis ecclesiae sanctae Gertrudis Nivellensis, Leodiensis diocesis, supplicant, quatenus eisdem abbatissae et capitulo et ecclesiae nonnulla privilegia, ab imperatoribus et regibus Romanorum concessa, cum insertione tenoris privilegiorum eorundem confirmentur. ,Fiat et videatur in vicecancellaria R. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Junii a. nono.'*

Apud Villamnovam, 1350 Maii 21.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 2.

1248. *Anna, Romanorum et Bohemiae regina, et Johannes, comes de Eygenhan, supplicant, quatenus magistro Friderico dicto „Schwarzwald" (?)*[a]) *de Lunne, militari, clerico Osnaburgensis diocesis, de canonicatu ecclesiae Monasteriensis sub expectatione praebendae ac dignitatis vel oboedientiae vel personatus vel officii cum vel sine cura, etiam si ad illa consueverit quis per electionem assumi et maior post episcopalem existat, provideatur. ,Fiat R.*[1]) . . . . *D. Auinione non. Junii a. nono.'*

Avinione, 1350 Junii 5.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 12. — [a]) ,Sivartemalt' S. — [1]) litteras dd. Avinione, 1350 Julii 2, vide sub num. 1255.

1249. *Pragensis et Vyssegradensis decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum mandatur, ut circa Mathiam, natum quondam Tilmanni panificis dicti Duuel, monachum monasterii sanctae Mariae, vocati Plas, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, latorem praesentium, qui ab ordine suo apostatavit et per saeculum in habitu clerici saecularis incessit et adhuc evagando incedit, constitutionem Benedicti papae XII de apostatis observari faciant. ,D. Auinione IIII id. Junii a. nono.' Forma ut in n. 891.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1350 Junii 10.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 27' n. 105, diversarum formarum qu. 2, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 34' n. 106.

1250. *Alienord de Convenis supplicat, ut familiari suo Johanni Renchzini de Crossa de parrochiali ecclesia in Rudgerivilla vacante provideatur.*

Avinione, 1350 Junii 12.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Alienord de Conuenis, quatenus sibi in personam familiaris sui Johannis Renchzini de Crossa, Wratislauiensis diocesis, graciam specialem facientes, de parrochiali ecclesia in Rudgeri villa, cuius fructus, redditus et proventus in absencia summam vigintiquatuor florenorum non excedunt, dicte diocesis, vacante per mortem Nicolai dicti Plessel, qui in Romana curia diem suum clausit extremum, eidem Johanni dignemini cum omnibus suis iuribus et pertinenciis providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, ut in forma, et licet dicatur, quod ordinarius loci de dicto beneficio alium[a]) investiverit.

Fiat R. Et s. a. l. Fiat R. D. Auinione II id. Junii a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 50. — [a]) corr. ex ,olim' S.

1251. *Johanni Renchzini de Crossa providetur* [1] *de parrochiali ecclesia in Rudgerivilla vacante, ut in num. 1250 supplicatum extitit. ‚D. Auinione II id. Junii a. nono.' — In e. m. episcopo Lubucensi et abbati monasterii Saganensis, Vratislariensis diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 178.*

Avinione, 1350 Junii 12.

Clementis VI V. 205 f. 99′ n. 28, de beneficiis vacantibus; quaterni huiusmodi in A. deficiunt. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 293 — [1]) de supplicatione Alienordis de Convenis hic nulla fit mentio.

1252. *Carolus, Romanorum rex, supplicat, ut Rudolfo dicto Losse, capellano et consiliario suo, concedatur, ut canonicatus et praebendae ac decanatus ecclesiae Maguntinensis possessionem adipisci possit.*

Avinione, 1350 Junii 15.

Significat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum rex, quod dudum S. V. de canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Moguntine, quos dominus Gerlacus, archiepiscopus Moguntinus, tempore promocionis et consecracionis sue in ipsa ecclesia obtinebat, Rodolfo dicto Losse, officiali Treuerensi, sedis apostolice capellano et ipsius regis consiliario, providerit graciose et voluerit eciam de consensu predicti Rodolfi, quod ipse possessionem eorum adipisci non valeret, donec idem archiepiscopus possessionem administracionis bonorum et iurium archiepiscopatus sui foret pacifice assecutus vel ipsos canonicatum et prebendam ac decanatum libere dimitteret, idemque archiepiscopus administracionem spiritualium tocius civitatis et maioris partis diocesis suarum et nonnullorum bonorum temporalium dicte ecclesie adeptus existat. Quare supplicat rex predictus, quatenus memorato Rodolfo, ut ipse, predictis aut quacunque concessione, per S. V. eidem archiepiscopo facta de dictis canonicatu et prebenda ac decanatu retinendis aut eorum fructibus percipiendis, sub quacunque forma vel concessione verborum, quam habere dignemini pro expressa, nequaquam obstantibus, dictorum canonicatus et prebende ac decanatus possessionem adipisci et gaudere et executores sui in huiusmodi execucione negocii procedere libere valeant, salvis tamen grossis fructibus eorundem canonicatus, prebende et decanatus ipsi archiepiscopo, donec ipse maiorem partem administracionis temporalium sui archiepiscopatus assecutus fuerit aut super ipsis temporalibus seu maiori parte transegerit aut alias composuerit, dignemini concedere, cum omnibus clausulis et aliis non obstantibus oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVII kal. Julii a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 58.

1253. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Quidoni, episcopo, et ecclesiae Aquensi pro recuperatione quorundam castrorum, bonorum et iurum eiusdem ecclesiae auxiliis assistat et privilegia ipsius ecclesiae confirmet. ‚D. ut s. [Auinione XII kal. Julii a. nono.]'* [1])

Avinione, 1350 Junii 20.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 34. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 244, Huber 781 n. 230. — [1]) ut in f. 34: Johanni, archiepiscopo Mediolanensi.

1254. *Carolus, rex Romanorum, certior fit, quaedam castra, villas et bona, ad episcopum et ecclesiam Aquensem spectantia, et ipsam quoque civitatem Aquensem a nonnullis potentibus viris occupata esse, sicut ei Quido, episcopus Aquensis, clarius relaturus sit; quam ob rem rogatur, ut eidem episcopo in recuperatione bonorum et civitatis auxiliis assistat et privilegia ecclesiae Aquensis confirmet. ‚D. ut s. [Auinione IIII kal. Julii a. nono.]‘* [1])

Avinione, 1350 Junii 28.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 40. — [1]) ut in V. 144 f. 39': Cantacuzeno, imperatori Grecorum.

1255. *Frederico dicto „Schwarzwald“ (?)* [a], *de Lunne providetur ad supplicationem Annae, Romanorum et Bohemiae reginae,* [1]) *de canonicatu ecclesiae Monasteriensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis, oboedientiae vel personatus seu officii cum vel sine cura, si vacant in eadem ecclesia, vel cum vacaverint. ‚D. Auinione VI non. Julii a. nono.‘ Forma ut in n. 6.*

.X X.

Avinione, 1350 Julii 2.

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 37, de dignitatibus sub expectatione qu. 1 = V. 200 f. 1' n. 2. — a) ‚Swarcewall‘ A. — [1]) hanc supplicationem dd. Avinione, 1350 Junii 5, vide sub num. 1248.

1256. *Bohunco Předslai de Jilemnice,* [a]) *clerico Pragensis diocesis, qui de beneplacito papae ad partes regni Ungariae ducit se praesentialiter conferendum, conceduntur litterae securi conductus. ‚D. Auinione XII kal. Augusti a. nono.‘*

Avinione, 1350 Julii 21.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 50. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 246. — a) ‚Bohmicus Predslay de Gilemnicie‘ V.

1257. *Arnestus, archiepiscopus Pragensis, supplicat, quatenus sibi concedatur, ut nonnullos clericos et personas religiosas utriusque sexus a sententiis, quas incurrerant, absolvere, eis de novo providere et cum ipsis dispensare ac de fructibus male perceptis concordare possit.*

Avinione, 1350 Augusti 17.

Significat S. V. humilis et devota creatura vestra Arnestus, archiepiscopus Pragensis, quod, cum prochdolor nonnulli clerici et religiosi utriusque sexus, exempti et non exempti, sue civitatis et diocesis, in minori etate constituti, ut per secularis potestatis intrusionem vel abusum vel symoniace aut quomodolibet illegitime sunt beneficia ecclesiastica assecuti et adepti vel ad religionem recepti necnon aliqui maioribus sentenciis ligati, quorum excessus propter multitudinem et secularem potenciam, scandalum ac probacionum penuriam, quia pro maiori parte talium excessus sunt occulti, nec aliquis accusator apparet,

non valet punire nec beneficiis privare, et contra conscienciam periculosum sit ipsos tollerare et ipsorum ruinam aspicere, cum forsan multi propter viarum discrimina, defectum expensarum, gravitatem accessus ac venie desperacionem a predicta S. V. nunquam sint absolucionis ac dispensacionis beneficium petituri. Quare supplicat eidem S. V. idem archiepiscopus, quatenus sibi in personas ipsorum specialem graciam facientes et tam ipsius periculo quam saluti animarum predictorum clementer providentes, eidem archiepiscopo dignemini committere, concedere et indulgere, ut auctoritate prefate S. V. valeat ipsos a sentenciis excommunicacionis, interdicti et irregularitate absolvere et super irregularitatibus inde contractis, ac ut in beneficiis et religionibus sic adeptis licite remanere valeant, dispensare et habilitare fructusque remittere sic perceptos, vel cum ipsis super restitucione fructuum camere S. V. assignandorum concordare et ad restitucionem compellere, cum omnibus clausulis necessariis et oportunis possit absolvere, dispensare, de novo providere, de fructibus male perceptis concordare et partem remittere, vocato collectore.

R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 111′.

1258. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, conceditur, ut personas ecclesiasticas, quarum defectus in num. 1257 exponuntur, ab excommunicationis sententiis hac vice dumtaxat iuxta ecclesiae formam, si id humiliter petierint, absolvere et cum eis super irregularitatibus inde contractis et etiam, ut beneficia, quae taliter sunt adeptae, eis tamen primitus et realiter omnino dimissis, si eis alias canonice conferantur, recipere et retinere atque etiam in religionibus, in quibus sic receptae sunt, remanere libere et licite possint, dispensare easque ad haec habilitare ac illis ex dictis personis, quae dicta beneficia dimiserint, de ipsis beneficiis, si in eis non sit alicui specialiter ius quaesitum dictaeque personae alias sint idoneae, de novo providere possit. ,D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.‘*

.C. *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 246′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 201 f. 70 n. 1120. — Ed. CDM. VIII n. 102, sed errore sub data 1351 Augusti 19!

1259. *Arnestus, archiepiscopus Pragensis, supplicat, ut sibi concedatur, quatenus de duodecim beneficiis cum vel sine cura, vacantibus vel vacaturis, singulis personis providere possit.*

Avinione, 1350 Augusti 17.

Significat S. V. humilis et devota creatura vestra Arnestus, archiepiscopus Pragensis, quod, cum propter multitudinem expectancium et cotidie a S. V. impetrancium in beneficiorum collacione, ad ipsum iure ordinario spectancium, in tantum gravatus existit, quod nulli ex familiaribus suis, alias tamen benemeritis et nondum beneficiatis, potest aliquatenus providere. Quare eidem S. V. idem archiepiscopus supplicat humiliter et devote, quatenus sibi specialem graciam

facientes, ut [de][a]) duodecim beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, eciam si dignitates, personatus vel officia existant, ad ipsius archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis communiter et divisim in eadem ecclesia vel extra collacionem, presentacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem spectantibus, vacantibus ad presens vel quamprimum vacaturis, possit singulis personis idoneis, eciam tria beneficia ecclesiastica obtinentibus, quorum eciam unum curatum aut dignitas existat, dum tamen simul se compaciantur, providere auctoritate apostolica valeat, eidem archiepiscopo dignemini indulgere, cum omnibus clausulis etc., contradictores etc.

Fiat de sex simplicibus et de duabus dignitatibus, personatibus vel officiis R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 111'. — [a]) deest in S., suppl. ab editore.

1260. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, conceditur, ut auctoritate apostolica hac vice dumtaxat octo beneficia ecclesiastica cum vel sine cura, etiam si duo eorum dignitates vel personatus seu officia existant, ad archiepiscopi et praepositi, decani et capituli Pragensis collationem spectantia, si in ecclesia Pragensi vel extra vacant, vel cum vacaverint, quae singulae octo personae idoneae, quas ad hoc duxerit eligendas, etiam si quaelibet earum tria beneficia ecclesiastica, etiam si unum eorum curatum aut dignitas existat, obtineat, per se vel procuratores suos acceptanda duxerint, eisdem personis reservare possit. ‚D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.' Forma ut in n. 989.*

.XXX.[1]) *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 38 n. 511, diversarum formarum qu. 6, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 110 n. 510 (sic!). — [1]) sic in rubricis A.

1261. *Fridericus Stromaieri de Norimberga supplicat, quatenus secum dispensetur, ut plura beneficia ad invicem compassibilia simul obtinere ipsaque permutare, dimittere et alia recipere possit.*

Avinione, 1350 Augusti 17.

Supplicat S. V. devotus f. v. Fridericus Stromarii de Nurenberg, clericus Bambergensis diocesis, quod, cum ipse defectum paciatur natalium, de coniugata genitus et soluto, secumque auctoritate apostolica dispensatum sit, quod ipse non obstante huiusmodi defectu ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum curatum vel non curatum obtinere valeat, ipseque nunc eadem autoritate expectet beneficium ecclesiasticum curatum vel non curatum, spectans communiter vel divisim ad collacionem prepositi, decani et capituli Wissegradensis prope Pragam, et post hec eciam eadem auctoritate tacito de predicto defectu per litteras apostolicas expectare ceperit et adhuc expectet similiter beneficium ecclesiasticum curatum vel non curatum, spectans communiter vel divisim ad collacionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli Pragensis, quamprimum vacaverit in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi, acceptandum:

quatenus eidem Friderico huiusmodi graciam ad collacionem archiepiscopi, prepositi, decani et capituli de novo facere et eciam cum eodem. ut huiusmodi defectu natalium et aliis, que premissa sunt, non obstantibus predicta beneficia ecclesiastica [a]) et simul cum eis tercium beneficium ecclesiasticum, eciam alia tria simul ad invicem compassibilia, eciam si dig nitates, personatus, officia et administraciones in ecclesia non [b]) cathedrali vel canonicatus ecclesie cathedralis existant, et ad ea vel eorum aliquod quis consueverit [c]) per eleccionem assumi, obtinere et assequi valeat ipsaque obtenta vel obtinenda cum aliis beneficiis ecclesiasticis, alias tamen canonice, permutare illaque dimittere et alia recipere, prout oportunum fuerit, dignemini misericorditer dispensare, quodque in talibus beneficiis et graciis per ipsum deinceps a sede apostolica impetrandis de predicto defectu mencionem facere minime teneatur, non obstantibus constitucionibus generalibus vel specialibus seu aliis iuribus in contrarium quibuscunque, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat ut petitur consideracione regis Romanorum, cuius est nuncius R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 115′. — a) sequitur ‚beneficia‘, sed cancellatum S. b) suppl. supra S. c) ‚consuerunt‘ S.

1262. *Cum Friderico Stromaieri de Norimberga,* [a]) *clerico Bambergensis diocesis, dispensatur ex causis in num. 1261 expositis et „consideracione c. in Ch. f. n. Caroli, Romanorum et Boemie regis illustris, cuius ad nos nuncius destinatus existis“, super defectu natalium, ut duo alia beneficia ecclesiastica simul cum beneficio, quod potest rigore primae dispensationis huiusmodi obtinere, vel alia tria simul ad invicem compassibilia, etiam si unum illorum dignitas, personatus aut officium existat et ad illam vel illum seu illud consueverit quis per electionem assumi, et in collegiata, non tamen cathedrali, vel canonicatus in cathedralibus ecclesiis fore noscantur, obtinere illaque obtenta vel inantea obtinenda ex causa permutationis vel alias dimittere et alia loco dimissorum, prout oportunum fuerit, libere recipere et licite retinere possit, et conceditur ei, ne in gratiis per eum deinceps a sede apostolica impetrandis de illo defectu mentionem facere teneatur.* ‚*D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.*‘

. XX . [1]) *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 36 n. 424, diversarum formarum qu. 5, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 91 n. 423. — a) ‚Nurenberg‘ V. — 1) sic in rubricis A.

1263. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus sibi et nonnullis aliis personis quaedam gratiae concedantur.*

Avinione, 1350 Augusti 17.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus, cum ipse desideret et intendat, [ut] [a]) ad reverenciam salvatoris et domini nostri Jhesu Christi suique cultus et nominis exaltacionem unus ex clavis, cum quibus

idem salvator crucifixus, et lancea, cum qua latus eius perforatum extitit, et nonnulle alie reliquie eiusdem salvatoris et nonnullorum sanctorum suorum reliquie, que sanctuaria sacri Romani imperii nuncupantur, et que idem rex in sua custodia et potestate habet, certis diebus solempnibus omni populo ostendantur: dignemini omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad videndum ipsa sanctuaria, ubicunque fuerint, diebus ipsis, quibus ut premittitur ostendentur, causa devocionis accesserint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitenciis dignemini misericorditer relaxare.

Fiat semel tantum in anno R.

Item supplicat, quatenus, cum ecclesia Luthomericensis, Pragensis diocesis, que valde magna et honorabilis [b]) existebat, propter vetustatem ipsius iam in parte corruerit et ruinam totalem residui comminetur, et propterea prepositus, decanus et capitulum ipsius ecclesie ad illius intendant reparacionem, sitque opus ipsum adeo sumptuosum, quod sine suffragiis aliorum Christi fidelium usque ad longissimum tempus perfici et compleri [c]) non posset: dignemini omnibus, qui ad fabricam et reparacionem predictam manus porrexerint adiutrices, tot annos et tot quadragenas ut supra usque ad decennium dignemini misericorditer elargiri, eisdem preposito, decano et capitulo de uberioris dono gracie concedentes, quod huiusmodi indulgencia per proprios questores ad querendum prefata suffragia per Pragensem, Salzeburgensem [d]) ac Magdeburgensem, Gneznensem [e]) provincias per dictum temporis [f]) spacium valeat destinare, metropolitani aut diocesani loci contradiccione qualibet non obstante.

Fiat de uno anno et una quadragena in forma R.

Item supplicat eidem S. V. devotus f. v. Nicolaus, decanus Luthomericensis, Pragensis diocesis, prefati domini regis Romanorum familiaris et capellanus, quatenus ipsi Nicolao necnon Riuino et Andree de Nesper, (?) devoti vestri archiepiscopi Pragensis capellanis, ac duodecim personis, quas idem Nicolaus nominaverit, dignemini concedere et indulgere, ut possint confessores eligere, qui ipsos semel in articulo mortis auctoritate S. V. absolvere valeant, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX 1 (20) f. 116. — a) deest in S., suppl. ab editore. b) ‚et honorabilis' suppl. supra S. c) ‚complere' S. d) ‚Salceymgen' S. e) ‚Gneznen' S. f) ‚tempus' S.

1264. *Omnibus, qui devote accesserint ad videnda sanctuaria sacri Romani imperii, videlicet unum ex clavis, cum quibus Salvator crucifixus est, et lanceam, cum qua eius latus perforatum extitit, et nonnullas alias eiusdem Salvatoris et aliorum sanctorum reliquias, quas Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, sub sua custodia et potestate habet et certis diebus sollennibus anni populo illuc confluenti ostendit hactenus et proponit ostendere in futurum, conceduntur, semel tantum in anno, indulgentiae septem annorum et septem quadragenarum. ‚D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.'*

.XII. [1]) *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 15 n. 813, diversarum formarum qu. 10, rubrica sola (quaternus deficit): litterae in V. 203 f. 178' n. 812 (sic!). — 1) sic in rubricis A.

1265. *Omnibus, qui manus adiutrices porrexerint fabricae ecclesiae Litomericensis,*[a]) *Pragensis diocesis, quae propter vetustatem pro parte corruit et ruinam totalis residui comminatur, et cuius reparationem praepositus, decanus et capitulum soli perficere non possunt, conceduntur indulgentiae unius anni et unius quadragenae, „presentibus post decennium minime valituris, quas mitti per questuarios districcius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes.*
D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.“

.X. [1]) *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX, 3 (113) f. 45 n. 812, diversarum formarum qu. 10, rubrica sola (quaternus deficit): litterae in V. 203 f. 178' n. 811 (sic!). — a) ‚Luthomeriensis' V. — 1) sic in rubricis A.

1266. *Johannes quondam Merbothae de Hororicz et Henricus quondam Bartholomaei de Koporeč supplicant, ut secum super irregularitate dispensetur.*

Avinione, 1350 Augusti 17.

Significat S. V. humilis orator vester Johannes quondam Merbote de Horarviez, clericus Pragensis diocesis, quod, cum, ipso existente in studio et morante in domo cuiusdam tabernatoris, ab ipso tabernatore plures displicencias una cum sodalibus percepissent et iniurias passi fuissent, una dierum deliberarunt ipsum tabernatorem baculis verberare et taliter castigare in recompensam molestiarum, ut ulterius ipsos non presumeret [a]) molestare. Et habita deliberacione intraverunt domum ipsius tabernarii, animo ipsum verberandi, sed non interficiendi nec mutilandi, et cum intrassent, invenerunt eum dormientem, et ipso excitato a sompno verbis obprobriosis ipsum allocuti sunt, deinde idem Johannes ad instigacionem sociorum suorum prefatum tabernarium manu ad capud percussit. Qui tabernarius, ira motus, evaginato cultello ipsum Johannem conabatur vulnerare et forsan interficere; qui Johannes, videns periculum mortis sibi imminere nec commode valens effugere, manum prefato tabernario, ne ipsum vulneraret, tenuit. Interim unus ex sociis accurrens baculo dictum tabernarium in capud verberavit et deficiente sibi baculo et cadente ipsum sepedictum tabernarium socius ipsius Johannis et ipso Johanne inscio cultello vulneravit, propter quod die tercia exspiravit. Quapropter dictus Jo[hannes] timet notam irregularitatis incurrisse. Quare supplicat eidem S. V. humiliter et devote, quatenus sibi divino compacientes affectu, cum scolaris sit et totum tempus suum in studio expenderit, ne mendicare cogatur, cum laborare nesciat nec possit, dignemini declarare ipsum propter premissa nullam irregularitatem incurrisse et, si quam incurrit, secum super ipsa misericorditer dispensare, ut possit in susceptis et suscipiendis ordinibus ministrare et ad sacerdocium promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum.

Possit in minoribus ordinibus ministrare et habere unum beneficium sine cura R.

Item significat S. V. devotus orator vester Henricus quondam Bartholomei de Copertecz, pauper clericus Pragensis diocesis, quod [b]) una die ipso eunte et iam quasi in crepusculo ad hospicium suum, in quo solebat morari, quidam socii

sui casu ei obviantes dixerunt: Henrice, venias nobiscum! Qui cum ab ipsis peteret, quo vellent ire, responderunt: Ad hospicium nostrum consuetum; sed quia quidam socius noster fuit fugatus per quosdam laicos et nobis parantur [c]) insidie et ideo timemus ita pauci et soli ire, quare rogamus, ut associetis nobis. Qui Henricus ad magis sibi specialem socium dixit: Associemur ipsis usque ad hospicium eorum et deinde revertamur ad domum nostram. Sicque cum ipsis processit sine intencione alicuius mali. Quibus sic procedentibus, duo ipsorum sociorum precesserunt cantando, quos laici eorumque inimici audientes, armata manu invaserunt. Tandem clerici, volentes laicis cedere, unus ipsorum cecidit, quem laici inceperunt ensibus verberare. Quod Henricus predictus videns et timens periculum mortis eidem socio suo imminere, cum quodam ligno accurrit et dictos laicos ab eo repulit. Interim unus clericorum accurrens unum ex laicis cum lancea vulneravit, ipso tamen Henrico inscio, propter quod idem laicus die tercia expiravit. De qua morte dictus Henricus lesam habens conscienciam et timens ex hoc notam irregularitatis incurrisse, ad pedes S. V. accessit humiliter supplicans, quatenus dignemini declarare ipsum propter premissa nullam irregularitatem incurrisse, et si quam incurrit, secum super ipsa misericorditer dispensare, ut possit in susceptis et in suscipiendis ordinibus ministrare et ad sacerdocium promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum.

Possit per archiepiscopum Pragensem, si sit ita, dispensari, et si viderit expedire, super quo etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX 1 (20) f. 116'. — [a]) ‚presumpmeret' S. [b]) sequitur ‚cum' S., emend. ab editore. [c]) ‚parant' S.

1267. *Cum Johanne, nato quondam Merbothae de Hořoriez,[a]) clerico Pragensis diocesis, dispensatur super irregularitate, quam ex causis in num. 1266 expositis incurrerat, ut in minoribus dumtaxat ordinibus ministrare ac unum beneficium sine cura obtinere possit. ‚D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.'*

.XX. [1]) *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 32 n. 260, diversarum formarum qu. 4, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 61' n. 260. — [a] ‚Horawiz' V. — [1] sic in rubricis A.

1268. *Archiepiscopo Pragensi conceditur, ut cum Henrico, nato quondam Bartholomaei de Koporeč,[a]) clerico suae diocesis, super irregularitate dispenset, prout in num. 1266 ex causis ibidem expositis supplicatum est. ‚D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.'*

.XX. [1]) *Avinione, 1350 Augusti 17.*

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 32 n. 262, diversarum formarum qu. 4, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 62 n. 262. — [a]) ‚Coptetz' V. — [1]) sic in rubricis A.

1269. *Bohutae,*[a]) *archidiacono Curimensi in ecclesia Pragensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XVI kal. Septembris a. nono.' Forma ut in n. 65.*

.X.

Avinione, 1350 Augusti 17.

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 541 n. 2557, de absolutione qu. 5 — V. 203 f. 306 n. 2557. — a) ‚Behute' A.

1270. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, mandatur, ut Nicolaum Laurentii, civem Romanum, sub fida et tuta custodia ad curiam destinari vel caute custodiri procuret.*

Avinione, 1350 Augusti 17.

V. f. Ernesto, archiepiscopo Pragensi, s. etc. Salvatori nostro, qui adversus ecclesiam suam, quam solus ipse fundavit et rexit, portas inferi prevalere non sinit, gracias agimus, quod ipse illum filium Belial, Nicolaum Laurencii, civem Romanum, perniciosum utique ac nocivum, qui adversus eandem ecclesiam et fidem catholicam multa erronea pollutis labiis imprudenter evomens iusto iudicio meruit de heresi condempnari, in manibus c. in Ch. f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, miraculose conclusit. Sed et tue quoque devocionis industriam, que circa detencionem et mittendam nobis confessionem ipsius cautelam adhibuit, dignis prosequentes accionibus graciarum, illam requirimus et hortamur attente, rogantes ac per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem hominem nequam ad nos sub fida et tuta custodia destinari procures, provisurus attente, quod in missione ipsius nullum possit periculum imminere, alioquin sic eum caute et tute facias custodiri, usquequo miserimus pro eodem, quod nullo modo libertatis beneficium quavis subrepcionis astucia consequatur. Timemus enim verisimiliter, quod, si elabi contigerit[a]) forte ipsum, peiora prioribus novissima sua forent. Ceterum ad alia, que tua nobis fraternitas intimavit, tibi per dilectum filium[b]) . . . ., nuncium tuum, cum ad te redierit, respondebimus seriose. D. ut s. [Auinione XVI kal. Septembris a. nono.][1])

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 82. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 253; Huber 781 n. 232. — a) ‚contingerit' V. b) sequitur ‚seriose', sed cancellatum, et lacuna 5—6 cm. V. — 1) ut in V. 144 f. 81: Philippo, nato Philippi, regis Franciae, duci Aurelianensi.

1271. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Arnesto, archiepiscopo Pragensi, auxiliis assistat, ne Nicolaus Laurentii, civis Romanus, libertatis beneficium consequatur. ‚Super quibus et aliis per dilectum filium Fredericum, secretarium tuum, cum ad te redierit, dante domino plenius rescribemus. D. ut s. [Auinione XVI kal. Septembris a. nono.']* [1])

Avinione, 1350 Augusti 17.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 82. — Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI pag. 397 § 5, Theiner, Codex dom. temp. II, 201, Huber 506 n. 29. — 1) ut in V. 144 f. 82, apud nos num. 1270.

1272. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, iterum mandatur, ut Nicolaum Laurentii, civem Romanum, ad curiam destinari aut bene custodiri procuret.*

Avinione, 1350 Augusti 18.

V. f. Ernesto, archiepiscopo Pragensi, s. etc. Salvatori nostro, qui adversus ecclesiam suam sanctam, quam solus ipse fundavit et rexit, portas inferi prevalere non sinit, gracias agimus, quod ipse illum filium Belial, nequicie patrem, Nicolaum Laurencii, civem Romanum perniciosum utique ac nocivum, qui contra eandem ecclesiam et fidem catholicam multa erronea pollutis labiis imprudenter evomens, per v. f. n. Bertrandi, Sabinensis, tunc tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, primo et subsequenter b. m. Anibaldi, Tusculanensis episcoporum, in illis partibus tunc sedis apostolice legatorum, sentencias, que nulla prorsus appellacione suspense in rem transiverunt iudicatam, meruit de heresi condempnari, per c. in Ch. f. n. Karoli, regis Romanorum illustris, auxiliarem potenciam in manibus tuis miraculose conclusit. Sed et tue quoque devocionis industriam, que circa habitacionem ipsius et ab eo confessionem suam, quam prius eidem regi in scriptis tradiderat, in testimonio publico iudicialiter extorquendam et missionem eius eciam cautelam adhibuit diligentem, eo prosequimur plenioribus accionibus graciarum eoque attollimus laudis preconio pocioris, quo in hoc deo, nobis et eidem ecclesie gracius et accepcius obsequium prestitisti et quo eidem pestifero homini iniquitate mentita quietem advertimus eidem ecclesie tuo ministerio reparatam, quam ille temptaverat multifarie multisque modis hactenus perturbare. Quocirca fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes, quatenus eundem Nicolaum ad nos sub fida, tuta et diligenti custodia destinare procures, alioquin eum cum omni cautela facias custodiri, ita quod nullius surrepcionis aut fraudis astucia vel alia via qualibet libertatis beneficium consequatur, rescripturus nobis per litteras tuas statim, quicquid egeris in premissis, particulariter et distincte,[a]) ut eisdem litteris tuis habitis aut pro eo conducendo secure huc aliquos destinemus aut transmittamus tibi articulos, super quibus inquisicionem tuam formare poteris contra ipsum. Ceterum ad alia, que prefati regis negocia contingebant, nobis per d. f. Fredericum, priorem monasterii[b]) . . . ., Cartusiensis ordinis,[c]) . . . . diocesis, nunccium tuum, latorem presencium, pro tui parte relata, tibi per eundem priorem oretenus duximus respondendum, sicut ipse tibi clarius explicabit. D. ut s. [Auinione XV kal. Septembris a. nono.] [1])

Clementis VI V. 114 (secr. a. IX) f. 84. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 252. — [a]) ‚destinare' V., corr. ab editore. [b]) sequitur lacuna in V. [c]) sequitur lacuna in V. — [1]) ut f. 83: Philippo, regi Franciae.

1273. *Anna, Romanorum et Bohemiae regina, supplicat, quatenus sibi et familiaribus suis nonnullae gratiae concedantur.*

Avinione, 1350 Augusti 19.

Supplicat S. V. devota filia vestra Anna, Romanorum et Boemie regina, quatenus sibi, ut in omnibus locis ac eciam horis ante diem et in locis interdictis divina faciat[a]) celebrare, concedere dignemini, ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat predicta regina, quatenus sibi et Yrmegade, comitisse de Nassau, et Chonrado Kennmaterii, militi, magistro camere ipsius regine, plenam remissionem omnium suorum peccatorum a pena et a culpa semel tantum in mortis articulo concedere dignemini, ut in forma.

Fiat R.

Item supplicat regina predicta, quatenus sibi in personam dilecti sui capellani Swatoslai de Notolig, Pragensis diocesis, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Boleslawiensis, dicte diocesis, cum plenitudine iuris canonici eidem conferendis, prebendam vero, si que vacat ad presens, vel cum vacaverit, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis universis dignemini reservare ac eciam eidem de predictis canonicatu et prebenda providere, non obstante, quod canonicatum et prebendam in ecclesia Sactzensi, Pragensis diocesis, et mediam prebendam in ecclesia Pragensi, pro qua litigat in curia Romana, noscatur obtinere, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R.

Item supplicat in personam dilecti familiaris sui Johannis Cuttelerii, clerici Pragensis diocesis, quatenus eidem Johanni specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Georgii in castro Pragensi, vacantibus ad presens vel proximo vacaturis,[b] eidem providere dignemini, cum acceptacione etc., decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat in personam dilecti familiaris sui Johannis, nati Keumaterii, militis, Ratisponensis diocesis clerici, de canonicatu et prebenda ecclesie Ratisponensis predicte sub expectacione ut supra eidem Johanni dignemini providere.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 122. — [a]) ‚faciant' S. [b]) sequitur: ‚si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit' S., emend ab editore.

1274. *Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, indulgetur, ut missam, antequam illucescat dies, per proprium vel alium sacerdotem idoneum celebrari facere possit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' Forma ut in n. 444.*

. X . *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 219', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 201 f. 46 n. 1031.

1275. *Eidem indulgetur, ut etiam in locis ecclesiastico interdicto suppositis missam et alia divina officia coram se familiaribusque suis domesticis celebrari facere possit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

. X . *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 219', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 201 f. 46 n. 1032.

1276. *Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, conceditur absolutio plene in mortis articulo. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' Forma ut in n. 65.*

[1]) *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 429, de absolutione qu. 2 = V. 200 f. 281′ sine numero. — [1]) taxatio deest in A.!

1277. *Svatoslao de Netoliez providetur ad supplicationem Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, cuius est capellanus, de canonicatu ecclesiae Boleslaviensis, Pragensis diocesis, sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 1273. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' — In e. m. Maioris et sancti Egidii Pragensis decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI V. 205 f. 31 n. 74, de praebendis vacaturis; quaterni isti in A. deficiunt.

1278. *Johanni Kemnaterii providetur ad supplicationem Annae, Romanorum et Bohemiae reginae, cuius est familiaris, de canonicatu ecclesiae Ratisponensis sub expectatione praebendae. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' Forma ut in n. 6.*

| | = .X X. *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 100, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 200 f. 44′ n. 134.

1279. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut nonnullis personis gratiae quaedam concedantur.*

Avinione, 1350 Augusti 19.

Exponit S. V. devotus v. f. Karolus, Romanorum et Boemie rex, ex parte dilecti sui germani Johannis, marchionis Morauie, et Margarete, filie Nicolay, ducis Oppauie, coniugum, Olomucensis diocesis, qui olim sciverunt existere impedimentum inter eos, quare matrimonialiter non possent copulari, videlicet tercium gradum consanguinitatis ex parte patris, |sed tamen|[a]) matrimonium per verba de presenti more patrie sollenniter contraxerunt illudque per carnalem copulam consummarunt, propter quod sentencias excommunicacionis et alias penas, in tales a iure generaliter promulgatas, se timent incidisse; |quare|[b]) supplicat prefatus rex, ut in dicto matrimonio predicti coniuges possint licite remanere, constitucionibus et statutis in contrarium editis non obstantibus, apostolica auctoritate dignemini dispensare ac ipsos a predictis sentenciis absolvere, in quas occasione premissorum incurrerunt, prolem vero susceptam ac suscipiendam legitimam decernendo, ut in forma.

Fiat per diocesanum, ipsis ad tempus separatis et iniuncta bona penitencia, et quod dotent et fundent duas capellas, quamlibet de quadraginta florenis, infra biennium, et alias in forma R.

Exponunt S. V. devotus vester Karolus, rex ut supra, et devota vestra creatura Johannes, episcopus Olomucensis, predicti, quia, de propria salute cogitantes et cupientes terrena pro celestibus et transitoria pro eternis salubri commercio commutare, de parrochiali ecclesia in Pustimir, sue Olomucensis diocesis, cuius collacio [et] c) provisio ad predictum episcopum pertinet, de consensu sui capituli ecclesie Olomucensis monasterium sanctimonialium, quod vocatur ad Infanciam d) sanctissimi Salvatoris, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis, pro suarum et parentum suorum animarum remedio pia et provida deliberacione dotarunt pariter et fundarunt, et pro augmentacione divini cultus idem rex ius patronatus, quod habebat in parrochialibus ecclesiis, videlicet in Lutemborg et in Theduscho, simili modo nobiles viri Benessius et Andreas, eius frater, dicti Grunewalt, ius patronatus, quod habebant in ecclesia parrochiali, videlicet in Bhutz, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis dicto monasterio libere dotarunt, et ea predictus Johannes, episcopus Olomucensis, confirmavit, prout in ipsorum predictorum litteris hinc inde munitis expresse continetur. Supplicant Karolus et Johannes episcopus prefati, quod ea, que sic ut supra facta sunt per predictos, rata et grata habentes, et ea auctoritate apostolica ex certa sciencia una cum omnibus bonis suis acquisitis et acquirendis dignemini dicto monasterio de gracia speciali confirmare, cum omnibus suis clausulis necessariis, ut in forma.

Fiat in forma R.

Item supplicat ut supra pro monasterio sanctimonialium in civitate Pragensi, quod vocatur ad Misericordiam Domini, ordinis sancti Benedicti, fundatum e) per dominos quondam Nicolaum dictum Butznerium, principalem, et Johannem, episcopum Olomucensem, pariter et dotatum, [quatenus fundacionem et dotacionem ipsius] f) una cum omnibus suis acquisitis et acquirendis dignemini dicto monasterio de gracia speciali ex certa sciencia confirmare, ut in forma, cum omnibus suis clausulis ut supra.

Fiat in forma R.

Item supplicat ut supra, quatenus in personam dilectorum suorum */sic/* fratris Theoderici, episcopi Sareptensis, iurati et cooperatoris in spiritualibus episcopi Olomucensis predicti, cum sibi nulli redditus et proventus perveniunt de ecclesia Sareptensi predicta, quare propter ipsius status decenciam absque beneficio ecclesiastico non valeat commode sustentari, graciam specialem facientes, eidem de parrochiali ecclesia in Nicolczpurg, dicte Olomucensis diocesis, cuius collacio et provisio ad prepositum et monasterium Cluniacense,[1] ordinis Premonstratensis, eiusdem diocesis, communiter pertinet, que consuevit per monachos dicti ordinis gubernari, si vacat ad presens, vel alias quamprimum vacare contigerit, eciam per reservacionem quamcunque apostolice sedis, eidem Theoderico dignemini cum omnibus suis iuribus et pertinenciis providere, vel alias a quocunque patrono, si beneficium ecclesiasticum, personatus, dignitas vel officium cum cura vel sine cura [sibi] g) canonice conferatur, quod licite obtinere valeat cum predicta ecclesia in Nicolczpurg, apostolica auctoritate secum dignemini dispensare, cum acceptacione, inhibicione etc., non obstantibus quibuscunque consuetudinibus et statutis in contrarium editis, cum omnibus suis clausulis necessariis ac oportunis et executoribus, ut in forma.

Possit tenere unum beneficium curatum et aliud non curatum, si sibi canonice conferantur R.

Item supplicat ut supra, quatenus in personam dilecti sui Bricii, notarii Johannis, marchionis Morauie predicti, graciam specialem facientes, eidem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem communiter vel divisim archiepiscopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Pragensis, si quod vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem Bricio dignemini providere, cum acceptacione etc., cum omnibus ut supra.

Fiat etc. R.

Item supplicat ut supra in personam Petri Laurencii Wirchenblat, notarii Johannis, episcopi Olomucensis predicti, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. communiter vel divisim episcopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Patauiensis ut supra.

Fiat etc. R.

Item supplicat ut supra in personam Zankonis Thinonis, diaconi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Misnensis, si quod vacat ut supra, non obstante, quod idem in eadem ecclesia Misnensi capellam sancti Johannis Baptiste noscitur obtinere, cum omnibus ut supra.

Fiat etc. R.

Item supplicat ut supra in personam Johannis de Stendal, subdiaconi, graciam ut supra de canonicatu ecclesie sancti Petri Brunensis,[h]) Olomucensis diocesis, dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, eidem conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione etc., non obstante, quod idem parrochialem ecclesiam in Schezans, dicte diocesis, noscitur obtinere, cum omnibus ut supra.

Fiat R.

Item supplicat ut supra pro Theodorico Sareptensi, predicto episcopo, ut fratres sui ordinis sancti Bernardi secum in tabula possint uti carnibus, cum in pluribus locis defectus piscium multociens paciuntur, non obstantibus statutis et consuetudinibus ordinis predicti, dignemini indulgere, cum omnibus ut supra.

Fiat R.

Item supplicat ut supra in personam dilecti clerici Olomucensis episcopi predicti, Conradi de Smedeberg, utriusque iuris bacalarii, graciam facientes ut supra, de canonicatu ecclesie Olomucensis dignemini providere, prebendam vero una cum dignitate, personatu, officio cum cura vel sine cura, si qua, quis vel quod in dicta ecclesia vacant[i]) ad presens, vel quamprimum vacaverint, eciam si per eleccionem etc., eciam si maior post episcopalem dignitas existat, eidem conferendum vel conferendam donacioni apostolice reservantes, cum acceptacione ut supra, non obstante, quod canonicatus et prebendas ecclesie Bambergensis et ecclesie sancti Jacobi[1]) extra muros Bambergenses prefatos nondum adhuc assecutos pacifice et quod parrochialem ecclesiam in Modericz, dicte Olomucensis diocesis, noscitur obtinere, cum omnibus ut supra.

Fiat eciam de dignitate etc. R.

Item supplicat ut supra in personam Nicolai Martini, clerici Pragensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii sanctimonialium in Tussnawitz, ordinis Cisterciensis, dicte Olomucensis diocesis, si quod vacat ut supra, cum omnibus [m]) etc.

Fiat etc. R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 124. — [a]) deest in S., suppl. ab editore. [b]) deest in S., suppl. ab editore. [c]) deest in S., suppl. ab editore. [d]) ‚instanciam' S., corr. ab editore. [e]) corr. ab editore ex: ‚fundatum, quod vocatur — Benedicti' S. [f]) deest in S., suppl. ab editore. [g]) deest in S., suppl. ab editore. [h]) ‚Bremensis' S., corr. ex ‚Brunnensis' S. (sic!). [i]) ‚vac. vacant' S. [l]) ‚Jacoti', corr. ex ‚Jacobi' S. (sic!). [m]) sequitur: ‚ut supra', sed cancell. S. — [1]) sic S., recte Cunicense.

1280. *Episcopo Olomucensi mandatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ut Johannem, marchionem Moraviae, et Margaretham, natam Nicolai, ducis Oppariae, qui olim non ignorantes se tertio consanguinitatis gradu coniunctos esse matrimonium contraxerunt, ab excommunicationis sententia, quam propterea incurrerunt, absolvat, hac tamen conditione, ut infra biennium proximum fundent duas capellas et quamlibet earum dotent de annuis perpetuis redditibus quadraginta florenorum auri, et conceditur ei, ut, ipsis ad tempus separatis, cum eis dispenset, ut impedimento illo non obstante matrimonium invicem de novo contrahere et in eo licite remanere possint. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

X
. X .

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 202', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 2 = V. 201 f. 30 n. 943. — Ed. Dudík, Iter Romanum II. 164. CDM. VIII n. 110, sed errore sub data 1351 Augusti 19!

1281. *Abbatissae et conventui monasterii sanctimonialium ad Infantiam Christi in Pustoměř,[a]) ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, confirmantur litterae Caroli, marchionis Moraviae, dd. Pragae 1341 Augusti 24,[1]) quibus eidem monasterio bona quondam Brunnonis de Dražovicz [b]) contulerat. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

V
X
X
. X .

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 247', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 201 f. 71 n. 1125. — Ed. Dudík, Iter Romanum II, 159. CDM. VIII n. 104, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — [a]) ‚Pustmir' A. [b]) ‚Drazewicz' A. — [1]) has litteras insertas vide in CDM. VII n. 346.

1282. *Abbatissae et conventui monasterii in Pustoměř* a) *confirmantur litterae Johannis, episcopi Olomucensis, dd. Pustiměř 1348 Septembris 8,*[1]) *quibus eidem monasterio nonnulla bona ad personam suam spectantia contulerat. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

X
X
.X.

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 233, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 201 f. 58 n. 1089. — Ed. Dudík, Iter Romanum II, 162. CDM. VIII n. 111, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — a) ‚Pustimir' A. — 1) has litteras insertas vide in CDM. VII n. 843.

1283. *Abbatissae et conventui monasterii in Pustoměř confirmatur donatio iuris patronatus parrochialium ecclesiarum in Lundenburg* a) *et in Kdousor, Olomucensis diocesis, facta a Carolo, Romanorum et Bohemiae rege, tunc marchione Moraviae. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

—
≡
.X.

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 244', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 201 f. 68 n. 1114. — Ed. Dudík, Iter Romanum II, 211. CDM. VIII n. 103, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — a) ‚Luntenburg' A.

1284. *Abbatissae et conventui monasterii in Pustoměř confirmatur donatio iuris patronatus parrochialis ecclesiae de Buč,*a) *Olomucensis diocesis, a Benessio et Andrea, dictis de Schoenwald,*b) *fratribus, Olomucensis diocesis, facta. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

=
.X.

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 254, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 5 = V. 201 f. 77 n. 1151. — Ed. Dudík, Iter Romanum II, 210. CDM. VIII n. 105, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — a) ‚Rudez' A. b) ‚Grumewalt' A.

1285. *Fundatio et dotatio monasterii monialium Misericordiae Domini in civitate Pragensi, ordinis sancti Benedicti, a quondam Nicolao Rokczaner,*a) *cive Pragensi, et Johanne, episcopo Olomucensi, facta, confirmatur una cum insertis litteris Arnesti, archiepiscopi Pragensis, dd. Pragae 1348 Septembris 11.*[1]) *‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

.XXXVI. [2])

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 37 n. 162, diversarum formarum qu. 6, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 110' n. 461 (sic!) — Ed. Dudík, Iter Romanum II, 210. CDM. VIII n. 109, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — a) ‚Rolizaneti' V. — 1) litteras insertas vide in CDM. VIII n. 109 et iterum ibidem VII n. 845. 2) sic in rubricis A.

1286. *Cum Theoderico, episcopo Sareptensi, dispensatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ut unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica recipere et una cum ecclesia sua retinere possit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.'*

. XX . [1] *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 36 n. 423, diversarum formarum qu. 5, rubrica sola (quaternus deficit): litterae in V. 203 f. 91 n. 422. — [1]) sic in rubricis A.

1287. *Briccio de Rouchovan,*[a]) *clerico Olomucensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani et capituli Pragensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' — In e. m. Vyssegradensis extra muros Pragenses et sancti Egidii Pragensis decanis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

. X X . *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/5 (115) f. 352 n. 213, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 202 f. 76′ n. 212. — Ed. CDM. VIII n. 107, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — [a]) ‚Ruchwano' A.

1288. *Petro Laurentii Wirchenblatt,*[a]) *clerico Misnensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli ecclesiae Patariensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii Scotorum in Vienna, Pataviensis diocesis, et archidiacono Znoimensi, Olomucensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

. X X . *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/5 (115) f. 352′ n. 214, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 202 f. 77 n. 213 (sic!). — [a]) ‚Wirchenbalt' A.

1289. *Czakano Thimonis, rectori capellae sancti Johannis Baptistae, sitae in ecclesia Misnensi, in diaconatus ordine constituto, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, praepositi, decani et capituli ecclesiae Misnensis vacat, vel cum vacaverit, non obstante, quod rector capellae supradictae existat. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii de Cella, Misnensis diocesis, et thesaurario Olomucensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

. X X . *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/5 (115) f. 353 n. 215, de beneficiis vacaturis qu. 5 = V. 202 f. 77′ n. 214 (sic!).

1290. *Johanni Stendal. in subdiaconatus ordine constituto. providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae sancti Petri Brunnensis, Olomucensis diocesis, sub expectatione praebendae, non obstante ut in num. 1279. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii Trebetensis et archidiacono Znoimensis, Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1350 Augusti 19.

Clementis VI V. 205 f. 36 n. 87, de praebendis vacaturis; hi quaterni in A. deficiunt. — Ed. CDM. VIII n. 106, sed errore sub data 1351 Augusti 19!

1291. *Theoderico, episcopo Sareptensi, indulgetur, ut fratribus ordinis Cisterciensis, cuius ipse professor existit, ad mensam et hospitium suum declinantibus aut cum ipso residentibus, cum copiam piscium non habebunt, concedere et cum eis dispensare possit, ut in hospitio suo carnibus vescantur, sed illis tantum diebus, quibus esus carnium a sacris canonibus communiter non est prohibitus. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a nono.'*

.X.[1] *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 37 n. 470, diversarum formarum qu. 6, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 102 n. 469 (sic!). — [1]) sic in rubricis A.

1292. *Conrado de Schmiedeberg,*[a]) *in utroque iure baccallario, providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu ecclesiae Olomucensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis vel personatus seu officii cum vel sine cura, non obstante ut in num. 1279, hac tamen conditione, ut parrochialem ecclesiam de Modricz dimittat, quamprimum vigore praesentium dignitatem vel personatum aut curatum officium pacifice assecutus erit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' Forma ut in n. 6.*

.$\overline{X}$ $\overline{\overline{X}}$. *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 40, de dignitatibus sub expectatione qu. 1 = V. 200 f. 3' n. 5. — Ed. CDM. VIII n. 112, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — [a]) ‚Smedebergh' A.

1293. *Nicolao Martini, clerico Pragensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sanctimonialium in Tišnovicz*[a]) *Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIIII kal. Septembris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii Zabrdovicensis, Olomucensis diocesis, et praeposito Olomucensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1350 Augusti 19.*

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 237', de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 200 f. 117' n. 327 — Ed. CDM. VIII n. 108, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — [a]) ‚Tussnawicz' A. [b]) ‚Zabyridwicensis' A.

1294. *Clemens papa VI Carolo, regi Romanorum, scribit, se litteras per Fridericum, secretarium eius, praesentatas recepisse, super capitulis vero ab eodem exhibitis nondum plene deliberare potuisse; sed pollicetur, deliberatione habita, rigorem circa illa, quantum possit, temperare. ‚D. Auinione VIII id. Septembris a. nono.'*

Avinione, 1350 Septembris 6.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 113'. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 255. Huber 781, n. 233.

1295. *Quido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, supplicat, quatenus sibi motu proprio de praepositura in ecclesia Pragensi vacanti provideatur.*

Avinione, 1350 Septembris 9.

Motu proprio providemus d. f. Guidoni, tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, de prepositura ecclesie Pragensis, quam quondam Nicolaus de Bruna, olim ipsius ecclesie ultimus prepositus, qui nuper extra Romanam curiam diem suum clausit extremum, dum viveret, obtinebat, collacioni sedis apostolice specialiter reservata, dispensantes cum eodem etc.

Fiat motu proprio et dispensamus R. Sine leccione R. D. Auinione V id. Septembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 132'.

1296. *Quidoni, tituli sanctae Ceciliae presbytero cardinali, providetur de praepositura ecclesiae Pragensis, per mortem Nicolai de Brunna vacante, quae quidem praepositura vivente adhuc eodem Nicolao, videlicet III nonas Septembris pontificatus Clementis VI anno octavo,[1]) collationi apostolicae reservata fuit. ‚D. Auinione V id. Septembris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii Montis Sion prope Pragam et Vyssegradensis, Pragensis, ac Enaziaci, Claromontensis diocesis, ecclesiarum decanis. Forma ut in n. 9.*

Gratis pro domino cardinali. *Avinione, 1350 Septembris 9.*

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 480, litterarum dominorum cardinalium qu. 1 et unicus = V. 201 f. 2—2' n. 6. — [1]) 1349 Septembris 3.

1297. *Guillelmus Pinchon supplicat, quatenus sibi motu proprio provideatur de canonicatibus et praebendis in ecclesiis Pragensi et Vratislaciensi necnon de parrochiali ecclesia in Svidnicz, Vratislaviensis diocesis, vacantibus.*

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.

Motu proprio providemus Guillelmo Pinchon, archidiacono Abrincensi, Francie et Alemannie regum consiliario, de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, vacantibus in curia per obitum Symonis de Gitzin, qui extra curiam Romanam diem clausit extremum, et per nos specialiter reservatis, cum non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus consuetis.

Fiat R.

Item eodem modo providemus eidem Guillelmo de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis necnon et parrochiali ecclesia in Swudnicz, Wratislauiensis diocesis, vacantibus per obitum Ottonis de Donyn, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, et per nos specialiter reservatis, cum non obstantibus et clausulis oportunis ut supra.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Octobris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 151.

1298. *Guillelmo Pinchon providetur motu proprio de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis, vacantibus per mortem Symonis de Jičín,*[a]) *qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum: qui quidem canonicatus et praebenda vivente adhuc eodem Symone, videlicet X kalendas Decembris pontificatus Clementis VI anno sexto,*[1]) *collationi apostolicae reservati fuerunt. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Octobris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii Břevnoviensis*[b]) *prope Pragam et archidiacono Beneventanae ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

.X X. *Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.*

Clementis VI A. IX 1 (111) f. 212, de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 199 f. 133 n. 298. — a) ‚Gitzin' A. b) ‚Brunouiensis' A. — 1) 1347 Novembris 22.

1299. *Guillelmo Pinchon providetur motu proprio de canonicatu et praebenda, vacantibus in ecclesia Vratislaviensi per mortem Ottonis de Donin, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum: qui quidem canonicatus et praebenda vivente adhuc eodem Ottone, videlicet nonis Martii pontificatus Clementis VI anno sexto,*[1]) *collationi apostolicae reservati fuerunt. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Octobris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii beatae Mariae in Arena Vratislaviensis et archidiacono Beneventanae ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

.X X. *Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.*

Clementis VI A. IX 1 (111) f. 211', de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 199 f. 132' n. 297. — Vide ZVGA Schlesiens XXV, 293. — 1) 1348 Martii 7.

1300. *Guillelmo Pinchon providetur motu proprio de parrochiali ecclesia in Svidnicz, Vratislaviensis diocesis, cuius fructus 30 marcarum argenti secundum taxationem communem annuam valorem excedunt, vacanti et reservata ut supra in num. 1299 dicitur. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Octobris a. nono.' — Executores ut in num. 1299. Forma ut in n. 178.*

V
.X X. *Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.*

Clementis VI A. IX 1 (111) f. 221, de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 199 f. 140 n. 312. — Reg. ZVGA Schlesiens XXV, 293

1301. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Henrico Thesauri de Norimberga de praebenda in ecclesia Pragensi vacante provideatur.*

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.

Supplicat S. V. devotissimus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti secretarii sui Henrici Thesauri de Nurenberg specialem graciam facientes, eidem de prebenda Pragensi, vacante nunc per mortem quondam Pauli de Cladna, canonici Pragensis, ultimi possessoris eiusdem prebende, dudum per S. V. ante ipsius Pauli obitum reservate, sive sit reservata generaliter vel specialiter, dignemini providere, non obstante, quod scolastriam ecclesie sancte Marie in Glogouia, Wratislauiensis diocesis, in lite [a]) ac canonicatus et prebendas ecclesiarum Montis sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, et sancte Crucis Wratislauiensis noscitur obtinere, et quod prebendam Ratisponensem acceptavit virtute gracie apostolice, dudum sibi facte de canonicatu Ratisponensi sub expectacione prebende, quodque sibi alias de prepositura Ratisponensi vacante hodie, licet per alium occupetur, et de canonicatu Pragensi sub expectacione prebende sit provisum per litteras apostolicas, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. et sine examine. Fiat R. D.[b]) apud Villam[nouam], A. d., VI non. Octobris a. nono.

Clementis VI S. XI/1 (20) f. 151. — [a]) corr. ex ‚licite' S. [b]) sequitur ‚Auinione', sed cancell. S.

1302. *Henrico Thesauri de Norimberga [a]) providetur [1]) de praebenda in ecclesia Pragensi per mortem Pauli de Cladna, qui nuper extra curiam Romanam decessit, vacante, quae quidem praebenda vivente adhuc eodem Paulo, videlicet idibus Januarii pontificatus Clementis VI anno sexto, [2]) collationi apostolicae reservata fuit, non obstante ut in num. 1301, hac tamen conditione, ut litterae de canonicatu sub expectatione praebendae ecclesiae Pragensis et processus habiti per easdem, quamprimum pacificam possessionem illius praebendae assecutus fuerit, extunc quoad praebendam dumtaxat nullius sint valoris, eis quoad alia in suo robore duraturis. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Octobris a. nono.' — In e. m. Břevnoviensis [b]) et Sedlicensis, [c]) Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 4.*

. X X .

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.

Clementis VI A. IX 1 (111) f. 172'. de beneficiis vacantibus qu. 5 = V. 199 f. 104' n. 235. — [a]) ‚Nurenberg' A. [b]) ‚Brunoniensis' A. [c]) ‚Czedlicensis' A. — [1]) de supplicatione Caroli, Romanorum regis, quam vide sub num. 1301, in his litteris nulla fit mentio. [2]) 1348 Januarii 13.

1303. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Friderico Stromaieri de Norimberga de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus provideatur.*

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus sibi in personam dilecti sui Friderici Stromairi de Nurenberch, clerici Bamber-

gensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem canonicatum et prebendam Olomucensem, vacantem nunc per mortem quondam Nicolai Lutzkonis de Brunna, canonici Olomucensis, ultimi possessoris eiusdem prebende, dudum per S. V. ante ipsius Nicolai obitum reservatam,[a]) sive generaliter vel specialiter reservata sit, conferre dignemini et de illis eciam providere, non obstantibus, quod beneficium ecclesiasticum curatum vel non curatum, spectans communiter vel divisim ad collacionem, presentacionem etc. prepositi et capituli ecclesie Wissegradensis prope Pragam, et simile[b]) beneficium ecclesiasticum curatum vel non curatum, spectans communiter vel divisim ad collacionem etc. archiepiscopi, prepositi, decani[c]) et capituli Pragensis, sive sit in ecclesia, civitate vel diocesi Pragensi, per diversas litteras apostolicas noscitur expectare, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villam[nouam], A. d., VI non. Octobris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 151'. — [a]) ‚eidem de canonicatu et prebenda Olomucensi, vacante — reservata' S., corr. ab editore. [b]) ‚similem' S. [c]) ‚decani decaui' S.

1304. *Friderico Stromaieri de Norimberga*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi per mortem Nicolai Luczkonis*[b]) *de Brunna, qui nuper extra Romanam curiam obiit, vacantibus, (qui quidem canonicatus et praebenda vivente adhuc eodem Nicolao, videlicet X kalendas Martii pontificatus Clementis VI anno sexto,*[1]) *collationi apostolicae reservati fuerunt), non obstante ut in num. 1303. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Octobris a. nono.' — In e. m. Velegradensis et Sedlicensis,*[c]) *Olomucensis et Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 4.*

. X X.

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 2.

Clementis VI A. IX 1 (111) f. 185, de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 190 f. 114 n. 255. — Ed. CDM. VIII n. 122, sed errore sub data 1351 Augusti 19! — [a]) ‚Frederico Stromairi de Nurenberch' A. [b]) in marg. corr. ex ‚Bluczkonis' A. [c]) ‚Czedilicensis' A. — [1]) 1348 Februarii 21.

1305. *Guillelmus, vicecomes Bellifortis, supplicat, quatenus Johanni Čadconis [de Sudomiř] de canonicatu et praebenda in ecclesia Pragensi vacantibus provideatur.*

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 11.

Supplicat S. V. humilis vester Guillelmus, vicecomes Bellifortis, quatenus dilecto suo Johanni Czadconis, germano decani Pragensis ecclesie et procuratori filii sui Nicolai, custodis dicte ecclesie Pragensis, graciam facientes, de canonicatu et prebenda in ecclesia Pragensi, vacantibus per mortem Nicolai Luczconis, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, et per reservacionem apostolicam, ut in forma dignemini providere,[a]) non obstante, quod in ecclesia Wratislauiensi sub expectacione prebende canonicus existit, seu quod in ecclesia

Wissengradensi in canonicum sit receptus et super prebenda eiusdem ecclesie ac in Horka[b]) [et][c]) in Dubria,[d]) parrochialibus ecclesiis, Pragensis diocesis, necnon altari sancte Margarete in ecclesia Pragensi in palacio apostolico noscitur litigare, cum omnibus non obstantibus oportunis et executoribus, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., V. id. Octobris a. nono.

Clementis VI S. IX 1 (20) f. 175'. — [a]) sequitur: ‚cum omnibus' sed cancell. S. [b]) ‚Korka' num. 1306. [c]) deest in S., suppl. ab editore. [d]) ‚Dubna' num. 1306.

1306. *Johanni Čadconis*[a]) *[de Sudomiř] providetur de canonicatu et praebenda, in ecclesia Pragensi per mortem Nicolai Luczonis,*[b]) *qui extra Romanam curiam mortuus est, vacantibus, (qui quidem canonicatus et praebenda vivente adhuc eodem Nicolao, videlicet III nonas Septembris pontificatus Clementis VI anno octavo,*[1]) *collationi apostolicae reservati fuerunt), non obstante ut in num. 1305, hac tamen conditione, ut omni iure in altari sanctae Margarethae in ecclesia Pragensi omnino cedere teneatur, quamprimum rigore praesentis gratiae illorum canonicatus et praebendae ecclesiae Pragensis possessionem pacificam assecutus erit. ‚D. apud Villamnouam, A. d., V id. Octobris a. nono.' — In e. m. abbati monasterii Montis Sion et archidiacono Bilinensis,*[c]) *Pragensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

. X X.

Apud Villamnovam, 1350 Octobris 11.

Clementis VI A. IX/4 (114) f. 389' n. 158, de praebendis vacantibus qu. 5 = V. 204 f. 203' n. 157 (sic!). — [a]) ‚Czadonis' A. [b]) ‚Luczconi.' A. [c]) ‚Byelmensis' A. — [1]) 1349 Septembris 3.

1307. *Johanni, nato quondam Henrici de Glogovia, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesiae Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. apud Villamnouam, A. d., V id. Octobris a. nono.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et archidiacono Legnicensi, Vratislaviensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1350 Octobris 11.*

Clementis VI A. IX/5 (115) f. 313 n. 135, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 202 f. 49' n. 135. — Reg. in ZVGA. Schlesiens XXV, 296.

1308. *Quido, tituli sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, supplicat, quatenus magistro Durando Girardi de canonicatu, praebenda atque de archidiaconatu in ecclesia Pragensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1350 Octobris 16.

Supplicat S. V. creatura vestra devota Guido, tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, quatenus dilecto camerario, magistro Durando Girardi, licenciato in

legibus, de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, vacantibus per obitum quondam Nicholai de Brunna, qui nuper extra Romanam curiam diem suum clausit extremum, collacioni sedis apostolice specialiter reservatis, necnon de archidiaconatu eiusdem ecclesie, vacante per graciam, per S. V. eidem cardinali de prepositura dicte Pragensis ecclesie, quam dictus Nicholaus mortis sue tempore similiter obtinebat, factam, dignemini providere, non obstante, quod canonicatum, prebendam et decanatum in Enaziaci, Claromontensis, et in sancti Audomari de Sancto Audomaro ecclesiis, Morinensis diocesis, ac in eadem Claromontensi chorariam noscitur obtinere, necnon quod in ecclesia Cathalaunensi canonicatum sub expectacione prebende obtinet auctoritate litterarum vestrarum, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. et dispensamus R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione XVII kal. Novembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 162.

1309. *Durando Girardi, licenciato in legibus, providetur ad supplicationem Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, cuius est camerarius, de canonicatu et praebenda ecclesiae Pragensis, vacantibus per mortem Nicolai de Brunna, qui extra Romanam curiam decessit, (qui quidem canonicatus et praebenda, vivente adhuc eodem Nicolao, videlicet III non. Septembris pontificatus Clementis VI anno octavo,*[1]*) collationi apostolicae reservati fuerunt), non obstante ut in num. 1308. ‚D. Auinione XVII kal. Novembris a. nono.' — In e. m. episcopo Spoletano et abbati monasterii Montis Sion, Pragensis diocesis, ac decano ecclesiae Vyssegradensis Pragensis. Forma ut in n. 4.*

. X̄ X̿ . *Avinione, 1350 Octobris 16.*

Clementis VI A. IX/1 (111) f. 168', de beneficiis vacantibus qu. 5 = V. 199 f. 101' n. 229.

1310. *Durando Girardi, licenciato in legibus, reservatur ad supplicationem Quidonis, tituli sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, cuius camerarius est, archidiaconatus ecclesiae Pragensis, qui brevi vacare speratur, postquam idem cardinalis praepositurae eiusdem ecclesiae possessionem pacificam assecutus erit, non obstante ut in n. 1308. et dispensatur cum eo, ut eundem archidiaconatum libere recipere et una cum decanatu ecclesiae Enaziaci licite retinere possit. ‚D. Auinione XVII kal. Novembris a. nono.' — Executores ut in n. 1309.*

. X̿ X̄ V . *Avinione, 1350 Octobris 16.*

Clementis VI A. IX/1 (111) f. 81', de beneficiis vacantibus qu. 1 = V. 199 f. 15' n. 98.

1311. *Nicolaus, [filius Johannis, regis Bohemiae,] episcopus olim Naumburgensis,[a]) patriarcha ecclesiae Aquilegensis praeficitur. ‚D. Auinione XI kal. Novembris a. nono.' — In e. m. capitulo ecclesiae, clero civitatis et diocesis, populo civitatis et diocesis, vassallis ecclesiae Aquilegensis.*

V V V V V
X X X X X
.X X X X X.

Avinione, 1350 Octobris 22.

Clementis VI A. IX 1 (111) f. 20', de provisionibus praelatorum qu. 1 = V. 199 f. 7, n. 14. — Reg. Schmidt, Päpstl. Ukk. u. Regg. I p. 405 n. 190. — a) ‚Nuemburgensis' A.

1312. *Conrado de Waldow providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae ac simplicis officii seu beneficii sine cura, si in ecclesia, necnon beneficii cum vel sine cura, etiam si dignitas vel personatus existat, si in civitate vel diocesi Vratislaviensi ad collationem episcopi Vratislaviensis vacant, vel cum vacaverint. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1350 Octobris 29.

D. f. Conrado de Waldow, canonico Wratislauiensi, s. etc. Honestas morum .... Volentes igitur tibi, pro quo eciam v. f. n. Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, asserens te fore causarum eius episcopalis curie auditorem, nobis super hoc humiliter supplicavit, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Wratislauiensis cum p. i. c. a. tibi auct. conferimus et de illo eciam providemus, prebendam vero ac simplex officium seu beneficium ecclesiasticum sine cura, si que in eadem ecclesia, necnon beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, eciam si dignitas vel personatus existat, cuius fructus, red. et prov., si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, ad collacionem, prov., pres. seu q. a. d. .. episcopi Wratislauiensis, qui est pro tempore, pertinens, si quod in civitate vel diocesi Wratislauiensi vacant ad presens, aut cum simul vel successive vacaverint .... conferenda tibi .... d. a. reservamus. ....; non obstantibus .... seu quod preplocalituram ecclesie sancti Egidii Wratislauiensis nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dignitatem vel personatum aut curatum beneficium fueris pacifice assecutus, predictam prepposituram, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. .... D. Auinione IIII kal. Novembris a. nono.

In e. m. dd. ff. .. sancte Marie in Arena et .. sancti Vincencii prope Wratislauiam monasteriorum abbatibus ac .. sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI V. 205 f. 41' n. 100, de praebendis vacaturis; quaterni isti in A. deficiunt. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291.

1313. *Clemens papa VI gaudet de recuperata salute Caroli, Romanorum regis, simulque rogat eum, ut Johannem, episcopum Spoletanum, favoribus solitis prosequatur.*

Avinione, 1350 Novembris 10.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri, s. etc. Quamvis, carissime fili, rumor, qui de invalitudine ac discrasia tua nuper auribus nostris insonuit, viscera

paterna commoverit, amaricaverit animum, turbarit et mentem: subsequens tamen de convalescencia resumpta fidedignorum plurium relacio placida et conceptam dulcoravit amaritudinem et dolorem quemlibet profugavit. Eum igitur, qui salutis est auctor, devote rogamus et petimus, ut ipse tibi et resumpte salutis auspicia semper adaugeat et dierum longitudinem cum continua prosperitate successuum benigne concedat sicque processibus tuis omnipotenti virtute sua iugiter faveat, quod rebellibus et indevotis ecclesie, matris tue, atque imperii, cuius fastigio premines, sub virga potencie tue humiliatis et domitis ecclesie ac imperii iura deo auspice teque promovente restaurentur ipsorum tuque in regio mundi huius attollaris claris fame preconiis et in futuro cum sanctis et electis dei eterne beatitudinis gloria coroneris. Miranter accepimus, quod quidam viri lingosi v. f. n. Johannem, episcopum Spoletanum, quod tibi apud nos detraxerat, magnitudini tue mendaciter detulerunt, quodque tu propterea contra eum rancorem et odium concepisti. Cum autem, fili carissime, ipsius episcopi sincera devocio et pura fides erga te ac tuos experiencia multa probata quorumcunque mendacium figmenta confutent et tenere indubie debeas, quod nos detrahentibus tibi aurem prebere facile non possemus: precibus nostris adicimus, ut eundem episcopum inter fideles et devotos servitores tuos annumeres et eum indignacione deposita, si quam concepisti forsitan contra ipsum, gracie tue favoribus solitis prosequaris. D. Auinione IIII id. Novembris a. nono.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 152'. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 256. Huber 781 n. 234. — [a]) ,tui' V.

1314. *Jolandis de Flandria, comitissa de Barroducis, supplicat, quatenus Johanni, Colardi de Sanho de Sancta Manahulde, carissimi et specialissimi consiliarii sui, filio, clerico Cathalaunensis diocesis, cui ad supplicationem Johannis, b. m. regis Bohemiae, de canonicatu ecclesiae Cathalaunensis provisum est, quae quidem gratia suum nequaquam potuit nec potest consequi effectum, de prima praebenda, quam in eadem ecclesia vacare contigerit, per executores in illa gratia deputatos provideri possit. ,Fiat R. . . . . D. Auinione XI kal. Decembris a. nono.'*

Avinione, 1350 Novembris 21.

Clementis VI S. IX/1 (20) pars altera f. 19.

1315. *Nicolaus [de Bohemia], patriarcha Aquilegensis, supplicat, quatenus nonnullis personis gratiae quaedam concedantur.*

Avinione, 1350 Novembris 23.

Supplicat S. V. devota et humilis creatura vestra N[icolaus], patriarcha Aquilegensis . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus abbati monasterii sancte Marie in Lucelburgo, ordinis sancti Benedicti, Treuerensis diocesis, in quo monasterio corpus quondam inclite memorie domini Johannis, regis Boemie, requiescit, ut idem abbas, qui est

vel pro tempore fuerit, mitra episcopali, anulo, baculo et aliis insigniis pontificalibus uti valeat in dicto monasterio libere et eciam alibi, concedere dignemini de vestre munificencia largitatis.

Possit fieri per cameram R.

Item supplicat, quatenus eidem concedere dignemini officialem S. V. fratrem Johannem Morawoczonis, ordinis Predicatorum, magistrum in sacra theologia, penitenciarium S. V. pro provincia Boemie, usque ad biennium vel ad aliquem terminum placibilem S. V., quodque non obstante substituto loco eius, postquam redierit ad curiam S. V., eisdem officio et gagiis consuetis fungatur ut pridem, adiectis non obstantibus et clausulis necessariis et oportunis.

Fiat ad annum, proviso, quod non sit defectus R.

. . . .

Motu proprio providemus Theobaldo de Lucelburgo, nepoti quondam Nicolai de Lucelburg, capellano nostro,[a] de archidiaconatu in ecclesia Pragensi, vacante[b] per obitum Pauli de Cladna, qui extra curiam Romanam diem clausit extremum, per nos specialiter reservato, [c] cum non obstantibus etc.

Fiat R. [1]

Motu proprio providemus Henrico Thesauri de Nuremberg, notario domestico secretario illustris Karoli, Romanorum et Boemie regis, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus [d] per obitum Stanislai, quondam decani et canonici prebendati ecclesie Wratislauiensis, qui extra curiam Romanam diem clausit extremum, ac per nos specialiter reservatis. Volumus tamen, postquam ipse Henricus eiusdem canonicatus et prebende possessionem pacificam assecutus fuerit, mox prepposituram ecclesie Ratisponensis, de qua alias sibi per nos [e] provisum extitit, et omne ius competens in eadem, prout ipse H[enricus] voluntarie se ad hoc obtulit, dimittere et ei renunciare libere teneatur, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. [2]

. . . .

Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IX kal. Decembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) pars altera f. 15. — [a]) ,capellanum nostrum' S., emend. ab editore. [b]) sequitur ,curie' S., om. ab editore. [c]) ,reservatum' S., emend. ab editore. [d]) sequitur ,cure' S., om. ab editore. [e]) ,vos' S., emend. ab editore. — [1]) litteras vide in num. 1366. [2]) litteras vide in num. 1327, dd. 1351 Martii 1. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291 sub data supplicationis.

1316. *Casimirus, rex Poloniae, supplicat, quatenus Johanni Dzeczkonis de Ratibor de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1350 Decembris 9.

Supplicat S. V. devotus f. v. Kazimirus, rex Polonie, ...

. . . .

Item supplicat S. V. devotus f. v. Kazimirus, rex Polonie, quatenus in personam Johannis Dzeczkonis de Rathibor, diocesis Wratislauiensis, facientes graciam specialem, eidem Johanni de canonicatu et prebenda, in ecclesia Wrati-

slauiensi per promocionem domini Alberti Palueze, olim canonici eiusdem ecclesie Wratislauiensis et nunc episcopi Poznaniensis, in curia vacantibus, solita vestra clemencia dignemini providere, non obstante, quod idem Johannes in ecclesia Cracouiensi canonicatum et prebendam et in Igolomia ecclesiam parrochialem, diocesis Cracouiensis, noscitur obtinere, cum clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R. Et q. t. absque secunda leccione. Fiat R. Et examen sibi sit remissum. Fiat R. D. Auinione V. id. Decembris a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 9'.

1317. *Johanni Dzeczkonis de Ratibor*[a]) *providetur ad supplicationem Casimiri, regis Poloniae, de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus, non obstante ut in num. 1317. ,D. Auinione V id. Decembris a. nono.' — In e. m. scholastico Cracoviensis et sacristae Avinionensis ecclesiarum ac officiali Cracoviensi. Forma ut in n. 4.*

.X X̄. V

Avinione, 1350 Decembris 9.

Clementis VI A. IX/1 (111) f. 292', de beneficiis vacantibus qu. 10 = V. 199 f. 190 n. 422. Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — a) ,Rachibor' A.

1318. *Menhardo*[a]) *de Monacho providetur de canonicatu ecclesiae Ratisponensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione XVIIII kal. Januarii a. nono.' — In e. m. archiepiscopo Pragensi et abbati monasterii sancti Emmerami Ratisponensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X̄.

Avinione, 1350 Decembris 14.

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 107, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 200 f. 49' n. 148. — a) ,Meynardo' A.

1319. *Casimirus, rex Poloniae, supplicat, quatenus capellano suo Alberto de decanatu in ecclesia Vratislaviensi vacante provideatur.*

Avinione, 1350 Decembris 30.

S. V. devotus f. v. Kazimirus rex Polonie, exponit . . . .

. . . .

Item predictus rex supplicat V. S., quatenus in personam Alberti, sui capellani et cancellarii Dobrinensis, graciam sibi facientes specialem, eidem Alberto, iuris perito, de decanatu ecclesie Wratislauiensis, vacante per mortem Stanislay, ultimi decani ecclesie eiusdem, vestre provisioni specialiter reservato, solita vestra clemencia dignemini providere, misericorditer cum ipso dispensantes, quod ecclesiam in Bochna curatam, quam ex provisione ipsius regis obtinet, diocesis Cracouiensis, cum eodem decanatu insimul valeat obtinere, cum clausulis et executoribus oportunis, non obstante, quod ex provisione V. S. canonicatum in ecclesia Cracouiensi obtinendo prebendam acceptavit, cuius nondum posses-

sionem est assecutus, et quod in Vueyow, diocesis Gneznensis, canonicatum et prebendam generalem noscitur obtinere, et eciam non obstante, quod [de][a]) prepositura et canonicatu ac prebenda in ecclesia Wladissauiensi noviter per V. S. sibi est provisum, cui quidem provisioni seu gracie dumtaxat quoad preposituram renunciare et ipsam dimittere est paratus, habita predicti decanatus pacifica possessione.

Fiat et dispensamus R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. Et examen sibi sit remissum. Fiat R. D. Auinione III kal. Januarii a. nono.

Clementis VI S. XI 1 (20) f. 26. — a) deest in S., suppl. ab editore.

1320. *Alberto Johannis providetur ad supplicationem Casimiri, regis Poloniae, cuius est capellanus et cancellarius Dobrinensis, de decanatu in ecclesia Vratislaviensi per obitum Stanislai dicti Stanko, qui nuper extra Romanam curiam obiit, vacante, qui quidem decanatus vivente adhuc eodem Stanislao, videlicet VII idus Januarii pontificatus Clementis VI anno octavo,*[1]) *collationi apostolicae reservatus fuit, non obstante ut in num. 1319, et dispensatur cum eo, ut eundem decanatum una cum curata ecclesia de Bochna, Cracoviensis diocesis, licite retinere possit, hac tamen conditione, ut praeposituram ecclesiae Vladislaviensis*[a]) *dimittere teneatur, quamprimum vigore praesentium decanatum illum assecutus erit. ,D. Auinione III kal. Januarii a. nono.' — In e. m. episcopo Ilerdensi et scholastico Cracoviensis ac cantori Sandomiriensis ecclesiarum. Forma ut in n. 9.*

.X.

Avinione, 1350 Decembris 30.

Clementis VI A. IX/4 (114) f. 88 n. 56, de dignitatibus vacantibus qu. 2 = V. 204 f. 91 n. 56. — a) ,Wratislauiensi' A! — 1) 1350 Januarii 7.

1321. *Clemens papa VI Carolum, regem Romanorum, certiorem facit, se Arnestum, archiepiscopum Pragensem, et Nicolaum, ducem Oppariae, nuntios suos, et litteras ab eis praesentatas benigne recepisse atque ea, quae ipsi pro parte sua dixerint, gratanter audivisse, super quibus eosdem nuntios oretenus responsuros esse. Ceterum autem hortatur eum de novo, ut Nicolaum Laurentii ad curiam mittere non postponat. ,D. Auinione kal. Februarii a. nono.'*

Avinione, 1351 Februarii 1.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 217'. — Ed. Theiner, Codex dipl. dominii temporalis 2, 206. Reg. Huber 506 n. 30.

1322. *Abbas monasterii de Lubyn et Glogoviensis ac Budissinensis ecclesiarum decani, Poznaniensis et Vratislaviensis ac Misnensis diocesium, constituuntur conservatores Guillelmi, episcopi Tusculani. ,D. Auinione II non. Februarii a. nono.'* [1]) *Forma ut in n. 115.*

Avinione, 1351 Februarii 4.

Clementis VI A. IX/5 (115) f. 39 n. 79, de conservatoriis qu. 1 et unicus = V. 203 f. 14 n. 79. — 1) in marg. nota: ,de camera'.

1323. *Nicolao Hostislai de Hořovicz providetur de praebenda in ecclesia Pragensi vacante. Forma ut in n. 4.*

. X X. *Avinione, 1351 Februarii 12.*

D. f. Nicolao, nato d. f. Hostizlai de Horawoicz, canonico Pragensi, s. etc. Attributa tibi multiplicia virtutum et probitatis merita . . . . Dudum siquidem intendentes de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, quos quondam Tamo Plugonis, ipsius ecclesie canonicus, in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, cum illos vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam predictos, dum adhuc idem Tamo ageret in humanis, videlicet II nonas Maii, pontificatus nostri anno septimo, [1]) collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandos, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero, sicut exhibita nobis pro parte tua peticio continebat, canonicatu et prebenda predictis per ipsius Tamonis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantibus, tu vigore quarundam litterarum nostrarum, per quas in eadem ecclesia canonicatum sub expectacione prebende obtinebas, prout obtines, prebendam predictam sic vacantem acceptasti. Nos igitur attendentes, quod acceptacio predicta iuribus non subsistit, quodque nullus de prebenda ipsa preter nos hac vice disponere potuit neque potest, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, ac volentes tibi, qui c. in Ch. f. n. Karoli, Romanorum et Boemie regis illustris, ut asseris capellanus existis, p. t. m. i. graciam facere specialem, predictam prebendam sic vacantem cum o. i. et p. s. a. tibi a. conferimus et de illa eciam providemus, ...; non obstantibus . . . . seu quod decanatum in Lutomericensi, Pragensis diocesis, et in sancti Egidii Pragensis ecclesiis canonicatum et prebendam ac obedienciam nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium predicte prebende, per nos tibi ut prefertur collate, possessionem pacificam fueris assecutus, prefate nostre littere et processus habiti per easdem et quecunque inde secuta quoad prebendam aliam in ipsa ecclesia Pragensi obtinendam sint cassa et irrita et nullius roboris vel momenti, eis quoad alia in suo robore permansuris. . . . . D. Auinione II id. Februarii a. nono.

In e. m. v. f. . . episcopo Olomucensi et dd. ff. . . decano sancti Egidii Pragensis et . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. IX/1 (111) f. 296, de beneficiis vacantibus qu. 10 = V. 199 f. 192′ n. 428. — [1]) 1349 Maii 6.

1324. *Monasterio monialium in Cunicz, per praepositum et priorissam solito gubernari, Praemonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, unitur parrochialis ecclesia de Nicolsburg,* [a]) *eiusdem diocesis, cum decimis ad ipsam spectantibus.* ‚*D. Auinione VI non. Marcii a. nono.*‘

X
. X . *Avinione, 1351 Martii 2.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 338′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 8 = V. 201 f. 151′ n. 1187. Ed. Dudík, Iter Rom. II. 212 n. 17. CDM. VIII n. 73. — [a]) ‚Nicoltzpurg‘ A.

1325. *Jacobo dicto Monsheimer de Ruprechtsburg* [a]) *et Wilchoni de Altzeia, qui beneficia sua, ille quidem perpetuum quoddam beneficium sine cura in ecclesia Cellensi, Maguntinensis diocesis, hic autem canonicatum et praebendam ecclesiae Wormatiensis, per Symonem de Legnicz, canonicum Vratislaviensem, procuratorem suum, in manibus Johannis, episcopi Regensis, ex causa permutationis apud sedem apostolicam libere resignaverunt, conceditur, ut beneficia eadem invicem permutare possint. ‚D. Auinione V non. Marcii a. nono.'*

Avinione, 1351 Martii 3.

Clementis VI A. IX/I (114) f. 419 n. 206, de praebendis vacantibus qu. 6 = V. 204 f. 224 n. 205 (sic!) — a) ‚Rupreschsburg' A.

1326. *Johanni de Znoima providetur de canonicatu ecclesiae Posoniensis, Strigoniensis diocesis, sub expectatione praebendae, non obstante, ‚quod parrochialem ecclesiam sancti Laurencii extra muros Posonienses, dicte diocesis, obtines, quodque hodie de capella sancti Ladizlai sine cura, sita in archiepiscopali curia in Posonio, prefate diocesis, tunc vacante, [tibi]* [a]) *mandavimus provideri. . . . D. Auinione VIII id. Marcii a. nono.' — In e. m. episcopo Nitriensi et Jauriensis* [b]) *ac sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, ecclesiarum praepositis. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1351 Martii 8.

Clementis VI V. 205 f. 78 n. 182, de praebendis vacaturis; hi quaterni in A. deficiunt. — a) deest in V., suppl. ab editore. b) ‚Januensis' V.

1327. *Henrico Thesauri de Norimberga providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

Avinione, 1351 Martii 11.

D. f. Henrico Thesauri de Nuremberg, canonico Wratislauiensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Dudum siquidem intendentes de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, quos quondam Stanislaus, canonicus et decanus ipsius ecclesie, tunc temporis obtinebat, cum illos vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam predictos, dum adhuc idem Stanislaus ageret in humanis, videlicet IIII nonas Februarii, pontificatus nostri anno octavo, [1]) collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandos, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda predicti per ipsius Stanislai obitum, qui nuper extra curiam Romanam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice de illis disponere potuerit neque possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes tibi, c. in Ch. f. n. Caroli, Romanorum et Boemie regis illustris, ut asseritur

notario domestico et secretario, premissorum intuitu [2]) graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, sic vacantes, cum p. i. c. ac o. i. et p. s. a. tibi a. conferimus et de illis eciam providemus ....; non obstantibus .... seu quod in Montissanctipetri in Brunna, Olomucensis diocesis, ac in sancte Crucis Wratislauiensis ecclesiis canonicatus et prebendas necnon scolastriam ecclesie sancte Marie in Glogouia, Wratislauiensis diocesis, super qua tamen in palacio apostolico te litigare asseris, obtines, quodque tibi de canonicatu et prebenda Pragensis et de prepositura Ratisponensis, tunc vacantibus, ac de ipsius Ratisponensis ecclesiarum canonicatu sub expectacione prebende per diversas nostras litteras providimus ut asseris, tuque prebendam ipsius Ratisponensis ecclesie acceptasti, quorum nondum es possessionem adeptus. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dictorum canonicatus et prebende Wratislauiensium, per nos ut prefertur tibi collatorum, possessionem fueris pacificam assecutus, prefatam preposituram, de qua tibi per nos ut premittitur est provisum, dimittere, alioquin omni iuri tibi competenti in eadem cedere, prout ad hoc te voluntarie obtulisti, tenearis. .... D. Auinione V id. Marcii a. nono.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii Cedlicensis, Pragensis diocesis, et . . preposito Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. .... D. ut s.

Clementis VI A. IX/4 (114) f. 421 n. 209, de praebendis vacantibus qu. 6 = V. 204 f. 225 n. 208 (sic!) — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291 sub data supplicationis: 1350 Novembris 23 (vide apud nos num. 1315). — [1]) 1350 Februarii 2. [2]) ad supplicationem Nicolai patriarchae Aquilegensis, quam vide sub num. 1315.

1328. *Regimina, consilium et commune civitatis Florentinae rogantur, ut nuntios suos, plenam potestatem habentes, ad concordiam cum nuntiis Caroli, regis Romanorum, qui in festo Resurrectionis Dominicae futuro proximo [1]) ad papam venturi sunt, tractandam ad curiam mittant. ‚D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Aprilis a. nono.' — In e. m. regiminibus, consilio et communi civitatis Senensis, item regiminibus, consilio et communi Perusinis.*

Apud Villamnovam, 1351 Martii 20.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 267. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 257, Huber 781 n. 235. — [1]) 1351 Aprilis 17.

1329. *Regimina, consilium et commune civitatis Senensis rogantur, ut, cum Carolus, Romanorum rex, ad Urbem pro recipiendo diademate Romani imperii profecturus sit et hanc ob rem cum civitatibus et terris Guelfis iuxta arbitrium papae concordare velit, prout ambassiatores eius papae exposuerint, nuntios plene informatos et instructos ad curiam mittere curent, qui cum eisdem ambassiatoribus, cum redierint, de hoc negotio tractare possint. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI kal. Aprilis a. nono.' — In e. m. regiminibus, consilio et communi civitatis Perusinae.*

Apud Villamnovam, 1351 Martii 27.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 268. — Ed. Raynald, Annales ecclesiastici XVI ad a. 1351 § 30; reg. Huber 506 n. 31.

1330. *Regiminibus, consilio et communi civitatis Florentinae scribitur ut in num. praecedenti 1329. ‚D. apud Villamnouam, A. d., VI kal. Aprilis a. nono.'*

Apud Villamnovam, 1351 Martii 27.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 269.

1331. *Alberto, duci Austriae, scribitur, cancellarium ipsius ad ecclesiam Aquilegensem promoveri non potuisse, cum Carolus, rex Romanorum, pro fratre suo Nicolao ad eandem ecclesiam promovendo cum instantia institerit. ‚D. Auinione IIII id. Aprilis a. nono.'*

Avinione, 1351 Aprilis 10.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 271'. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 259. Huber 781 n. 236.

1332. *Unio ecclesiarum in Schoenbergensi* [a]) *et Usoviensi* [b]) *decanatibus ruralibus, in archidiaconatu Olomucensi situatis, cum ecclesia et diocesi Litomyšlensi confirmatur. ‚D. Auinione II id. Aprilis a. nono.'*

.CLX. *Avinione, 1351 Aprilis 12.*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 42 n. 672, diversarum formarum qu. 9, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 149 n. 671 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 80. — [a]) ‚Schombergensi' V. [b]) ‚Husouiensi' V.

1333. *Clemens papa VI confirmat unionem quatuor decanatuum archidiaconatus Gradicensis cum episcopatu Litomyšlensi.*

.CLX. *Avinione, 1351 Aprilis 12.*

Ad perpetuam rei memoriam. *[‚Exigit apostolatus officium — prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur', ut in numero praecedenti 1332, vide CDM. VIII n. 80 pag. 47—49.].* Et licet prefati Brewnauiensis et Wisswicensis abbates ac decanus aliquamdiu in huiusmodi informacionis negocio processissent, tamen ex processu huiusmodi nullus fuit subsecutus effectus. Subsequenter autem v. f. n. Arnesto, archiepiscopo Pragensi, et predicto Johanne, Luthomuslensi episcopo, necnon Pragensis et Luthomuslensis ecclesiarum predictarum capitulis significantibus nobis, quod, licet ipsi super huiusmodi parte de prefata Pragensi diocesi dicte Luthomuslensi ecclesie pro diocesi assignanda nequiverint hactenus concordare, postea tamen, interveniente predicto Carolo rege, super hiis concordes erant effecti, ac nobis instanter et humiliter supplicantibus, ut dicte Luthomuslensi ecclesie pro diocesi clerum et populum ac monasterium, *[sic]* domos et parrochiales ecclesias nominatim expressa in Chrudimensi, Mutensi, Policensi et Lantsk[r]onensi decanatibus ruralibus archidiaconatus Gradicensis, dicte Pragensis diocesis, consistencia, videlicet in Podlaschicz et in Purdawitz de penitencia ad Sanctos Martires ac monialium in Czezamutz monasteria, sancti

Benedicti et Cisterciensis ordinum, et domum fratrum ordinis Predicatorum in suburbiis oppidi Chrudim et eiusdem oppidi sancte Crucis, sancti Marci Roslawitz, Jolucz, Lepyowitz, Triesonssitz, Chlumek, nova civitas Porduwitz ibidem cum filiali Tunchaad, Hostowicz, Czezamicz, Dassicz, Morawaii, Slepoticz, Crostowitz, Tynetz, Ywanowitz, Trayawitz, Sescok, Caplitz, Honwicz, Rossicz, Podlaschicz cum filiali Chrosticz, Costeletz, Celetaw, Campnitz cum filiali ad sanctum Nicolaum, Slassawyrk, Byecowan, Syetz, Simenberk, Slatin, Swidnitz, Lyeyboricz, Rayanow, Comirk, Chirbatow, Puthobrad, Scoran, Moraschitz, Costel, Hermanstat, Micow, Hostalowitz, Stoyetz et Switan in Chrudimensi, ac domum fratrum ordinis Minorum necnon oppidi Altameuta, Wratislawia, Radhost, Hwherstk, Platynitz, Hryeditz, Helytz, Robna cum filia, Hostestin cum filia [a]) Sampritz, Poloticz, submersa ecclesia Hermanitz, Elhota, Slupnitz, Mladoschaw, Kinyraw, Buczin, Macow, Kochowicz, Bozydom, Borschicz, Srepnick, Pharatz, Grenna superior, Lazan, Hlyncz, Bauakavez, Czepanov, Jenowicz, Lucza, Wolaticz, Jenschowitz, Camenicka et Swaratauia in Muttonsi ac oppidi Policzka et Stremusna cum filia Latauallis, Vygesd, Circowicz, Lutherbach cum filia Strenicz, Abbatisuilla cum filia Theodoriciuilla, Cuntzendorf, Bystrel cum filia Tripina, Purcherfons, Karoma, Borouia, Morassicz, Jandorf, Karelsptun cum filia in Blumnaw, Lauwendorf, Banyna cum filia Rohozna, Albertiuilla in Policensi, necnon oppidi Lantskron, Gribouia, Luchama, Tamdorf, Cumbisfeld, Gribowicz, Rytauia, Wilhelmswerd, Knappendorf, Libental, Cuntzendorf, Michelstorf, Ruffaaqua, Gytrichspach, Rudolfiuilla et Gablona parrochiales ecclesias in Lantsk[r]onensi decanatibus predictis consistentes cum eorum iuribus et pertinenciis universis eidem Luthomuslensi ecclesie pro diocesi assignare, incorporare et unire imperpetuum dignaremur, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum archiepiscopi Pragensis et episcopi Luthomuslensis ac Pragensis et Luthomuslensis capitulorum predictorum sigillis munitis, quarum tenores de verbo ad verbum in presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos desiderantes, quod ea, que concorditer et provide circa hec facta sunt, illibata persistant, ac volentes huiusmodi [negocium] [b]) perducere ad debitum execucionis effectum, clerum et populum, monasteria, domos et ecclesias parochiales supradicta, que et prout in eisdem predictorum archiepiscopi, episcopi Luthomuslensis ac Pragensis et Luthomuslensis capitulorum litteris declarantur et designantur, cum eorum iuribus et pertinenciis universis ab eadem diocesi Pragensi auctoritate predicta dividimus et totaliter separamus et ab omni iurisdiccione, subieccione, dominio et potestate diocesanea predictorum archiepiscopi, capituli et ecclesie Pragensis eximimus et eciam liberamus ipsaque clerum et populum ac monasteria, domos et ecclesias cum eorum iuribus et pertinenciis imperpetuum eisdem episcopo et ecclesie Luthomuslensi pro diocesi assignamus et eorundem episcopi et ecclesie Luthomuslensis iurisdiccioni, subieccioni, dominio et potestati [c]) perpetuo summittimus, decernentes clerum et populum, monasteria et domos predicta cum eisdem iuribus et pertinenciis eidem episcopo et ecclesie Luthomuslensi perpetuo subesse et subiacere debere, quemadmodum predictis archiepiscopo et ecclesie Pragensi ante divisionem, separacionem et assignacionem huiusmodi suberant et eciam subiacebant, ac irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Tenores autem dictarum litterarum tales sunt: Sanctissimo in Christo patri et domino, domino

Clementi, digna dei providencia sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, Arnestus, archiepiscopus, Przedwegyus, decanus, Sdeslaus, scolasticus, et capitulum ecclesie Pragensis pedum oscula beatorum. Dudum S. V. Pragensem ecclesiam in archiepiscopalem et monasterium Luthomuslense canonicorum regularium ordinis Premonstratensis in ecclesiam cathedralem erigendo providit, statuit et decrevit eidem ecclesie et episcopatui pro diocesi Luchomuslensi certas partes cleri et ecclesiarum, plus eidem ecclesie adiacencium, de Pragensi et Olomucensi diocesibus deputandas, de quibus ego et capitulum ecclesie mee ac reverendus pater et dominus Johannes, episcopus, et capitulum Olomucense cum reverendo patre domino Johanne, episcopo, et capitulo Luchomuslensi hactenus nequivimus concordare. Nunc autem interveniente serenissimo principe et domino, domino Karolo, Romanorum et Boemie rege, concordes effecti, S. V. una cum predictis dominis episcopis et capitulis instanter et humiliter supplicamus, quatenus dicte ecclesie Luthomuslensi pro diocesi subscriptum clerum et populum, monasteria et parrochiales ecclesias, cum universis eorum iuribus et pertinenciis, in quatuor infrascriptis decanatibus archidiaconatus Gradicensis, mee Pragensis diocesis, constitutas, situatas atque sitas, limitare, incorporare imperpetuum dignemini et unire, videlicet: in decanatu Chrudunensi, dicti archidiaconatus Gradicensis, monasterium [d]) in Podalaschitz, abbatem et conventum viginti personarum obtinens, ordinis sancti Benedicti, et monasterium in Czezamtz, abbatissam et conventum decem personarum obtinens, ordinis Cysterciensis, et monasterium Cruciferorum in Purdawitz de penitencia ad Sanctos Martires et in oppido Chrudun parrochialis ecclesia et domus fratrum Predicatorum et in suburbiis eiusdem oppidi parrochialis ecclesia sancte Crucis et infrascripte parrochiales ecclesie et in eodem decanatu situate: sancti Marci Roslawitz, Jolutz, Lepyowitz, Tryebussicz, Chlumeck, nova civitas Porduwicz ibidem cum filiali Tunchaad, Hostowicz, Czezanutz, Dassicz, Morawan, Slepoticz, Crostowicz, Tynetz, Ywanowicz, Troyawicz, Sestok, Caplicz, Honwicz, Rossicz, Podlasicz cum filiali Chrasticz, Costelecz, Celetaw, Campnicz cum filiali ad sanctum Nicolaum, Slassa, Woyrk, Byotewan, Syecz, Sunnenberk, Slatyn, Swydnicz, Lyeyboritz, Boyanow, Comyrk, Chirbatow, Puchowrad, Stolan, Moraschitz, Costel, Hermanstat, Mytow, Hostalowicz, Scoyecz, Swytan, et in decanatu Mutensi in oppido Altamuta parrochialis ecclesia cum filiali et domus fratrum Minorum et infrascripte parrochiales ecclesie per eundem decanatum: Wratislauia, Radhost, Huhersek, Platynitz, Hryedicz, Helycz, Robna cum filia, Hostetyn cum filia Sampricz, Polotitz, Submersa ecclesia Hermanitz, Helota, Slupnitz, Brestowitz, Mladoschow, Kmyrow, Butzeyn, Matow, Kochowitz, Bozidom, Borschicz, Srepnik, Pharatz, Grema superior, Grema inferior, Lazan, Hlynsch, Rana, Lauez, Sczepanow, Jenowicz, Lutza, Wolaticz, Jenschowicz, Camenitzka, Swratauia, et in decanatu Policensi in oppido Polytzka parrochialis ecclesia et subscripte ecclesie eiusdem decanatus: Stremusna cum filia Latauallis, Vygesd, Circowicz, Lutherbach cum filia Strinitz, Abbatisuilla cum filia Theodoriciuilla, Cunczendorf, Bystrel cum filia Tyrpina, Pulcherfons, Choronia, Moraschitz, Jansdorf, Kirlsprun cum filia in Blumenow, Laubendorf, Banyna cum filia Rohozna, Albertiuilla, et in decanatu Lantscronensi in oppido Lantscron parrochialis ecclesia et subscripte parrochiales ecclesie eiusdem decanatus: Tribouia, Luchouia, Tainiskdorf, Kunygsweld, Tribowicz, Ritowia, Wilhelmswerd, Knapdorf, Libental, Cuntzen-

dorf, Micheldorf, Ruffaaqua, Dytreychspach, Rudolfiuilla, Gablona. Datum Prage anno domini millesimo CCC° quinquagesimo iubileo, indiccione tercia, die quarta mensis Novembris. *[,Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Clementi, digna dei providencia sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, Johannes episcopus, Ditmarus prior, Waltherus custos, Johannes cantor, Conradus scolasticus et capitulum ecclesie Luthomuslensis cum digna reverencia pedum oscula beatorum — Datum Luthomysslii anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo iubileo, indiccione tercia, die quarta mensis Novembris' ut in CDM. VIII n. 52.].* Nulli ergo etc. nostre divisionis, separacionis, exempcionis, liberacionis, assignacionis, summissionis et constitucionis infringere etc. D. Auinione II id. Aprilis a. nono.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 42 n. 673, diversarum formarum qu. 9, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 150' n. 672 (sic!). — [a]) ,Hostestin cum filia' suppl. in marg. V. [b]) deest in V., suppl. ab editore. [c]) ,potestate' V., corr. ab editore. [d]) ,monasterii' V., corr. ab editore.

1334. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Guillelmo Rogerii, comiti Bellifortis, germano papae, castrum Sancti Remigii, Avinionensis diocesis, in comitatu Provinciae, quod ei Ludovicus rex et Johanna, regina Siciliae, donaverunt, confirmet. ,D. Auinione XVIII kal. Maii a. nono.'*

Avinione, 1351 Aprilis 14.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 278'.

1335. *Conrado, nato quondam Bernhardi de Freiburg,*[a]) *providetur de canonicatu ecclesiae Pataviensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione XIII kal. Maii a. nono.' — In e. m. Lucensis prope Znoimam et Campililiensis, Olomucensis et Pataviensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1351 Aprilis 19.

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 121, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 3 = V. 200 f. 59 n. 171. — [a]) ,Friburga' A.

1336. *Johanni Petri de Parthane, clerico Vladislaviensis*[a]) *diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. Auinione XIII kal. Maii a. nono.' — In e. m. abbati monasterii sancti Vincentii iuxta Vratislaviam et decano sanctae Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

[1])

Avinione, 1351 Aprilis 19.

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 266, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 200 f. 136' n. 379. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [a]) corr. in marg. ex ,Wratislauiensis' A. — [1]) taxatio deest in A.

1337. *Nicolao, nato Falibogonis de Milicz, presbytero Vratislaviensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii Trebnicensis, Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XIII kal. Maii a. nono.' — In e. m. ut in n. 1336. Forma ut in n. 2.*

.X X.

Avinione, 1351 Aprilis 19.

Clementis VI A. IX/5 (115) f. 400 n. 303, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 202 f. 110' n. 302 (sic!) — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 293.

1338. *Petro de Piskerow, rectori ecclesiae parrochialis in Nimptsch,[a]) Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VIIII kal. Maii a. nono.' Forma ut in n. 65.*

.X.

Avinione, 1351 Aprilis 23.

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 467, de absolutione qu. 3 = V. 200 f. 310' sine numero. — [a]) ‚Nympiz' A.

1339. *N. v. Dzirsconi de Bittkow,[a]) (?) militi, et n. m. Isoldae, eius uxori, Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione III non. Maii a. nono.' Forma ut in n. 65.*

V

.X.

Avinione, 1351 Maii 5.

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 543 n. 2610, de absolutione qu. 5 = V. 203 f. 307' n. 2610. — [a]) ‚Biccow' A.

1340. *Pro Petro de Bytom supplicatur, ut collatio ei de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus facta confirmetur.*

Apud Villamnovam, 1351 Maii 12.

Item simili modo [1]) collacio facta Petro de Bicham de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus per liberam resignacionem, factam in manibus ordinarii causa permutacionis cum parrochiali ecclesia in Rochlicz, dicte diocesis, quam idem Petrus obtinebat, per Symonem de Marschow.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis in forma R. Sine leccione R. D. apud Villamnouam, A. d., IIII id. Maii a. nono.

Clementis VI S. IX/1 (20) f. 184'. — [1]) Principium totius rotuli deest in S.

1341. *Collatio facta Petro de Bytom de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus confirmatur.*

.XII. [1])

Apud Villamnovam, 1351 Maii 12.

D. f. Petro de Bithom, canonico Wratislauiensi, s. etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita . . . . Exhibita quidem nobis tua peticio continebat, quod nuper

tu parrochialem ecclesiam in Rochlitz, Wratislauiensis diocesis, et quondam Symon de Marschow canonicatum et prebendam ecclesie Wratislauiensis, quos tunc temporis obtinebatis, desiderantes illos ex certis causis racionabilibus invicem permutare, in manibus v. f. n. Preczlai, episcopi Wratislauiensis, ex causa permutacionis huiusmodi resignastis, idemque episcopus, huiusmodi resignacione per eum auctoritate ordinaria recepta, tibi canonicatum et prebendam et dicto Symoni parrochialem ecclesiam predictos, sic vacantes, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eadem auctoritate contulit et providit eciam de eisdem, tuque postmodum ipsos canonicatum et prebendam vigore collacionis et provisionis huiusmodi assecutus fuisti ipsosque possedisti, sicut adhuc possides pacifice et quiete. Verum quia, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubitas canonicatum et prebendam predictos tempore collacionis et provisionis huiusmodi fore collacioni apostolice reservatos, nobis humiliter supplicasti tibi super hoc de oportuno remedio provideri. Nos itaque, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et tibi, in Lubicensi et in sancte Crucis Wratislauiensis et in sancti Sepulcri Legincensis ecclesiis, dicte diocesis, canonicatus et prebendas obtinenti, apostolica auctoritate concedimus, quod collacio et provisio huiusmodi, ut premittitur tibi facte, et alia inde secuta perinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si de canonicatu et prebenda predictis nulla per nos specialis reservacio facta foret. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., IIII id. Maii a. nono.

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 41' n. 663, diversarum formarum qu. 8, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 147 n. 662 (sic!) Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 294. — [1]) sic in rubricis A.

1342. *Nicolao de Panewicz confirmantur acceptatio et provisio factae de custodia ecclesiae Vratislaviensis.*

.XII. [1]) *Apud Villamnovam, 1351 Maii 13.*

D. f. Nicolao de Penewitz, decretorum doctori, custodi ecclesie Wratislauiensis, s. etc. . . Litterarum sciencia aliaque virtutum merita . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod tu auctoritate quarundam litterarum nostrarum custodiam ecclesie Wratislauiensis, quam quondam Clemens de Ygolomia, ipsius ecclesie custos, in eadem ecclesia, dum viveret, obtinebat, tunc per ipsius Clementis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantem, tibi, nisi nostra obstaret reservacio, per eas debitam, acceptasti tibique de illa provideri fecisti eamque extunc possedisti, prout adhuc possides pacifice et quiete. Verum quia, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubitas, quod custodia ipsa foret tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi collacioni et disposicioni apostolice [a]) reservata, et quod propterea posses in ea pro tempore molestari: fuit nobis pro parte tua humiliter supplicatum, ut providere tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, volentes te premissorum meritorum tuorum obtentu favore prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati volumus et tibi, qui eciam in eadem ecclesia canonicatum et prebendam ac allodium in Cancelerwitz et Jencowitz, Lochowitz

et Borsentin prope Trachmburg villas necnon in Cuncindorf. Buchwalde. Cupra Superiori. Kocrin, Ekhardsdorf et Cupra inferiori villis,[b] Wratislauiensis diocesis. quosdam annuos redditus, fertones decimales in illis partibus nuncupatos, obtines. apostolica auctoritate concedimus. quod acceptacio et provisio predicte. de eadem custodia ut premittitur facte. et quecunque inde secuta a data presencium perinde valeant, ac si nulla de dicta custodia reservacio facta foret. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., III id. Maii a. nono.

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 48 n. 942. diversarum formarum qu. 12, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 205 n. 941 (sic!). — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — a) corr. ex ,nostre' V. b) ,vallis' V., corr. ab editore. — 1) sic in rubricis A.

1343. *Symoni, nato quondam Henrici de Legnicz, confirmantur acceptatio et provisio de praebenda ecclesiae Vratislaviensis factae.*

.XII. [1]) *Apud Villamnovam, 1351 Maii 13.*

D. f. Symoni, nato quondam Henrici de Legnitz, canonico Wratislauiensi, s. etc. Probitatis et virtutum merita . . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat. quod tu auctoritate quarundam litterarum nostrarum. per quas fuisti in canonicum ecclesie Wratislauiensis sub expectacione prebende receptus, prebendam eiusdem ecclesie. quam quondam Thomislaus Naolantz. ipsius ecclesie canonicus, in eadem ecclesia, dum viveret. obtinebat. per ipsius Thomislai obitum, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantem, tibi, nisi nostra obstaret reservacio, de iure debitam, acceptasti tibique de illa provideri fecisti alias canonice, nisi nostra obstaret reservacio, eamque extunc possedisti, prout adhuc possides pacifice et quiete. Verum quia, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubitas, quod prebenda ipsa foret tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi collacioni et disposicioni apostolice reservata. et quod propterea posses in ea pro tempore molestari: fuit nobis pro parte tua humiliter supplicatum. ut providere tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, volentes te premissorum meritorum obtentu favore prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati volumus et tibi. qui eciam in ecclesia Pasauiensi canonicatum et prebendam et allodium in Breckenchreczim obtines et super parrochiali ecclesia in Lauchse, Strigoniensis et Patauiensis diocesium. super qua in Romana curia litigasti, unam pro te senteciam. a qua appellatum non extitit, reportasti. apostolica auctoritate concedimus. quod acceptacio et provisio predicte, de eadem prebenda ut premittitur facte, et quecunque exinde secuta a data presencium perinde valeant et plenam habeant roboris firmitatem, ac si nulla de dicta prebenda per nos specialis reservacio facta foret. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., III id. Maii a. nono.

Clementis VI A. IX 3 (113) f. 48 n. 944. diversarum formarum qu. 12, rubrica sola (quaternus deficit); litterae in V. 203 f. 205' n. 943 (sic!). — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV. 291. — 1) sic in rubricis A.

1344. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, ut Ottoni, episcopo Virdunensi, in opportunitatibus eius assistat. ‚D. apud Villamnouam. A. d.. XVI kal. Junii a. nono.' — In e. m.: Margaritae [sic!], reginae Bohemiae, Balduino,[a]) archiepiscopo Treverensi, Ademaro, episcopo Metensi.*

Apud Villamnovam, 1351 Maii 17.

Clementis VI V. 144 (secr. a. IX) f. 282'. — a) ‚Baldewino' V.

1345. *Beatrici, reginae Bohemiae, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XV kal. Junii a. nono.' Forma ut in n. 65.*

[1]) *Avinione, 1351 Maii 18.*

Clementis VI A. IX/2 (112) f. 469, de absolutione qu. 3. In V. 200 loco competenti deest. — [1]) taxatio deest in A.

1346. *„Benessio, dicto Crabitze, rectori parrochialis ecclesie sancti Jacobi in Brunna, Olomucensis diocesis, conceditur, quod institucio de ipso facta ad eandem ecclesiam valeat, non obstante, quod quedam crida seu proclamacio, in partibus ipsis fieri consuete, non fuerint facte etc."*

. XVI . [1]) *[1350 Maii 19 — 1351 Maii 18].*

Clementis VI A. IX/3 (113) f. 48' n. 958, diversarum formarum qu. 12, rubrica sola. In V. 203 deest. — [1]) sic in rubricis A.

1347. *Paulus de Jaegerndorf supplicat, quatenus sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi vacantibus et Ulrico dicto Schoff de praepositura in ecclesia sancti Egidii Vratislaviensis vacante provideatur.*

Apud Villamnovam, 1351 Maii 26.

Motu proprio providemus d. f. Paulo de Jegerdorf, ambassiatori regis Ungarie, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus per obitum quondam Wrovini de Sandecz, olim ipsius ecclesie canonici prebendati, dudum, eodem Wrowino in humanis agente, collacioni apostolice reservatis, qui extra curiam Romanam decessit; cum non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item supplicat S. V. dictus Paulus, quatenus dilecto suo clerico Vlrico dicto Schof de prepositura ecclesie sancti Egidii Wratislauiensis, vacante per mortem quondam Conradi de Waldoro, olim ipsius ecclesie prepositi, dudum, ipso Conrado in humanis agente, collacioni apostolice reservata, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dignemini providere, non obstante, quod ipse in Wratislauiensi canonicatum sub expectacione prebende obtinet, seu quod in Olomucensi ecclesiis

sibi alias de canonicatu sub expectacione prebende provideri mandastis, cum aliis non obstantibus, clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et s. a. l. Fiat R. Habemus beneficia amborum pro expressis R. D. apud Villamnouam, A. d., VII kal. Junii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 13'.

1348. *Paulo de Jaegerndorf* [a]) *providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Vratislaviensi per mortem Vrowini de Sandecz, qui nuper extra Romanam curiam obiit, vacantibus, qui quidem canonicatus et praebenda vivente adhuc eodem Vrowino, videlicet VI kalendas Decembris pontificatus Clementis VI anno sexto,*[1]) *collationi apostolicae reservati fuerunt, non obstante, ,quod quedam beneficia ecclesiastica obtines, que presentibus haberi volumus pro expressis et specialiter nominatis . . . . D. apud Villamnouam, A. d., VII kal. Junii a. decimo.' — In e. m. sanctae Mariae in Arena et sancti Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 4.*

Apud Villamnovam, 1351 Maii 26.

Clementis VI V. 207 f. 130 n. 4, de praebendis vacantibus. In A. quaterni huiusmodi deficiunt. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — a) ,Jegerdorf' V. — 1) 1347 Novembris 26.

1349. *Ulrico dicto Schoff providetur de praepositura in ecclesia sancti Egidii Vratislaviensis, per obitum Conradi de Waldow, qui nuper extra Romanam curiam mortuus est, vacante, quae quidem praepositura vivente adhuc eodem Conrado, videlicet VI kal. Decembris pontificatus Clementis VI anno sexto,*[1]) *collationi apostolicae reservata fuit, non obstante ut in n. 1347. ,D. apud Villamnouam, A. d., VII kal. Junii a. decimo.' — In e. m. sanctae Mariae in Arena et sancti Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 9.*

Apud Villamnovam, 1351 Maii 26.

Clementis VI V. 207 f. 74 n. 3, de dignitatibus vacantibus. In A. quaterni huiusmodi deficiunt. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — 1) 1347 Novembris 26.

1350. *Clemens papa VI Carolo, regi Romanorum, scribit, se per litteras eum rogasse, ut Beatrici, reginae Bohemiae, dotalicium, a cl. m. Johanne, rege Bohemiae, constitutum, et alia eidem reginae debita assignare faceret; cum tamen ignoret, utrum litterae ipsae ad eum pervenerint, et quid in hac re actum sit, rogat eum iterum, ut eidem reginae super hoc de opportuno rem dio providere velit. ,D. ut s. [apud Villamnouam, A. d., IIII kal. Junii a. decimo'].*[1]) *— In e. m. Balduino,*[a]) *archiepiscopo Treverensi.*

Apud Villamnovam, 1351 Maii 29.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 12. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 260, Huber 781, n. 237. — a) ,Baldewino' V. — 1) ut in V. 145 f. 11: Johanni, archiepiscopo Neapolitano.

1351. *Pro Nicolao de Budweis et Nicolao de Antrocinis de Urbe supplicatur, ut beneficia sua invicem permutare possint.*

Avinione, 1351 Junii 10.

Rotulus permutacionum.

Sanctissime pater! Dignetur S. V. providere infrascriptis personis de beneficiis inferius nominatis, vacantibus per resignaciones, factas causa permutacionis in manibus domini G[uillelmi] de Bordis, S. V. notarii, easdem recipientis de mandato S. V., vive vocis oraculo sibi facto, reservacionibus specialibus non obstantibus quibuscunque et cum aliis non obstantibus in vicecancellaria vestra exprimendis.

Fiat R.

. . . .

Item cum Conradus Nicolai de Budevvois, canonicus prebendatus basilice Principis Apostolorum de Urbe, per se, et Nicolaus de Antrocinis de Urbe, canonicus prebendatus Virdunensis rectorque parrochialis ecclesie de Fauarolis, Remensis diocesis, per procuratorem suum, dicta eorum beneficia ex causa permutacionis inter ipsos fiende in manibus predicti domini G[uillelmi], recipientis, duxerint resignanda, dignetur S. V. Conrado de canonicatu et prebenda Virdunensis ac parrochiali ecclesia de Fauarolis et Nicolao de canonicatu et prebenda basilice Principis Apostolorum predictis providere, cum non obstantibus etc. ut supra.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis et sine leccione R. D. Auinione IIII id. Junii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 31.

1352. *Petro de Kunzendorf,*[a] *laico, et Nitae, eius uxori, Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione VIIII kal. Julii a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

V
.X.

Avinione, 1351 Junii 23.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 496, de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 86', sine numero. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 302. — a) ‚Cunczendorf' A.

1353. *Dobroslao de Sedlčan,*[a] *perpetuo vicario in ecclesia Pragensi, reservatur beneficium cum vel sine cura, etiam si in ecclesia cathedrali existat, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi, [sic!] et praepositi, decani et capituli Pragensis vacat, vel cum vacaverit, non obstante, quod perpetuam vicariam in eadem ecclesia Pragensi obtinet. ‚D. Auinione non. Julii a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis et decano Vyssegradensis,*[b] *Pragensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 76.*

.X X.

Avinione, 1351 Julii 7.

Clementis VI A. X/2 (117) f. 322, de beneficiis cum vel sine cura qu. 7 = V. 210 f. 202 n. 436. — a) ‚Dobroslayo de Sediltzan' A. b) ‚Wischgradensis' A.

1354. *Thomae de Vnhošť.*[a]) *clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium sine cura, cuius fructus 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem decani et capituli ecclesiae Vyssegradensis.*[b]) *Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione non. Julii a. decimo.' — In e. m. decano et cantori Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum.*[1]) *Forma ut in n. 2.*

| — |
.X X.

Avinione, 1351 Julii 7.

Clementis VI A. X/2 (117) f. 428' n. 166, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 208 f. 64 n. 166. — a) ‚Vnhocz' A. b) ‚Wihschegradensis' A. 1) in margine: ‚de camera' A.

1355. *Archiepiscopus Maguntinensis et decanus Pragensis ac sacrista Avinionensis ecclesiarum constituuntur conservatores abbatissae et conventus monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, usque ad quinquennium. ‚D. Auinione non. Julii a. decimo.' Forma ut in n. 92.*

X
X
.X.

Avinione, 1351 Julii 7.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 33 n. 59, de conservatoriis qu. 1 et unicus = V. 208 f. 195 n. 59.

1356. *Episcopo Vratislaviensi mandatur, ut cum Ludovico, duce Legnicensi, et Agnete, nata quondam Henrici, ducis Saganensis, super matrimonio contracto dispenset. ‚D. Auinione VII id. Julii a. decimo.'*

X
.X.

Avinione, 1351 Julii 9.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 228, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1 = V. 211 f. 107' n. 795. — Ed. Theiner, MP. I n. 704.

1357. *Petrus Begonis, cancellarius Vratislaviensis, supplicat, ut omnibus vere poenitentibus et confessis, qui pro sustentatione presbyterorum capellae sanctae Mariae Magdalenae in ecclesia Castrensi manus porrexerint adiutrices, indulgentiae aliquae concedantur. ‚Fiat de uno anno et una quadragena R. . . . . D. Auinione V id. Julii a. decimo.'*

Avinione, 1351 Julii 11.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 52'.

1358. *Elisabeth, regina Ungariae, supplicat, ut praesentatio et institutio, factae Petro de Kunzendorf de parrochiali ecclesia in Domslaw, Vratislaviensis diocesis, confirmentur.*

Avinione, 1351 Julii 11.

Supplicat S. V. devota filia vestra Elizabeth, regina Vngarie . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus presentacionem et institucionem, factas auctoritate ordinaria Petro de Cuntindorf de parrochiali ecclesia seu plebania in

Domslaw, Wratislauiensis diocesis, vacante ex eo, quod Lutko de Culpen, ultimus dicte ecclesie seu plebanie plebanus, cantoriam ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis, que dignitas existit, extitit assecutus, dignemini confirmare, eciam si dicta ecclesia seu plebania in Domslaw sit collacioni apostolice quomodolibet reservata, non obstante, quod ipse canonicatum et prebendam ecclesie Lubicensis obtinet, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.

Item quatenus predictorum omnium examen remittatur. Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V id. Julii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 65.

1359. *Praesentatio et institutio Petro de Kunzendorf de parrochiali ecclesia in Domslaw factae confirmantur.*

.X. *Avinione, 1351 Julii 11.*

D. f. Petro de Cuntindorf, plebano parrochialis ecclesie in Donslaw, Wratislauiensis diocesis, s. etc. Laudabile testimonium .... Sane peticio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod tu dudum parrochialem ecclesiam in Domslaw, Wratislauiensis diocesis, ex eo vacantem, quod d. f. Lucko de Culpen, cantor ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis, tunc dictam parrochialem ecclesiam obtinens, cantoriam eiusdem ecclesie sancte Crucis, que dignitas existit, tunc vacantem, canonice sibi collatam, pacifice existit assecutus, nulli de iure debitam, fuisti ab eodem cantore, vero patrono ipsius ecclesie parrochialis existente in pacifica possessione vel quasi presentandi rectorem ad eandem ecclesiam, v. f. n. .. episcopo Wratislauiensi infra tempus legitimum canonice presentatus, idemque episcopus te in eadem parrochiali ecclesia instituit in plebanum. Cum autem, sicut dicta peticio subiungebat, tu timeas eandem parrochialem ecclesiam fuisse tempore presentacionis et institucionis huiusmodi disposicioni sedis apostolice reservatam, et propterea te posse super ea imposterum molestari: nos, carissime in Christo filie nostre Elizabeth, regine Vngarie illustris, nobis super hoc humiliter supplicantis, ac tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et tibi, qui in ecclesia Lubucensi canonicatum et prebendam obtines, apostolica auctoritate concedimus, quod presentacio et institucio supradicte et quecunque inde secuta perinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si de ipsa parrochiali ecclesia nulla per nos specialis reservacio facta foret. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. Auinione V id. Julii a. decimo.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 229', de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 1 = V. 211 f. 109 n. 805.

1360. *Paulus [de Jaegerndorf], ambassiator Ludovici, regis Ungariae, supplicat, ut nonnullis personis gratiae concedantur.*

Avinione, 1351 Julii 11.

Supplicat S. V. devotus vester orator Paulus, ambaxiator devoti v. f. domini Ludouici, regis Vngarie ....

Item supplicat.[a]) quatenus Conrado[b]) Wernheri de Panewicz, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico[c]) cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, vacante, vel cum vacaverit, cum acceptacione etc. dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat etc. R.

Item quatenus Petro quondam[d]) Johannis de Bankaw, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, vacante vel vacaturo, cum acceptacione etc. sub data diei immediate sequentis[1]) dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat etc. R.

Item quatenus Francisco quondam Nicolai Turikonis de Goltberg, presbytero Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collationem etc. magistri generalis, preceptoris et fratrum hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani communiter vel divisim spectante, dicte diocesis, cum acceptacione etc. dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat etc. R.

Item Petro Henrici de Olsna, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, decani et capituli singulorumque prelatorum ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis, vacante, vel cum vacaverit, cum acceptacione etc. dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat etc. R.

Item supplicat, quatenus Bernardo Braxatoris de canonicatu ecclesie Budissinensis, Misnensis diocesis, in qua maiores et minores prebende existunt, dignemini providere, prebendam unam, eciam si de maioribus existat, vacantem, vel cum vacaverit, in dicta ecclesia dicto Bernardo conferendam donacioni apostolice reservantes, non obstante statuto seu constitucione, quibus caveri dicitur ibidem, quod nullus possit maiorem prebendam in dicta ecclesia assequi, nisi gradatim ascenderit per minores, non obstantibus eciam beneficiis suis, in cancellaria S. V. declarandis, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.

Item quatenus Nicolao Nicolai Hosank de Polkynhayn, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad collationem etc. . . abbatis et conventus monasterii in Heynrichaw, Cisterciensis ordinis, dicte diocesis, vacante vel vacaturo, cum acceptacione etc. dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat etc. R.

. . . .

Item quod predictorum omnium examen remittatur. Fiat R. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V id. Julii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 66. — [a]) suppl. supra S. [b]) sequitur: ,de', sed cancell. S. [c]) suppl. supra S. [d]) ,condam' S. — [1]) vide num. 1368.

1361. *Conrado Wernheri de Panewicz, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione V id. Julii a. decimo.' — In e. m. sanctae Mariae in Arena et sancti Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1351 Julii 11.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 323', de beneficiis cum vel sine cura qu. 7 = V. 210 f. 204 n. 440.

1362. *Francisco, nato quondam Nicolai Turikonis de Goldberg,[a]) presbytero Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem magistri, praeceptoris et fratrum hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in civitate vel diocesi Vratislaviensi vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione V id. Julii a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii beatae Mariae in Arena extra muros Vratislavienses et decano sanctae Crucis Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1351 Julii 11.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 375 n. 69, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 208 f. 27 n. 69. — ZVGA Schlesiens XXV, 296. — a) ‚Goltberg' A.

1363. *Petro Henrici de Olsna, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli singulorumque praelatorum ecclesiae sanctae Crucis Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione V id. Julii a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam et sacristae ecclesiae Avinionensis ac officiali Vratislaviensi. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1351 Julii 11.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 181, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 210 f. 81' n. 164. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 290.

1364. *Bernardo Braxatori providetur de canonicatu ecclesiae Budissinensis, Misnensis diocesis, sub expectatione alicuius maioris praebendae, non obstante, quod in ecclesia Opathoviensi, Cracoviensis diocesis, cantoriam obtinet. ‚D. Auinione V id. Julii a. decimo.' — In e. m. episcopo Lubucensi et cancellario ac Petro de Bytom,[a]) canonico ecclesiae Vratislaviensis. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1351 Julii 11.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 142', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 210 f. 14 n. 29. — a) ‚Bythom' A.

1365. *Nicolao Nicolai Hesadi de Bolkenhain,*[a]) *clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Heinrichow,*[b]) *ordinis Cisterciensis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione V id. Julii a. decimo.' — In e. m. cantori sanctae Crucis Vratislaviensis et scholastico Lubucensis*[c]) *ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1351 Julii 11.*

Clementis VI A. X 2 117 f. 178, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 210 f. 79 n. 158. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV. 294. — a) ‚Polkanhayn' A. b) ‚Heynrichow' A. c) ‚Lubicensis' A.

1366. *Theobaldo de Lucemburgo providetur de archidiaconatu Sacensi in ecclesia Pragensi vacante. Forma ut in n. 9.*

| a) | = .X X. *Avinione, 1351 Julii 11.*

D. f. Theobaldo de Lucelburgo, archidiacono Sacensi in ecclesia Pragensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Dudum siquidem[b]) intendentes de archidiaconatu Sacensi in ecclesia Pragensi, quem quondam Paulus de Cladna, archidiaconus Sacensis in ipsa ecclesia, in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, cum illum vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari: archidiaconatum predictum, dum adhuc idem[c]) Paulus ageret in humanis, videlicet idus Januarii, pontificatus nostri anno octavo,[d])[1]) collacioni et disposicioni nostre ea vice duximus specialiter reservandum, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum archidiaconatus predictus per ipsius Pauli obitum, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit,[e]) vacaverit et vacare noscatur ad presens, nullusque de illo[f]) preter nos hac vice disponere potuerit neque possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu in eadem ecclesia, in qua canonicus prebendatus existis, amplius honorare tibique graciam facere[g]) specialem, predictum archidiaconatum sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam providemus, ...; non obstantibus . . . . seu quod in eadem et in Milicensi [ac in beate Marie in Veino cum prebendis et in Wyssegradensi][h]) ecclesiis [sub expectacione prebende][i]) canonicatus et prebendas[l]) ac[m]) parrochialem ecclesiam in Wymuerskyrch prope Lucemborach,[n]) Pragensis, [Aquilegensis][o]) et Treuerensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dicti archidiaconatus possessionem pacificam fueris assecutus, predictam parrochialem ecclesiam, quam ut premittitur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. . . . . D. Auinione V id. Julii a. decimo.

In e. m. dd. ff. . . decano Wissegradensis, Pragensis diocesis, et . . preposito Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum[p]) s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. X 1 (116) f. 98, de beneficiis vacantibus qu. 3 = V. 206 f. 101 n. 179: registrata iterum, sine omni nota, ibidem: A. X 1 (116) f. 161, de beneficiis vacantibus qu. 5 = V. 206 f. 158′ n. 285. — [a]) ‚. X X. fol. 161. [b]) deest fol. 161. [c]) deest fol. 161. [d]) corr. ex ‚quarto‘ fol. 98. [e]) in fol. 161 ‚debitum nature persolvit‘ corr. ex ‚diem clausit extremum‘. [f]) ‚de illo‘ suppl. supra fol. 98. [g]) ‚facere graciam‘ fol. 161. [h]) deest fol. 98. [i]) deest fol. 98. [l]) ‚et prebendas‘ deest fol. 161. [m]) ‚necnon‘ fol. 161. [n]) ‚Lucembourch‘ fol. 161. [o]) deest fol. 98. [p]) suppl. supra fol. 98. — [1]) 1350 Januarii 13.

1367. *Ludovicus, rex Ungariae, supplicat, ut nonnullis personis, inter quas etiam Laurentio dicto de Brunna de Buda et Elisabeth, uxori eius, ac Wernhero de Panewicz et Gelae, eius uxori, concedatur absolutio plena in mortis articulo. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione V id. Julii a. decimo.‘*

Avinione, 1351 Julii 11.

Clementis VI S. X 1 (21) f. 67.

1368. *Petro, nato quondam Johannis de Bankow, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione IIII id. Julii a. decimo.‘ — In e. m. sanctae Mariae in Arena et sancti Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

. X X.

Avinione, 1351 Julii 12.

Clementis VI A. X 2 (117) f. 180′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 210 f. 81′ n. 163. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

1369. *Casimirus, rex Poloniae, supplicat, quatenus Johanni dicto Suchiwilk in Cracoviensi et Michaeli Dzirsconis de Bittkow (?) in Vratislaviensi ecclesiis de canonicatu sub expectatione praebendae provideatur.*

Avinione, 1351 Julii 12.

Supplicat S. V. devotus f. v. Kazimirus, rex Polonie . . . .
. . . .

Item predictus rex supplicat V. S., quatenus in personam capellani sui Johannis dicti Suchiwilk, doctoris decretorum, graciam sibi facientes specialem, eidem Johanni de canonicatu ecclesie Cracouiensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam vero, si que vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, conferendam eidem dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et ceteris clausulis ac executoribus oportunis, non obstante, quod dictus Johannes prepositeram in Gneznensi et canonicatus cum prebendis in Wratislauiensi, Poznaniensi et Wladislauiensi ecclesiis noscitur obtinere.

Fiat R.

Item supplicat prefatus rex V. S., quatenus in personam Michaelis Dzirsconis de Byttow, clerici Wratislauiensis diocesis, sibi graciam facientes specialem, eidem Michaeli de canonicatu ecclesie Wratislauiensis cum plenitudine iuris canonici dignemini providere, prebendam vero, si qua vacat ad presens, vel quamprimum vacaverit, conferendam eidem dignemini reservare, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri ac ceteris clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R.

. . . .

D. Auinione IIII id. Julii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 63.

1370. *Johanni dicto Suchiwilk, decretorum doctori, providetur ad supplicationem Casimiri, regis Poloniae, cuius est capellanus, de canonicatu ecclesiae Cracoviensis sub expectatione praebendae, non obstante ut in n. 1369. ,D. Auinione IIII id. Julii a. decimo.' — In e. m. decano et scholastico ac Johanni Dzeczkonis, canonico, ecclesiae Cracoviensis. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1351 Julii 12.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 167', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 210 f. 33' n. 67.

1371. *Michaeli Dzirsconis providetur ad suppplicationem Casimiri, regis Poloniae, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione IIII id. Julii a. decimo.' — In e. m. praeposito Opoliensis,[a]) Vratislaviensis diocesis, et decano Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1351 Julii 12.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 168, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 2 = V. 210 f. 34 n. 68. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [a]) ,Opulensis' A.

1372. *Praeposito Sandomiriensis, Cracoviensis diocesis, et decano Vratislaviensis ecclesiarum ac officiali Cracoviensi mandatur, ut Francisco de „Oppacowetz", presbytero Cracoviensis diocesis, capellano Casimiri, regis Poloniae, ad supplicationem eiusdem regis praeposituram ecclesiae sancti Floriani prope Cracoviam conferant et assignent. ,D. Auinione IIII id. Julii a. decimo.' Forma ut in n. 443.*

[1]) *Avinione, 1351 Julii 12.*

Clementis VI A. X/1 (116) f. 426', de beneficiis vacantibus qu. 16 = V. 206 f. 394 n. 733. — [1]) taxatio deest in A.

1373. *Johannes de Tassor supplicat, quatenus sibi praepositura ecclesiae Olomucensis, quam acceptaverat, confirmetur aut de novo conferatur.*

Avinione, 1351 Julii 23.

Significat S. V. devotus orator vester Johannes de Tassaw, prepositus ecclesie Olomucensis, quod ipse olim preposituram dicte ecclesie, tunc vacantem per obitum quondam Bartholomei, ultimi prepositi eiusdem ecclesie, extra Romanam curiam defuncti, auctoritate litterarum S. V. infra tempus legitimum acceptavit et de illa sibi obtinuit provideri canonice eamque vigore acceptacionis et provisionis huiusmodi per duos annos et ultra possedit, prout possidet pacifice et quiete. Quare humiliter supplicat S. V. premisse, quatenus acceptacionem et provisionem predictas dignemini ex certa sciencia confirmare, non obstantibus quibuscunque reservacionibus generalibus vel specialibus, vel de illa, si reservata sit, sibi providere de novo, non obstantibus eciam beneficiis, que obtinet, que in litteris vestris habere dignemini pro expressis, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Providemus sibi R.[a]) Et q. t. s. a. l. et sine examinacione. Fiat R. D. Auinione X kal. Augusti a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 86'. — Reperitur etiam registrata iam in fol. 69', sed cancellata cum nota: „Cassata est, quia alibi registrata.“ — [a]) ‚Providemus sibi R‘ suppl. supra S.

1374. *Johanni de Tassov*[a]) *providetur de praepositura ecclesiae Olomucensis, quam ante biennium contra tenorem reservationis apostolicae iniuste acceptavit. ‚D. Auinione X kal. Augusti a. decimo.‘ — In e. m. archiepiscopo Pragensi et decano Vyssegradensis prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 9.*

.X X. *Avinione, 1351 Julii 23.*

Clementis VI A. X/1 (116) f. 93, de beneficiis vacantibus qu. 2 = V. 206 f. 99' n. 171. — Ed. CDM. VIII n. 94. — [a]) ‚Tassaw‘ A.

1375. *Nicolao, nato Hostislai de Hořovicz,*[a]) *decano ecclesiae Litoměřicensis, Pragensis diocesis, indulgetur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, cuius est capellanus, ut insistens studio litterarum, ubi illud vigeat generale, vel in aliquo beneficiorum suorum residens, fructus omnium beneficiorum suorum, etiam si dignitates vel personatus seu officia existant et curam habeant animarum, dummodo in cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis principales dignitates huiusmodi non existant, usque ad quinquennium integre et libere percipere possit, ac si in eis personaliter resideret, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. ‚D. Auinione VII kal. Augusti a. decimo.‘ — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis, Pragensis diocesis, et decano Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 454.*

.X X. *Avinione, 1351 Julii 26.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 405 n. 16, de fructibus percipiendis qu. 1 = V. 207 f. 430 n. 16. — [a]) ‚Hostizlai de Horawicz‘ A.

1376. *Petrus de Kunzendorf supplicat, quatenus collatio sibi facta de ecclesia parrochiali in Domslau confirmetur.*

Avinione, 1351 Julii 29.

Rotulus confirmacionum auctoritate ordinaria.

Pater sanctissime! Dignemini collaciones infrascriptas, auctoritate ordinaria legitime et absque preiudicio impetrancium seu aliorum factas, non obstantibus vestris specialibus reservacionibus, personis infrascriptis confirmare vel de novo conferre seu [a]) providere eisdem, cum non obstantibus de beneficiis, que obtinent seu expectant, in vicecancellaria vestra exprimendis, et aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Item simili modo collacionem factam Petro de Cuntzendorf de ecclesia seu plebania plebis in Domslaw, Wratislauiensis diocesis, vacante per assecucionem alterius beneficii.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis in forma R. Sine leccione R. D. Auinione IIII kal. Augusti a. decimo.

Clementis VI S. X 1 (21) f. 92. — a) ‚conferre seu' suppl. supra S.

1377. *Archiepiscopo Pragensi et Cracoviensi ac Olomucensi episcopis mandatur ad supplicationem ministri et fratrum ordinis Minorum, provinciae Bohemiae, ut constitutionem Johannis papae XXII, quam de confessionibus a fratribus Minoribus audiendis ediderat, in eadem provincia observari faciant. ‚D. Auinione II kal. Augusti a. decimo.'*

V
X
X
.X.

Avinione, 1351 Julii 31.

Clementis VI A. X 1 (119) f. 274' n. 73, diversarum formarum qu. 1 = V. 209 f. 16 n. 73. — Ed. CDM. VIII n. 100.

1378. *Conradus Nicolai de Budweis et Johannes Pandulfi de Spoleto supplicant, ut primus canonicatum et praebendam Reatinam et alter rectoriam altaris sanctae Agathae in ecclesia de Lammis, (!) Leodiensis diocesis, invicem permutare possint.*

Avinione, 1351 Julii 31.

Supplicant S. V. Conradus Nicolai de Budewoys, canonicus ecclesie sancti Dionisii Leodiensis, et Johannes Pandulfi de Spoleto, canonicus ecclesie sancti Marci Spolitani, ut, cum Conradus canonicatum et prebendam Reatinam et Johannes predicti rectoriam altaris sancte Agathe sine cura, siti in ecclesia de Lammis, Leodiensis diocesis, quos canonice obtinebant, ex causa permutacionis ad invicem faciende in manibus domini camerarii vestri libere resignaverint, idemque camerarius resignacionem huiusmodi apud sedem apostolicam de mandato vestro admiserit, quatenus eis specialem graciam facientes, canonicatum et prebendam Johanni et rectoriam predictos Conrado predictis conferre dignemini et de illis

eis eciam providere, non obstante, quod dictus Conradus in sancti Johannis scolastriam et canonicatum sub expectacione prebende et sancti Dionisii Leodiensis ac in basilica Principis Apostolorum de Urbe ecclesiis canonicatus et prebendas, et quod dictus Johannes in sancti Marci Spoletani et sancte Marie de Baiano ecclesiis, Spoletane diocesis, canonicatus et prebendas obtinere noscuntur, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II kal. Augusti a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 82'.

1379. *Paulus [de Jaegerndorf], archidiaconus Nitriensis, supplicat, quatenus Nicolao Conradi de Strigovia praepositura ecclesiae Bosnensis confirmetur aut de novo conferatur.*

Avinione, 1351 Augusti 2.

Significat S. V. devotus orator vester Paulus, archidiaconus Nitriensis, quod Nicolaus Corradi [1]) de Strigouio, Wratislauiensis diocesis, dudum prepositurum ecclesie Bosnensis, tunc vacantem per obitum quondam Stephani, ultimi prepositi dicte prepositure, auctoritate S. V. acceptavit et de eadem obtinuit provideri, de qua prepositura predicta S. V. Benedicto, quondam electo Boznensi, providerat, qui diem suum extra Romanam curiam clausit extremum. Cum autem idem Nicolaus dubitet seu suspicetur, prepositurum huiusmodi fuisse disposicioni sedis apostolice per S. V. reservatam, supplicat idem Paulus, quatenus dictas acceptaciones et provisiones ratas et gratas habere dignemini, reservacione generali vel speciali de dicta prepositura forsan facta non obstante, ac decernere, acceptacionem et provisionem predictas perinde valere, ac si de eadem prepositura reservacio nulla facta foret, vel sibi de ipsa de novo dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, ut in forma.

Providemus R. Et q. s. a. t. l. Fiat R. D. Auinione IIII non. Augusti a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 74'. — [1]) corr. ex ‚Johannis', cum nota in marg.: ‚Correctum fuit Corradi loco Johannis in originali per magistrum Franciscum de Neapoli, prothonotarium, de precepto domini nostri, ut retulit, et hic per me, P[aulum] Germani, ad relacionem suam.' S.

1380. *Paulus de Jaegerndorf,* [a]) *archidiaconus Nitriensis, ambassiator regis Ungariae, supplicat, ut Lamberto Cropelyn, canonico minoris praebendae in ecclesia Lubucensi,* [b]) *de praebenda maiore, si in eadem ecclesia vacat, vel quamprimum vacaverit, provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione IIII non. Augusti a. decimo.'*

Avinione, 1351 Augusti 2.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 87, sed cancellatum cum nota in marg.: ‚Cancellata de precepto domini nostri ad relacionem domini G[uillelmi] de Bordis, electi Ebredunensis, quia aliam graciam habuit in eadem ecclesia, per me P[aulum] Germani.' S. — [a]) ‚Jegherdorf' S. [b]) ‚Lubicensi' S.

1381. *Magistro Petro Begonis, cancellario ecclesiae Vratislaviensis, baccallario in legibus, capellano papae, apostolicae sedis nuntio ad partes regni Ungariae destinato, dantur litterae securi conductus. ,D. Auinione non. Augusti a. decimo.'*

Avinione, 1351 Augusti 5.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 35.

1382. *Cum Venceslao, nato Johannis, regis Bohemiae, et Johanna, nata Johannis, ducis Brabantiae, dispensatur super matrimonio contrahendo.*

.X̿. *Avinione, 1351 Augusti 8.*

D. f. n. v. Wenceziao, nato cl. m. Johannis, regis Boemie, comiti Lucemburgensi, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne de Brabancia, nate d. f. n. v. Johannis, ducis Brabancie, s. etc. Intenta salutis operibus sedis apostolice cunctis prompta benignitas indulta sibi desuper plenitudine potestatis utitur, sicut condicione temporum et exigencia[a]) personarum diligenter attentis id in deo conspicit utilius expedire. Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio[b]) continebat, quod inter vestros communes consanguineos et amicos de contrahendo inter vos matrimonio habitus est tractatus, sed quia tercio consanguinitatis et affinitatis gradu ex diversis lateribus vobis invicem attinetis, matrimonium huiusmodi contrahere non potestis, dispensacione super hoc apostolica non obtenta. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere vobis super hoc de oportune dispensacionis gracia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ex certis causis nobis expositis, c. in Ch. f. n. Johannis, regis Francie illustris, nobis super hoc humiliter supplicantis, ac vestris supplicacionibus inclinati, vobiscum, ut impedimento, quod ex huiusmodi consanguinitate ac affinitate provenit, non obstante matrimonium invicem contrahere libere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere licite valeatis, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus, prolem suscipiendam ex eodem legitimam nunciantes. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis et nunciacionis infringere etc. D. Auinione VI id. Augusti a. decimo.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 279′ n. 88, diversarum formarum qu. 1 = V. 209 f. 20 n. 88 = V. 145 (secr. a. X) f. 33′. — a) sequitur ,meritorum', sed cancell. A. b) suppl. supra A.

1383. *Conrado,[a]) abbati monasterii sanctae Mariae in Arena Vratislaviensis, ordinis sancti Augustini, et successoribus eius conceditur, ut pontificalibus insigniis uti et benedictionem sollemnem elargiri possint. ,D. Auinione III id. Augusti a. decimo.' Forma ut in n. 429.*

.L. *Avinione, 1351 Augusti 11.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 296′ n. 160, diversarum formarum qu. 2 = V. 209 f. 35 n. 160. — a) ,Corrado' A.

1384. *Guillelmus de Sancto Amantio supplicat, quatenus Mathiae, nato quondam Conradi dicti de Vorwenstat, (?) clerico Vratislaviensis diocesis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Bardewicensi, Verdensis diocesis, vacantibus provideatur.*

Avinione, 1351 Augusti 20.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Guillelmus de Sancto Amancio, miles, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui Mathie, nati quondam Conradi dicti de Vorwenstat, clerici Wratislauiensis diocesis, specialem graciam facientes, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Bardewichcensis, Verdensis diocesis, vacantibus per mortem Alberti de Monte, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, dignemini providere, non obstante, quod S. V. eidem Mathie de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, in forma pauperum, quam collacionem sibi cum presenti gracia petit reservari, providit, et aliis non obstantibus et clausulis, executoribus oportunis, ut in forma.

Fiat ut petit R. Et s. a. l. Fiat R. D. Auinione XIII kal. Septembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 112'.

1385. *Ernesto de Erich, rectori capellae beatae Mariae in Wolkramshausen,[a]) Maguntinensis diocesis, reservatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae sanctae Crucis in Nordhausen,[b]) Maguntinensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Septembris a. decimo.' Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1351 Augusti 21.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 175, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 210 f. 76' n. 152. — a) ‚Wolcranishusen' A. b) ‚Northusen' A.

1386. *Jacobo, nato quondam Bertholdi de Clam, capellano Caroli, regis Romanorum, reservatur ad supplicationem eiusdem regis beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani, thesaurarii et capituli ecclesiae Maguntinae in civitate vel diocesi Maguntina vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Septembris a. decimo.' Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1351 Augusti 21.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 355' n. 35, de beneficiis vacaturis qu. 1 = V. 208 f. 14 n. 35.

1387. *Reimbotus de Frankenstein supplicat, ut sibi beneficium cum vel sine cura ad collationem praepositi, priorissae et conventus sanctimonialium monasterii Domus Dei reservetur.*

Avinione, 1351 Augusti 25.

Item similem graciam facientes Reymboto de Frankensteyn, clerico Wratislauiensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante

communiter vel divisim ad collacionem etc. prepositi, priorisse et conventus sanctimonialium monasterii Domus Dei, ordinis Premonstratensis, Wratislauiensis diocesis, vacante vel vacaturo, dignemini providere, cum non obstantibus et clausulis ut supra.

Fiat etc. R. Sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione VIII kal. Septembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 128.

1388. *Reimboto de Frankenstein, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi et priorissae et conventus monasterii monialium Domus Dei, per praepositum et priorissam soliti gubernari, Praemonstratensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione VIII kal. Septembris a. decimo.' — In e. m. episcopo Lubucensi et archidiacono Opoliensis, Vratislaviensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

I ǀ =
.X X.

Avinione, 1351 Augusti 25.

Clementis VI A. X/2 (117) f. 366 n. 53, de beneficiis vacaturis qu. 2 = V. 208 f. 21 n. 53. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 294.

1389. *Quido, Portuensis et sanctae Rufinae episcopus cardinalis, supplicat, ut Nicolao quondam Friedlini de Brunna de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Petri Vyssegradensis prope Pragam vacantibus provideatur.*

Avinione, 1351 Septembris 2.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Quido, Portuensis et sancte Rufine episcopus sancte Romane ecclesie cardinalis, quatenus sibi in personam dilecti familiaris sui et procuratoris in regno Boemie, Nicolai quondam Fridlini de Brunna, subdiaconi, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie sancti Petri Wissegradensis prope Pragam, specialiter reservatis et vacantibus per obitum quondam Symonis de Gyczin, qui extra Romanam curiam decessit, dignemini providere, non obstante, quod per annum et non plene uno mense post obitum dicti Symonis fuerint et sint per Henricum, plebanum de Monte Kutnys, Pragensis diocesis, vel alium quemcunque detenti, et quod possit sua non obstancia exprimere in cancellaria, cum clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R. Sine examine et alia leccione. Fiat R. D. Auinione IIII non. Septembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 130'.

1390. *Raynaldus, tituli sancti Adriani diaconus cardinalis, supplicat, quatenus gratia sibi in Metensi, Tullensi, Virdunensi, Pragensi, Olomucensi et Vratislaviensi ecclesiis facta in aliam commutetur.*

Apud Villamnovam, 1351 Octobris 3.

Pater sanctissime! Quia gracia, facta per S. V. michi Raynaldo, sancti Adriani diacono cardinali, devote creature vestre, quod in ecclesiis Metensi, Tullensi, Virdunensi, Pragensi, Olomucensi et Wratislauiensi possim canonicatum et prebendam cum dignitate, personatu vel officio et unum beneficium ecclesiasticum seculare vel regulare,[a]) cuiuscunque ordinis, eciam si dignitas, personatus, prioratus, decanatus, prepositatus seu administracio vel officium existeret, si quod in unaquaque civitatum Metensis, Tullensis, Virdunensis, Pragensis, Olomucensis et Wratislauiensis predictarum[b]) vel diocesium earundem ad cuiuscunque seu quorumcunque collacionem, provisionem seu quamvis aliam disposicionem pertinens vacaret, vel vacare contingeret, quod acceptare vellem, michi conferendum provisioni sedis apostolice cum dispensacionibus et reservacionibus, non obstantibus et aliis clausulis specialiter reservastis, secundum assercionem domini mei cardinalis Boloniensis et aliorum de partibus Alamanie est michi penitus inutilis: dignetur S. supradicta michi concedere, quod in Ytalia in singulis ecclesiis canonicatum et prebendam cum dignitate, personatu vel officio et in singulis civitatibus et diocesibus infrascriptis in commutacionem gracie prelibate possim sex beneficia vel saltem quatuor, ex quibus unum possit esse regulare dumtaxat, reliqua vero alia secularia, eciam si sint dignitates, personatus, administraciones vel officia et maiores post episcopalem existant ac ad ea vel eas consueverit quis per eleccionem assumi et eis ac earum vel eorum singulis cura[c]) immineat animarum, cum dispensacionibus, reservacionibus, non obstantibus et aliis clausulis oportunis acceptare et de ipsis michi provideri valeat, ut in forma michi dudum per eandem S. proprio motu concessa. Vel saltem, quod in singulis ecclesiis canonicatum et prebendam cum dignitate, personatu vel officio et civitatibus ac diocesibus infrascriptis possim beneficia, quotquot fuerint, usque ad valorem annuum quingentorum florenorum auri secundum decimam modo simili acceptare, videlicet: in ecclesia, civitate et diocesi Pisana, in ecclesia, civitate et diocesi Florentina, in ecclesia, civitate et diocesi Aretina, in ecclesia, civitate et diocesi Senensi, in ecclesia, civitate et diocesi Tudertina, in ecclesia, civitate et diocesi Spoletana.

Fiat in dictis ecclesiis de canonicatibus, prebendis et dignitatibus etc., in qualibet de una vel uno, et in dictis diocesibus in qualibet de duobus beneficiis secularibus, cuiuscunque valoris existant, in meliori forma R. D. apud Villamnouam, A. d., V non. Octobris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 158. — [a]) ‚secularem vel regularem' S. [b]) ‚predictorum' S. [c]) ‚curam' S.

1391. *Pauperes clerici infrascripti supplicant, ut sibi nonnulla beneficia reserventur.*

Apud Villamnovam, 1351 Octobris 15.

Rotulus pauperum clericorum.

Pater sanctissime! Dignemini pauperibus clericis infrascriptis collaciones infrascriptas assignare, cum non obstantibus de beneficiis, que obtinent seu

expectant, et eorum defectibus in vicecancellaria exprimendis, et de beneficiis vacantibus vel vacaturis misericorditer providere, ut in forma.

. . . .

Item Wenzslauo quondam Pauli de Zehem, clerico Pragensis diocesis, ad collacionem etc. . . abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti.

. . . .

Item Paulo Andree de Nisa, clerico Wratislauiensis diocesis, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Wratislauiensis.

. . . .

Item Paulo de Lemberg, clerico Wratislauiensis diocesis, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii in Lubens, Cisterciensis ordinis, dicte diocesis.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis etc. et concurrentibus et illis, qui non habent collaciones, assignentur collaciones in cancellaria R. Sine leccione R. D. apud Villamnouam, A. d., id. Octobris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 1—5.

1392. *Venceslao, nato quondam Pauli de Žehuň, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus sanctimonialium monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. apud Villamnouam, A. d., id. Octobris a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis prope Pragam et decano Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1351 Octobris 15.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 215, de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 210 f. 109 n. 229.

1393. *Paulo de Lemberg, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus in Lubens, Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Apud Villamnouam, A. d., id. Octobris a. decimo.' — In e. m. decano et scholastico Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Apud Villamnovam, 1351 Octobris 15.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 398 n. 110, de beneficiis vacaturis qu. 3 = V. 208 f. 42′ n. 109 (sic!). — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 294.

1394. *Guidoni, episcopo Portuensi, confertur officium camerariae monasterii sancti Petri in Valle Carnotensi, ordinis sancti Benedicti, et in ea occasione fit mentio de „Durando Girardi, archidiacono Pragensi, procuratore suo." ‚D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Novembris a. decimo.'*

Apud Villamnovam, 1351 Octobris 20.

Clementis VI A. X/1 (116) f. 266, de beneficiis vacantibus qu. 10.

1395. *Pauperes clerici infrascripti supplicant, quatenus sibi nonnullae gratiae concedantur.*

Apud Villamnovam, 1351 Octobris 20.

Rotulus pauperum.

Supplicant S. V. devoti et pauperes clerici infrascripti . . . .

. . . .

Item Michaeli Johannis de Oswentin, clerico Cracouiensis diocesis, ad collacionem episcopi et capituli ecclesie Wratislauiensis communiter vel divisim.

. . . .

Item Petro Jacobi de Magna Goglouia, clerico Wratislauiensis diocesis, ad collacionem episcopi Wratislauiensis.

Item Johanni Nicolai Steynbrut de Rythenbach, presbytero Wratislauiensis diocesis, ad collacionem abbatis et conventus monasterii Lubensis, ordinis Cisterciensis, dicte diocesis.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis R. Sine leccione R. D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Novembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 161.

1396. *Michaeli Johannis de Oswięcim,[a]) clerico Cracoviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et capituli Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ‚D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Novembris a. decimo.' — In e. m. episcopo Lubucensi et praeposito Lubucensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Apud Villamnovam, 1351 Octobris 20.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 212', de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 210 f. 107 n. 224. — Reg. Theiner MP. I n. 711[b], ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [a]) ‚Oswenczin' A.

1397. *Clerici infrascripti supplicant, ut sibi beneficia, quae acceptaverunt, confirmentur.*

Apud Villamnovam, 1351 Octobris 20.

Confirmaciones auctoritate apostolica.

Sanctissime pater! Dignemini acceptaciones et promociones infrascriptas, auctoritate apostolica rite et legitime suo loco et tempore absque preiudicio impetrancium et aliorum factas, non obstantibus vestris specialibus reservacionibus, confirmare vel de novo providere, cum non obstantibus in vestra vicecancellaria exprimendis.

. . . .

Item acceptacionem etc. factam per Johannem quondam Alberti de Horawicz de parrochiali ecclesia in Tasswicz, Olomucensis diocesis, vacante per obitum Henrici, ultimi rectoris.

. . . .

Item acceptacionem etc. factam per Hermannum Hermanni de Kunygsperc de archidiaconatu Saccensi in ecclesia Pragensi, vacante per obitum Pauli Cladna.[a])

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis, si alias eis deberetur de iure, nisi nostre reservaciones obstarent R. Sine leccione R. D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Novembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 163. — a) ‚vacante — Cladna' suppl. supra S.

1398. *Hermanno Hermanni de Koenigsberg confirmatur acceptatio archidiaconatus Sacensis in ecclesia Pragensi.*

.X̄. *Apud Villamnovam, 1351 Octobris 20.*

D. f. Hermanno Hermanni de Kunygsperch, archidiacono Sacensi in ecclesia Pragensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod dudum tu auctoritate quarundam litterarum nostrarum, per quas fuisti in canonicum ecclesie Pragensis sub expectacione prebende ac dignitatis seu personatus vel officii cum cura vel sine cura receptus, archidiaconatum Sacensem in eadem ecclesia, quem quondam Paulus de Cladna, ultimus archidiaconus Sacensis, in eadem ecclesia, dum viveret, obtinebat, tunc per obitum ipsius Pauli, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantem, tibi, nisi nostra reservacio obstaret, debitum, acceptasti tibique de illo provideri fecisti. Verum, sicut eadem peticio subiungebat, cum [a]) dubites, quod archidiaconatus ipse foret tempore acceptacionis et provisionis huiusmodi collacioni et disposicioni apostolice reservatus, et quod posses propterea super hoc pro tempore in posterum molestari: fuit nobis pro parte tua humiliter supplicatum, ut providere tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque, volentes te premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati volumus et apostolica tibi, qui in dicta Pragensi cum prestimonio et expectacione prebende et in Vicegradensi, Pragiensis diocesis,

cum prestimonio et prebenda canonicatus obtines, auctoritate concedimus, quod acceptacio per te et provisio supradicte, tibi de dicto archidiaconatu ut premittitur facte, et quecunque inde secuta perinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si nulla de dicto archidiaconatu per nos specialis reservacio facta foret. . . . . D. apud Villamnouam, A. d., XIII kal. Novembris a. decimo.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 280′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 3 = V. 211 f. 158′ n. 1001. — [a]) ,tu' S., corr. ab editore.

1399. *Petro Jacobi de Magna Glogovia, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit. ,D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Novembris a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam et archidiacono Lubucensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Apud Villamnovam, 1351 Octobris 21.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 485′ n. 272, de beneficiis vacaturis qu. 7 = V. 209 f. 107′ n. 270 (sic!) — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

1400. *Cum Johanne de Novoforo dispensatur, ut aliam parochialem ecclesiam aut dignitatem vel personatum seu officium libere recipere et una cum parochiali ecclesia de Novoforo licite retinere possit.*

X
.X. *Apud Villamnovam, 1351 Octobris 26.*

D. f. Johanni de Nouo foro, rectori parrochialis ecclesie de Nouoforo, Wratislauiensis diocesis, s. etc. Illos libenter apostolice gracie favore prosequimur, quos morum et vite insignit honestas et alia virtutum dona fidedignorum testimoniis affirmata commendant. Hinc est, quod nos, volentes personam tuam, cui premissa, prout testimonio fidedignorum accepimus, laudabiliter suffragantur, horum intuitu necnon consideracione carissime in Christo filie nostre Anne, Romanorum et Boemie regine illustris, pro te, dilecto cancellario suo, nobis in hac parte humiliter supplicantis, prerogativa prosequi favoris [a]) et gracie specialis, tecum, qui in Wratislauiensi cum reservacione prebende et in sancte Crucis Wratislauiensis et in Glagouiensi, Wratislauiensis diocesis, ecclesiis cum prebendis canonicatus et parrochialem ecclesiam [b]) de Nouoforo, dicte diocesis, obtines, ut unam aliam parrochialem ecclesiam aut dignitatem vel personatum seu officium, eciam si ei cura immineat animarum, si tibi canonice conferantur, libere recipere et una cum dicta parrochiali ecclesia licite retinere valeas, generalis concilii et quibuscunque apostolicis et aliis constitucionibus ac statutis et consuetudinibus contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus, proviso, quod parrochiales ecclesie vel earum altera ac dignitas vel personatus

aut officium huiusmodi debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo etc. nostre dispensacionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., VII kal. Novembris a. decimo.

Clementis VI A. X/1 (119) f. 327 n. 292, diversarum formarum qu. 3 = V. 209 f. 60 n. 293 (sic). — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 291. — a) corr. ex ,graciose' A. b) sequitur: ,aut dignitatem, personatum seu officium, eciam si ei cura immineat animarum', sed cancell. A

1401. *Pro Johanne Syndrami de Frankenstein supplicatur, ut ei officium simplex seu beneficium sine cura, si in ecclesia, aut aliud beneficium cum vel sine cura, si in civitate vel diocesi Vratislaviensi ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit, reservetur.*

Avinione, 1351 Octobris 31.

Rotulus servitorum phisicorum.

. . . .

Item quatenus Johanni Syndrami de Frankynsteyn, clerico [a]) Wratislauiensis diocesis, officium simplex seu aliud beneficium ecclesiasticum sine cura, si in ecclesia, aut aliud beneficium cum cura vel sine cura, si in civitate vel diocesi Wratislauiensi vacat [b]) ad presens, vel [cum] [c]) vacaverit [d]) simul vel successive, cuius fructus etc., si cum cura, XL, si vero sine cura, XXX marcharum argenti secundum taxacionem decime antique valorem annuum non excedant, pertinens [e]) ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, conferendum [f]) dicto Johanni dignemini reservare, cum acceptacione ut supra, non obstante, quod idem beneficium cum cura vel sine cura, pertinens ad collacionem abbatisse et conventus monasterii in Strelyn, ordinis sancte Clare, dicte diocesis, vigore litterarum vestrarum in communi forma pauperum dignoscitur expectare, quas quidem litteras dignemini reservare ac decernere in suo robore permanere, qualibet alia constitucione non obstante, ut supra.

. . . .

Fiat R. D. Auinione II kal. Novembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) f. 166'. — a) ,clerici' S., corr. ab editore. b) ,vacancia' S., corr. ab editore. c) deest in S., suppl. ab editore. d) ,vacaverint' S., corr. ab editore. e) ,pertinencia' S., corr. ab editore. f) ,conferenda' S., corr. ab editore.

1402. *Andreae Stuk, civi Pragensi, et Elisabeth, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Novembris a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

$\overline{\text{V}}$ *Avinione, 1351 Novembris 1.*

.X.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 450' n. 450, de absolutione qu. 1 = V. 209 f. 229' n. 450.

1403. *N. v. Nicolao, duci, et n. m. Hedvigi, ducissae Opaviae et Ratiboriae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione kal. Novembris a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\overline{V}}{.X.}$ *Avinione, 1351 Novembris 1.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 493', de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 78 sine numero.

1404. *Jacobo Sleichenkauf,*[a]) *civi Pragensi, et Agneti, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione kal. Novembris a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\overline{V}}{.X.}$ *Avinione, 1351 Novembris 1.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 493', de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 78 sine numero. — [a]) ‚Scleychenkauf' A.

1405. *Nicolao Sleichenkauf,*[a]) *civi Pragensi, et Annae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione kal. Novembris a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\overline{V}}{.X.}$ *Avinione, 1351 Novembris 1.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 493', de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 78 sine numero. — [a]) ‚Sleychenkauf' A.

1406. *Francisco Rokzanerii,*[a]) *civi Pragensi, et Margarethae, uxori eius, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione kal. Novembris a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\overline{V}}{.X.}$ *Avinione, 1351 Novembris 1.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 493', de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 78 sine numero. — [a]) ‚Rotkzanerii' A.

1407. *Conrado dicto Paier, militi, et Elisabeth, uxori eius, Olomucensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione kal. Novembris a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

$\frac{\overline{V}}{.X.}$ *Avinione, 1351 Novembris 1.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 493', de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 78 sine numero.

1408. *Beatrici, reginae Bohemiae, commendatur magister Guillelmus Pinchon, praepositus ecclesiae Maguntinae, capellanus papae, qui pro discordia inter ducissam Lotharingiae et comitissam Barrensem sedanda apostolicae sedis nuntius destinatur. ‚D. ut s. [Auinione IIII non. Novembris a. decimo.]'* [1])

Avinione, 1351 Novembris 2.

Clementis VI V. 115 (secr. a. X) f. 115. — [1]) ut in fol. 112, in litteris securi conductus pro Guillelmo Pinchon.

1409. *Johannes, praepositus ecclesiae Omnium Sanctorum in castro Pragensi, in sacerdotio constitutus, ecclesiae Olomucensis episcopus praeficitur. ‚D. Auinione XV kal. Decembris a. decimo.' — In e. m. capitulo ecclesiae, clero civitatis et diocesis, populo civitatis et diocesis, vassallis ecclesiae Olomucensis, archiepiscopo Pragensi, Carolo, Romanorum et Bohemiae regi.*

X X X X X X X
.X X X X X X X. *Avinione, 1351 Novembris 17.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 84', de provisionibus praelatorum qu. 1 = V. 206 f. 22' n. 35. — Ed. CDM. VIII n. 125 et 126.

1410. *Petrus de Kunzendorf supplicat, ut sibi parrochialis ecclesia de Domslaw confirmetur.*

Avinione, 1351 Novembris 23.

Rotulus auctoritate ordinaria.

Pater sanctissime! Dignemini collaciones infrascriptas, auctoritate ordinaria legitime ac rite, suo loco et tempore et absque preiudicio impetrancium factas, non obstantibus vestris specialibus reservacionibus, confirmare vel de novo providere personis infrascriptis de eisdem, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et cum non obstantibus de beneficiis, que obtinent vel expectant, in cancellaria vestra singulariter exprimendis.

. . . . , ...

Item simili modo presentacionem et institucionem ut supra, factas Petro de Cuntzindorf de plebania plebis seu ecclesia in Domslow, Wratislauiensis diocesis, vacante pro eo, quod Lutko de Culpen, olim ipsius ecclesie plebanus, cantoriam ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis, que dignitas existit, est pacifice assecutus.[1])

. . . .

Fiat in forma pro omnibus suprascriptis R. Et sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione IX kal. Decembris a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 9. — [1]) Haec praesentatio et institutio Petri de Kunzendorf ad parrochialem ecclesiam de Domslaw confirmata est iam sub d. 1351 Julii 11 (apud nos n. 1358 et 1359) ad supplicationem Elisabeth, reginae Ungariae. Aliam supplicationem pro eodem in eadem causa porrectam, quae 1351 Julii 29 signata est, vide in n. 1376.

1411. *Petro Begonis, baccallario in legibus, providetur de canonicatu et praebenda ecclesiae Agriensis atque archidiaconatu Zemlunensi, in eadem ecclesia vacantibus, non obstante, quod in Vratislaviensi officium cancellariae, quod simplex et sine cura existit, et in eadem atque in Cracoviensi ecclesiis canonicatus et praebendas obtinet. ‚D. Auinione VI kal. Januarii a. decimo.' Forma ut in n. 4.*

| [a])
| ≡
.X X. *Avinione, 1351 Decembris 27.*

Clementis VI A. X/1 (116) f. 298', de beneficiis vacantibus qu. 11 = V. 206 f. 275' n. 512. —

[a]) corr. ex ‚ .X X. A.

1412. *Johanni, electo Olomucensi, conceditur, ut a quocunque maluerit catholico antistite munus consecrationis recipere possit, hac tamen conditione, ne per hoc archiepiscopo Pragensi, cui ecclesia Olomucensis metropolitico iure subesse dinoscitur, ullum imposterum praeiudicium generetur. ,D. Auinione III kal. Januarii a. decimo.'*

.X. *Avinione, 1351 Decembris 30.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 347 n. 361, diversarum formarum qu. 4 = V. 209 f. 75' n. 361. — Ed. CDM. VIII n. 134.

1413. *Margarethae dictae de Gesir de Crosna, mulieri Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione II non. Januarii a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

.X. *Avinione, 1352 Januarii 4.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 493, de absolutione qu. 1 = V. 211 f. 78, sine numero. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 302.

1414. *Paulus, electus Gurcensis, supplicat, ut clerico suo Ulrico dicto Schoff canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis reserventur.*

Avinione, 1352 Januarii 13.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Paulus, electus Gurcensis, ...

. . . .

Item supplicat, quatenus dilecto clerico suo Vlrico dicto Schof, in iure canonico scolari, canonicatum et prebendam ecclesie Wratislauiensis, de quibus eadem S. V. nuper predicto Paulo providit, et pro quibus litem habet in palacio apostolico, si ipsos per consecracionem predictam vel alio quovis modo, preterquam per mortem ipsius, vacare contigerit, conferendos reservare ac ipsum Ulricum in lite predicta et iure, quod dictus Paulus in eisdem canonicatu et prebenda obtinet, subrogare dignemini, non obstante, quod preposituram sancti Egidii Wratislauiensis, cuius possessionem nondum est assecutus, ac in Wratislauiensi et Olomucensi ecclesiis sub expectacione prebendarum canonicatus obtinet, et aliis non obstantibus ut supra.

Fiat R. Sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione id. Januarii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 23'.

1415. *Ulrico dicto Schoff reservatur ius, quod Paulo, electo Gurcensi, competit in canonicatu et praebenda ecclesiae Vratislaviensis, de quibus idem Paulus cum Dionysio Prandothae litigat.*

Avinione, 1352 Januarii 13.

D. f. Vlrico dicto Schof, canonico Wratislauiensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Dudum siquidem canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis per obitum quondam Wrowini de Sandeze, ipsius ecclesie canonici, qui extra

Romanam curiam diem clausit extremum, vacantibus et collacioni sedis apostolice ante ipsius obitum reservatis, nos de ipsis canonicatu et prebenda d. f. Paulo, tunc eiusdem ecclesie canonico, nunc Gurcensi electo, duximus per nostras certi tenoris litteras providendum. Postmodum vero, sicut exhibita nobis pro parte tua peticio continebat, super eisdem canonicatu et prebenda inter dictum Paulum et d. f. Dzyuisium Prandoche materia questionis exorta, nos d. f. magistro Petro de Ilhano, utriusque iuris professori et capellano nostro ac causarum palacii apostolici auditori, causam huiusmodi commisimus audiendam et fine debito terminandam, in qua coram auditore prefato usque ad diffinitivam sentenciam fuit exclusive processum. Et causa huiusmodi coram eo ut prefertur pendente, nos de persona ipsius Pauli ecclesie Gurcensi, tunc vacanti, duximus providendum, preficiendo ipsum eidem Gurcensi ecclesie in episcopum et pastorem. Cum itaque ius, quod eidem Paulo, electo, in canonicatu et prebenda predictis tempore promocionis huiusmodi, per nos de ipso facte, competebat et adhuc competit, per munus consecracionis [a]) suscipiendum ab eo vacare speretur in brevi: nos cupientes huiusmodi liti canonicum finem imponi, tibique volentes premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem, predictum ius, quod eidem electo in eisdem canonicatu et prebenda competit ut prefertur, cum illud premisso vel alio quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum, vacare contigerit, [b]) conferendum tibi donacioni apostolice reservamus, decernentes nichilominus, postquam huiusmodi ius vigore presencium tibi collatum fuerit ut prefertur, te ad ipsum ius et in ipso iure necnon in huiusmodi lite ad ipsorum prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo dictus electus tempore dicte vacacionis extitit, auctoritate nostra surrogandum et admittendum [c]) fore, ac irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus f. r. Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, et aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque, seu quod preposituram ecclesie sancti Egidii Wratislauiensis, cuius possessionem nondum es assecutus, ac auctoritate litterarum nostrarum in dicta Wratislauiensi et Olomucensi ecclesiis canonicatus sub expectacione prebendarum te asseris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum dictorum canonicatus et prebende, si ipsorum ius tibi ut prefertur conferatur et ipsos evincere te contingat, possessionem pacificam fueris assecutus, canonicatum, quem in dicta Wratislauiensi ecclesia obtines, dimittas, et littere, per quas in eadem prebendam expectas, et processus per eas habiti et alia inde secuta extunc sint cassa et irrita nulliusque existant roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre reservacionis, inhibicionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. D. Auinione id. Januarii a. decimo.

In e. m. dd. ff. . . abbati monasterii beate Marie in Arena et . . decano sancte Crucis Wratislauiensis ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. Vite ac morum honestas etc. usque vel momenti. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios prefatum ius, cum illud ut prefertur vacare contigerit, eidem Vlrico auctoritate nostra conferre et assignare curetis ipsumque ad ipsum ius eiusque prosecucionem et defensionem in eo statu, in quo dictus electus tempore dicte vacacionis extiterit, iuxta decreti nostri tenorem admittatis et faciatis admitti, non obstantibus omnibus supradictis, seu si v. f. n. . . episcopo et dd. ff. capitulo Wratislauiensi

vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores etc. D. ut s.

Clementis VI V. 207 f. 256 n. 55, de praebendis vacaturis. In A. hi quaterni non sunt reperti. — [a]) sequitur ‚huiusmodi', sed cancell. V. [b]) corr. ex ‚contingerit' V. [c]) corr. ex ‚et dimittendum' V.

1416. *Andreas de Rosslavicz et Nicolaus de Frankenstein supplicant, ut acceptatio de praebenda ecclesiae Vratislaviensis, facta per illum, et collatio de eiusdem ecclesiae canonicatu et praebenda huic facta confirmentur.*

Avinione, 1352 Januarii 15.

Rotulus confirmacionum auctoritate apostolica.

Pater sanctissime! Dignemini acceptaciones, assecuciones et provisiones infrascriptas, auctoritate apostolica legitime ac rite factas suo loco et tempore, absque preiudicio quorumcunque, personis infrascriptis non obstantibus vestris specialibus reservacionibus confirmare, cum non obstantibus de beneficiis, que obtinent seu expectant, in vicecancellaria vestra exprimendis, seu de novo providere eisdem.

. . . .

Item acceptacionem etc. factam per Andream de Raslauitz, officialem Wratislauiensem, de prebenda ecclesie Wratislauiensis.

. . . .

Item collacionem, factam per dominum episcopum Portuensem, apostolice sedis legatum, Nicolao de Frankinsteyn de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, vacantibus per liberam resignacionem, factam in manibus dicti legati de ipsis causa permutacionis per Henricum de Lipa cum canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis.

. . . .

Fiat pro supra positis, si tamen alias eis deberentur de iure, nisi nostre reservaciones speciales obstarent R. [1]) D. Auinione XVIII kal. Februarii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 38. — [1]) in margine ab eadem manu nota: ‚Non est in originali: Sine leccione.' S.

1417. *Andreae de Rosslavicz* [a]) *confirmatur acceptatio praebendae ecclesiae Vratislaviensis, quam quondam Stanislaus de Cracovia obtinebat. ‚D. Auinione XVIII kal. Februarii a. decimo.'*

.X. *Avinione, 1352 Januarii 15.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 444 n. 679, diversarum formarum qu. 8 = V. 209 f. 151 n. 680 (sic!) — Ed. Theiner MP. I n. 708. — [a]) ‚Raslauitz' A.

1418. *Nicolao de Frankenstein confirmantur canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis, quos cum Henrico de Lipa permutavit.*

.X. *Avinione, 1352 Januarii 15.*

D. f. Nicolao de Frankinstein, canonico Wratislauiensi, s. etc. Laudabilia tue merita probitatis .... Exhibita quidem nobis tua nuper peticio continebat, quod tu dudum Lubucensis et d. f. Henricus de Lypa Wratislauiensis ecclesiarum canonicatus et prebendas, quos tunc temporis obtinebatis, desiderantes ex certis causis racionabilibus invicem permutare, tu Lubucenses et dictus Henricus Wratislauienses canonicatus et prebendas predictos ex causa permutacionis huiusmodi in manibus v. f. n. Guidonis, episcopi Portuensis, tunc tituli sancte Cecilie presbyteri cardinalis, in regno Vngarie ac[a]) Lombardie provincia et certis aliis locis apostolice sedis legati, libere resignastis, qui quidem legatus auctoritate commissionis, per nos eciam extra partes sue legacionis super recipiendis usque ad certum numerum resignacionibus beneficiorum permutare volencium eaque conferendi specialiter sibi facte, resignacionibus eisdem admissis, tibi Wratislauiensis et prefato Henrico Lubucensis ecclesiarum canonicatus et prebendas predictos, in terris extra dictam[b]) legacionem et infra dictum numerum consistentes, nulli tamen de iure debitos, canonice, dummodo nostra specialis non obstaret reservacio, contulit et providit de illis, tuque vigore collacionis et provisionis huiusmodi canonicatum et prebendam dicte Wratislauiensis ecclesie extunc assecutus fuisti eosque possedisti, prout tenes et possides, pacifice et quiete. Verum quia, sicut eadem peticio subiungebat, tu times, quod iidem canonicatus et prebende tempore collacionis et provisionis huiusmodi forent collacioni et disposicioni sedis apostolice reservati: nos volentes te, premissorum meritorum tuorum intuitu, favore prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati volumus et tibi, qui canonicatum et obedienciam ecclesie Wissegrandensis prope Pragam auctoritate ordinaria nosceris obtinere, apostolica auctoritate concedimus, quod collacio et provisio de canonicatu et prebenda dicte Wratislauiensis ecclesie, tibi per eundem episcopum ut premittitur facte, et quecunque inde secuta perinde valeant et plenam roboris firmitatem obtineant, ac si nulla per nos de illis specialis reservacio facta foret. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. Auinione XVIII kal. Februarii a. decimo.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 340, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 211 f. 211 n. 1249. — Reg. in Theiner MP. I n. 714[f], ZVGA. Schlesiens XXV, 292. — [a]) corr. ex ‚et‘ A. [b]) suppl. in marg. A.

1419. *Arnaldus, tituli sancti Sixti presbyter cardinalis, supplicat, quatenus sibi motu proprio de archidiaconatu ecclesiae Opoliensis provideatur.*

Avinione, 1352 Januarii 17.

Motu proprio providemus dilecto filio A[rnaldo], tituli sancti Sixti presbytero cardinali, de archidiaconatu ecclesie Opuliensis, vacante per obitum quondam Nicolay dicti Fulschûzel, qui in Romana curia decessit, dispensantes cum eo, ut in forma pro cardinalibus.

. . . .

D. Auinione XVI kal. Februarii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 41'.

1420. *Arnaldo, tituli sancti Sixti presbytero cardinali, providetur motu proprio de archidiaconatu ecclesiae Opoliensis, Vratislaviensis diocesis, vacante per obitum Nicolai dicti Fulschussel, qui nuper apud sedem apostolicam mortuus est. ‚D. Auinione XVI kal. Februarii a. decimo.' — In e. m. cantori Tirasonensis et sacristae Avinionensis ecclesiarum ac officiali Vratislaviensi. Forma ut in n. 9.*

Avinione, 1352 Januarii 17.

Clementis VI V. 207 f. 16 n. 29, litterae dominorum cardinalium. In A. hi quaterni non sunt reperti. Reg. sub data erronea in ZVGA Schlesiens XXV, 293.

1421. *Marquardus de „Ampcz" supplicat, quatenus Petro Egidii de Kojetin officium tabellionatus concedatur.*

Avinione, 1352 Januarii 20.

Significat S. V. humilis vester Marquardus de Ampcz, miles Vlrici de Wolfurt, militis et ambassiadoris domini Lo[douici], regis Vngarie . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus Petro Egidii de Koetyn, presbytero Olomucensis diocesis, officium tabellionatus auctoritate apostolica concedere dignemini, ut in forma.

Fiat R.[1]) Sine examine et alia leccione. Fiat R. D. Auinione XIII kal. Februarii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 52'. — [1]) litteras vide in num. 1450.

1422. *Johannes, episcopus Vesprimiensis, supplicat praeter alia, quatenus Petro Egidii de Kojetin de canonicatu et praebenda, qui in ecclesia Vratislaviensi brevi vacare sperantur, provideatur.*

Avinione, 1352 Januarii 31.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Johannes, episcopus Vespriniensis, ambassiator devoti f. v. Lodouici, regis Vngarie: . . . .

. . . .

Item supplicat, quatenus dilecto suo Petro Egidii de Koetyn, presbytero Olomucensis diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislauiensis, qui in brevi vacare sperantur per munus consecracionis[a]) Johannis, electi Olomucensis, per eandem S. promoti, dignemini providere, non obstante, quod idem Petrus beneficium ecclesiasticum sine cura, spectans ad collacionem episcopi Olomucensis, in forma pauperum expectat, cui, dum pacificam possessionem dictorum canonicatus et prebende fuerit assecutus, renunciabit, cum clausulis ut supra.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II kal. Februarii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 34'. — [a]) ‚muneris consecracionem' S., corr. ab editore.

1423. *Petro Egidii de Kojetin,*[a]) *presbytero Olomucensis diocesis, reservantur canonicatus et praebenda ecclesiae Vratislaviensis, qui per consecrationem Johannis, electi Olomucensis, brevi vacare sperantur, non obstante ut in n. 1422, hac tamen conditione, ut litterae, per quas beneficium sine cura ad collationem episcopi Olomucensis expectat, et quaecunque inde secuta nullius roboris existant, postquam vigore praesentium eorundem canonicatus et praebendae possessionem pacificam assecutus fuerit. ,D. Auinione II kal. Februarii a. decimo. — In e. m. episcopo Lubucensi et sacristae Avinionensis ac Blasio Cosmae, canonico Vesprimiensis ecclesiarum. Forma ut in n. 11.*

.X X. (V) *Avinione, 1352 Januarii 31.*

Clementis VI A. X/1 (116) f. 323, de beneficiis vacantibus qu. 12 = V. 206 f. 296' n. 551. — Ed. CDM. VIII n. 139. — a) ,Koetyn' A.

1424. *Johannes de Novoforo, canonicus Vratislaviensis, in sacerdotio constitutus, praeficitur episcopus ecclesiae Naumburgensis.*[a]) *,D. Auinione XV kal. Marcii a. decimo.' — In e. m. capitulo, clero*[b]) *civitatis et diocesis, populo civitatis et diocesis, vassallis ecclesiae Naumburgensis,*[c]) *archiepiscopo Magdeburgensi, Carolo, regi Romanorum.*

Avinione, 1352 Februarii 16.

Clementis VI V. 207 f. 61 n. 68, de provisionibus praelatorum. In A. X/4 (119) f. 19 inveniuntur rubricae tantum, sed num. 67 sqq. desunt. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 299; vide Schmidt, Päpstl. Ukk. u. Regg. I p. 412 n. 212. — a) ,Nuemburgensis' V. b) ,capitulo' V., corr. ab editore. c) ,Nuemburgensis' V.

1425. *Decano ecclesiae Boleslaviensis, Pragensis diocesis, conceditur facultas, ut Jesconi Slaidiborii de Eypernitz,*[a]) *clerico coniugato Pragensis diocesis, auctoritate apostolica officium tabellionatus concedere possit. ,D. Auinione XIIII kal. Marcii a. decimo.'* [1])

.X. (V) *Avinione, 1352 Februarii 17.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 219', de officio tabellionatus qu. 1 et unicus = V. 211 f. 13' n. 569. — a) sic A.; probabiliter corruptum ex ,Slaviborii de Eypowitz' = Eipowitz, Vejpovice in circ. Pilsnensi.— 1) in marg. nota: ,de camera' A.

1426. *Johanni, electo Olomucensi, conceditur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, ut provisio ipsi de episcopatu Olomucensi facta valeat, non obstante, quod de macula quadam, quam in sinistro oculo patitur, in provisione ipsa et confectis super ea litteris nulla prorsus mentio habeatur. ,D. Auinione VIIII kal. Marcii a. decimo.'*

.LX. *Avinione, 1352 Februarii 22.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 371' n. 440, diversarum formarum qu. 5 = V. 209 f. 95 n. 441 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 145.

1427. *Cum Johanne, electo Olomucensi, qui est infra tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum, dispensatur, ut quaecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates, personatus vel officia fuerint et curam habeant animarum, quae tempore promotionis suae obtinebat, sicut adhuc obtinet, una cum ecclesia Olomucensi usque ad unum annum, a data praesentium computandum, etiam postquam munus consecrationis susceperit, retinere fructusque ex eisdem percipere possit. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.'* [1])

X
.X.

Avinione, 1352 Februarii 23.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 383 n. 473, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 103 n. 474 (sic!) — Ed. CDM. VIII n. 144. — [1]) in margine nota: ,de camera' A.

1428. *Johanni, electo Olomucensi, ad supplicationem Caroli, regis Romanorum indulgetur, ut ab omnibus ecclesiis saecularibus et regularibus earumque personis non exemptis, beneficia ecclesiastica in Olomucensi civitate et diocesi obtinentibus, iuxta ipsorum beneficiorum exigentiam facultatum auctoritate apostolica seme dumtaxat caritativum subsidium moderatum petere et recipere possit. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.'* [1]) — *In e. m. episcopo Spoletano et Johanni, electo Naumburgensi,*[a]) *ac archidiacono Belinensi in ecclesia Pragensi.*

V V
.X X.

Avinione, 1352 Februarii 23.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 383 n. 474, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 104 n. 475 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 143. — [a]) ,Nuemburgensi' A. — [1]) in marg. nota: ,de camera' A.

1429. *Johanni, electo Olomucensi, conceditur, ut auctoritate apostolica octo beneficia ecclesiastica cum vel sine cura, etiam si unum eorum in ecclesia sua cathedrali fuerit, quorum cuiuslibet fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quae ad collationem episcopi et capituli Olomucensis vacant, vel cum simul aut successive vacaverint, octo personis idoneis, quas ad hoc duxerit eligendas, reservare possit. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.' Forma ut in n. 989.*

X
X
.X.

Avinione, 1352 Februarii 23.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 383' n. 475, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 104 n. 476 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 147.

1430. *Johanni Henrici de Kamyk providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione praebendae necnon dignitatis aut personatus vel officii, non obstante, ,quod parrochialem ecclesiam in Luthomeriz, Pragensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium dignitatis, personatus, officii aut curati officii possessionem pacificam fueris assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ut prefertur obtines, quamque extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. . . . . D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.‘* [1]) — *In c. m. Portae Apostolorum et in Ossek, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae Avinionensi. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/1 (116) f. 12′, de dignitate, personatu vel officio qu. 1 et unicus; in V. quaternus hic non reperitur. — [1]) in margine nota: ,de camera‘ A.

1431. *Cum Theoderico, episcopo Sleswicensi,*[a]) *qui de fructibus eiusdem ecclesiae a tempore promotionis suae nihil perceperit nec de proximo quicquam percipere speret, dispensatur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, ut unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica libere recipere et una cum ecclesia Sleswicensi licite retinere possit. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.‘* [1])

.X. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 264, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 2 = V. 211 f. 142′ n. 925. — [a]) ,Slewicensi‘ A. — [1]) in margine nota: ,de camera‘ A.

1432. *Mensae communi abbatis et conventus monasterii in Monte sancti Caroli Pragensis, ordinis sancti Augustini, quod adeo est in facultatibus tenue et exile, ut abbas et conventus iuxta ipsorum status decentiam ex fructibus ipsius non possint commode sustentari, incorporatur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, parochialis ecclesia in Bezděz,*[a]) *Pragensis diocesis, cuius iidem abbas et conventus patroni existunt. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.‘ Forma ut in n. 271.*

X
.X. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 334′, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 5 = V. 211 f. 207 n. 1229. — [a]) ,Besdes‘ A.

1433. *N. v. Henrico de Lichtenburg,*[a]) *militi Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.‘ Forma ut in n. 65.*

.X. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 462′ n. 755, de absolutione qu. 2 = V. 209 f. 238′ n. 755. — [a]) ,Luchtenborch‘ A.

1434. *Abbati monasterii Trebecensis,*[a] *ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, et successoribus eius conceditur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, ut insigniis pontificalibus uti et benedictionem sollemnem facere possint. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.'* [1]) *Forma ut in n. 429.*

.L. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 376′ n. 457, diversarum formarum qu. 5 = V. 209 f. 99 n. 458 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 146. — a) ,Trebetensis' A. — 1) in marg. nota: ,de camera' A.

1435. *Habardo de Bezděz*[a]) *providetur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, de canonicatu ecclesiae Pragensis sub expectatione praebendae, non obstante, quod parochialem ecclesiam de Bezděz,*[a]) *Pragensis diocesis, obtinet. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii Břevnoviensis*[b]) *ac decano Vyssegradensis prope Pragam ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1352 Februarii 23.

Clementis VI V. 207 f. 262′ n. 70, de praebendis vacaturis. In A. hi quaterni non reperiuntur. — a) ,Bezdes' V. b) ,Brewnouiensis' V.

1436. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, conceditur ad supplicationem Caroli, regis Romanorum, ut duodecim beneficia ecclesiastica cum vel sine cura, etiam si eorum unum in ecclesia cathedrali fuerit, quorum cuiuslibet fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si ad collationem archiepiscopi et praepositi, decani et capituli ecclesiae Pragensis vacant, vel cum simul aut successive vacaverint, singula singulis ex duodecim personis idoneis, quas duxerit eligendas, reservare possit. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.'* [1]) *Forma ut in n. 989.*

$\overline{\overline{\text{V}}}$
X
X
.X. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 382′ n. 472, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 103′ n. 473 (sic!) — 1) in marg. nota: ,de camera' A.

1437. *Fundatio et dotatio monasterii in Monte sancti Caroli Pragensis, ordinis sancti Augustini, quod olim Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, pro suae et parentum suorum animarum salute de bonis suis fundavit, construxit pariter et dotavit, ad supplicationem eiusdem regis confirmatur. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.'* [1])

$\overline{\overline{\text{X}}}$
.X. *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 519 n. 725, diversarum formarum qu. 11 = V. 209 f. 198′ n. 725. — 1) in marg. nota: ,de camera' A.

***1438.** Antonio, abbati monasterii in Monte sancti Caroli Pragensis, ordinis sancti Augustini, et successoribus eius conceditur ad supplicationem Caroli, Romanorum et Bohemiae regis, ut insigniis pontificalibus uti ac in missa et mensa benedictionem sollemnem facere possint. ,D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.' Forma ut in n. 429.*

. L . *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Clementis VI A. X 4 (119) f. 519' n. 729, diversarum formarum qu. 11 = V. 209 f. 199 n. 729.

***1439.** Hospitali sanctae Mariae domus sancti Francisci in pede pontis Pragensis, ordinis Cruciferorum, incorporantur parochiales ecclesiae beati Stephani protomartyris et beatorum Henrici et Cunegundis, Pragenses, et in Koenigsberg, Pragensis diocesis. Forma ut in n. 271.*

=
X *Avinione, 1352 Februarii 23.*
. X .

Clemens [episcopus, ser]vus servorum dei,[a]) ad perpetuam rei memoriam.[1]) Sedis apostolice providencia circumspecta [circa] statum ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum omnium salubriter dirigendum prospicit diligenter ac ecclesiis et locis ipsis, ut in eorum necessitatibus relevamen [recipiant,] se graciosam quandoque exhibet et benignam. Exhibita siquidem nobis pro parte dd. ff. . . magistri et conventus hospitalis sancte M[arie domus sanc]ti Francisci in pede pontis Pragensis, ordinis Cruciferorum, peticio continebat, quod olim ipsi [b]) propter [c]) ampliacionem civitatis Pragensis, ex eo, quod qu[asi pro maiori parte] muri, domus, orti, curie et aree ac nonnulla edificia civitatis eiusdem in fundo et hereditate dicti hospitalis sunt erecta, magna [dampna passi fuerunt]. Quare pro parte ipsorum magistri et conventus fuit nobis humiliter supplicatum, ut beati Stephani prothomartiris ac beatorum Henrici et [Cunegundis, Pragenses, et [d]) in Kunes]perg [e]) parrochiales ecclesias, Pragensis diocesis, [f]) in quibus iidem magister et conventus ius obtinent patronatus, cum omnibus iuribus et pertin[enciis suis eidem hospitali in]corporare dignaremur perpetuo et unire. Nos igitur, hospitale ac magistrum et conventum predicta paterna benivolencia prosequ[entes et cupientes dictorum magistri] et conventus necessitatibus providere, c. in Ch. f. n. Caroli, regis Romanorum illustris, nobis super hoc humiliter supplicantis, [et huiusmodi dictorum magistri] et conventus supplicacionibus inclinati, predictas parrochiales ecclesias cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem hospitali exnunc auc[toritate apostolica incorpo]ramus, annectimus et unimus, eisdem magistro et conventui liberam licenciam concedentes, quod ipsi cedentibus vel decedentibus rectoribus earundem [ecclesiarum, qui nunc sunt,] aut ecclesias ipsas alias quomodolibet dimittentibus possint per se vel alium seu alios ecclesiarum ac iurium et pertinenciarum predictorum corporalem possessio[nem auctori]tate propria apprehendere et nancisci ac fructus, redditus et proventus earum in utilitates eorum et dicti hospitalis convertere, diocesani loci [g]) et cuiuslibet alterius [licencia] vel assensu minime requisitis, reservata tamen primitus et taxata ad

ipsius diocesani arbitrium de cuiuslibet ipsarum ecclesiarum fructibus, redditibus et prove[ntibus pro singulis perpetuis] vicariis in earum singulis instituendis congrua porcione, ex qua quilibet vicariorum ipsorum possit congrue sustentari, iura episcopalia solvere et alia sibi incumbencia [onera supportare,] non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales [apostolice sedis vel le]gatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus [habitos per easdem a]d ecclesias ipsas volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet privilegiis, in[dulgenciis et] litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus [non expressa] vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo [h]) omnino hominum liceat hanc paginam nostre incorporacionis, annexionis, unionis, concessionis, voluntatis et constitucionis infringere [i]) vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. D. Auinione VIII kal Marcii p. n. a. decimo.

Originale cum bulla plumbea in filo serico, vetustate consumptum, in archivio Cruciferorum cum stella rubea in pede pontis Pragensis. Registr. in Clementis VI A. X/4 (119) f. 384 n. 477, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 104' n. 478 (sic!) — Verba, quae in originali deficiunt, e registro Avenionensi deprompta et hic in uncinis posita sunt. — [a]) ‚Clemens — dei' deest in A. [b]) ‚ipse' A. [c]) suppl. supra A. [d]) ‚Pragenses et' suppl. supra A. [e]) ‚Kunespert' A. [f]) suppl. supra A. [g]) ‚diocesani loci' cancell., sed repetitum A. [h]) sequitur ‚etc.' loco ‚omnino — paginam' A. [i]) sequitur ‚etc.' loco ‚vel ei — incursurum' A. — [1]) in marg. nota: ‚de camera' A.

1440. *Erectio ecclesiarum sancti Stephani et sancti Henrici Pragensis in ecclesias parochiales confirmatur.*

. XL . *Avinione, 1352 Februarii 23.*

Ad perpetuam rei memoriam.[1]) Pia vota fidelium, que salutis operibus obsecuntur, libenter apostolico favore prosequimur et hiis, que circa ea provida deliberacione sunt acta, ut perpetuis futuris temporibus illibata permaneant, adicimus apostolici roboris firmitatem. Cum itaque,[a]) sicut accepimus, dudum v. f. n. . . archiepiscopus Pragensis, attendens, quod dd. ff. . . magister et conventus hospitalis sancte Marie domus sancti Francisci in pede pontis [b]) Pragensis, ordinis Cruciferorum, propter ampliacionem civitatis Pragensis et ex eo, quod pro maiori parte muri, domus, orti, curie, aree ac nonnulla edificia ipsius civitatis Pragensis in fundo et hereditate dicti hospitalis erecta fuerant, magna dampna passi extiterant, volensque aliqualem eis recompensacionem dampnorum huiusmodi facere, dd. ff. Bohute, archidiacono Curimensi, et Stephano de Aurciz, perpetuo

vicario in ecclesia Pragensi, eiusdem archiepiscopi in spiritualibus vicariis generalibus, commisit per suas litteras et mandavit, ut sancti Stephani prothomartiris ac beatorum Henrici et Cunegundis ecclesias Pragenses, in fundo ipsorum magistri et conventus de ipsorum consilio et assensu per c. in Ch. f. n. Carolum, regem Romanorum illustrem, constructas et dotatas, in parrochiales erigerent, eis certas plebes et limites assignando, dictique Bouhta et Stephanus ecclesias ipsas in parrochiales ut premittitur erexerunt, eis certas plebes et limites assignando, prout in quibusdam aliis patentibus litteris, ipsius archiepiscopi sigillo munitis, plenius continetur: nos consideracione eiusdem regis, super hoc nobis humiliter supplicantis, ac ipsius et dictorum magistri et conventus supplicacionibus inclinati, ereccionem et assignacionem huiusmodi ratas et gratas habentes, illas auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem, de apostolice plenitudine potestatis. Tenor vero ipsarum litterarum dicti archiepiscopi talis est: Bohuta,[c]) divina miseracione archidiaconus Curimensis, et Stephanus, venerabilis in Christo patris et domini, domini Arnesti, archiepiscopi Pragensis, in ecclesia Pragensi vicarius, eiusdem domini[d]) archiepiscopi in spiritualibus vicarii generales ac commissarii,[e]) ab eodem domino archiepiscopo ad infrascripta specialiter deputati, omnibus et singulis, ad quos[f]) presentes littere[g]) pervenerint, in omnium salvatore salutem. Sollicitudo iniuncti nobis officii nos amonet et inducit, ut promocioni ac[h]) expedicioni singulorum et eorum precipue, que favorem religionis respiciunt et que in divini cultus tendunt augmentum, cura pervigili intendamus. Dudum siquidem [a][i]) serenissimo et invictissimo principe et domino, domino Karolo,[k]) Romanorum rege semper augusto et Boemie rege, regia civitate Pragensi magnifice augmentata et amplificata, quia ex augmentacione et amplificacione huiusmodi honorabiles ac[l]) religiosi viri frater Henricus, magister hospitalis Cruciferorum cum stella in pede pontis Pragensis, domus sancti Franczisci,[m]) et ipsius conventus magnum dampnum sunt et fuerunt perpessi, cum quasi pro maiori parte muri, domus, orti, curie, aree ac edificia quecunque augmenti seu amplificacionis predictorum in hereditate seu fundo hospitalis predicti fuerunt et sunt erecti seu erecte, propter quod peticioni[n]) principis et fratris Henrici, magistri hospitalis, una cum conventu suo, ut eisdem saltim aliqualis fieret emenda et recompensa, venerabilis in Christo pater, dominus noster, dominus Arnestus, archiepiscopus Pragensis, prompte, pie et graciosius annuens, fecit, consensit et disposuit, quod in hereditate seu fundo quondam hospitalis prefati, per augmentum et dilatacionem[o]) predictas occupata[p]) seu occupato, in loco decenti, congruo et apto, due ecclesie parrochiales ad laudem et gloriam omnipotentis dei sub certis titulis erigerentur, dans eciam honorabilibus viris, domino Johanni Padwano,[q]) decretorum doctori, ecclesie sancti Petri in Wyssegrado decano, et Jenczoni, canonico ecclesie Pragensis, in preceptis, ut huiusmodi ecclesiis limites certi per nos consignarentur: ecclesia itaque in honore beati Henrici imperatoris et sancte Gunegundis ibidem erecta, secunda videlicet beati Stephani prothomartiris dudum in hereditate huiusmodi fuerat fabricata. Per predictos eciam dominos de mandato domini nostri archiepiscopi predicto nobis fide facta, prefato insuper magistro hospitalis una cum conventu suo, ut ad exsecucionem[r]) nobis commissorum procederemus, nobis instantibus:

nos citacionem peremptoriam emisimus, quod, si qui essent, qui aliquid haberent seu vellent dicere, cur predicte ecclesie parrochiales non deberent fieri et limitibus propriis designari, in termino sibi dato plene et sufficienter comparerent. Cumque adveniente termino tantummodo dominus Wenczeslaus, plebanus ecclesie sancti Galli in Maiori civitate Pragensi, comparuisset, preiudicium sue [s]) allegans ecclesie, et de ipsius iure protestans, recompensa debita ob hoc sibi et ecclesie sue per magistrum et conventum ipsius memoratos facta, prout in littera super [t]) hoc confecta clare liquet, a contradiccione huiusmodi per omnia destitit et in totum. Instantibus quoque nobis iterum atque iterum magistro et conventu prefatis, nos propter divini cultus augmentum et religionis favorem peticioni ipsorum iuste et racionabiliter [u]) annuentes, mandatum eciam memorati domini nostri, domini Arnesti, archiepiscopi Pragensis, cum ea, qua [v]) tenebamur et debebamus, reverencia exsecucioni [x]) volentes demandare, et insuper, ne fideles Christi, aput [y]) easdem residentes ecclesias, in salutis sue dispendium diucius vagentur seu vivant in incerto et rectore legitimo carentes acephali iudicentur, rem pluries oculis subiecimus, memoratas sanctorum Stephani et Henrici ecclesias, in fundo quondam erectas hospitalis sepefati, parrochiales [z]) fecimus [aa]) et constituimus ac presentibus facimus et constituimus, [bb]) volentes ipsas exnunc inantea omni iure ecclesiarum parrochialium gaudere debere, ipsasque limitibus propriis et congruis designavimus ac ab [cc]) aliis distinximus, iuxta quod inferius plenius continetur. Primo siquidem pro parrochia [dd]) sancti Stephani terminos seu limites subsequentes annotavimus, diffinivimus [ee]) et constituimus ac presentibus diffinimus, annotamus et constituimus: totum videlicet, quod est a domo fratrum Carmelitarum usque ad portam sancti Procopii per unam lineam, per aliam vero lineam inclusis eciam omnibus pabulatoribus usque ad balneum Henzlini de Pruks; item ab eodem balneo directe procedendo penes murum orti Iudeorum usque ad sanctum Lazarum et a sancto Lazaro veniendo per viam, que adhuc remanet, et que olim dividebat agros leprosorum ab agris hospitalariorum predictorum, inclusis domibus Kaczcze, vidue de Montibus, Johlini dicti Tasner et Henrici lapicide dicti Zeyden, [ff]) que domus est acialis, respiciens directe domum [gg]) Popconis institoris, qua cum area ipsius excepta et omnibus aliis domibus cum areis suis, que site sunt in circulo novi fori veniendo usque ad viam publicam, que est penes domum Koyani, iudicis de Zehrouicz, [hh]) qua eciam domo cum area ipsius exclusa omnes domus infra huiusmodi terminos usque ad muros civitatis, portas sancti Johannis et sancti Procopii connectentis, facte et fiende in futurum, inclusa eciam domo Weluaronis, que eciam est [ii]) acialis, linea tantummodo a domo domini Pesconis, militis de Wyssoczan, [kk]) nati quondam magistri Sdenconis astrologi, usque ad portam sancti Johannis currente excepta, parrochie sancti Stephani predicte annotavimus et consignavimus ac presentibus ut premittitur annotamus et consignamus. Pro parrochia vero sancti Henrici et sancte Cunegundis omnes domos factas et fiendas a domo Jeclini fabri dicti Tursmid [ll]) una cum eadem domo per unam lineam sursum usque ad portam sancti Procopii procedendo, per aliam vero lineam, que est penes viam publicam, veniendo usque ad hospitale domini Johlini Jacobi, civis Pragensis, quo excepto totum eciam, quicquid est retro hospitale huiusmodi usque ad muros civitatis infra viam, que currit penes curiam predictorum [mm]) hospitalariorum, quam habent aput [nn])

ecclesiam sancti Petri in Porziecz,[oo] annotavimus et ascripsimus ac presentibus annotamus et ascribimus parrochie iam dicte. In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum sigillum vicariatus nostri presentibus duximus appendendum.[pp] Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo die ultima mensis Februarii. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, communicionis et supplecionis infringere etc. D. Auinione VIII kal. Marcii a. decimo.

Clementis VI A. X 1 (119) f. 384 n. 478, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 105 n. 479 (sic!) — Originale huius litterae Clementis papae VI in archivio Cruciferorum cum stella rubea Pragae reperire non potui. In eodem vero archivio inveniuntur *duo* originalia litterae hic insertae, quam Bohuta et Stephanus, vicarii generales archiepiscopi Pragensis, de limitatione parochialium ecclesiarum scribi fecerunt. Haec originalia, ab eadem manu in pergameno scripta, concordant usque ad litteram. Utrique appensum est sigillum in cera alba, in quo legitur: „S[igillum] vicariatus archiepiscopatus Pragensis". Sed in altero, cui est signatura „74b", passim multa verba humiditate illegibilia facta sunt. Hanc litteram insertam satis mendose edidit Hammerschmied in „Prodromo gloriae Pragenae" pag. 231—233, quam ob rem hic ad fidem originalium de novo imprimitur. — a) suppl. supra A. b) ‚Pedemonte' A., corr. ab editore. c) ‚Bouhta' A. d) suppl. supra A. e) corr. ex ‚carissimi' A. f) corr. ex ‚ad quos et singulis' A. g) deest in utroque originali. h) ‚et' A. i) deest in utroque originali et in A., suppl. ab editore. k) ‚Carolo' A. l) ‚et' A. m) ‚Francisci' A. n) sequitur ‚dicti', sed cancell. A. o) corr. ex ‚dilacionem' A. p) ‚occupate' in utroque originali et in A., corr. ab editore. q) ‚Paduano' A. r) ‚execucionem' A. s) corr. ex ‚se' A. t) corr. ex ‚semper' A. u) ‚racionabili' A. v) sequitur ‚decuit', sed cancell. A. x) ‚execucioni' A. y) ‚apud' A. z) sequitur ‚ecclesias', sed cancell. A. aa) ‚facimus' in utroque originali et in A., corr. ab editore. bb) ‚ac presentibus facimus et constituimus' deest in A. cc) suppl. supra A. dd) ‚parrochiali' A. ee) suppl. in marg. A. ff) ‚Zeiden' A. gg) suppl. supra A. hh) ‚Zehorutz' A. ii) corr. ex ‚est eciam' A. kk) ‚Woyssotzan' A. ll) ‚Turfand' A. mm) ‚dictorum' A. nn) ‚apud' A. oo) ‚Porziec' A. pp) corr. ex ‚appenendum' A. — 1) in margine: ‚de camera' A.

1441. *Archiepiscopis et episcopis, per Alamanniam et Bohemiam constitutis, mandatur, ut Nicolaum Laurentii, civem Romanum, haereticum esse publice nuntient.*

Avinione, 1352 Februarii 25.

Vv. ff. archiepiscopis et episcopis, per Alamaniam et Boemiam constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, s. etc. Super custodiam gregis dominici superna disponente clemencia constituti, studiosiori debemus solercia precavere, ut ovis morbida, ne sua contagione letifera sanas oves inficiat, de ovili domini excludatur, et ut pestifera ipsius infeccio latens sub vellere eo clarius ceteris innotescat, quo incognita pluribus posset nocumentum perniciosius generare. Dudum siquidem, cum Nicolaus Laurencii, civis Romanus, qui se tribunum Urbis vocabat, post multos enormes excessus, commissos per eum, et graves iniurias, quas deo et sancte matri ecclesie tanquam perdicionis filius auxibus temerariis irrogarat, se in profundum malorum inconsulte precipitans, in verba heretica et insana, que asserebat pertinaciter, prout habebat fidedignorum assercio et declarabat recepta super hoc informacio, prorupisset: v. f. n. Bertrandus, episcopus Sabinensis, tunc tituli sancti Marci presbyter cardinalis, in partibus illis apostolice sedis legatus, huiusmodi eiusdem Nicolai perversis et nefandis operibus ex frequentibus fidelium rumoribus intellectis, eundem Nicolaum habens de predictis valde suspectum et graviter diffamatum nec volens, sicut nec volebat, salva consciencia

talia sub connivencia preterire, ipsum Nicolaum in publico diversorum prelatorum, nobilium et sindicorum civitatum et aliarum terrarum provincie patrimonii beati Petri in Tuscia parlamento, apud Montemflasconem, Balneoregensis diocesis, propterea congregato, auctoritate quarundam litterarum nostrarum, prout ex earum forma poterat, citavit per publice citacionis edictum, ut coram eodem Bertrando, episcopo, apud dictum locum Montisflasconis in certo competenti peremptorio termino quibusdam articulis sapientibus heresim, de quibus erat ut premittitur vehementer suspectus et apud eum et multas graves personas publice diffamatus, personaliter compareret, huiusmodi articulis responsurus suamque, si posset, super predictis innocenciam ostensurus et alias in predicto negocio facturus et recepturus, quod ordo exigeret racionis, debita securitate, ut nullam excusacionem posset pretendere, sibi concessa per episcopum supradictum. Et licet dictus Nicolaus in prefixo [a]) sibi termino comparere aut aliquem, qui eius excusaret absenciam, transmittere non curasset, ac propterea prefatus episcopus illum reputasset, prout erat, quoad actum huiusmodi, exigente iusticia, contumacem: volens tamen episcopus ipse clementer ultra sua merita cum Nicolao agere memorato, ipsum post dictum terminum ad convincendam eius maliciam per dies aliquos, priusquam ad proferendam in eum propter prefatam contumaciam excommunicacionis sentenciam procederet, expectavit. Et quia idem Nicolaus comparere coram ipso episcopo in dicto castro Montisflasconis et in Urbe, ubi eciam presenciam eius potuisset habere, contumaciter recusavit: idem episcopus, eius inobedienciam et superbam contumaciam absque gravi offensa dei et dicte sedis displicencia non volens amplius tolerare, in ipsum Nicolaum, sic ut premittitur in facto fidei contumacem, propter ipsius contumaciam, exigente iusticia, excommunicacionis sentenciam promulgavit. Postmodum vero b. m. Anibaldus, episcopus Tusculanus, in dictis partibus apostolice sedis legatus, ipsius continuatis eiusdem Bertrandi episcopi processibus, super hiis factis et habitis, receptis quoque super hiis oportunis probacionibus et alias iuris ordine observato, dictum Nicolaum, qui in huiusmodi contumacia per annum et amplius perstiterat animo indurato, velut hereticum per diffinitivam sentenciam, que nulla appellacione suspensa in rem transiit iudicatam, condempnavit et declaravit eundem tanquam hereticum deputandum, prout in processibus et sentenciis exinde factis et latis, quos et quas tanquam rite habitos et latas ratas et gratas habentes ex certa sciencia duximus confirmandos, plenius continetur. Ne igitur dampnatum statum eiusdem Nicolai, qui in illis partibus dicitur latitare, sinceritatem vestre fidei diu latere contingat, sed simplices fidei zelatores caucius valeant abhominabiles eius versucias evitare, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum per vos vel alium seu alios in ecclesiis atque locis vestrarum civitatum et diocesium, de quibus expedire videritis, singulis diebus dominicis et festivis, cum populus convenerit ad divina, ac alias in predicacionibus publicis sepedictum Nicolaum hereticum fore publice nuncietis et faciatis ab aliis arcius evitari, de nunciacione vero huiusmodi faciatis duo confici publica consimilia instrumenta, quorum uno [a]) penes vos retento, reliquum ad nostram cameram transmittatis. D. Auinione VI kal. Marcii a. decimo.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 189'. — [a]) ‚frefizo' V. [b]) ‚unum' V., corr. ab editore.

1442. *Clemens papa VI Carolum, regem Romanorum, de morte filii consolat.*
Avinione, 1352 Februarii 27.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri, s. etc. Sicut in quondam unigeniti tui ortu exultavimus amplius [a]), sperantes regni tui solium suscepte beneficio sobolis gracia divina preambula roborari: sic in occasu eius doluimus pocius, presertim quia intempestive mortis impietas, nativitatis principia comitata, spem, quam infantilis adhuc etas annos plurimos prorogabat, omnino succidit. Sed attendentes, quod ipsius mortis inevitanda sentencia, nec amica senibus nec propicia iuventuti, omnibus omnino communis est, nulli parcens: in eo, qui dedit et abstulit, consolamur et te petimus consolari, sperantes, quod ipse, qui te pretulit fastigio cesaree dignitatis et ad universi orbis gubernacula regenda delegit, alterum Job in excellencia regali designans, magnitudinem tuam future suscepcione prolis uberius fecundabit. D. Auinione IIII kal. Marcii a. decimo.

In e. m. mutatis mutandis carissime in Christo filie Anne, regine Romanorum illustri.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 197. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 261, Huber 781 n. 238. — a) ‚amplium' S., corr. ab ed.

1443. *Arnaldo, tituli sancti Sixti presbytero cardinali, indulgetur, ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica, in archidiaconatu suo ecclesiae Opoliensis, Vratislaviensis diocesis, consistentia, eorumque personas, in quibus ei ratione archidiaconatus eiusdem visitationis officium competit de consuetudine vel de iure, possit libere per aliquam seu aliquas personam seu personas, quam vel quas ad hoc duxerit deputandam vel etiam deputandas, usque ad quinquennium, quotiens tempus visitationis ingruerit, visitare et procurationes ratione visitationis huiusmodi sibi debitas ab eisdem ecclesiis, monasteriis, locis et personis, taliter visitatis, in pecunia numerata recipere moderatas, dummodo procurationes huiusmodi summam triginta Turonensium argenti pro die qualibet non excedant. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. decimo.' — In e. m. praeposito Olomucensis et cantori Tirasonensis ecclesiarum ac officiali Vratislaviensi.*

Gratis. *Avinione, 1352 Martii 2.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 297, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 211 f. 173' n. 1070. — Ed. Theiner MP. I n. 709.

1444. *Archiepiscopo Pragensi et episcopo Vratislaviensi ac Johanni, electo Olomucensi, mandatur, ut se informent, utrum praepositurae Melnicensis [a]) et Boleslaviensis et collegiata ecclesia Sadcensis [b]) ac parochialis ecclesia in Slana in ecclesias cathedrales erigi possint, et ea, quae fieri posse viderint, quantocius papae intimare procurent. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. decimo.'*

.L. *Avinione, 1352 Martii 2.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 383 n. 476, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 104' n. 477 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 149, reg. Huber 507 n. 32. — a) ‚Medlicensis' A. b) ‚Zazcensis' A.

1445. *Episcopo Spoletano et Johanni, electo Naumburgensi,*[a]) *ac archidiacono Belinensi in ecclesia Pragensi mandatur, ut Theodoricum, olim episcopum Sareptensem, in episcopum Slesvicensem*[b]) *recipi faciant, amoto ab eadem ecclesia Nicolao Brun de Dacia. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. decimo.'*

X
. X . *Avinione, 1352 Martii 2.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 243', de litteris communibus qu. 1 et unicus = V. 211 f. 265' n. 1455. — a) ‚Nuemburgensi' A. b) ‚Slewicensem' A.

1446. *Johanni, electo Naumburgensi,*[a]) *conceditur, ut a quocunque maluerit catholico antistite munus consecrationis recipere possit, ita tamen, ne per hoc archiepiscopo Magdeburgensi, metropolitano ipsius, praeiudicium generetur. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. decimo.'*

. X . *Avinione, 1352 Martii 2.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 403 n. 547, diversarum formarum qu. 6 = V. 209 f. 120 n. 548 (sic!) — a) ‚Nuemburgensi' A.

1447. *Carolo, regi Romanorum, conceditur usque ad triennium decima omnium proventuum ecclesiasticorum, in regno Bohemiae et comitatu Lucemburgensi atque aliis terris eius proprio dominio subiectis consistentium.*

. C . *Avinione, 1352 Martii 2.*

Ad futuram rei memoriam. Nuper, dum magne necessitatis onera, quibus Romana ecclesia propter innumera grandia ad eam confluencia de diversis mundi partibus negocia sumptuosa premitur et gravatur, diligenti pensaremus examine et ad supportacionem ipsorum onerum flagitare subsidia subditorum necessarium putaremus, pro parte c. in Ch. f. n. Caroli, Romanorum et Boemie regis illustris, fuit propositum in consistorio[a]) coram nobis, quod tam ipse quam cl. m. Johannes, rex[b]) Boemie, genitor suus, dum ageret in humanis, pro defensione suorum regni Boemie[c]) ac comitatus Lucemburgensis aliarumque terrarum, eorum proprio dominio subiectarum, ac ecclesiarum, incolarum et personarum in eis consistencium, que eorum emuli et inimici, quorum eciam nonnulli Romane fuerunt rebelles ecclesie, invadere et offendere hactenus conabantur, plurima subierunt expensarum profluvia et maxima contraxerunt eciam onera debitorum. Quare pro parte dicti Caroli regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro faciliori exoneracione huiusmodi debitorum et aliis incumbentibus sibi expensarum oneribus facilius supportandis decimam omnium ecclesiasticorum proventuum atque reddituum, in regno, comitatu et aliis terris predictis consistencium, usque ad certum tempus ei concedere de consueta liberalitate sedis apostolice dignaremur. Nos igitur, attendentes devocionem eximiam, quam dictus Carolus rex ad nos et Romanam predictam gerit ecclesiam, et quod regni et comitatus ac terrarum predictorum

defensio in predictarum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum in eis consistencium tuicionem et commodum redundavit, ac cupientes tam ecclesie Romane quam Caroli regis predictorum necessitatibus supradictis per subvencionem decimalem huiusmodi aliqualiter providere, deliberacione super hoc cum fratribus nostris prehabita diligenti, decimam omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum, in regno, comitatu et aliis terris predictis consistencium, per triennium a festo Penthecostes proxime futuro inantea computandum ab omnibus et singulis archiepiscopis, episcopis et prelatis ac aliis personis ecclesiasticis quibuscunque, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, in regno, comitatu et aliis terris supradictis redditus et proventus huiusmodi obtinentibus, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis vel condicionis existant, quibus aut eorum alicui nulla privilegia vel indulgencias sub quacunque verborum forma vel expressione concessas quoad hoc volumus suffragari, preterquam ab eisdem fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus, monasteria, prioratus, personatus et officia, canonicatus et prebendas, dignitates seu alia beneficia ecclesiastica quecunque cum cura et sine cura seu quoscunque redditus et proventus in eisdem regno, comitatu et aliis terris predictis obtinentibus et obtenturis imposterum, qui in apostolice solicitudinis partem assumpti nobiscum universalis ecclesie onera sorciuntur, necnon a dilectis filiis magistro, prioribus, preceptoribus et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, qui contra hostes fidei christiane exponunt iugiter se et sua, quos quidem cardinales, magistrum, priores, preceptores et fratres hospitalis eiusdem ab huiusmodi prestacione decime exemptos esse volumus et immunes, exigendam et colligendam et, cum exacta fuerit et collecta, inter nos pro ipsius ecclesie Romane [d]) pro tercia et Carolum, regem predictum, pro suis necessitatibus et oneribus huiusmodi relevandis pro reliquis duabus partibus, prout inferius exprimitur, dividendam de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica imponimus per presentes, volentes, quod huiusmodi decima per vv. ff. nn. . . archiepiscopum Pragensem ac Olomucensem et Luthomuslensem episcopos in regno et aliis terris predictis et per dd. ff. . . sancti Huberti et . . sancte Marie in Lucemburgo, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis et Treuerensis diocesium, monasteriorum, in dicto comitatu existencium, abbates, quos collectores huiusmodi decime exnunc in sic distinctis locis eisdem specialiter deputamus, et per subcollectores clericos dumtaxat, deputandos ab eis, tam a se ipsis quam ab omnibus aliis archiepiscopis, episcopis et personis aliis ecclesiasticis, secularibus et regularibus quibuscunque, exemptis et non exemptis, in eisdem regno, comitatu et terris redditus et proventus ecclesiasticos ut prefertur habentibus, de eisdem redditibus et proventibus dumtaxat, preterquam ab eisdem cardinalibus, magistro, prioribus, preceptoribus et fratribus hospitalis eiusdem, absque iniuria et oppressione quacunque, secundum modum, morem ac consuetudinem in exaccione et colleccione huiusmodi decime hactenus observatos, per huiusmodi triennium in terminis infrascriptis eis seu collectoribus eorum vel personis aliis, quos vel quas ad hoc deputaverint, persolvenda et per eos secundum divisionem et ordinacionem nostram subscriptam tam nobis et apostolice camere quam regi predicto assignanda colligatur et eciam exigatur. Huiusmodi autem solucio fiet quolibet anno dicti triennii in terminis infrascriptis: siquidem solucionis medietatis huiusmodi decime primi anni dicti triennii primum terminum fore statuimus festum Omnium San-

ctorum proxime venturum,[1]) secundum vero terminum solucionis medietatis alterius festum Ascensionis Domini et prefatum festum Omnium Sanctorum proxime secuturum,[2]) volentes eciam [et][e]) ordinantes, quod ipsa decima in singulis eisdem annis ipsius triennii, postquam sic exacta fuerit, seu tocius eius, quod de ipsa exactum fuerit, tercia pars, illi vel illis, quem vel quos ad eam ab ipsis collectoribus recipiendam duxerimus deputandos, in nostrorum et eiusdem ecclesie, et relique due partes eidem regi vel alteri de ipsius regis certo mandato in ipsius regis onerum relevacionem huiusmodi convertende per ipsos collectores, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo, assignentur. Nulli ergo etc. nostre imposicionis, voluntatum, deputacionis, statuti et ordinacionis infringere etc. D. Auinione VI [3]) non. Marcii a. decimo.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 419 n. 593, diversarum formarum qu. 7 = V. 209 f. 132 n. 594 (sic!). — [a]) ‚in consistorio' suppl. in marg. A. [b]) sequitur ‚memorie', sed cancell. A. [c]) suppl. supra A. [d]) corr. ex ‚Romane ecclesie' A. [e]) deest in A., suppl. ab editore. — [1]) 1352 Novembris 1. [2]) 1353 Maii 2. [3]) ‚VII' habet A., quod error manifestus esse videtur, quia VII non. Martii [illegible] kal. Martii; insuper litterae, de quibus hic loquitur (num. 1448 et 1449), datae sunt VI kal. Martii.

1448. *Archiepiscopo Pragensi ac Olomucensi et Litomyšlensi*[a]) *episcopis mandatur, ut decimam triennalem, concessam Carolo, regi Romanorum et Bohemiae, in regno Bohemiae colligere et eidem regi assignare procurent. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. decimo.'*

.C. *Avinione, 1352 Martii 2.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 421′ n. 596, diversarum formarum qu. 7 = V. 209 f. 134′ n. 597 (sic!) — Ed. CDM. VIII n. 148, reg. Huber 506, n. 31a. — [a]) ‚Luthomuslensi' A.

1449. *Sancti Huberti et sanctae Mariae in Lucemburgo, Leodiensis et Treverensis diocesium, monasteriorum abbatibus, mandatur, ut decimam triennalem, concessam Carolo, Romanorum et Bohemiae regi, in comitatu Lucemburgensi colligere et eidem regi assignare procurent. ‚D. Auinione VI non. Marcii a. decimo.'*

.C. *Avinione, 1352 Martii 2.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 419′ n. 594, diversarum formarum qu. 7 = V. 209 f. 134′ n. 595 (sic!)

1450. *Petro Egidii de Kojetin,*[a]) *presbytero Olomucensis diocesis, conceditur officium tabellionatus.*[1]) *‚D. Auinione VIII id. Marcii a. decimo.'*

V
.X. *Avinione, 1352 Martii 8.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 219′, de officio tabellionatus qu. 1 et unicus = V. 211 f. 13′ n. 567. — [a]) ‚Koetyn' A. — [1]) supplicationem vide sub num. 1421.

1451. *Praeposito et decano ecclesiae Olomucensis ac officiali Olomucensi mandatur, ut circa Johannem Vanikonis,[a]) monachum professum monasterii Velegradensis, ordinis Cisterciensis, Olomucensis diocesis, in presbyteratus ordine constitutum, latorem praesentium, qui animi levitate sine mandato et licentia abbatis eiusdem monasterii dimisso habitu de monasterio ipso recessit, per saeculum diutius evagans, constitutionem Benedicti papae XII de apostatis observari faciant. ,D. Auinione VI id. Martii a. decimo.' Forma ut in n. 891.*

[1]) *Avinione, 1352 Martii 10.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 249', de litteris communibus qu. 1 et unicus = V. 211 f. 271 n. 1468. — [a]) ,Wanykonis' A. — [1]) taxatio deest in A.

1452. *Johannes, episcopus Spoletanus, supplicat, ut nepoti suo Johanni de Pistorio canonicatus et praebenda ecclesiae sanctae Crucis Vratislaviensis reserventur.*

Avinione, 1352 Martii 11.

Supplicat S. V. humillima creatura vestra . . Johannes, episcopus Spoletanus, quatenus sibi in personam carissimi nepotis sui Johannis de Pistorio, clerici, nati Michaelis de Pistorio, vestri servientis armorum, specialem graciam facientes, canonicatum et prebendam ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis, quos obtinet Johannes, electus Nuwemburgensis, cum per ipsius electi consecracionem vel per lapsum temporis de episcopis consecrandis vel alias quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum, vacabunt, conferendos dicto Johanni, clerico, dignemini reservare, non obstante, quod ipse clericus canonicatum et prebendam ecclesie Hugardensis, Leodiensis diocesis, ac perpetuam capellaniam sancti Bartholomei prope Tridentum noscitur obtinere, cum ceteris non obstantibus, clausulis et executoribus oportunis.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione V id. Marcii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 55'.

1453. *Johlino Geynoffel, civi Pragensi, et Annae, eius uxori, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione XVI kal. Aprilis a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

V̄
.X. *Avinione, 1352 Martii 17.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 457' n. 636, de absolutione qu. 1 = V. 209 f. 234' n. 636.

1454. *Johanni Hayndini providetur de canonicatu ecclesiae Vyssegradensis, Pragensis diocesis, sub expectatione praebendae. ‚D. apud Villamnouam, A. d., XII kal. Aprilis a. decimo.' — In e. m. episcopo Slesvicensi* [a]) *et decano Omnium Sanctorum Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 21.

Clementis VI V. 207 f. 266′ n. 78, de praebendis vacaturis. In A. hi quaterni non reperiuntur. — a) ‚Slezuicensi' V.

1455. *Guillelmus, comes Bellifortis, supplicat, ut Čadkoni Absiconis canonicatus et praebenda ecclesiae Pragensis conferantur vel reserventur.*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 23.

Supplicat S. V. devota creatura vestra G[uillelmus], comes Bellifortis, quatenus sibi in personam dilecti sui Czadconis Absiconis, nepotis decani Pragensis, procuratoris filii sui Nicolay in regno Boemie, specialem graciam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, qui in brevi vacare sperantur per munus consecracionis [a]) Johannis, electi Olomucensis, per S. V. pridem promoti, si ipsos eodem vel alio quovis modo vacare contigerit, dignemini providere vel eidem conferendos donacioni apostolice reservare, cum omnibus non obstantibus, clausulis oportunis et necessariis, ut in forma.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., X kal. Aprilis a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 63′. — a) ‚muneris consecracionem' S., corr. ab editore.

1456. *Pro Nicolao de Lemberg supplicatur, quatenus collatio ei facta de parochiali ecclesia in Otmochow confirmetur.*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 23.

Rotulus confirmacionum auctoritate ordinaria.

Pater sanctissime! Dignemini collaciones infrascriptas, auctoritate ordinaria legitime et absque preiudicio impetrancium seu aliorum factas, non obstantibus vestris specialibus reservacionibus, confirmare vel de novo providere, cum non obstantibus in vestra vicecancellaria exprimendis, ut in forma:

. . . .

Item collacionem etc. Nicolao de Lemberg de parrochiali ecclesia in Otmuchew, Wratislauiensis diocesis, vacante per resignacionem, factam in manibus ordinarii.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis in forma R. Sine lectione R. D. apud Villamnouam, A. d., X kal. Aprilis a. decimo.

Clementis VI S. X 1 (21) pars altera f. 69.

1457. *Nicolao de Lemberg confirmatur collatio parochialis ecclesiae in Otmochow.*

Avinione,[1]) *1352 Martii 23.*

. X .

D. f. Nicolao de Lemberg, rectori parrochialis ecclesie in Octumchew, Wratislauiensis diocesis, s. etc. Probitatis et virtutum merita . . . . Exhibita siquidem nobis pro parte tua peticio continebat, quod olim tu succentoriam ecclesie sancte Crucis Wratislauiensis et d. f. Martinus dictus Obstatz parrochialem ecclesiam in Ottmuchew, Wratislauiensis diocesis, quas tunc obtinebatis, cupientes illas ex certis causis racionabilibus invicem permutare, in manibus v. f. n. Preczlai, episcopi Wratislauiensis, extra Romanam curiam ex causa permutacionis huiusmodi libere resignastis, dictusque episcopus, admissis resignacionibus huiusmodi, tibi parrochialem ecclesiam et eidem Martino succentoriam predictas canonice, nisi nostra obstaret reservacio, contulit et providit eciam de eisdem, tuque vigore collacionis et provisionis huiusmodi dictam parrochialem ecclesiam extunc possedisti et possides pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites, prefatam parrochialem ecclesiam tempore resignacionis seu collacionis et provisionis huiusmodi fore per nos specialiter reservatam, teque posse propterea super illa in posterum molestari: nos, tuis supplicacionibus inclinati, volumus tibique apostolica auctoritate concedimus collacionem et provisionem huiusmodi a data presencium perinde valere plenumque robur et firmitatem habere, ac si de dicta parrochiali ecclesia nulla per nos specialis reservacio facta foret. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. D. Auinione[1]) X kal. Aprilis a. decimo.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 310, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 4 = V. 211 f. 184′ n. 1118. — Reg. Theiner, MP. I n. 714 c, ZVGA Schlesiens XXV, 294. — [1]) sic in A. et V.! Sed error manifestus esse videtur, quia supplicatio (num. 1456) eodem die „apud Villamnovam“ firmata est, et aliae quoque supplicationes et litterae eiusdem diei (1455, 1458, 1459) „apud Villamnovam“ firmatae et datae sunt.

1458. *Omnibus episcopis et personis ecclesiasticis tam saecularibus quam regularibus, per Alamanniam et Bohemiam constitutis, mandatur, ut Johanni, episcopo Spoletano, et Rogerio de Molendinonovo, magistro ostiario, et Hugoni de Carlucio, domicello, familiaribus papae, nuntiis sedis apostolicae, de securo conductu providere procurent. ‚D. apud Villamnouam, A. d., X kal. Aprilis a. decimo.‘*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 23.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 208′.

1459. *Episcopo Basiliensi et sculteti ac scabinis nonnullarum civitatum Bohemiae commendantur Rogerius de Molendinonovo et Hugo de Carlucio, pro quibusdam negotiis ad Alamanniae et Bohemiae partes destinati.*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 23.

V. f. . . episcopo Basiliensi s. etc. Cum v. f. Johannem, episcopum Spoletanum, et dd. ff. nobiles viros Rogerium de Molendinonouo, magistrum ostiarium, et Hugonem de Carlucio, domicellos, familiares nostros, exhibitores presencium, ad partes Alamannie ac Boemie pro quibusdam negociis, fidem catholicam et ecclesiam Romanam tangentibus, presencialiter destinemus: fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente, rogantes, quatenus dictos familiares nostros, cum ad te pervenerint, pro nostra et apostolice sedis reverencia benigne recipiens et honeste pertractans, eis de securo conductu, si expedierit et illum a te duxerint [a]) requirendum, studeas providere, ita quod ipsi tuo favore suffulti commissa eis negocia utiliter prosequantur. D. apud Villamnouam, A. d., X kal. Aprilis a. decimo.

. . . .

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Verona, Pragensis diocesis.

. . . .

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Egra.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Cubitu, Pragensis diocesis.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Cadono, Pragensis diocesis.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Zacz, Pragensis diocesis.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Luna, Pragensis diocesis.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Slana, Pragensis diocesis.

. . . .

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Tachouia, Pragensis diocesis.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi Pilzna, Pragensis diocesis.

Item in e. m. dd. ff. sculteto et scabinis seu iuratis oppidi de Cladruna, Pragensis diocesis.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 209. — [a]) ‚duxerit' V., corr. ab editore.

1460. *Arnesto, archiepiscopo Pragensi, mandatur, ut Nicolaum Laurentii ad curiam conducendum familiaribus papae assignet.*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 24.

V. f. Arnesto, archiepiscopo Pragensi, s. etc. Cum Nicolaus Laurencii, civis Romanus, qui, prout nosti, propter multa, que contra catholicam veritatem evomuerat impudenter ac temere, fuit de heresi sentencialiter condempnatus, ad partes ipsas sub dissimulato se habitu contulisset, ut simplicium mentes nequicie sic veneno inficeret et a via diverteret veritatis: iusto dei iudicio actum est, ut ad te, qui mellis dulcedinem ab amaritudine fellis nosti plene discernere, declinaret. Cuius tu operaciones tibi notas considerans et timens verisimiliter, ne peiora prioribus novissima sua forent, eum prudenter et caute carceribus mancipasti. De quo salvatori nostro, qui eiusdem Nicolai iniquitati per ministerium tuum terminum posuit, laudes et gracias referentes et fidei tue zelum meritis laudibus prosequentes, fraternitatem tuam monemus, requirimus et hortamur, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem Nicolaum v. f. Johanni, episcopo Spoletano, et dd. ff. Rogerio de Molendinonouo, magistro ostiario, ac Hugoni de Carlucio, familiaribus nostris, exhibitoribus presencium, quos ad te signanter propterea mittimus, conducendum per eos ad nos sine difficultate qualibet assignare procures. De cuius assignacione duo confici facias consimilia publica instrumenta, quorum unum nobis e vestigio mittere studeas, penes te reliquo remanente. D. apud Villamnouam, A. d., VIIII kal. Aprilis a. decimo.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 207.

1461. *Carolus, rex Romanorum, rogatur, quatenus operam det, ut Arnestus, archiepiscopus Pragensis, Nicolaum Laurentii ad curiam conducendum familiaribus papae assignet.*

Apud Villamnovam, 1352 Martii 24.

C. in Ch. f. Karolo, regi Romanorum illustri, s. etc. Cum v. f. n. Arnesto, archiepiscopo Pragensi, demus per alias nostras litteras in mandatis, ut Nicolaum Laurencii, civem Romanum, de heresi condempnatum, v. f. Johanni, episcopo Spoletano, et dd. ff. Rogerio de Molendinonouo, magistro ostiario, et Hugoni de Carlucio, familiaribus nostris, latoribus presencium, conducendum ad nos sine difficultate aliqua studeat assignare: serenitatem tuam attente rogamus, quatenus apud eundem archiepiscopum, quod mandatis nostris in hac parte cum effectu pareat, det operam efficacem. D. apud Villamnouam, A. d., VIIII kal. Aprilis a. decimo.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 207'.

1462. *Theoderico, episcopo Slesvicensi, parochialis ecclesia de Noroforo, Vratislaviensis diocesis, commendanda reservatur. ‚D. Auinione VIII kal. Aprilis a. decimo.'* [1]) — *In e. m. Johanni, electo Olomucensi, et decano sancti Egidii Pragensis et sacristae Avinionensis ecclesiarum.*

. X X. *Avinione, 1352 Martii 25.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 408 n. 565, diversarum formarum qu. 7 = V. 209 f. 121 n. 566 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 151. Theiner, MP. I n. 711. — [1]) in marg. nota: ‚De camera' A.

1463. *Electio Wilhelmi, abbatis monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam, ordinis Praemonstratensis, confirmatur. ‚D. apud Villamnovam, A. d., VII kal. Aprilis a. decimo.'* [1])

. L . *Apud Villamnouam, 1352 Martii 26.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 319, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 5 = V. 211 f. 191′ n. 1156. — Ed. Theiner, MP. I n. 712. — [1]) in marg. nota: ‚De camera' A.

1464. *Thomae, nato quondam Nicolai Institoris,*[a]) *clerico Olomucensi, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et praepositi, decani archidiaconi et capituli singulorumque canonicorum ecclesiae Olomucensis vacat vel cum vacaverit. ‚D. Auinione III non. Aprilis a. decimo.'* [1]) *In e. m. episcopo Litomyšlensi*[b]) *et decano Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis pro deo. *Avinione, 1352 Aprilis 3.*

Clementis VI A. X/2 (117) f. 430′ n. 170, de beneficiis vacaturis qu. 4 = V. 208 f. 66 n. 170. — Ed. CDM. VIII n. 154. — [a]) ‚Istitoris' A. [b]) ‚Luthomuslensi' A. — [1]) in marg. nota: ‚De camera' A.

1465. *Stephano Stephani de Tetín, in subdiaconatus ordine constituto, indulgetur, ut usque ad quinquennium ad alios sacros ordines se facere promoveri non teneatur.*

. X . *Avinione, 1352 Aprilis 3.*

D. f. Stephano Stephani de Thetyn, rectori parrochialis ecclesie in Germeritz, Olomucensis diocesis, s. etc.[1]) Honestas morum et vite aliaque probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam fidedignorum testimonio iuvari percepimus, nos inducunt, ut te favore apostolico prosequamur. Hinc est, quod nos, tuis supplicacionibus inclinati, auctoritate tibi presencium indulgemus, ut tu, qui in subdiaconatus ordine constitutus existis, c. in Ch. f. n. Caroli, regis Roma-

norum illustris, in officio notariatus terre Boemie obsequiis insistendo, quibus insistis ad presens, racione parrochialis ecclesie in Germeritz, Olomucensis diocesis, quam obtines,[a]) generalis concilii et quibuslibet aliis constitucionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, non tenearis usque ad quinquennium ad alios sacros ordines te facere promoveri neque ad id a quoquam compelli possis invitus, et quod interim fructus, redditus et proventus ipsius ecclesie tibi aliquatenus subtrahi non possint, proviso, quod eadem ecclesia debitis interim obsequiis non fraudetur et animarum cura in ea nullatenus negligatur, quodque tu dicto elapso quinquennio te facias in presbyterum statutis a iure temporibus ordinari. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. Auinione III non. Aprilis a. decimo.

Clementis VI A. X/4 (119) f. 407 n. 561, diversarum formarum qu. 7 = V. 209 f. 123 n. 562 (sic!). — [a]) ‚quam obtines' suppl. supra A. — [1]) in marg. nota: ‚De camera' A.

1466. *Burchardus Monachi de Landskron,*[a]) *miles, consiliarius et secretarius domini Romanorum regis, supplicat, ut filio suo Radulfo, clerico Basiliensi, de canonicatu et praebenda in ecclesia Basiliensi per resignationem Burchardi, filii eiusdem militis, vacantibus provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione III non. Aprilis a. decimo.'*

Avinione, 1352 Aprilis 3.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 68'. — [a]) ‚Lanzcrone' S.

1467. *Archiepiscopo Maguntinensi et Johanni Olomucensi ac Johanni Naumburgensi*[a]) *electis mandatur, ut contra Nicolaum Brun de Dacia, pro episcopo Slesvicensi se gerentem, qui mandatis apostolicis*[1]) *parere recusat, procedant et Theoderico, episcopo Slesvicensi, iustitiam faciant. ‚D. Auinione id. Aprilis a. decimo.'*

X
.X. *Avinione, 1352 Aprilis 13.*

Clementis VI A. X/4 (119) f. 418' n. 566, diversarum formarum qu. 7 = V. 209 f. 124' n. 567 (sic!). — Ed. CDM. VIII n. 156. — [a]) ‚Nuemburgensi' A. — [1]) cfr. num. 1445.

1468. *Johanni de Waldow,*[a]) *laico, et Annae, uxori eius, Vratislaviensis diocesis conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione XV kal. Maii a. decimo.' Forma ut in n. 65.*

[1]) *Avinione, 1352 Aprilis 17.*

Clementis VI A. X/3 (118) f. 506, de absolutione qu. 2 = V. 211 f. 90 sine numero. — Reg. ZVGA Schlesiens XXV, 302. — [a]) ‚Valdow' A. — [1]) taxatio deest in A.

1469. *Quido, episcopus Portuensis, supplicat, ut Alberto de Sternberg de decanatu in ecclesia Olomucensi vacanti provideatur.*

Avinione, 1352 Aprilis 23.

Supplicat S. V. devotus vester G[uido], episcopus Portuensis, quatenus in personam sui Alberti de Eternberch de decanatu ecclesie Olomucensis, vacante per obitum Conradi Wayffonis de Brunna, in illis partibus defuncti, dudum ante eius obitum donacioni apostolice sedis reservato,[a]) in forma solita dignemini providere, non obstante, quod Sciborius de Hierstein per capitulum eiusdem ecclesie fuerit in decanum electus et per ordinarium confirmatus, qui modico post hoc vixit tempore, quo defuncto capitulum sepedicte ecclesie elegit Wukonem de Zdanicz in decanum, quem ordinarius confirmavit, et qui dictum decanatum per annum tenuit et ultra occupatum, et non obstante, quod idem Albertus in dicta canonicatum[b]) et prebendam et in Pragensi canonicatum sub expectacione prebende ecclesiis auctoritate apostolica noscitur obtinere, et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus. Fiat R.[1]) Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IX kal. Maii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 67. — [a]) ‚reservatus' S., corr. ab editore. [b]) sequitur: ‚sub expectacione', sed cancell. S. — [1]) aliam supplicationem similis tenoris vide in num. 1477 dd. 1352 Maii 2!

1470. *Alberto de Sternberg*[a]) *providetur de decanatu in ecclesia Olomucensi vacanti. ‚D. Auinione VIIII kal. Maii a. decimo.' — In. e. m. decano et scholastico Pragensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 9.*

Avinione, 1352 Aprilis 23.

Clementis VI V. 207 f. 108' n. 72, de dignitatibus vacantibus. In A. hi quaterni non reperiuntur. — Ed. CDM. VIII n. 158. — [a]) ‚Sternberch' V.

1471. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus perpetuo concedatur, ut quicunque sacerdos, qui in altari vel loco, ubi sacrae imperiales reliquiae fuerint, missam vel alia divina officia celebret, possit eam vel ea in pontificalibus celebrare.*

Avinione, 1352 Aprilis 23.

Supplicat S. V. devotus f. v. Karolus, Romanorum et Boemie rex, quatenus, cum inter sacras imperiales reliquias, quas penes se habet, sit certa pars de ligno sanctissime crucis, in qua salvator noster pependit, et unus ex clavis, cum quibus eidem cruci fuit affixus,[a]) necnon lancea, cum qua eius latus sacratissimum extitit perforatum: dignemini ob reverenciam ipsius redemptoris nostri perpetuo concedere, quod quilibet sacerdos, qui in altari vel loco, ubi supradicte

reliquie fuerint, missam vel alia divina officia celebrabit, possit eam vel ea in pontificalibus celebrare, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Sciatur in cancellaria, quomodo predecessores nostri concesserunt ecclesie Briuatensi, Claromontensis diocesis, et fiat consimiliter R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IX kal. Maii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 67'. — a) ‚affiicus' S.

1472. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, quatenus Francisco quondam Alberti de Ryse, canonico ecclesiae sancti Petri Argentinensis, de canonicatu et praebenda in ecclesia sancti Florentii Haselacensis, Argentinensis diocesis, vacantibus provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione IX kal. Maii a. decimo.'*

Avinione, 1352 Aprilis 23.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 67'.

1473. *Theodericus, episcopus Slesuicensis,[a]) supplicat, quatenus Arnoldo Nyendorp, iuris perito, de canonicatu et praebenda ac praepositura sancti Andreae Verdensis cum oboedientia in ecclesia Verdensi vacantibus provideatur. ‚Fiat R. . . . . D. Auinione IX kal. Maii a. decimo.'*

Avinione, 1352 Aprilis 23.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 83. — a) ‚Slewicensis' S.

1474. *Carolo, regi Romanorum, respondetur ad litteras, quas Johannes (sic!), episcopus Slesuicensis,[a]) nuntius eius, attulit: papam cum Johanne, archiepiscopo Mediolanensi, nihil tractavisse, quod imperii Romani aut Caroli ipsius honori et iuribus derogare possit. ‚Ceterum negocium ecclesie Wratislauiensis propter occupaciones varias et discrasiam, que ac debilitatis eius reliquie nos diucius fatigarunt, nondum finem habere potuit, sed prestante deo, quam cito super eo deliberare poterimus, curabimus huiusmodi negocio ad honorem tuum, quantum cum deo poterimus, dare finem.' Ecclesiam vero Constantiensem papam ad manus suas tenere propter negotium liberationis principum regiae domus Siciliae. ‚D. Auinione VIII kal. Maii a. decimo.'*

Avinione, 1352 Aprilis 24.

Clementis VI V. 145 (secr. a. X) f. 231. — Reg. Werunsky, Excerpta n. 264, Huber 782 n. 240. — a) ‚Slewicensis' V.

1475. *Fundatio et dotatio monasterii Montis sanctae Mariae in Glatz, ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, confirmatur.*

X
.X.
Avinione, 1352 Aprilis 24.

Ad perpetuam rei memoriam. Si honestis peticionibus supplicum deceat nos gratum prebere consensum, eas tamen, que religionis incrementa respiciunt, eo favorabilius exaudimus, quo eciam irrequisiti libenter nostre solicitudinis studium adhibemus. Exhibita siquidem nobis pro parte v. f. n. Arnesti, archiepiscopi Pragensis, et dd. ff. . . prepositi et conventus monasterii Montis sancte Marie in Glacz, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, peticio continebat, quod olim idem archiepiscopus, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad omnipotentis dei[a]) laudem et gloriam ac pro sue et parentum suorum animarum salute prefatum monasterium de bonis suis fundavit, construxit pariter et dotavit. Quare dicti archiepiscopus, prepositus et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut fundacioni et dotacioni huiusmodi confirmacionis nostre robur adicere de speciali gracia dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicacionibus inclinati, fundacionem et dotacionem predictas ratas et gratas habentes, illas auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem, de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo etc. nostre[b]) confirmacionis et supplecionis infringere etc. D. Auinione VIII kal. Maii a. decimo.[1])

Clementis VI A. X/4 (119) f. 519 n. 726, diversarum formarum qu. 11 = V. 209 f. 198′ n. 726. — [a]) suppl. supra A. [b]) suppl. supra A. — [1]) in marg. nota: ‚de camera' A.

1476. *Priori et conventui monasterii de Horto beatae Mariae prope Pragam, Cartusiensis ordinis, conceditur, ut omnibus privilegiis, a sede apostolica aliis personis et monasteriis eiusdem ordinis concessis, gaudere possint.*

X
.X.
Apud Villamnovam, 1352 Aprilis 30.

Dd. ff. . . priori et conventui monasterii de Orto beate Marie prope Pragam, per priorem soliti gubernari,[a]) Cartusiensis ordinis, s. etc. Religionis vestre meretur honestas, ut illa vos gracia favorabiliter prosequamur, quam vobis et personis vestri monasterii pro divini cultus augmento fore conspicimus oportunam. Hinc est, quod nos, d. f. . . prioris generalis monasterii Cartusiensis, per priorem soliti gubernari, Graciopolitane diocesis, vestrisque supplicacionibus inclinati, ut in monasterio vestro de Orto beate Marie prope Pragam, Cartusiensis ordinis,[b]) quod de novo asseritur[c]) esse fundatum, eo devocius divinis laudibus insistatur,[d]) quo vos, filii, prior et conventus ipsius monasterii de Orto, per priorem soliti gubernari, maioris libertatis privilegiis fueritis communiti, vobis, priori et conventui prefatis, singulisque personis dicti monasterii vestri de Orto, presentibus et futuris, ipsique vestro monasterio, ut omnibus et singulis privilegiis, exempcionibus, immunitatibus et graciis gaudeatis et perfruamini, quibus persone monasterii

et loca alia prefati ordinis, a sede apostolica eis concessis seu indultis, gaudent et eciam perfruuntur, auctoritate predicta tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. D. apud Villamnouam, A. d., II kal. Maii a. decimo.

Clementis VI A. X/3 (118) f. 361, de indultis, privilegiis et dispensationibus qu. 6 = V. 211 f. 232' n. 1331. — a) sequitur ‚salutem etc.' sed cancell. A. b) sequitur ‚Graciopolitane diocesis', sed cancell. A. c) ‚asseris' A. d) ‚uisitatur' A., corr. ab editore.

1477. *Quido, episcopus Portuensis, supplicat, quatenus Alberto de Sternberg de decanatu in ecclesia Olomucensi vacante provideatur.*

Apud Villamnovam, 1352 Maii 2.

Supplicat S. V. devotus vester G[uido], episcopus Portuensis, quatenus [a]) Alberto de Stenberg de decanatu ecclesie Olomucensis, vacante per obitum Conradi Wayffonis de Brunna, in illis partibus defuncti, per cuius obitum Scibonus de Hiernsteyn fuit per capitulum eiusdem ecclesie electus et per ordinarium confirmatus, qui modico post hoc vixit tempore, quo defuncto predictum capitulum Witkonem de Zdanicz elegit in decanum, qui et [b]) per ordinarium est confirmatus et tenuit predictum decanatum per annum et ultra de facto occupatum, cum dudum ante obitum predicti Conradi donacioni apostolice fuerit reservatus, in forma solita dignemini providere, non obstante, quod idem Albertus in dicta ecclesia canonicatum cum prebenda et in Pragensi sub expectacione prebende auctoritate apostolica noscitur obtinere, aliisque non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R.[1]) . . . .

D. apud Villamnouam, A. d., VI non. Maii a. decimo. [2])

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 91. — a) sequitur: ‚in personam sui' S., om. ab editore. b) suppl. supra S. — 1) in marg. nota: ‚Iste supplicaciones sunt in uno rotulo et sub eadem data' S. 2) fol. 92, cum nota: ‚Omnes iste supplicaciones erant in uno rotulo et sub eadem data, videlicet: *[sequitur datum]*' S. Aliam supplicationem eiusdem pro eodem, similis tenoris, vide in num. 1469, litteras in num. 1470, dd. 1352 Aprilis 23.

1478. *Arnaldus, tituli sancti Sixti presbyter cardinalis, supplicat, quatenus sibi motu proprio de canonicatu et praebenda in ecclesia Pragensi vacantibus et Johannni Mercerii de canonicatu et praebenda in ecclesia Vyssegradensi vacantibus provideatur.*

Apud Villamnovam, 1352 Maii 3.

Motu proprio providemus d. f. n. A[rnaldo], tituli sancti Sixti presbytero cardinali, de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, vacantibus per obitum quondam Symonis dicti de Herbipoli, collacioni nostre reservatis, cum non obstantibus et clausulis oportunis, secum dispensantes, ut in forma pro cardinali.

Fiat motu proprio R.

Item ad supplicacionem dicti cardinalis providemus Johanni Mercerii, nostre cancellarie abreviatori, ipsius cardinalis secretario et familiari domestico commensali, de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Wyssegradensis Pragensis, simili modo vacantibus et reservatis, cum non obstantibus in cancellaria exprimendis et clausulis oportunis.

Fiat R. Et sine alia leccione. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., V non. Maii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 92'.

1479. *Arnaldo, tituli sancti Sixti presbytero cardinali, providetur motu proprio de canonicatu et praebenda in ecclesia Pragensi per obitum Symonis dicti de Herbipoli, qui extra Romanam curiam mortuus est, vacantibus, qui quidem canonicatus et praebenda virente adhuc eodem Symone, videlicet II kalendas Februarii proximo praeteriti,*[1] *collationi apostolicae reservati fuerunt, non obstante, quod ordinis sancti Augustini professor est, et dispensatur cum eo, ut eosdem canonicatum et praebendam libere recipere et licite retinere possit. ‚D. apud Villamnouam, A. d., V non. Maii a. decimo.' — In e. m. abbati monasterii Strahoviensis Pragensis, et cantori Tirasonensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 4.*

Gratis pro domino cardinali. *Apud Villamnovam, 1352 Maii 3.*

Clementis VI A. X/1 (116) f. 428, de beneficiis vacantibus qu. 16 = V. 206 f. 395' n. 736. — [1]) 1352 Januarii 31.

1480. *Jenchinus de Comeren supplicat, ut sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Misnensi vacantibus provideatur.*

Apud Villamnovam, 1352 Maii 8.

Rotulus resignacionum.

Pater sanctissime! Dignemini personis infrascriptis de infrascriptis beneficiis, resignatis per personas infrascriptas, providere, vacantibus per resignacionem ipsarum in manibus reverendi patris domini . . episcopi Lexouiensis, factam de eisdem et per ipsum dominum episcopum de mandato S. V. admissam, sibi facto super hoc oraculo vive vocis, non obstante, quod generaliter vel specialiter fuerint ipsa beneficia collacioni sedis apostolice reservata, et non obstantibus de beneficiis, que obtinent seu expectant, in vicecancellaria exprimendis, et aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

. . . .

Item dignemini providere Jenchino de Comeren, presbytero Wratislauiensis diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Misnensis, vacantibus per liberam resignacionem de ipsis de iure sibi competente in eisdem factam in manibus predictis per procuratorem Johannis Wulferici, eciam etc., licet per alium per laicalem potenciam contra iusticiam teneatur occupata etc.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis in forma R. Sine leccione. Fiat R. D. apud Villamnouam, A. d., VIII id. Maii a. decimo.

Clementis VI S. X/1 (21) pars altera f. 96.

1481. *Archiepiscopo Gneznensi* [a]) *et Cracoviensi ac Vratislaviensi episcopis mandatur, ut per se et alias personas ecclesiasticas, saeculares et regulares, ordinum quorumcunque, quas ad hoc idoneas esse noverint, in Poloniae et Ungariae ac Bohemiae regnis contra Tartaros et quoscunque* [a] *alios infideles, invadentes seu offendentes regem et regnum Poloniae et habitatores ipsius, crucem praedicent.*
‚D. apud Villamnouam, A. d., id. Maii a. decimo.' [1])

. L X X .   *Apud Villamnovam, 1352 Maii 15.*

Clementis VI A. X,4 (119) f. 434' n. 639, diversarum formarum qu. 8 = V. 209 f. 144' n. 640 (sic!). — Ed. Theiner MP. I n. 713. — [1]) in marg. nota: ‚de camera' A.

1482. *Plichtae Conradi de Mšeno providetur de praebenda in ecclesia Pragensi vacante. Forma ut in n. 4.*

. X X .   *Avinione, 1352 Junii 17.*

D. f. Plichte Conradi de Mssen, canonico Pragensi, s. etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita . . . . Dudum siquidem intendentes de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, quos quondam [a]) Wernerus de Praga, canonicus prebendatus ipsius ecclesie, tunc temporis obtinebat, cum illos vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam predictos, dum adhuc idem Wernerus ageret in humanis, videlicet III kalendas Februarii pontificatus nostri anno decimo, [1]) collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandos, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda predicti per ipsius Werneri obitum, qui nuper extra Romanam curiam decessit, vacaverint et vacent ad presens, nullusque preter nos hac vice de illis disponere potuerit neque possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes tibi, qui in canonicum ipsius ecclesie per dd. ff. capitulum ipsius ecclesie, ad quos canonicorum recepcio pertinet, es receptus, premissorum m. t. i. necnon consideracione c. in Ch. f. n.

Karoli, regis Romanorum illustris, pro te, dilecto capellano suo commensali, super hoc nobis humiliter supplicantis, gr. f. s., predictam prebendam sic vacantem cum o. i. et p. s. a. tibi a. conferimus et de illa eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod canonicatum et prebendam ecclesie Wissegradensis prope Pragam nosceris obtinere . . . . D. Auinione XV kal. Julii a. undecimo.

In e. m. dd. ff. . . Strahouiensis prope Pragam et . . Porte Apostolorum, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac . . sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 198, de beneficiis vacantibus qu. 4 = V. 212 f. 84′ n. 160. — [a]) ‚condam' A. — [1]) 1352 Januarii 30.

1483. *Carolus, Romanorum et Bohemiae rex, supplicat, ut Friderico dicto „Swartewalt", militari de Lunne, de parochiali ecclesia sancti Lamberti Monasteriensis provideatur.*

Avinione, 1352 Junii 21.

Pater sanctissime! Dignetur S. V. consideracione devoti f. v. Karoli, Romanorum et Boemie regis, Frederico dicto Swartewalt, militari de Lunne, canonico Monasteriensi, de parrochiali ecclesia sancti Lamberti Monasteriensis, vacante per obitum Bernhardi de Blomensac, qui extra Romanam curiam obiit, reservata ante ipsius obitum, seu alio quovis modo vacet, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis providere, non obstante, quod dictus Fredericus in Monasteriensi sub prebende ac dignitatis vel personatus aut obediencie seu officii cum cura vel sine cura ac in Osnaburgensi necnon in sancti Johannis Osnaburgensis ecclesiis sub maiorum prebendarum expectacionibus canonicatus auctoritate vestra obtineat, dispensantes nichilominus cum dicto Frederico, quod cum dicta ecclesia eciam dignitatem vel personatum aut obedienciam seu officium cum vel sine cura in dicta Monasteriensi ecclesia, dum illam, illum vel illud vacare contigerit, acceptare et assequi valeat et insimul retinere, cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione XI kal. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 42.

1484. *Praeposito sancti Petri Casletensis, Morinensis diocesis, et Pragensis ac de Carualede, Astoricensis, archidiaconis ecclesiarum mandatur, ut Rogerio, nato nobilis viri Guillelmi de Rupe, militis, clerico Lemovicensis diocesis, de canonicatu et praebenda, in ecclesia sancti Audomari de Sancto Audomaro, Morinensis diocesis, vacantibus, providere procurent. ‚D. Auinione X kal. Julii a. undecimo.'*

Avinione, 1352 Junii 22.

Clementis VI A. XI/2 f. 283 n. 59, de praebendis vacantibus qu. 2 = V. 213 f. 99 n. 59.

1485. *Magistro Johanni Mercerii, litterarum apostolicarum abbreviatori, providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Remensi vacantibus, non obstante praeter alia, ‚quod nuper sancti Agricoli Auinionensis et Wissegradensis, Pragensis, ecclesiarum canonicatus et prebendas . . . . eciam tunc vacantes tibi successive duximus conferendos, licet nondum possessionem habueris eorundem. . . . . D. Auinione X kal. Julii a. undecimo.' Forma ut in n. 4.*

.X X.

Avinione, 1352 Junii 22.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 248', de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 212 f. 129' n. 247.

1486. *Jenchinus et Johannes de Comeren supplicant, ut beneficia sua, primus parochialem ecclesiam in Kamitz, alter parochialem ecclesiam sancti Georgii in Münsterberg, invicem permutare possint.*

Avinione, 1352 Junii 22.

Rotulus permutacionum.

Sanctissime pater! Dignetur S. V. providere personis infrascriptis de beneficiis inferius nominatis, vacantibus per resignaciones, factas causa permutacionis in manibus domini Guillelmi, electi Ebredunensis, recipientis easdem de mandato S. V., vive vocis oraculo sibi facto, reservacionibus vestris seu predecessorum vestrorum specialibus non obstantibus quibuscunque, et cum aliis non obstantibus in vestra vicecancellaria exprimendis.

. . . .

Item Johanni de Comecen de parrochiali ecclesia in Kempnicz, Wratislauiensis diocesis, et Jenchino de Comecen de parrochiali ecclesia sancti Georgii in Munsterberg, dicte diocesis, vacantibus per resignacionem, per procuratores suos inter eos in manibus dicti domini G[uillelmi], recipientis etc., factam et admissam.

. . . .

Fiat pro omnibus suprapositis in forma R. Sine leccione R. D. Auinione X kal. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 40'.

1487. *Johanni de Comeren providetur de parochiali ecclesia de Kamitz,*[a]) *Vratislaviensis diocesis, quae vacat, cum nuper ipse Johannes sancti Georgii in Münsterberg*[b]) *et Jenchinus de Comeren in Kamitz*[c]) *parochiales ecclesias, eiusdem diocesis, quas tunc temporis obtinebant, desiderantes eas permutare, per Pantaleonem Arnoldi, clericum Basiliensem, procuratorem Johannis, et Petrum de Kunzendorf,*[d]) *canonicum Lubicensem, procuratorem Jenchini, in manibus Guillelmi, electi Ebredunensis, apud sedem apostolicam libere resignaverint et resignationes ipsae de mandato papae admissae sint. ,D. Auinione X kal. Julii a. undecimo.' — In e. m. abbati monasterii in Heinrichow, Vratislaviensis diocesis, et scholastico Vratislaviensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 178.*

= ≡
.X X.

Avinione, 1352 Junii 22.

Clementis VI A. XI/2 (f. 362) n. 33, de beneficiis vacantibus qu. 1 = V. 213 f. 151 n. 33. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 294. — a) ,Kempnitz' A. b) ,Munsterberg' A. c) ,Kempnitz' A. d) ,Cuncindorf' A.

1488. *Jenchino de Comeren providetur de parochiali ecclesia in Münsterberg,*[a]) *Vratislaviensis diocesis, per resignationem Johannis de Comeren vacanti. ,D. Auinione X kal. Julii a. undecimo.' — Executores ut in n. 1487. Forma ut in n. 178.*

= ≡
.X X.

Avinione, 1352 Junii 22.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 278, de beneficiis vacantibus qu. 7 = V. 212 f. 155 n. 297. — Reg. Theiner MP. I n. 717[a]. — a) ,Ministerberg' A.

1489. *Jaroslaus,*[a]) *archiepiscopus Gneznensis, supplicat, ut Alberto Spithonis,*[b]) *nepoti suo, de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae vacantis vel vacaturae in eadem ecclesia provideatur. ,Fiat etc. R. . . . . D. Auinione VI kal. Julii a. undecimo.'*

Avinione, 1352 Junii 26.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 47. — a) ,Jarossaus' S. b) ,Spithconis' S.

1490. *Alberto Spithonis providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae. ,D. Auinione VI kal. Julii a. undecimo.' — In e. m. episcopo Poznaniensi et decano ac praeposito ecclesiae Gneznensis. Forma ut in n. 6.*

| =
.X X.

Avinione, 1352 Junii 26.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 328', de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 212 f. 190' n. 368. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 296.

1491. *Ludovicus, rex Ungariae, supplicat praeter alia, ut altari Corporis Christi in parochiali ecclesia de Hlubčicz indulgentiae concedantur et Petro Bertholdi de Brunna de canonicatu ecclesiae Transilvanae sub expectatione praebendae ac dignitatis, personatus vel officii cum vel sine cura provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 2.

Supplicat S. V. devotus vester et sancte Romane ecclesie filius Ludouicus, rex Vngarie. . . . .

Item quatenus omnibus vere [a]) penitentibus et confessis, qui in quatuor precipuis beate Marie Virginis et in Corporis Christi festivitatibus et aliis festivitatibus superius nominatis et per octabas earundem altare, per Henezkonem de Lubschitz in honorem [b]) eiusdem Corporis Christi fundatum pariter et dotatum, situm in ecclesia parrochiali prefate Virginis in Lubschitz, Olomucensis diocesis, visitaverint, annuatim illas perpetue concedere dignemini indulgencias, que Vestre placuerint Sanctitati.

Fiat de uno anno et una quadragena in singulis festis beate Virginis R.

. . . .

Item quatenus Petro Bertholdi de Brunna, cancellario ducis Stephani, fratris sui predicti, de canonicatu ecclesie Transiluane sub expectacione prebende ac dignitatis, personatus vel officii cum cura vel sine cura, si vacant ad presens, vel cum simul aut successive vacabunt, cum acceptacione etc. dignemini providere, non obstante, quod lectoratum ecclesie Jauriensis ac capellam sancti Marci in monte Gretensi et parrochialem ecclesiam sancti Nicolai in Wortberg, Zagrabiensis et Strigoniensis diocesium, obtinet, quam quidem parrochialem ecclesiam dimittet, postquam etc., cum eodem nichilominus, ut dignitatem, personatum vel officium licite recipere et cum dicto lectoratu insimul retinere valeat, quibuscunque constitucionibus apostolicis contrariis non obstantibus, de ampliori gracia dispensantes, cum clausulis ut supra.

Fiat R.

Item quatenus predictorum omnium examen remittatur. Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione VI non. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 48. — [a]) suppl. supra S. [b]) ‚in honore' S., corr. ab editore.

1492. *Conrado Schopf [a]) de Tachovia, presbytero Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione IIII non. Julii a. undecimo.'*

Forma ut in n. 65.

Avinione, 1352 Julii 4.

.X.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 506, de absolutione qu. 1 et unicus = V. 217 f. 289 sine numero. — [a]) ‚Scopf' A.

1493. *Omnibus personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus, per Italiam et Bohemiam constitutis, mandatur, ut Johanni, episcopo Spoletano, apostolicae sedis nuntio, et Rogerio de Molendinonovo, magistro ostiario, et Hugoni de Carlucio, familiari papae, qui ad partes Italiae et Bohemiae pro quibusdam negotiis, fidem catholicam et ecclesiam Romanam tangentibus, destinantur, de securo conductu et evectionibus opportunis atque pro expensis necessariis episcopo in octo et cuilibet praedictorum Rogerii et Hugonis in duobus florenis auri diebus singulis providere procurent. ‚D. Auinione IIII non. Julii a. undecimo.' — In e. m. scribitur omnibus personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus, per Alamanniam et Bohemiam constitutis, „sed ubi dicitur: ‚episcopo in octo', dicatur in decem, et ubi dicitur: ‚et cuilibet predictorum Rogerii et Roberti [sic!] in duobus,' dicatur in tribus."*

Avinione, 1352 Julii 4.

Clementis VI V. 146 (secr. a. XI) f. 22.

1494. *Paulus, electus Gurcensis, supplicat, ut personis infrascriptis de quibusdam beneficiis provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 4.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Paulus, electus Gurcensis, ambaxiator domini Ludouici, regis Vngarie: . . . .

Item similem graciam facere dignemini Nicolao de Notalitz, bacallario in iure canonico, in ecclesia sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Mistelbach, Patauiensis diocesis, obtinet, cum clausulis ut supra.

Fiat R.

Item quatenus similem graciam facere dignemini Theodorico de Brunna in eadem ecclesia sancti Petri, sub data diei immediate sequentis, cum clausulis ut supra.

Fiat R.

. . . .

Item consimilem graciam facere dignemini Hertlino de Poherlitz, clerico Olomucensis diocesis, ad collacionem etc. abbatisse et conventus monasterii Aule [a]) Regie in Antiqua Brunna, dicte diocesis, ordinis Cisterciensis, cum clausulis ut supra.

Fiat R.

Item consimilem graciam facere dignemini Johanni quondam Petri de Chremsir, clerico Olomucensis diocesis, ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Trebetensis, ordinis sancti Benedicti, dicte diocesis, etc. ut in forma.

Fiat R. [1])

Item quatenus cum domino Thoma, alias dicto Petro de Telliberi, episcopo Sareptensi, ordinis Premonstratensis, dispensare dignemini graciose, quod unum

aut plura beneficia ecclesiastica, secularia vel regularia, eciam si unum ipsorum curatum existat, cuius vel quorum omnium fructus, redditus et proventus s. t. d. sexaginta marcarum argenti valorem annuum non excedunt, si sibi simul aut successive conferantur, vel ipsum ad ea canonice assumi vel institui contingat, recipere valeat et obtinere licite de sedis apostolice clemencia speciali, constitucionibus Romani pontificis et aliis statutis et consuetudinibus quibuscunque contrariis non obstantibus, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat R.

Item quatenus consimilem graciam facere dignemini ut supra Johanni quondam Wernheri de Lesna ad collacionem etc. episcopi, decani, archidiaconi et capituli Wratislauiensis, sub data diei immediate sequentis, non obstante, quod parrochialem ecclesiam in Strigonowicz, Wratislauiensis diocesis, obtinet etc., ut in forma.

Fiat R.

Item quatenus providere dignemini Henrico quondam Nicolai de Cuditz, clerico Olomucensis diocesis, de capellania altaris sancti Wentzlai in ecclesia Pragensi, vacante per obitum Kuntzlini quondam Heroldi de Praga, qui in itinere Romano de anno iubileo diem clausit extremum, non obstante, quod auctoritate litterarum vestrarum beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans communiter vel divisim ad collacionem etc. abbatis et conventus monasterii Chotwicensis, ordinis sancti Benedicti, Patauiensis diocesis, noscitur expectare, cum aliis clausulis et executoribus ut supra.

Fiat R.

Item cum S. V. XIII kalendas Novembris, pontificatus vestri anno X°,[2]) Petro Jacobi de Magnaglogouia, clerico Wratislauiensis diocesis, graciam fecerit specialem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem etc. episcopi Wratislauiensis, ipseque Michaelem de Oswentzin, clericum Cracouiensis diocesis, ad eandem collacionem et sub eadem data secreto (?) habet in huiusmodi gracia concurrentem, propter quod dicta gracia nullius est momenti: supplicat, quatenus aliam datam, videlicet diei proximo et immediate sequentis date gracie Michaelis supradicti, que est de data suprascripta, eidem Petro concedere dignemini et mandare litteras suas sub ipsa data in vicecancellaria expediri, cum clausulis oportunis, ut in forma.

Fiat R.

. . . .

Item quod predictorum omnium remittatur examen. Item q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IIII non. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI 1 (22) f. 51. — a) ‚Aube' S. — 1) sequitur: ‚Item quatenus gracia Johanni Nicolai de Falchenow, presbytero Wratislauiensi', sed cancellatum cum nota: ‚nichil valet etc.' S. — 2) 1351 Octobris 20.

1495. *Theoderico de Brunna providetur de canonicatu ecclesiae sancti Petri de Brunna, Olomucensis diocesis, sub expectatione praebendae. ,D. Auinione III non. Julii a. undecimo.' — In e. m. abbati monasterii Zabrdovicensis[a], prope Brunnam et praeposito Cremsiriensis,[b]) Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 6.*

.X X. *Avinione, 1352 Julii 5.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 336, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 212 f. 197' n. 382. — Ed. CDM. VIII n. 165. — a) ,Zabardowicensis' A. b) ,Cheruscensis' A.

1496. *Johanni Wernheri de Lesna, rectori parochialis ecclesiae in Strigonowicz,*[1]) *Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem episcopi et decani, archidiaconi et capituli Vratislaviensis ecclesiae vacat, vel cum vacaverit, non obstante, ,quod parrochialem ecclesiam de Stringonowitz, Wratislauiensis diocesis, nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presencium curatum beneficium pacifice fueris assecutus, predictam parrochialem ecclesiam, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. .... D. Auinione III non. Julii a. undecimo.' — In e. m. sanctae Mariae in Arena et sancti Vincentii prope Vratislaviam monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

.X X. *Avinione, 1352 Julii 5.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 414, de beneficiis cum vel sine cura qu. 3 = V. 212 f. 240' n. 476. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 296. — [1]) hodie ,Paschwitz'. Cfr. Codex dipl. Silesiae XIV pag. 46 n. 28.

1497. *Nicolaus Eberhardi de Budissin supplicat, ut sibi de canonicatu ecclesiae Misnensis sub expectatione maioris praebendae atque dignitatis, personatus vel officii cum vel sine cura provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 6.

Supplicat S. V. Nicolaus Ebirhardi de Budissin, decretorum doctor, Misnensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, de canonicatu ecclesie Misnensis, in qua maiores et minores prebende existunt, et in qua auctoritate capituli in canonicum est receptus et prebendam expectat, dignemini providere ac prebendam unam, videlicet de maioribus, necnon dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura, eciam si dignitas in eadem ecclesia maior post episcopalem existat et ad eam per eleccionem consueverit quis assumi, si vacant ad presens, aut cum simul vel successive vacaverint, conferenda[a]) ipsi Nicolao donacioni apostolice reservare, non obstantibus ipsius ecclesie statutis et consuetudinibus et presertim illis, quibus caveri dicitur, quod nullus in eadem ecclesia possit maiorem obtinere prebendam, nisi prius minorem obtinuerit in eadem et gradatim

per minores ascenderit ad maiores, seu quod in predicta custodiam, que personatus est, et quem paratus est dimittere, cum vigore etc., et in ecclesia Budissinensi, dicte Misnensis diocesis, canonicatum [et][b]) prebendam, quorum omnium fructus, redditus et proventus LX florenorum auri valorem annuum communiter non excedunt, noscitur obtinere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et clausula anteferri et aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II non. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 53'. — [a]) sequitur ‚donacioni apostolice', sed cancell. S. [b]) deest in S., suppl. ab editore.

***1498.** Albertus de Sternberg supplicat, ut sibi de praebenda in ecclesia Pragensi vacanti, et Mirzanus quondam Vojtěchonis, militis de Lesnicz, ut sibi de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 6.

Supplicat S. V. devotus orator[a]) et capellanus vester Albertus de Sternberch, natus nobilis viri Stephani, domini de Sternberch, baronis regni Bohemie et Morauie, quatenus sibi specialem graciam facientes, ei de prebenda ecclesie Pragensis, in qua ipse Albertus canonicatum sub exspectacione prebende auctoritate litterarum vestrarum obtinet et ibidem in canonicum est receptus, vacante per obitum quondam Nicolai dicti Melnikerii, qui extra Romanam curiam decessit, et ante huiusmodi eius obitum disposicioni sedis apostolice reservata, dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod idem Albertus in eadem sub exspectacione prebende et in Olomucensi ecclesiis canonicatus et prebendam obtinet, et quod nuper S. V. de decanatu eiusdem Olomucensis ecclesie tunc vacante sibi graciose providit, seu quod quidam predictam prebendam per biennium et ultra de facto detinuit prout detinet occupatam.

Fiat R.

Item supplicat S. V. humilis orator vester Mirzanus presbyter, quondam Woyczechonis, militis de Lesnicz, Olomucensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes, ei de canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis, vacante per obitum quondam Conradi Weyffonis de Bruna, qui extra Romanam curiam decessit, ante cuius obitum eius beneficia erant disposicioni sedis apostolice reservata, dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus, non obstante, quod idem Mirzanus parrochialem ecclesiam in Huogitz, dicte diocesis, obtinet, seu quod quidam alius predictos canonicatum et prebendam per biennium et ultra de facto detinuit prout detinet occupatos.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II non. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 54'. — [a]) sequitur ‚vester', sed cancell. S.

1499. *Alberto, nato Stephani de Sternberg, canonico Pragensi, providetur de praebenda in ecclesia Pragensi vacanti. Forma ut in n. 4.*

.X X.

Avinione, 1352 Julii 6.

D. f. Alberto, nato d. f. n. v. Stephani de Sternberch, canonico Pragensi, s. etc. Nobilitas generis . . . . Dudum siquidem intendentes de canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis, quos quondam Nicolaus dictus Melnikerii, ipsius ecclesie canonicus, tunc temporis obtinebat, cum illos vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam predictos, dum adhuc idem Nicolaus ageret in humanis, videlicet VI kalendas Decembris pontificatus nostri anno sexto,[1]) collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandos, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate contingeret attemptari. Cum itaque postmodum dicta prebenda per obitum dicti Nicolai, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, licet d. f. Sdeslaus, scolasticus dicte ecclesie Pragensis, ipsam de facto per biennium et ultra detinuerit prout adhuc detinet occupatam, nullusque de prebenda ipsa preter nos hac vice disponere potuerit neque possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes tibi, qui canonicatum ipsius ecclesie sub expectacione prebende auctoritate litterarum nostrarum obtines, p. m. t. i. gr. f. sp., dictam prebendam sic vacantem cum o. i. et p. s. ap. tibi auct. conferimus et de illa eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod in ecclesia Olomucensi canonicatum et prebendam obtines, et quod ut asseris nuper de decanatu eiusdem Olomucensis ecclesie, cuius nondum fuisti pacifice possessionem adeptus, tibi duximus providendum. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentis gracie prebendam predictam, per nos ut premittitur tibi collatam, fueris pacifice assecutus, prefate littere, per quas canonicatum in dicta ecclesia Pragensi obtines et prebendam ut premittitur expectas, et processus per eas habiti et quecunque inde secuta sint quoad prebendam cassa et irrita nulliusque existant roboris vel momenti, eis quoad alia in suo robore permansuris . . . . D. Auinione II non. Julii a. undecimo.

In e. m. dd. ff. . . Strahouiensis et . . Brewnouiensis, Pragensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacriste ecclesie Auinionensis s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 276, de beneficiis vacantibus qu. 6 = V. 212 f. 153 n. 294. — [1]) 1347 Novembris 26.

1500. *Mirzano quondam Vojtěchonis de Lesnicz providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Olomucensi vacantibus. Forma ut in n. 4.*

.X X.

Avinione, 1352 Julii 6.

D. f. Mirzano, nato quondam Woytzechonis de Lesnitz, canonico Olomucensi, s. etc. Vite ac morum honestas . . . . Dudum siquidem intendentes de canonicatu et prebenda ecclesie Olomucensis, quos quondam Conradus Weyffonis de Brunna, ipsius ecclesie canonicus, tunc temporis obtinebat, cum ipsos vacare contingeret,

per apostolice sedis providenciam ordinari, canonicatum et prebendam predictos, dum adhuc idem Conradus ageret in humanis, videlicet VIII idus Januarii pontificatus nostri anno sexto,[1]) collacioni et disposicioni nostris ea vice duximus specialiter reservandos, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda predicti per obitum dicti Conradi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens, licet d. f. Swiertzo de Zdanitz ipsos de facto per biennium et ultra detinuerit prout adhuc detinet occupatos, nullusque preter nos hac vice de dictis canonicatu et prebenda disponere possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes tibi p. m. t. i. gr. f. sp., predictos canonicatum et prebendam sic vacantes cum p. i. c. et o. i. et p. s. ap. tibi auct. conferimus et de illis eciam providemus . . . .; non obstantibus . . . . seu quod parrochialem ecclesiam in Huogitz, Olomucensis diocesis, nosceris obtinere . . . . D. Auinione II non. Julii a. undecimo.

In e. m. dd. ff. . . decano et . . scolastico Pragensis ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum s. etc. . . . . D. ut s.

Clementis VI A. XI/2 f. 262 n. 24, de praebendis vacantibus qu. 1 = V. 213 f. 83 n. 24. — [1]) 1348 Januarii 6.

1501. *Paulus, electus Gurcensis, supplicat, ut Petrus Egidii de Kojetin, si eum homicidam esse constiterit, canonicatu et praebenda ecclesiae Vratislaviensis privetur et de eisdem Petro de Bankow provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 6.

Significat S. V. devota creatura vestra Paulus, electus Gurcensis, quod, licet Petrus Egidii de Cogetyn, asserens se clericum Olomucensis diocesis, esset notorius homicida,[a]) ipse tamen de hoc tacito canonicatum et prebendam ecclesie Wratislauiensis, quos dominus Johannes, episcopus Olomucensis, cui eadem S. V. de ecclesia Olomucensi providit, in dicta Wratislauiensi ecclesia obtinebat, cum eos per consecracionem ipsius episcopi, tunc electi, vel alio quovis modo preterquam per obitum dicti episcopi, tunc electi, vacare continget, conferendos eidem Petro a S. V. super hoc circumventa collacioni et disposicioni vestre obtinuit reservari. Quare supplicat dictus Paulus, quatenus, ne predictos canonicatum et prebendam per eundem Petrum pretextu reservacionis huiusmodi subrepticie[b]) indebite occupari contingat, eidem Paulo in personam dilecti sui familiaris[c]) Petri de Bancow specialem graciam facientes, alicui discreto in partibus committere dignemini, ut vocatis dicto Petro Egidii et aliis, qui fuerint evocandi, si sibi constiterit predictum Petrum Egidii homicidam fuisse et esse, auctoritate vestra denunciet reservacionem huiusmodi, pro dicto Petro Egidii ut premittitur factam, non tenere nec eius vigore posse predicto Petro Egidii de prefatis canonicatu et prebenda provideri, ipsumque Petrum Egidii huiusmodi gracia reservacionis pro eo facte et eius effectu eadem auctoritate privet dictosque canonicatum et prebendam, per huiusmodi consecracionem vel alio quovis modo vacantes, confe-

rendos eidem Petro de Bancow donacioni apostolice auctoritate eadem reservet sive eos dicto Petro de Bancow dicta auctoritate conferat et assignet, non obstante, quod idem Petrus de Bancow beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, spectans ad collacionem etc. . . episcopi Wratislauiensis, auctoritate litterarum vestrarum exspectat, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Privetur, si sit ita, et provideatur illi Petro R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione II non. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 59'. — a) ,omicida' S., corr. ab editore. b) ,subrecticie' S. corr. ab editore. c) sequitur ,sui' S., om. ab editore.

1502. *Ulricus de Wolfurt, miles Ludovici, regis Ungariae, supplicat praeter alia, ut Nicolao de Oberwitz,[a]) clerico Gneznensis diocesis, de beneficio ecclesiastico sine cura, si quod ad collationem episcopi Vratislaviensis in ecclesia Vratislaviensi vacat, vel cum vacaverit, provideatur et examen ei remittatur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione II non. Julii a. undecimo.'*

Avinione, 1352 Julii 6.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 96. — a) ,Oberbicz' S.

1503. *Guillelmus, tituli sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, supplicat, ut suo et regis Ungariae capellano, Johanni Henrici de Scherffembergh, de canonicatibus et praebendis Strigoniensis et Jauriensis ecclesiarum, quos Ladislaus Ulrici de Vilemov resignare intendit, provideatur. ,Fiat R. . . . . D. Auinione VIII id. Julii a. undecimo.'*

Avinione, 1352 Julii 8.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 46'.

1504. *Paulus, electus Gurcensis, supplicat, ut Ulrico dicto Schoff de dignitate, officio vel personatu cum vel sine cura ad collationem episcopi Vratislaviensis provideatur et Symoni de Legnicz gratia de fructibus in absentia percipiendis concedatur.*

Avinione, 1352 Julii 8.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Paulus, electus Gurcensis, ambassiator serenissimi principis domini L[udouici], regis Vngarie illustris, quatenus Vlrico dicto Schoff, eiusdem regis et suo clerico predilecto, de dignitate, officio vel personatu cum cura vel sine cura, spectante ad collacionem . . episcopi Wratislauiensis, vacante vel vacaturo in ecclesia Wratislauiensi, cum acceptacione etc. dignemini providere, non obstante, quod sibi de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie ac de prepositura ecclesie sancti Egidii Wratislauiensis auctoritate litterarum vestrarum alias est provisum, seu quod eciam alias eidem de canonicatu sub exspectacione prebende ecclesie Olomucensis provideri mandastis, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat R. Et dispensamus R.

Item supplicat, quatenus Symoni de Legnitz, prefati regis et suo capellano dilecto, indulgere dignemini, ut ipse, in aliquo beneficiorum suorum residendo aut in studio generali vel in Romana curia commorando aut alias in predicti regis aut domine regine Vngarie obsequiis insistendo, fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum suorum, que obtinet vel imposterum obtinebit, eciam si dignitates, officia vel personatus existant, eciam si curam habeant animarum, et eciam si dignitates ipse post pontificales in cathedralibus et in collegiatis ecclesiis fuerint principales, usque ad septennium cum ea integritate libere percipere valeat, ac si in eis personaliter resideret etc., cum non obstantibus et clausulis oportunis et executoribus.

Fiat ad triennium R. Sine alia leccione. Fiat R. D. Auinione VIII id. Julii a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 58. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 297.

1505. *Ulrico dicto Schoff, canonico Vratislaviensi, reservatur dignitas, personatus seu officium cum vel sine cura, si ad collationem episcopi Vratislaviensis in eadem ecclesia vacat, vel cum vacaverit, non obstante, ‚quod in eadem cum prebenda et in Olomucensi ecclesiis sub expectacione prebende canonicatus nosceris obtinere, aut quod de prepositura ecclesie sancti Egidii Vratislauiensis, tunc vacante, tibi per alias nostras litteras duximus ut asseris providendum, licet eius possessionem nondum extiteris assecutus', et dispensatur cum eo, ut vigore praesentium dignitatem, personatum vel curatum officium libere recipere et una cum dicta praepositura, cum ipsam sit assecutus, licite retinere possit. ‚D. Auinione VIII id. Julii a. undecimo.' — In e. m. Lubensis et in Grisovia, Vratislaviensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 52.*

. X X . *Avinione, 1352 Julii 8.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 319, de dignitate, personatu vel officio qu. 1 et unicus = V. 212 f. 185 n. 358. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289.

1506. *Omnibus personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus, per Alamanniam et Bohemiam constitutis, commendatur Petrus de Altarupe, serviens armorum et familiaris papae, qui pro quibusdam negotiis ad certas partes destinatur, et mandatur eis, ut eidem Petro, cum per partes eorum transitum fecerit, quamdiu in huiusmodi negotiorum prosecutione fuerit, diebus singulis in duobus florenis auri pro expensis suis necessariis et de securo conductu in eundo, morando et ad curiam redeundo liberaliter provideant. ‚D. Auinione VIII id. Julii a. undecimo.'*

Avinione, 1352 Julii 8.

Clementis VI V. 146 (secr. a. XI) f. 27'.

1507. *Venceslao, duci Silesiae,*[a]) *et Annae, eius uxori, Vratislaviensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Julii a. undecimo.'* [1]) *Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1352 Julii 15.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 501′, de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 285 sine numero. — [a]) ‚Zlesie' A. — [1]) sine taxatione A.

1508. *Wilhelmo, abbati monasterii sancti Vincentii prope Vratislaviam, ordinis Praemonstratensis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Julii a. undecimo.'* [1]) *Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1352 Julii 15.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 501′, de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 285 sine numero. — [1]) sine taxatione A.

1509. *Catherinae, ducissae Bregensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ‚D. Auinione id. Julii a. undecimo.'* [1]) *Forma ut in n. 65.*

Avinione, 1352 Julii 15.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 501′, de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 285 sine numero. — [1]) sine taxatione A.

1510. *Johanni, nato quondam Nicolai de Policz, diacono Litomyšlensis*[a]) *diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Opatovicz, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Augusti a. undecimo.' — In e. m. episcopo Litomyšlensi*[b]) *et abbati monasterii de Podlažicz,*[c]) *Litomyšlensis*[d]) *diocesis, ac sacristae ecclesiae Avinionensis. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1352 Julii 21.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 378′, de beneficiis cum vel sine cura qu. 1 = V. 212 f. 223 n. 435. — [a]) ‚Luthomuslensis' A. [b]) ‚Luthomuslensi' A. [c]) ‚Podlaschicz' A. [d]) ‚Luthomuschlensis' A.

1511. *Vyšemiro,*[a] *nato quondam Velislai de Bohumilicz, clerico Pragensis diocesis reservatur beneficium cum vel sine cura, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae sancti Egidii Pragensis vacat, vel cum vacaverit, non obstante, ‚quod dudum super provisione tibi facienda de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante communiter ad collacionem seu presentacionem dictorum prepositi, decani et capituli, nostras in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis tunc scripsimus, litteras impetrasti, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta exnunc cassamus et irritamus ac nullius fore decernimus roboris seu momenti. . . . D. Auinione XII kal. Augusti a. undecimo.' — In e. m. decano Omnium Sanctorum in castro Pragensi ac archidiacono Boleslaviensi, Pragensis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

[1]) *Avinione, 1352 Julii 21.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 394', de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 212 f. 232 n. 456. — a) ‚Wissemiro' A. — 1) taxatio deest in A.

1512. *Bartholomaeo, nato quondam Johannis dicti Bohemi*[a]) *de Brunna, clerico Olomucensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sanctimonialium in Aula sanctae Mariae in Antiqua Brunna, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Augusti a. undecimo.'* [1]) *In e. m. abbati monasterii in Zabrdovicz*[b]) *et praeposito sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1352 Julii 21.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 395, de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 212 f. 232' n. 457. — Ed. CDM. VIII n. 169. — a) ‚Boemi' A. b) ‚Zaburdowicz' A. — 1) in marg. nota: ‚de camera' A.

1513. *Johanni de Kunzendorf, clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii sanctimonialium in Trebenicz, Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Augusti a. undecimo.' — In e. m. praeposito et scholastico Lubucensis ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1352 Julii 21.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 397, de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 212 f. 234 n. 461. — Reg. erronee in ZVGA Schlesiens XXV, 294.

1514. *Nicolao, nato Henrici dicti Czwitlingi de Ponte, clerico Pragensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatissae et conventus monasterii in Tišňovicz,*[a]) *ordinis Cisterciensis, Olomucensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Augusti a. undecimo.' — In e. m. abbati monasterii in Zabrdovicz*[b]) *et praeposito sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis, ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

Gratis. *Avinione, 1352 Julii 21.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 398, de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 212 f. 235 n. 463. — Ed. CDM. VIII n. 168. — a) ‚Thusnawitz' A. b) ‚Zaburdowitz' A.

1515. *Mathaeo, nato quondam Conradi de Wartha,*[a]) *clerico Vratislaviensis diocesis, reservatur beneficium cum vel sine cura, consuetum ab olim clericis saecularibus assignari, cuius fructus 25 resp. 18 marcarum argenti s. t. d. valorem annuum non excedant, si quod ad collationem abbatis et conventus monasterii in Kamencz,*[b]) *Cisterciensis ordinis, Vratislaviensis diocesis, vacat, vel cum vacaverit. ‚D. Auinione XII kal. Augusti a. undecimo.' — In e. m. abbati monasterii sancti Vincentii extra muros Vratislavienses et sacristae Avinionensis ac cantori sanctae Crucis Vratislaviensis ecclesiarum. Forma ut in n. 2.*

[1]) *Avinione, 1352 Julii 21.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 398', de beneficiis cum vel sine cura qu. 2 = V. 212 f. 236 n. 465. — Reg. Theiner MP. I n. 717 c. — a) ‚Voarcha' A. b) ‚Chamentz' A. — 1) taxatio deest in A.

1516. *Preczlaus, episcopus Vratislaviensis, supplicat, ut magistro Andreae de Rosslavicz de dignitate, personatu seu officio in ecclesia Vratislaviensi vacantibus vel vacaturis provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 24.

Supplicat S. V. humilis et devota vestra creatura Preczlaus, episcopus Wratislauiensis, quatenus dilecto suo magistro Andree de Roslauicz, iurisperito, canonico et officiali Wratislauiensi, graciam facientes specialem, de dignitate, personatu seu officio, in predicta ecclesia vacantibus ad presens, vel quamprimum vacare contigerit, cum cura vel sine cura, dignemini misericorditer providere, eciam si huiusmodi dignitas, personatus seu officium forent collacioni sedis apostolice generaliter vel specialiter reservati, non obstante, quod idem Andreas in dicta Wratislauiensi ecclesia canonicatum sub expectacione prebende obtinet, seu quod allodium dictum Pirwosow obtinet, consuetum canonicis Wratislauien-

sibus in beneficium ecclesiasticum nomine gracie assignari, et cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus.

Fiat R. Et q. t. s. a. l. Fiat R. D. Auinione IX kal. Augusti a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 82′.

1517. *Andreae de Rosslavicz, canonico et officiali Vratislaviensi, reservatur ad supplicationem Preczlai, episcopi Vratislaviensis, dignitas, personatus seu officium cum vel sine cura, si in eadem ecclesia vacat, vel cum vacaverit, non obstante, ‚quod in prefata ecclesia perpetuum beneficium, allodium Pirwosow*[1]) *vulgariter nuncupatum, consuetum canonicis ipsius ecclesie assignari, nosceris obtinere.*[2]) *. . . . D. Auinione VIIII kal. Augusti a. undecimo.' — In e. m. abbati monasterii sanctae Mariae et praeposito sancti Spiritus extra muros Vratislavienses ac sacristae Avinionensis ecclesiarum. Forma ut in n. 52.*

. $\overline{X}$ $\overline{\overline{\overline{X}}}$. *Avinione, 1352 Julii 24.*

Clementis VI A. XI/2 f. 238 n. 3, de dignitatibus vacaturis qu. 1 et unicus = V. 213 f. 68′ n. 3. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — [1]) Pürbischau. [2]) de canonicatu sub exp. praebendae, quem Andreas de Rosslavicz in eadem ecclesia obtinebat, (vide num. 1516), hic nulla fit mentio.

1518. *Casimirus, rex Poloniae, supplicat praeter alia, ut Floriano Petri de Motrsko*[1]) *de dignitate, personatu seu officio cum vel sine cura, si in ecclesia Vratislaviensi ad collationem episcopi Vratislaviensis vacat, vel cum vacaverit, provideatur.*

Avinione, 1352 Julii 27.

Supplicat S. V. devotus filius Kazimirus, rex Polonie, quatenus in personam nobilis viri Floriani, nati Petri de Motrsko, ipsius commensalis et familiaris, graciam facientes specialem, eidem Floriano de dignitate, personatu seu officio cum cura vel sine cura in ecclesia Wratislauiensi, spectante ad collacionem seu provisionem aut aliam disposicionem quamlibet episcopi Wratislauiensis, si qua vel si quis vacat ad presens, vel cum vacaverit, dignemini misericorditer providere, cum acceptacione, inhibicione, decreto et ceteris clausulis et executoribus oportunis, non obstante, quod idem Florianus in ecclesia Cracouiensi canonicatum et prebendam ac villam ruralem, ad collacionem capituli Cracouiensis spectantem, et custodiam in ecclesia collegiata Sandomuriensi, diocesis Cracouiensis, noscitur obtinere, quam custodiam paratus est dimittere, quam cito corporalem possessionem dignitatis vel personatus fuerit assecutus.

Fiat R.

. . . .

Et quod transeant s. a. l. Et examen sit eis remissum. Fiat R. D. Auinione VI kal. Augusti a. undecimo.

Clementis VI S. XI/1 (22) f. 88. — Reg. in ZVGA Schlesiens XXV, 289. — [1]) cfr. num. 414.

1519. *N. v. Vackoni, militi de Kopidlna,*[a]) *et n. m. Ofcae, eius uxori, Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Augusti a. undecimo.' Forma ut in n. 65.*

V
.X. *Avinione, 1352 Augusti 1.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 502', de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 285' sine numero. — a) ,Wackoni m. de Copitlna' A.

1520. *Juditae de Lipolticz,*[a]) *mulieri Pragensis diocesis, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Augusti a. undecimo.' Forma ut in n. 65.*

III
.X. *Avinione, 1352 Augusti 1.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 502', de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 285' sine numero. — a) ,Lipoltiez' A.

1521. *Agneti, abbatissae monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Augusti a. undecimo.' Forma ut in n. 65.*

III
.X. *Avinione, 1352 Augusti 1.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 502', de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 285' sine numero.

1522. *Margarethae Venceslai de Loučeň,*[a]) *moniali monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Augusti a. undecimo.' Forma ut in n. 65.*

III
.X. *Avinione, 1352 Augusti 1.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 502', de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 286 sine numero. — a) ,Bactezlai de Luczen' A.

1523. *Janafectae, moniali monasterii sancti Georgii in castro Pragensi, ordinis sancti Benedicti, conceditur absolutio plena in mortis articulo. ,D. Auinione kal. Augusti a. undecimo.' Forma ut in n. 65.*

III
.X. *Avinione, 1352 Augusti 1.*

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 502', de absolutione qu. 1 et unicus = V. 212 f. 286 sine numero.

1524. *Johanni Werd, alias dicto Flamingi, providetur de canonicatu ecclesiae Vratislaviensis sub expectatione praebendae atque simplicis beneficii sine cura ac manerii, ,quod alias gracia canonicalis vel mensalis nuncupatur', ipsius ecclesiae, non obstante, ,quod canonicatum sub expectacione prebende ecclesie sancte Walburgis, Morinensis diocesis, nosceris obtinere . . . . D. Auinione IIII non. Augusti a. undecimo.' — In e. m. sanctae Mariae in Arena extra muros Vratislavienses et Lubensis, Vratislaviensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac sacristae Avinionensi. Forma ut in n. 6.*

Avinione, 1352 Augusti 2.

I I/= .X X.

Clementis VI A. XI/1 (120) f. 332, de canonicatu sub expectatione praebendae qu. 1 = V. 212 f. 194 n. 375. — Reg. Theiner MP. I n. 717[b].

1525. *Carolo, regi Romanorum, commendatur n. v. Garinus de Castronovo, dominus de Apcherio, miles Mimatensis diocesis, qui ad partes Prussiae[a]) in auxilium populi christiani dirigit gressus suos. ,D. Auinione VII kal. Novembris a. undecimo.' — In e. m. scribitur: Casimiro,[b]) regi Poloniae; Wilhelmo,[c]) archiepiscopo Coloniensi; magistro hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum; universis personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus.*

Avinione, 1352 Octobris 26.

Clementis VI V. 146 (secr. a. XI) f. 74. — [a]) ,Pruxie' V. [b]) ,Kazimiro' V. [c]) ,Willelmo' V.

INDEX

personarum et locorum.

A.

739 p. 443. mgr. Nicolaus de Lucemburgo 739 p. 443, 818, 820, 970. mgr. Geraldus de Magnaco 739 p. 443. Gauterus de Montilio 739 p. 443. Henricus Thesauri de Norimberga 200, (201). Fridericus Stromayeri de Norimberga 1261, 1262. Nicolaus, dux Oppaviae, 1321. mgr. Johannes de Pistorio 739 p. 443. Ademarus de Pictavia 739 p. 443. Arnestus, aeps. Pragen., 1321, 739 p. 443. (specialis iuratus) mgr. Henricus de Rothenburg 1187. Henricus, comes de Salinis, 739 p. 443. Johannes (recte Theodericus), eps. Sleswicensis, 1474. Nicolaus Sortes 1037, 1038. Gerardus de Ufliz 739 p. 443. N. abbas mon. Waldsassensis 400. Henricus de Wesalia 1156, 1157.

— Servitores Caroli regis: Liborius de Brema 844. Johannes dictus Bunkouen 497. Aymericus de Claustro 863, 864. Menhardus, comes Goriciae et Tirolis, 1198, 1199. Fr. Bartholomaeus de Luca, ord. Servorum B. Mariae, 907. — in servitiis Caroli regis: Fridericus eps. Bamberg. 1067. — serviens armorum Caroli: Pantaleo magistri Roffini de Pistorio 1002.

— Procuratores Caroli regis v. nuntii.

— Ius patronatus Caroli regis: ecca. Melnicensis 1052; ecca. s. Laurentii in Přerov, Olom. d., 652; ecce. in Lundenburg et Kdousov 1279, 1283.

— Imperiales reliquiae, quas penes se habet (rex Carolus) 1471.

— Bona quondam Brunnonis de Dražovice (quae ad Carolum, r. Boh., pertinent) 1281.

— Barones regni: Berka, castellanus Pragensis, 534, 536. Bludonis Albertus 1118. Johannes de Hasenburg 1228, 1229. Sbinco dictus Lepus (de Hasenburg) et filius Wilhelmus 920, 921, 1052, 1054. (nobilis et potens) qu. Henslinus de Lipa 53, 54, 227, 228. Hynco de Nachod 260—262, 264. Ulricus de Nova Domo 191, 1088, 1089. Nicolaus de Potenstein 595. Petrus de Rosenberg 188, 190, 295, 296, 303, 304. Stephanus de Sternberg 1498, 1499. Wilhelmus de Strakonice 295, 296. Benessius n. qu. Johannis de Wartenberg 595. Smilo de Vetovia 895.

— Officium notariatus terrae: Stephanus Stephani de Tetín 1465.

— Nuntius papae ad partes —: Johannes de Pistorio 102; servitor: Gobelinus de Catheneyn 102. — nuntii apostolici ad partes Italiae et —: Johannes eps. Spoletanus 1493. Rogerius de Molendino Novo 1493. Hugo de Carlucio 1493. — nuntii apost. ad partes Alamanniae et —: mgr. Geraldus de Magnaco 470—472. Johannes eps. Spoletanus 1458—1461. Rogerius de Molendino Novo 1458—1461. Hugo de Carlucio 1458—1461. — diversae personae, ad B. regnum pro diversis negotiis, cameram apost. spectantibus, destinatae: 432.

— Aepi. et epi. per — constituti 1441. — Epi. et personae ecclesiasticae, per Alamanniam et — constitutae 1458. — Personae ecclesiasticae, per — et Italiam constitutae 1493. Personae ecclesiasticae per Alamanniam et — constitutae 1493, 1506.

— Monachi nigri, ord. s. Ben., ritus sclavonici, 653.

— Monasterium ord. s. Ben., quod immediate subesse debeat monasterio Casae Deí, Claromont. d., 1052. — Mon. de Pomuk v. Pomuk.

— Prior domorum — hospitalis s. Johannis Jerosolimitani: N. 316. Gallus de Lemberg 514.

— Frm. Minorum provincia: minister 368, 1377. — diversi conventus eorum: lector: fr. Albertus Bludonis 1118.

— Provincia ord. frm. Heremitarum s. Augustini: prior provincialis 536.

— Provincia ordinis frm. Praedicatorum: priores provinciales: Poměnus de Probluz 888—890. Helias Ratietii 888. — vicarius prioris provincialis: Svatoborius de Longavilla 888. — diffinitores capituli provincialis: Svatoborius de Longavilla 888. Poměnus de Probluz 888. Lutoldus Vesprzycmonis 888. Nicolaus dictus Knyesco 888. — praedicator generalis: Svatoborius de Longavilla 888. — scriba ordinis: Johannes, prior in Iglavia, 889. — poenitentiarius papae: fr. Johannes Morawoczonis 1315.

C.

D.

E.

F.

H.

de, cler. Patav. d., ben. ad coll. mon. monialium in Erlakloster, ord. s. Ben., Patav. d., 745 p. 151, 774.

Hayneo 961 v. Hyneo.

Hayne Henricus de Tusta v. Domažlice.

— Velco natus, v. Sedlčany.

Haynlini Johannes, c. exp. p. ecce. Vyssegrad., Prag. d., 1454.

Haynonia 856, 1006, 1032 v. Haynau.

Haynusonis 297, 299 v. Hanussonis.

Halberstadt, Pr. Rgbz. Magdeburg (Halberstadensis, Alberstadensis): Ecca. cath.: persona ad eandem commendata 706. — c. p. et archidiaconus Wedderstedensis: Hermannus n. Henrici comitis in Blankenburg 441, (442), 443.

— Diocesis: archidiaconatus: Wedderstedensis. — monasterium: s. Egidii Brunswicen.

Halle (Haille), Henricus dictus, Rothomagen. d., clericus et secretarius Johannis, regis Boh., clericus Bonae, ducissae Normanniae, suppl. c. exp. p. ecce. Cameracen., c. exp. p. ecce. Traiectensis et rector supplementi ibidem, c. p. ecce. Trecensis et de Monte Falconis, obtinet ius, quod Johanni de Urchiis ad canonicatum et praebendam ecce. b. Mariae Magd. Virdunensis competebat, 74—76, 230, 398, 657.

— Robertus dictus, cler. Rothomagen. d., familiaris Johannis, regis Boh., 329, 330.

Halledis, uxor Johannis v. Riphestort.

Hallis, Petrus Chrellus n. Petri Chrellonis de, pbr. Salzburg. d., ben. ad coll. epi. Secovien. 745 p. 451, 778.

Halot Symon, clericus Nicolai Sortes, capell. s. Margarethae in ecca. Laudunen., ben. ad. coll. mon. de Verneyo, ord. s. Ben., Lexovien. d., 1037, 1038.

Hamburga 745 p. 451 v. Hainburg.

Hameln, Pr. Rgbz. Hannover (Hameleusis), ecca. colleg. Mind. d.: c. exp. p.: Gottfriedus de Walegarden 482.

Hanau, Pr. Rgbz. Cassel (Hanowe), Reinhardus (Reynhardus, Raynhardus) n. Ulrici, domini in, in iure canonico studens, capellanus papae, praep. ecce. in Týn, Prag. d., c. p. in ecca. Bambergensi et Brunnensi, Olomuc. d., c. exp. p. ecce. Maguntin. et Olomuc., 124, 453, 454, 664.

— Kraft n. Ulrici, domini in, praep. ecce. s. Petri extra muros Maguntinenses 665.

Hannemanni Francisquinus v. Cautenheym.

Hanonia v. Hainaut.

Hanowe 124, 453, 454, 664, 665 v. Hanau.

Hanussonis (Haynusonis), Johannes n., v. Pürstein.

Harauicz 987 v. Horažďovice.

Harclip 204, 215 v. Hartlieb.

Harsees 715 v. Harzé.

Harsouiensis 425 v. Týn Horšův.

Harta [Hartau, Harte, Hartha, Harthau, plures villae in Silesia Prussiae], Nicolaus de, cler. Vratisl. d., ben. ad coll. epi. Patav. 971.

Hartlieb (Harclip, Hartlip, Hartliep) Laurentius, Vratislaviensis, clericus et servitor papae, iuris peritus et procurator Johannis, regis Boh., c. p. ecce. Vratislav. et ecce. s. Crucis Vratislav., c. exp. p. ecce. Warmien., 3, 4, 215, 216, 247. [Idem ac Laurentius, qu. capellanus Clementis papae VI, 114?] — neptis eius: Agnes, filia Nicolai Zcudemer, 215, 217.

— Johannes v. Vratislavia.

Hartliep 247 v. Hartlieb.

Hartlip 3, 4, 216 v. Hartlieb.

Hartmanni, Johannes qu., v. Soběslav.

Hartmodus (Hoatmodus) n. Henrici dicti Bezier v. Meiningen.

Harzé, Belg. prov. Lüttich (Harsees, Harzees), Johannes de, familiaris Johannis, regis Boh., in diac. ordine constitutus, rector par. ecce. de Lintres Inferiori, Leod. d., 715.

— Eveleta, nata Werrici de, militis, puella litterata Leod. d., canonissa sub exp. p. saecularis ecce. de Monasterio supra Sambriam, Leod. d., 610.

— Rolandus n. Werrici de, militis, clericus Leod. d., c. exp. p. ecce. s. Dionysii Leod. 616.

Harzees 610, 616 v. Harzé.

Haselacensis v. Haslach.

Hasemburc 1229 v. Hasenburg.

Hasemburch 320 v. Hasenburg.

Hasenburch 147 v. Hasenburg.

Hasenburg, Boh. H. Roudnice — Raudnitz (Ansburch, Hasemburc, Hasemburch, Hasenburch, Hazemborch, Hazenburch), Sbinco (Sbizcho, Sbynko, Subinco)

I. Y.

J.

Lisieux, Fr. dep. Calvados (Lexoviensis): Eps.: 1480. Guillelmus, olim eps. Tricastrinus, 1194, 1195.
— Diocesis: monasterium: de Verneyo.
Lissa 601 v. Lysá.
Lyssa 449 v. Lysá.
Lysura, par. ecca. Trever. d.: rector: Rudolfus de Friedberg 1156, 1158.
Litice, Boh. H. Žamberk - Senftenberg (Lutycz, Lutiez, Lutitz), Albertus n. qu. Bohuslai (Bahuslai) de, c. p. ecce. Vyssegrad., ben. ad coll. epi. et capituli ecce. Prag. 259.
— Nicolaus Nicolai de, cler. Prag. d. 21.
— Russo Russonis de, c. exp. p. ecce. Patav. 149.
Liticz v. Litice.
Litoměřice, g. Leitmeritz, Boh. H. Litoměřice-Leitmeritz (Luthomeriz, Luthomericensis, Luthomeriensis, Lutomericensis, Leucomericensis, Lewchomeryezensis): ecca. colleg. s. Stephani, Prag. d.: fabrica eius 1263, 1265. — praep.: Bohutius de Hostina 978. praep. ex. 1046, 1048, 1058, 1059, 1061, 1090. — decanus: Nicolaus n. Hostislai de Horažďovice 1234, 1263, 1323, 1375.
— par. ecca. Prag. d.: rector: Johannes Henrici de Kamyk 1430.
— monasterium ord. Praed.: lector: Petrus de Bílina 888—890.
Litomyšl, g. Leitomischl, Boh. H. Litomyšl - Leitomischl (Lutomil, Luthomussil, Luthomysslii, Luchemusllensis, Luchomuslensis, Luchomyslensis, Luthomislensis, Luthomuschlensis, Luthomuslensis, Luthomusselensis, Luthmuslensis, Litomyšlensis), villa Prag. d., postea in civitatem erecta 363 p. 210 et 211, 365, 474, 642. — datum: 1333 p. 703.
— Eps.: Johannes, prius abbas Lucensis, 365, 366, 455, 474, 642, 1170, 1333 p. 700, 702, 703. — eps. collector decimae in regno Bohemiae: 1447, 1448. — eps. (ex.): 663, 711, 714, 1125, 1148, 1333 p. 701, 1464, 1510.
— Ecca. cath., olim monasterium ord. Praem.: 363 p. 210 et 211, 663, 714, 1333 p. 702. — capitulum: 365, 663, 1333 p. 700 703. — scholasticus: Conradus 1333 p. 703. — cantor: Johannes 1333 p. 703. — custos: Waltherus 1333 p. 703. — canonici: 642.
— Monasterium canonicorum regularium ord. Praem., monasterio Strahoviensi immediate subiectum, postea in eccam. cath. erectum: 455, 474, 642. — abbas: Henricus, postea abbas Lucensis 365, 366. — prior: Ditmarus 1333 p. 703.
— Civitas et diocesis: 365. — clerus et populus 365. — decima triennalis, imposita in, 711. — decima 1052.
— Diocesis: unio decanatuum Schönbergensis et Usoviensis ex archidiaconatu Olomuc. 1332. — pars de diocesi Pragensi assignanda, videlicet decanatus Chrudimensis, Mutensis, Policensis, Landskronensis ex archidiaconatu Gradicensi 1333 p. 700 sequ. — diaconus: Johannes n. qu. Nicolai de Polic 1510. — monasteria: Chrudim, Mýto Vysoké, Pardubice, Podlažice, Sezemice. — par. eccae.: Banín cum filiali Rohozná, Bystrá cum filiali Trpín, Bítovany, Bojanov, Borová, Bučina, Čelakov (al. Včelákov), Čeňkovice, Cerekvice, Čermná, Chotovice, Chraštice, Chrbokov, Chroustovice, Chrudim (oppidum), Chrudim (s. Crucis in suburbiis), Damníkov, Dašice, Dobrouč Dolní, Dobrouč Horní, Dům Boží (al. Hrad Nový), Ecclesia Submersa ?, Heřmanice, Hlinsko, Holice, Honbice, Hošťalovice, Hostovice, Hrad Nový (al. Boží Dům), Hředice (Ředice), Ivanovice, Jablonné, Janovičky, Jansdorf, Jedlová, Jenišovice, Jestbořice, Sv. Jiří (al. Lhota), Kamenice Trhová cum filiali Sv. Mikuláš, Kamenička, Karle cum filiali Květná, Kaplice Větší (al. Tři Bubny), Ketzelsdorf, Knapovec, Knířov, Korouhev, Kostelec prope Nasavrky, Kostelec prope Heřmanův Městec, Krouná, Kunžwald, Lanškroun, Lažany, Lepejovice, Lhota (al. Sv. Jiří), Limberk, Litrbachy cum filiali Trstěnice, Lučibořice, Luková, Luže, Makov, Markovice, Městec Heřmanův, Míčov, Mýto Vysoké, Mýto Staré?, Mladočov, Morašice [H. Chrudim], Morašice (H. Litomyšl), Moravany, Nasavrky, Opatov cum filiali Jetřichova Ves, Ostřetín, Ostrov, Otradov, Pardubice cum fi-

concessae: abbas monast. s. Mariae Lucemburgensis 218, 219, 1447, 1449. — oppidum: Echternach. — monasterium: Echternach. — par. ecca.: Wimuerskirch prope Lucemburg.

— Monasterium s. Mariae, ord. s. Ben., Trever d.: abbas N. 436; frater eius: Johannes de Berwart 436. abbas ex. 579, 580, 607. abbas collector decimae in comitatu Lucemburgen. 218, 219, 1447, 1449. — corpus Johannis, regis Boh., requiescit ibidem 1315.

— Nicolaus (Niccolaus) de, clericus, notarius, secretarius et consiliarius Johannis, regis Bohemiae, ambassiator eiusdem ad sedem apost., nuntius Arnesti, aepi. Prag., ad papam, familiaris, procurator et nuntius Caroli, regis Roman., capellanus sedis apost., familiaris Guidonis, tt. s. Ceciliae pbri. card., praep. ecce. Sadcensis, Prag. d., c. p. eccarum. Leodien., Prag., Vyssegrad., Melnicen., s. Castoris et Florini in Confluentia, et Virdun 10, 45, 46, 72, 73, 109, 307, 308, 417, 418, 511, 544, 548, 739 p. 443, 818, 820, 970, 994, 1204—1207, 1315. — nepos eius: Theobaldus qu. Martini de Lucemburgo, v. inferius.

— Theobaldus qu. Martini de, consanguineus (nepos) Nicolai de Lucemburgo, clericus Nicolai, filii Johannis, regis Bohemiae, Parisius studens, capellanus sedis apost., ben. ad coll. monast de Ponte prope Znoimam, c. exp. p. ecce. Vyssegrad. et (postea c. p.) ecce. Pragen., c. p. eccarum. s. Castoris in Confluentia, Trever. d., Melnicensis, Pragen. d., et in Utino, Aquileg. d., archidiac. Sacensis in ecca. Prag., rector par. ecce. in Wymuerskirch prope Lucemburg, Trever. d., 37, 311, 820, 1315, 1366.

— Franciscus dictus Henuentester de, cler. Trever. d., ben. ad coll. cap. ecce. s. Symeonis Treveren. 745 p. 455.

— Johannes Albus de, 347, 348 n. 1.

— Johannes Calvels (Caluels) de, pbr. Trever. d., ben. ad coll. mon. monialium b. Mariae in Orreo Treverensis, ord. s. Aug., rector par. ecce. in Useldingen, Trever. d., 745 p. 450, 762.

— Johannes filius defuncti Egidii arbalistarii de, cler. Trever. d., c. exp. p. ecce. b. Mariae Magd. Virdunensis, ben. ad coll. capituli ecce. s. Donatiani Brugensis, Tornacen. d., 233, 567, 569.

— Johannes Goblini (Gobblini) de, c. p. eccarum. Olomucen. et s. Castoris in Confluentia, Trever. d., 1041, 1209.

— Johannes de, consanguineus Francisci de Kettenheim, capellanus Caroli, regis Roman., c. exp. p. ecce. s. Johannis Leodien., rector par. ecce. de „Ospereu", Trever. d., sup. c. exp. p. ecce. Leodien. 1132, 1133.

— Johannes n. Nicolai dicti Herzel (Heczel) de, cler. Trever. d., ben. ad coll. mon. Gorgiensis, ord. s. Ben., Meten. d., 745 p. 455, 802.

— Johannes n. qu. Nicolai Cellatoris de, cler. Trever. d., ben. ad coll. mon. S. Huberti, ord. s. Ben., Leod. d., 745 p. 455, 803.

— Johannes dictus Nickelmann (Nickilman) de, cler. Trever. d., ben. ad coll. mon. s. Martini Glanderiensis, ord. s. Ben., Meten. d., 745 p. 453, 791.

— Johannes Philippi Medenart de, c. exp. p. ecce. in villa Monasterii de Meinvelt, Trever. d., 44.

— Philippus n. Pauli super Gradus de, cler. Trever. d., c. exp. p. ecce. s. Symeonis Treverensis 264.

— Tilmannus qu. Egidii Balistarii de, cler. Trever. d., rector par. ecce. S. Viti, Leod. d., 503.

— Tilmannus Tilmanni de, c. exp. p. ecce. s. Castoris in Cardono, Trever. d., 25.

Luže, Boh. H. Vysoké Mýto-Hohenmauth (Lucza, Lutza), par. ecca. dec. Mutensis, unitur dioc. Litomyšlensi 1333 p. 701, 702.

Lužec, plures villae in Bohemia (Luzetz), nunc in: Johannes n. qu. Velislai de Davle 1119 p. 617, (1128).

Luzemburch 72 v. Luxembourg.

Luzetz 1119 p. 617 v. Lužec.

M.

M. relicta Basconis v. Opočno.

Maastricht, Hollandia prov. Limburg (de Traietto, Traiectensis): Ecca. colleg. s. Servatii, Leodien. d.: scholasticus et c. p.: Johannes de Brandenburg 1230. — c. exp. p.: Johannes

O.

P.

(iud., cons.) 621, 622 (?), 633, 651, 1219, 1220, 1470, 1500.

Cantor ex 1354.

Custodes: Hermannus, postea eps. Warmien., 8, 9. Folklinus (Felklinus) Folkmari de Praga (ab epo. constitutus) 8, 9, 133. Thobias qu. Janconis de Oustupenice 8, 9, 172, 173. Guillelmus Rogerii (filius Guillelmi, vicecomitis Bellifortis) 173, 1210. Nicolaus Rogerii (filius Guillelmi, vicecomitis Bellifortis) 1210, 1305; procur. eius: Johannes Čadconis de Sudomiř 1305, 1306.

Sacrista: Lupus 367 p. 219 et 220.

Officialis: Henricus de Brunna 1056, 1062. offic. ex. 113, 155, 510, 893, 1210.

Archidiaconi: Belinensis: Přibyslaus 727. archid. ex. 1306, 1428, 1445. — Curimensis: Bohuta 1269, 1440 p. 741 et 742. archid. ex. 298, 299. — Gradicensis archidiaconatus in ecca. Pragensi: quatuor decanatus rurales, ad eum pertinentes, videl. Chrudimensis, Mutensis, Policensis, Landskronensis, uniuntur diocesi Litomyšlensi 1333 p. 700. — ecclesiae ibidem existentes: v. Chrudim, Mýto Vysoké, Polička, Lanškroun. — archidiaconus: Gallus n. qu. Lucae de Újezd 158, 159, 893. archid. ex. 298, 299, 438, 603. — Horsoviensis archidiac.: Sdeslaus presbyter 424, 425. Nicolaus [natus Johannis regis] de Bohemia, postea electus Naumburg., 1050, 1092, 1093. Johannes Malaprese 1092, 1093. — Pragensis archid.: Thomas Blasii de Praga 206, 207, 367 p. 221, 370, 507, 508, 603. Guido tt. s. Ceciliae pbr. card. 507, 508, 741, 1308, 1310. mgr. Durandus Girardi 1308—10, 1394. archid. ex. 1481. — Sacensis [Žatec] archid.: Paulus de Cladna 1315, 1366, 1397, 1398. Theobaldus de Lucemburgo 1315, 1366. Hermannus Hermanni de Königsberg 1397, 1398.

Canonici praebendati: Arnaldus tt. s. Sixti pbr. card. 1478, 1479. Nicolaus Luczonis de Brunna 687, 688, 1039, 1040, 1305, 1306, 1308, 1309. Paulus de Cladna 1301, 1302. mgr. Durandus Girardi 1308—1310. Guido tt. s. Ceciliae pbr. card. 742, 743. Symon dictus de Herbipoli 412, 1478, 1479. Nicolaus Hostislai de Horažďovice 1323. Arnestus de Hostina, postea electus Pragensis, 10, 11, 172, 174. Symon de Jičín 1297, 1298. Johannes, n. qu. Johannis de Kamenice [al. de Sicz], postea electus Olomuc., 742, 743, 1455. Přibyslaus de Letkov 134, 377, 378, 727. Nicolaus [dictus Efficax] de Lucemburgo 10, 45, 46, 72, 73, 307, (308), 417, 418, 1204, 1206. Theobaldus qu. Martini de Lucemburgo 820, 1366. mgr. Geraldus de Magnaco 416, 973, 1041, 1042. Nicolaus dictus Melnikerii 1498, 1499. Plichta Conradi de Mšeno 1482. Nicolaus [n. Johannis, regis Bohemiae], postea electus Naumburg., 1069, 1090. Henricus Thesauri de Norimberga 1301, 1302, 1327. Menhardus de Nova Domo, postea eps. Tridentinus, 1193. Thobias qu. Janconis de Oustupenice 8, 9, 73, 172, 173, 687, 688. Guillelmus Pinchon 1297, 1298. Tamo Plugonis 1323. Wernerus de Praga 1482. Guillelmus Rogerii 1210. Nicolaus Rogerii 1210. Petrus n. Petri de Rosenberg 151, 190, 303, 304. Velco n. Hayne de Sedlčano 130, 141, 376, 557, 564, 975. Albertus n. Stephani de Sternberg 1498, 1499. Sdezlaus de Sternberg 416. Johannes Čadconis [de Sudomiř] 1305, 1306. Hermannus Witten 1204, 1206.

Reservatur canonicatus et praebenda: Čadko Absiconis, nepos decani Pragensis, 1455. Petrus Plasserii 1069, 1090.

Canonici: Henricus Bovis 1041. Jenczo 1440 p. 742.

Canonici sub expectatione praebendae: Habardus de Bezděz 1435. Nicolaus [n. Johannis regis] de Bohemia 81, 82. Nicolaus Nicolai dicti Poloni de Brest 745 p. 455. Henricus de Brunna 1056, 1062. Nicolaus Luczonis de Brunna 537, 538, 656, 979. Benessius n. qu. Henrici de Čečelice 121, 603. Venceslaus Syfridi de Dušníky 111, 112. Wilhelmus n. Sbinconis dicti Leporis de Hasenburg 1052, 1054, 1228. Nicolaus n. Hostislai de Horažďovice 643, 986, 987. Bohuta de Hostina 139, 898, 978.

Hospitale s. Mariae domus s. Francisci in pede pontis Pragensis, ord. Cruciferorum cum stella (de stella, stellatorum, cruciferi hospitalarii), ord. s. Augustini: 683. — par. eccae. incorporatae: s. Stephani et ss. Henrici et Cunegundis Pragenses et in Königsberg 1439. — fundus et haereditas ipsius hospitalis 1440 p. 741. — agri hospitalariorum 1440 p. 743. — curia, quam habent apud eccam. s. Petri in Poříč 1440 p. 743 et 744.

Magister: Henricus 1440 p. 742. magister et conventus 1440 p. 741—743. Frater quidam 890.

Ben. ad coll.: Johannes n. qu. Fridolini Paier 745 p. 449, 761. Martinus n. qu. Maczkonis de Žiželice 136.

— Slavorum (Sclavorum) monasterium in Podskal (Podstal), ord. s. Ben., 1028, 1224, 1225.

— Domus s. Mariae in pede pontis Pragensis, ord. s. Johannis Jerosolimitani: ben. ad coll.: Johannes n. qu. Pezoldi de Horažďovice 745 p. 448, 751.

— Conventus (locus) fratrum ord. Praedicatorum: prior: Bohuslaus (Bouslaus) 888. — conventualis: Jacobus de Praga 890. — legens facultatem theologicam: fr. Johannes Moravecz 1014.

— Monasterium monialium s. Annae, ord. Praedicatorum: monialis: qu. Vita Arlami 888.

— Conventus fratrum Minorum: lector: Albertus Bludonis 1118.

— Monasterium s. Francisci, ord. s. Clarae: monialis: N. filia Annae de Sternberg 472. — supplicat recipi in monacham et sororem: Agnes Protivczonis de Waldek 1228.

— Monasterium (prioratus) s. Laurentii, ord. s. Augustini: priorissa: Catherina de Říčany 1092. — ben. ad coll.: Henricus qu. Nicolai de Gars 745 p. 452.

— Domus fratrum Carmelitarum, ord. s. Mariae de Monte Carmeli, 598, 1440 p. 743.

— Monasterium in Monte s. Caroli, ord. s. Augustini: 1437, 1438. — abbas: Antonius 1438. — par. ecca. incorporata: de Bezdéz 1432.

— Monasterium de Horto (Orto) b. Mariae prope Pragam, ord. Cartusiensis, 1476.

— Monasterium monialium ad Misericordiam Domini, ord. s. Benedicti, 1279, 1285.

— Monasterium Břevnoviense extra muros Pragenses, v. Břevnov.

— Studium generale 845. — doctores et magistri 1014.

— Castrum regium, regalis seu regia domus 370, 959. — castellanus: Hynco dictus Berka de Duba, baro regni Bohemiae, 242, 534, 536.

— mgr. Thomas qu. Blasii (Blasei) de, sedis apost. capellanus, archidiaconus ecce. Pragen., c. p. ecce. in Sadská, c. p. et perpetuus beneficiatus (rector praestimonii seu oboedientiae) in ecca. Boleslav., Prag. d., 206, 207, 367 p. 221, 370, 507—509, 511, 603.

— Johannes Bandini, Pragensis, mgr. in artibus, c. p. ecce. in Melník, Prag. d., et Omnium Sanctorum in castro Prag., c. exp. p. ecce. Olomucensis 20.

— Johannes n. qu. Conradi de, de Maiori Civitate, cler., ben. ad coll. mon. in Tišňov, ord. Cist., Olomuc. d., 745 p. 448, 747.

— Conradus de, monachus mon. Aulae Regiae, Cist. ord., Prag. d., 318.

— Folklinus (Felklinus) Folkmari (Folkinari) de, procurator epi. Prag., custos ecce. Prag., c. p. ecce. s. Egidii Prag. et Boleslav., c., exp. p. ecce. Vyssegrad. et Olomuc., rector oboedientiae in ecca. s Egidii Prag. 8, 9, 133, 185.

— Petrus Francisci de, cler. Prag., ben. ad coll. mon. in Gredis, Cist. ord., Prag. d., 745 p. 451, 777.

— Hermannus de, acolitus Prag. d., 959.

— Kuntzlinus qu. Heroldi de, capellanus altaris s. Venceslai in ecca. Prag. 1494.

— Jacobus de, ord. Praed., conventualis loci Pragensis, postea in Nimburg, 890.

— Nicolaus Johannis de, acolitus Prag. d., 61.

— Johannes qu. Nicolai (Nicholay) de, de Maiori Civitate, ben. ad coll. aepi. et capituli ecce. Prag. 1084.

— Nicolaus dictus Taner de, 1218, 1219.

— Wernerus de, c. p. ecce. Prag., 1482.

— Franciscus n. qu. Wygandi de, c. exp.

helmus de Strakonice et uxor Margaretha 1114, 1115.

Milites: Thobias de Bechyně 289, 290. Otto et Otto de Bergow 202. Hynco dictus Hlaváč de Duba et uxor Margaretha 961. Sbinco dictus Lepus de Hasenburg 320, (459), 460, 962; uxor eius Adelheidis 320, 962. Johannes de Hasenburg 1228, 1229. Frenclinus Jacobi 411. Thobias de Kamenice 289, 291. Vacko de Kopidlna et uxor Ofca 1519. Henricus de Lichtenburg 1433. Johannes qu. Hartmanni de Soběslav 292. Petrus dictus Stach et uxor Anna 1211. Albertus de Sternberg et uxor Elisabeth 402. Jaroslaus de Sternberg et uxor Elisabeth 403. Stephanus de Sternberg et uxor Anna 401. Čadko de Sudomiř 575, 576. Vanco de Wartenberg et uxor Annarga 324. Vlco de Winteritz et uxor Chunegundis 322.

Armigeri: Johannes dictus Poppko de Habrov et uxor Clara 1161. Vlacho de Tuněchody et uxor Adletha 1154.

Domicelli: Bertholdus de Lípa et uxor Agnes 338. Busco de Vilhartice et uxor Gerussia 323. — Domicella: Elisabeth filia Busconis [de Vilhartice?] 960.

Laici: Petrus dictus Hopf, civis Chuttnensis, et uxor Agnes 466, 467. Hayllinus Ylonerii et uxor Catharina 404. Pelko Jacobi 407. Paulus Johannis et uxor Anna 319. Albertus dictus de Kryr 459, 464. Henricus dictus de Kryr 459, 465. Johannes Lewlini 409. Petrus Melczer 408. Menhardus Wolframi 406. Thomlinus Wolflini et uxor Catharina 405.

Mulieres: Judita de Lipoltice 1520. Anna de Sternberg 472.

Viduae: Sofia (Ofka) relicta Thobiae de Bechyně 289, 290. Perchta relicta qu. Johannis de Meziříčí 1024, 1027. Adelhaidis (relicta qu. Arnesti) de Stará 160, 161.

Puella litterata: Agnes Protivczonis de Waldek 1228.

Personae de diocesi Pragensi existentes, quarum status expresse non declaratur: Johannes Bandini 20. Ulricus de Nova Domo et uxor Clara 1088, 1089. Venceslaus Syfridi de Dušník 111, 112. Habardus Conradi de Gelezenicz 1082. Nicolaus n. Hostislai de Horažďovice 986, 987. Svatoslaus de Netolice 1273, 1277. Rinhardus de Oustupenice (Wstupenicz) 1082. Nicolaus de Potenstein et filia Anna 595. Velco n. Hayne de Sedlčany 376. Johannes Čadconis de Sudomiř 128, 1082, 1305, 1306. Benessius n. qu. Johannis de Wartenberg 595. mgr. Ladislaus de Vilémov 841-843. Budislaus n. qu. Galli (Guillelmi?) de Vyšehořovice 820, 821. Thomas Perchtoldi de Žatec 745 p. 455.

Ecclesiae collegiatae: s. Stephani in Litoměřice, s. Petri in Melník, in Sadská et in Týn (Horšův).

Parochiales ecclesiae: Bezděz, Bor Maior?, Borta [v. recte Horka], Bošilce (Bostalcz), Charvatce (Chirwarecz)?, Dubno, Horka, Jaroměř, Jičín, Königsberg, Kostelec, Kounov, Kozlany, Lipnice, Lysá, Litoměřice, Louny, Miličín, Netolice, Páleč Velký, Piráčov, Planá, Praha, Rokycany, Slané, Šlapanice, Stömnitz, Vallis Viridis, Vetlá, Vodňany, Volyň, Vožice, Vtelno, Záběhlice, Zbečno.

Ecclesia: s. Venceslai in Dubenec.

Capella: castri Pürstein.

Monasteria: Altum Vadum [Brod Vyšší], Aula Regia [Zbraslav], Alba Aqua [Bělá], Břevnov, S. Corona [Koruna Zlatá], Doksany, Hradec Králové [conventus fr. Praed. in suburbiis castri Grecensis], Gredis [Gredecense mon. = Hradiště Mnichovo], Insula [Ostrov], Kladruby, Kladsko, Klatovy, Kralupy, Litomyšl, Litoměřice, Nimburg, Opatovice, Osek, Písek, Plasy, Pomuk, Porta Apostolorum [Postoloprty], S. Procopii [Sázava], Roudnice, Sedlec, Siloe [Želivo], Teplá, Teplice, Týnice Panenská, Vrchlabí, Žďár [Saar].

Oppida, villae etc.: Bašť, Bělá, Benátky, Beroun, Budějovice, Černilov, Cheb, Jasená, Kadaň, Kladruby, Kostomlaty, Lhota, Litomyšl, Loket, Louny, Máslojedy, Miličín, Opočno, Plzeň, Pürstein, Slané, Tachov, Žatec, Zlonice.

Q.

R.

S.

T.

U = V.

V = W.

ricus de Sittin 1155. Albertus Spithonis 1489. 1490. Newstampius Spitimiri 718. Předvogius n. qu. Cadconis de Sudomiř 126. Johannes n. qu. Cadconis de Sudomiř 1082, 1305, (1306). Boleslaus n. Casimiri, ducis Tessinensis 534, 1119, 1124. Venceslaus n. qu. Nicolai de Týn 181, 303, 305. Gallus n. qu. Lucae de Újezd 893. Conradus de Waldow 1312. Johannes n. qu. Conradi de Wansow 1188, 1189. Johannes Werd, alias dictus Flamingi 1524.

Canonici: Henricus dictus de Bancz 209. Nicolaus de Bancz 389, 860. Conradus de Kauffung 677, 773. Symon de Legnicz 1325. Nicolaus de Panewicz 344. Johannes de Vladimiria 168. canonicus camerae, cui villa Jankovice in perp. benef. assignatur, 1010.

Rectores praebendarum: Stanislaus de Cracovia 1417. Andreas de Rosslavicz 1416, 1417.

Altaristae: s. Michaelis: Johannes de Insula 1200, 1201. s. Thomae: Henricus qu. Conradi de Glogovia 468, 469. altarista: Johannes n. qu. Conradi de Wansow 1188, 1189.

Vicarius: Johannes n. qu. Conradi de Wansow 1188, 1189. perpetuus vicarius: Henricus qu. Conradi de Glogovia 468, 469.

Bona canonicalia in Dapramzin et Deblens: rector: Johannes Martini de Sedlecz 941.

Allodia: in Cancelerwitz (rector Nicolaus de Panewicz 1342), Pirwosow (mgr. Andreas de Rosslavicz 1516, 1517), Polanowice (mgr. Stanislaus Johannis 169, 171), Przyszowice (mgr. Stanislaus Johannis 169, 171), Preturscha (mgr. Johannes de Aynonia 855, 856).

— Ecca. s. Crucis extra muros: Praepositus ex. 144.

Decanus ex. etc. 171, 350, 469, 666, 716, 749, 772, 1045, 1164, 1336, 1337, 1362, 1415.

Scholasticus: ex. etc. 131, 565.

Cantor: Lutko de Culpen 1359, 1410. cantor ex. 1365, 1515.

Succentores: Nicolaus de Lemberg (1456), 1457. Martinus dictus Obstatz 1457.

Canonici praebendati: Petrus de Bytom 1340, 1341. Johannes de Novo Foro, electus Naumburgensis 1400, 1452. Laurentius Hartlieb 3, 4. Henricus Thesauri de Norimberga 1301, 1302, 1327.

Reservatur canonicatus et praebenda: Johannes n. Michaelis de Pistorio 1452.

Beneficium ad collationem praepositi et capituli: Petrus Henrici de Olsna 1360, 1363.

Beneficium ad collationem capituli: Johannes Conradi dicti Surda de Rakovník 745 p. 450, 763. Nicolaus qu. Conradi de Wansow 745 p. 449, 759, 1147.

— Ecca. s. Egidii: praepositi: Conradus de Waldow 1312, 1347, 1349. Ulricus dictus Schoff 1347, 1349, 1414, 1415, 1504, 1505. praepositus ex. 171, 1164.

— Ecca. s. Elisabeth: altarista: Johannes n. Johannis de Lubek 55, 56.

— Ecca. s. Johannis: decanus ex. 763.

— Ecca. s. Spiritus extra muros: praepositus ex. 1517.

— Monasterium s. Mariae in Arena extra muros, ord. s. Augustini: Abbas: Conradus 1383. abbas ex. etc.: 2, 94, 131, 144, 171, 344, 350, 533, 658, 696, 881, 938, 939, 941, 945, 995, 1006, 1057, 1189, 1238, 1245, 1246, 1299, 1300, 1312, 1348, 1349, 1361, 1362, 1368, 1415, 1496, 1517, 1524.

— Monasterium s. Vincentii extra muros, ord. Praemonstr.: 565. Abbas: Wilhelmus 1463, 1508. abbas ex. etc.: 94, 126, 181, 184, 469, 499, 635, 658, 696, 763, 856, 881, 945, 995, 1045, 1057, 1312, 1336, 1337, 1348, 1349, 1361, 1363, 1368, 1399, 1496, 1515. canonicus: Johannes Gobelini de Vratislavia 891. beneficium ad collationem abbatis et conventus: Fridericus Stromayri de Norimberga 638.

— Monasterium s. Clarae: monachae: Anna n. Johannis Hartlieb Vratislaviensis 204. Agnes filia Nicolai Zeudemer 215, 217.

— Johannes Gobelini de, can. mon. s. Vincentii prope Vratislaviam, ord. Praem. 891.

X.

Y vide I.

Z.

ABBREVIATURAE INDICIS.

A. = Amt.
ab. = abbas.
aeps., *aepi.*, etc. = archiepiscopus, -i, etc.
aepalis. = archiepiscopalis.
AG. = Amtsgericht.
AH. = Amtshauptmannschaft.
al. = alias.
altar. = altarista.
ap., *apost.* = apostolica, -ae, etc.
archid., *archidiac.* = archidiaconus, archidiaconatus.
archiprbr., *archipresb.* = archipresbyter, -i, etc.
arr. = arrondissement.
Au. = Austria, -ae.
auct. = auctoritate.
s. Aug. = s. Augustini.

b. = beatus, -i, beata, -ae, etc.
b. = bohemice.
b. m. = bonae memoriae.
Bav. = Bavaria.
Belg. = Belgia.
s. Ben. = s. Benedicti.
ben. [benef.] ad coll. [aepi, epi., cap., praep., ab. et conv., mon., etc.] = beneficium ad collationem [archiepiscopi, episcopi, capituli, praepositi, abbatis et conventus, monasterii, etc.]
ben. [benef.] = beneficiatus.
Boh. = Bohemia, Bohemiae, etc.

c. p. *[sub exp. dign.]* = canonicus praebendatus [sub expectatione dignitatis].
c. et dign. sub exp. p. = canonicatus et dignitas sub expectatione praebendae.
c. et p. = canonicatus et praebenda, etc.
c. exp. dig. [dign.] = canonicus sub expectatione dignitatis.
c. exp. p. [et dig., dign.] = canonicus sub expectatione praebendae [et dignitatis].
cam. ap. = camerae apostolicae.
can. [reg.] = canonicus, -i [regularis], etc.
can. et praeb. = canonicatus et praebenda etc.
cancell. = cancellarius.
cant. = Canton.
cap. = capitulum, -i, etc.
cap., *capel.*, *capell. [honoris, commensalis]* = capellanus [honoris, commensalis].
card. = cardinalis.
cath. = cathedralis.
chorar. = chorarista.
Cist. = Cisterciensis.
cler. = clericus, -i, etc.
coll. [colleg.] eccа. = collegiata ecclesia.
[ad] *coll.* = ad collationem.
com. [comit.] = comitatus, -us, etc.
cons. = conservator.
conv. = conventus.

d. = dioecesis, -eos, etc.
d. [diac.] card. = diaconus cardinalis.
dec. = decanus, -i, etc., decanatus, -us, etc.
decr. = decretorum.
dep. = departement.
diac. = diaconus, -i, etc.
dig. [dign.] ad coll., *[sub exp.]* = dignitas ad collationem, [sub expectatione].
distr. = districtus.
domest. = domesticus.

dr. = doctor.
duc. = ducatus, -us, etc.

ecca., *ecce.* [*eccae.*], *eccam.*, *eccarum.*, *ecciis.* = ecclesia, -ae, -am, -arum, -is.
eps., *epi.*, *epo.*, *epm.*, = episcopus, -i, -o, -um.
ex. = executor.
exp., *sub exp.* = expectat, sub expectatione.

f. [*fil.*] = filius.
famil. = familiaris.
Fr. = Francia.
fr., *frm.* = frater, fratrum.

g. = germanice.
Gal. = Galicia.
gub. = gubernium, -i, etc.

H. = okresní hejtmanství, Bezirks-Hauptmannschaft.
Hisp. = Hispania.
Holl. = Hollandia.
hosp., *hospit.* = hospitalis.

ib. = ibidem.
incorp. = incorporatur.
It. = Italia.
iud. = iudex.

KH. = Kreishauptmannschaft.
Kr. = Kreis.
Krh. = Kreishauptmannschaft.

Ldg. = Landgericht.
Ldkr. = Landkreis.
Lothar., *Lothr.* = Lotharingia.

m. = marchio, -nis, etc.
mag., *magr.* = magister.
march. = marchio, -nis, etc.
med. praeb. = media praebenda.
Met. = Metensis.
mgr., *mgri.* = magister, -ri.
mon. [*can. reg.*] = monasterium, -i, etc. [canonicorum regularium].
Mor. = Moravia.

n. = natus, -i, -a, etc.
n. = nota.

OA. = Ober-Amt.
OO. SS. = Omnium Sanctorum.
oboed. = oboedientia, oboedientiarius.
occid. = occidentalis.
Olom. = Olomucensis.
or. = orientalis
ord. = ordinis.

p. = pagina.
p. = praebenda, -ae, etc., praebendatus.
par. ecca. [*ecce.* etc.] = parochialis ecclesia, [ecclesiae etc.].
parr. ecce. [*eccarum.* etc.]. = parochiales ecclesiae, [ecclesiarum etc.].
Pat. = Pataviensis.
patron. = patronatus.
pbr., *pbri.* = presbyter, -i.
pbr. card. = presbyter cardinalis.
perp. ben. [*capell.*, *vic.*] = perpetuus beneficiatus, [capellanus, vicarius].
perp. ben. [*benef.*] = perpetuum beneficium.
pleb. = plebanus.
pol. = polonice.
poss. = possessor.
pp. = papa, papae.
ppa. = papa.
ppe. = papae.
Pr. = Prussia, -ae, etc.
praeb. = praebenda.
praep. = praepositus, praepositura.
praep. praeb. = praepositus praebendatus.
prbr. = presbyter.
proc., *procur.* = procurator.
prov. = provincia, Provinz

q., *qu.* = quondam.

r. = regis, regem, etc.
reg. = regularis.
res. c. p. [*c. et p.*] = reservatur canonicatus et praebenda.
res. c. et p. ac praep. = reservatur canonicatus et praebenda ac praepositura.
res. dec. = reservatur decanatus.
res. dign. = reservatur dignitas.
res. praep. et c. p. = reservatur praepositura et canonicatus praebendatus.
Rgbz. = Regierungsbezirk.
Rom. = Romanorum.
Russ. = Russia.

s. = sanctus, -i, sancta, -ae, etc.
Sax. = Saxonia.
scholast. = scholasticus.
ss. = sancti, -orum, etc.
St. = Saint, Sankt.
Ste. = Sainte

subd., *subdiac.* = subdiaconus.
suppl. = supplicat.
suppl. [sup.] c. exp. p. = supplicat canonicatum sub expectatione praebendae.
suppl. res. c. et p. = supplicat reservationem canonicatus et praebendae.
suppl. dign. etc. sub exp. = supplicat dignitatem etc. sub expectatione.
suppl. incorp. = supplicat incorporationem.
suppl. par. eccam. = supplicat parochialem ecclesiam.
suppl. praep. = supplicat praeposituram.

tabell. = tabellionatus.
Trev. = Treverensis, —is, etc.
Trid. = Tridentinus, —a, etc.
tt. = tituli.

Ung. = Ungaria.
ung. = ungarice.

v. = vide.
Vrat. = Vratislaviensis.
Württ. = Württemberg.

ERRATA CORRIGE.

Pag.	56	Num.	93	Linea	17	IIII non. loco III non.
„	62	„	105	„	4	V id. loco VI id.
„	64	„	110	„	3	adde: D. Auinione IX kal. Octobris a. primo.
„	97	„	177	„	10	Verdensis loco Werdensis.
„	103	„	188	„	25	Aprilis 28 loco Aprilis 29.
„	155	„	253	„	14	adde: D. apud Villamnouam, A. d., VIII id. Octobris a. secundo.
„	158	„	259	„	4	1343 loco 1342.
„	162	„	267	„	13	1343 loco 1342.
„	176	„	292	„	6	adde: D. Auinione XII kal. Februarii a. secundo.
„	326	„	540	„	12	IIII kal. loco III kal.
„	490	„	836	„	33	1347 loco 1346.
„	542	„	945	„	11	Poznaniensis loco Pomezaniensis.
„	561	„	989	„	20	adde: Forma in partibus omissis — mutatis mutandis — cum num. 6 concordat.
„	569	„	1010	„	1	Passconi nato Nicolai loco Nicolao nato Passconis.